This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ezra Abbot, Jr.

Oct. 1858.



Digitized by Google

Digitized by Google

Migne; Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS, FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM AUTEM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIRIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ, A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM, UNA CUM VERSIONE LATINA, LATERALIS AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XL.

PATRES ÆGYPTII SÆCULI IV; ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

Digitized by Google

BR
60
.A138
v. 40
cop. 2

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

SS. PATRUM

ÆGYPTIORUM

OPERA OMNIA.

PRÆCEDUNT

PHILONIS CARPASII, ASTERII AMASENI, NEMESII EMESENI, HIERONYMI GRÆCI

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858.

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XL CONTINENTUR.

PHILO CARPASIUS EPISCOPUS.

Enarratio in Canticum canticorum 27

S. ASTERIUS AMASENUS EPISCOPUS.

Homiliæ 163

NEMESIUS EPISCOPUS EMESENUS.

De natura hominis 503

HIERONYMUS THEOLOGUS GRÆCUS.

Dialogus de S. Trinitate inter Judæum et Christianum 847

PATRES ÆGYPTII SÆCULI IV.

(Horum seriem vide in Ordine rerum ad calcem voluminis.)

LECTORI

Incerti auctoris librum *Philosophumena* inscriptum in hoc tomo dare constitueramus; sed cum nondum ea ad manus sint quæ de scriptoris nomine et scopo dicenda erant, quamvis jam annus integer effluxerit ex quo præsens tomus interruptus manet, unde ingens in nostra collectione lacuna, ab eo nunc edendo supersedere cogimur. Alias tamen Deo dante comparebit, scilicet in Supplementis ad Patrologiam.

Ex typis MIGNE, in Petit-Montrouge.

Digitized by Google

PHILONIS CARPASII EPISCOPI

ENARRATIO

IN CANTICUM CANTICORUM

Græcum textum adhuc ineditum, quamplurimis in locis depravatum, emendavit et nova interpretatione adjecta primus in lucem protulit V. C. Michael Angelus GIACOMELLUS, *archiepiscopus Chalcedonensis, Romæ anno* 1772.

(Ex *Bibliotheca* GALLANDII, tom. IX, in Append.)

PRÆFATIO.

De Philone, ejusque commentario *in Canticum canticorum*, et de duabus ejusdem commentarii Latinis versionibus, altera antiqua, recentiore Stephani Salutati altera; tum quid in ejus editione præstiterim, quædam existimo me præfari oportere, ne quid lectoribus hujus Philonis cognoscendi cupidis ipse videar defuisse.

1. Philo igitur, hujus *in Canticum canticorum*, quem modo in lucem profero, commentarii, ut in Græcis perhibetur codicibus, auctor, Ecclesiæ Carpasii in Cypro fuit episcopus. Id tradit Polybius Rhinocurorum episcopus in secunda parte *Vitæ sancti Epiphanii*, cap. 49, his verbis: Ἦν δέ τις κληρικὸς ἀπὸ ῥητόρων, τοὔνομα Φίλων, ἀνὴρ ὅσιος. Χρεία δὲ ἦν ἐπὶ τῆς πόλεως τοῦ Καρπασίου καθίσαι ἐπίσκοπον ἐπὶ τοῦ θρόνου. Ἦν δὲ οὗτος διάκονος. Τοῦτον οὖν ἀπὸ ἀποκαλύψεως Θεοῦ χειροτονεῖ ἐπίσκοπον ὁ Ἐπιφάνιος ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ τῆς πόλεως καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Καρπασίου· *Erat autem quidam ex oratoribus clericus, Philo nomine, vir sanctus. Opus autem erat in civitate Carpasii in sede collocare episcopum; eratque is diaconus. Hunc autem ex Dei revelatione episcopum ordinat Epiphanius in sede civitatis et Ecclesiæ Carpasii.*

Verba illa, κληρικὸς ἀπὸ ῥητόρων, sic acceperunt Tillemontius (*a*) et Ceillerius (*b*), ut Philonem a foro, ubi causas oraverit, ad clerum se traduxisse existimaverint: et præpositioni illi ἀπό eamdem ibi vim esse, quæ est in illis locutionibus ἀπὸ ὑπατείας, ἀπὸ ὕπνου, ἀπὸ σάλπιγγος, in quibus est præpositio temporis, et recte per præpositionem *post* Latine vertitur; aut significare mutationem a pristino statu seu professione: ad quam mutationem significandam Latini præpositionem *ex* adhibent, ut in illo M. Tullii joco, *ex oratore arator;* adeoque illa verba vertenda fuisse *ex rhetore clericus.* Quod mihi non probatur. Si enim ejus *Vitæ* auctor significare voluisset Philonem de causidico esse clericum factum, scripsisset κληρικὸς ἀπὸ ῥήτορος, aut ἐκ ῥήτορος. Cæterum præpositio ἀπό interdum partitioni servit, præsertim quando cum genitivo pluralis numeri conjungitur. Thucydides habet (*c*): Καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐπ' οἴκου ἀπενόστησαν· et (*d*), ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν· et Arrianus (*e*): Ἀπὸ ἑξακισχιλίων ἐς ὀγδοήκοντα ἀπέθανον· ubi manifesto apparet usus ejus præpositionis in partitione. Sic apud Matthæum [1]: Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; *Quem vultis de duobus vobis dimittam?* Et apud Marcum [2]: Ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων· *Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos, et de piscibus.* Eadem præpositio ἀπό dicitur etiam de numero, et per præpositionem *ex* reddi solet; ut apud Lucam [3]: Καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα· *Et ex ipsis eligens duodecim;* et apud Joannem [4]: Ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων, ὧν ἐπιάσατε νῦν· *Afferte de piscibus quos prendidistis nunc;* et in Actis apostolorum [5]: Ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων· *Exsurrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum;* ubi observandum vocem αἵρεσις vim habere pluralis numeri. In his exemplis quæ attulimus, patet ἀπό status pristini mutationem non

[1] Matth. XXVII, 21. [2] Marc. VI, 43. [3] Luc. VI, 13. [4] Joan. XXI, 10. [5] Act. XV, 5.

(*a*) *La Vie de S. Epiphane le qualifie un homme saint, qui d'avocat ayant été fait diacre, fut depuis ordonné évêque*, etc. Tom. X, p. 520.

(*b*) *Philon d'avocat fut fait diacre*, etc. Tom. VIII, p. 480.

(*c*) Lib. VII, in fine.

(*d*) Lib. III, cap. 12, in fine.

(*e*) *Exped. Alex.* lib. V, cap. 18.

Digitized by Google

denotare. Itaque sensum Polybii bene sunt assecuti tum qui eam *Epiphanii Vitam* Latine vertit, tum Meursius (*a*), Ducangius (*b*), Caveus (*c*) et alii; qui illis verbis, κληρικὸς ἀπὸ ῥητόρων, significari existimant, Philonem clericum fuisse de numero rhetorum, eorum scilicet qui ex clero rhetores dicebantur.

De his rhetoribus ex clero testis est Codinus Curopalata (*d*), apud quem post tres Evangelii, Apostoli et Psalterii doctores, quorum primus quatuor evangelistas, secundus Epistolas D. Pauli, tertius Psalmos interpretabatur, ponitur n. 22: Ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ἑρμηνεύειν τὰς Γραφάς, *Rhetor ad Scripturas interpretandas.* Goarius eadem officia subjicit ex Regiis mss. (*e*), in quibus habetur, ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ῥητορεύειν, *rhetor ad orandum.* Et splendidam eam fuisse dignitatem Matthæus monachus indicat, cujus in opusculo *De officiis palatii et Ecclesiæ Constantinopoleos* legitur (*f*), Ὅρα τὸν λαμπρὸν ῥήτορα, *Respice illustrem rhetorem.* Et apud Nicetam Choniatam (*g*) Michael quidam vocatur τὸν ῥητορικὸν θρόνον κοσμῶν· quæ verba cum jejune reddidisset Hieronymus Wolfius per unicam vocem *concionator*, ab Allatio (*h*) reprehensus est. Quamobrem anonymus a Goario editus (*i*) ait, φιλοσόφων ὕπατος, ῥητόρων πρῶτος· ad quæ verba Goarius (*j*) hæc adnotavit: *Summa imperatoris virtus est, ut eruditionis copiam inter loquendum diserte possit profundere: et jus unicuique debitum, ut facile agnoscere, ita constanter reddere sit paratus. Si quid horum natura vel exercitium denegabat, ab aliis quorum eruditione, eloquentia, legum peritia ac justitiæ amore duceretur et sublevaretur, opem mutuari non erubescebat quondam in Oriente imperator:* τῶν φιλοσόφων, *divinarum humanarumque rerum cognitione instructus eruditionem; ῥητόρων πρῶτος dicendi facilitatem. . . . suggerebat.* Veniebat scilicet rhetoris nomine palatina etiam dignitas: cui similis illa ecclesiastica; quod indicant ea verba quæ, ut supra dictum est, attulit Goarius (*k*) e mss. Regiis, ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ῥητορεύειν. Nam Evangelii, vel Apostoli (hoc est Epistolarum D. Pauli), vel Psalterii doctores sacras Scripturas strictim exponebant: rhetor vero in iisdem uberius pertractandis, et ad populi captum explicandis dilatandisque versabatur. Quamobrem Allatius *l. cit.* adnotavit *rhetorem* nonnullos interpretari *concionatorem;* quod verum est: atque ita vocem eam Latine reddit Fabrotus ad Nicetam (*l*): ῥήτωρ, *qui Scripturas instar oratoris ecclesiastici interpretabatur;* quæ sunt ipsa verba Meursii in *Glossario.* Gretserus (*m*) quoque ad Codinum: *Rhetoris officium est generatim Scripturas sacras interpretari; et videtur ille, quem nos* concionatorem *nominamus.* Sed Allatius (*n*) animadvertit *rhetorem* patuisse latius quam doctorem Evangelii; et rhetores qui præcepta aliis traderent, tanquam eloquentiæ professores ad id ferme munus vocari consuevisse. Non unum, sed plures in Ecclesia fuisse rhetores vel illa verba indicant plurali numero concepta de Philone nostro in *Epiphanii Vita;* et ex eo maxime constat, quod unus ipsorum primas teneret, atque μαΐστωρ τῶν ῥητόρων, μέγας ῥήτωρ nuncuparetur, de quo Meursius (*o*), et Caveus (*p*), qui fuse de Philone nostro disputat; ac in quavis fere majori ecclesia fuisse docet aliquem, qui rhetoris munere fungeretur, atque ex ejus ecclesiæ reditibus aleretur; a quo etiam juniores clerici ad futuras sacri ordinis functiones promovendi, sacris litteris et disciplinis ecclesiasticis erudirentur.

Sed ut ad Philonem redeamus, tanta de eo fuit S. Epiphanii opinio, ut Romam profecturus illi accersito (*q*) potestatem dederit administrandæ Ecclesiæ Constantiæ; et si opus fuisset, ordinandi clericos facultatem, ut narrat idem quem supra memoravimus, Rhinocurorum episcopus Polybius.

Novimus quidem, *Vita* illa *S. Epiphanii* multas contineri fabulas, quo nomine ea valde displicuit Papebrochio (*r*) et Tillemontio (*s*), quem passim alii sequuntur. Dupinius nihili eam æstimat; sed ejus rationibus quibus illam omnino rejiciendam in omnibus putat, summorum virorum judicium opponimus. Nam primo non omnino eam aspernandam Petavius censuit (*t*), qui: *Subjecta,* inquit, *a nobis est* Epiphanii Vita, *Latine olim a Surio, Græce autem nunc vulgata primum, ac multis in locis recognita. Quæ quanquam in plerisque fabulæ est quam historiæ propior, ut jamdudum in* Annalibus *Baronius admonuit; erit tamen in lutulenta illa narratione fortasse quod tollere possis. Et alioqui multa continet quæ cum vera receptaque ab omnibus historia consentanea sunt.* Deinde eam veluti idoneum testem sibi advocare eorum quæ dicebant, non dubitarunt Possevinus in *Apparatu sacro,* Oudinus, Meursius, Dufresnius, Allatius, Lequien, Fabricius, Garetius.

(*a*) In *Glossar.*
(*b*) In *Glossar.*
(*c*) *De scriptor. ecclesiast. incertæ ætat.* in nova *Historiæ ecclesiast. scriptor.* edit. Basileen. p. 16.
(*d*) *De officiis eccles. Constantinopolitanæ,* cap. 1, quinario 4, pag. 3, edit. Paris.
(*e*) Ibid. pag. 7.
(*f*) Ibid. pag. 8.
(*g*) Lib. VII, pag. 137 Regiæ edit. Paris.
(*h*) Præfat. ad *Excerpta varia Græcor. sophist.*
(*i*) Apud Codinum, pag. 42.
(*j*) Ibid. pag. 44, num. 9.
(*k*) Ibid. p. 7.
(*l*) In Glossar. *ad Nicetam* præfixo.
(*m*) Lib. I, cap. 8 Observat. *in Codin.* in Codini edit. Reg. Paris. pag. 168.
(*n*) Præfat. ad *Excerpta Græcor. sophist.*
(*o*) In *Glossar.*
(*p*) Loco ubi supra.
(*q*) Μεταστέλλεται τὸν προειρημένον Φίλωνα τὸν ἐπίσκοπον, καὶ αὐτῷ ἀποδίδωσι τὴν αὐθεντίαν τῆς Ἐκκλησίας τῆς Κωνσταντείας, quæ barbare incertus ejus *Vitæ* interpres reddit: *datque ei auctoritatem Ecclesiæ Constantiæ. Vita S. Epiph.,* cap. 49.
(*r*) *Act. SS.* ad diem XII Maii.
(*s*) Tom. X, pag. 487, edit. Paris. de S. Epiphanio, et not. 1, pag. 803.
(*t*) Tom. II Oper. S. Epiphanii, præfat. ad lectorem.

Digitized by Google

Quin etiam ipse Tillemontius (*a*), ubi agit de hoc ipso Philonis commentario, fidem ei vult adhiberi, cum Philonem dicit Carpasii episcopum.

Quæ vero ipsum Tillemontium fugerant de Carpasiæ episcopali sede monumenta, ea primus v. cl. Petrus Franciscus Fogginius (*b*) indicavit adversus Dupinium, qui Carpasiæ honorem illum ademerat. Ac de Philone episcopo Carpasio non dubitavit Allatius (*c*) S. Epiphanium loqui in *Epistola ad Joannem episcopum Hierosolymitanum*, quæ habetur inter Hieronymianas epistolas ab ipso Hieronymo in Latinum conversa (*d*) : *Nam multi*, ait Epiphanius, *episcopi communionis nostræ et presbyteros in nostra ordinaverunt provincia, quos nos comprehendere non poteramus ; et miserunt ad nos diaconos et hypodiaconos, quos suscepimus cum gratia : et ipse cohortatus sum beatæ memoriæ Philonem episcopum et sanctum Theoprepum, ut in ecclesiis Cypri quæ juxta se erant, ad meæ autem paræciæ ecclesiam videbantur pertinere, eo quod grandis esset et late patens provincia, ordinarent presbyteros et Christi Ecclesiæ providerent.* Quamobrem Cavens (*e*) scribit de Philone : *Ad Cyprum delatus ab Epiphanio Carpathi, insulæ maris Mediterranei ab Asiatico littore non longe distantis, uti vulgo creditur, rectius vero mea quidem sententia, Carpasiæ urbis in Cypro non ignobilis, episcopus ob insignem pietatis famam ordinatus est anno 401. Quin etiam Epiphanius Romam discedens, Ecclesiæ suæ Constantiensis curam ei commisit*, etc. Fabricius itidem (*f*), Lequien (*g*), Garetius (*h*) et Allatius dissertatione quam supra dixi, *de Philonibus*, cum de Philone eadem tradant quæ Polybius, satis ostendunt, ea se pro veris habuisse, quæ de ipso Philone ejusque episcopatu in *Vita S. Epiphanii* narrantur. Hunc Philonem de quo nobis est sermo, suspicari quis possit eumdem esse cum eo quem memorant magna Menæa Græcorum ad diem 24 Januarii, ubi hæc habentur : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἑρμογένους, καὶ Μηνᾶ, καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Φίλωνος, ἐπισκόπου γενομένου τοῦ Καλπασίου· *Eadem die commemoratio sancti martyris Hermogenis, et Menæ, et sancti Patris nostri Philonis episcopi Calpasii.* Quo loco Bollandus allato ad eumdem diem 24 Januarii subdit (*i*) : *Certe illustrem confessorem Philonem episcopum Ægyptium in exsilium ejectum esse a Georgio Cappadoce S. Athanasius scribit in* Apologia de fuga sua, *et in* Epistola ad solitariam vitam agentes, *ubi ait Philonem retrusum esse Babylonem, sive in propinquam Babyloni solitudinem et ad obitum usque persecutionem passum ;* et paulo post : *Ast ubi Calpasius episcopatus ?* Κάλπαι *urbs est, quæ et* Κάλπεια, Κάλπη, *portus in Bithynia apud Stephanum, qui inde* Καλπεύς, Καλπῖνος, Καλπιτανός, *non* Καλπάσιος, *gentilitium aut possessivum deflectit.* Καρπάσια *urbs est Cypri Diodoro, Stephano, Ptolemæo memorata, Xenagoræ* Κάρπαθος *dicta, Demetrio Salaminio* Καρβάσια. *An in altera harum urbium, an alibi episcopatus fuerit non divinamus.* Satis verecunde. Ego vero legendum in Menæis suspicor, ἐπισκόπου γενομένου τοῦ Καρπασίου, et de Philone Carpasio episcopo illic mentionem fieri ; ea ratione, quod ex nominibus Κάλπαι, Κάλπεια, Κάλπη non bene derivetur Καλπάσιος.

II. Quod ad Philonis Carpasii attinet scripta, incertum, an ille sit cujus fragmenta quædam sub Philonis tantummodo, aut Philonis episcopi nomine in diversis Catenis Patrum Græcorum exhibentur (*j*). Caveus loco quem supra attuli, auctorem suspicatur esse *Historiæ ecclesiasticæ*, quem laudat Anastasius Sinaita initio *Demonstrationis historicæ de magna et angelica summi sacerdotis dignitate*, his verbis : Ἐν τῇ Ἐκκλεσιαστικῇ ἱστορίᾳ Φίλωνος τοῦ φιλοσόφου εὗρόν τι τοιοῦτον· *In* Ecclesiastica historia *Philonis philosophi tale quid reperi.* Ac ne cui mirum videatur ibi Philonem appellari philosophum, subdit : *Vox ista non monachos modo et arctioris vitæ cultores denotare cœpit, sed et omnes præsertim in clero constitutos, qui ad reconditiorum litterarum studium animum appulerunt.* Sed hæc mera est Cavei, non tamen improbabilis conjectura.

Quod autem nihil dubitationis videtur habere posse, scripsit Philo Carpasii episcopus hunc qui modo in publicum prodit, commentarium *in Cantica canticorum*. Et Philonem illum cujus mentio est apud Polybium, commentarii hujus fuisse auctorem satis comprobare videntur, quotquot reperire licuit mss. codices, Mutinensis in bibliotheca serenissimi ducis Mutinæ membranaceus, scriptus decimo sæculo ; et alius itidem membranaceus apud PP. Theatinos Neapoli in Domo S. Pauli, cujus duæ tertiæ partes scriptæ videntur sæculo undecimo, reliqua tertia sæculo decimo tertio ; et qui est in bibliotheca Barberina bombycinus XIII sæculo exaratus ; et duo recentes manuscripti, alter chartaceus apud illustrissimum Auximanum episcopum Pompeium Compagnonum, et meus alter itidem chartaceus ; qui duo postremi etsi recentes, non tamen ex iis quos priore loco nominavi, descripti esse videntur, quod colligitur ex variantibus lectionibus, quæ multis in locis occurrunt. Non tamen dissimulabo, meum ex Barberino codice videri esse descriptum.

(*a*) *Et quelque fausse que soit cette Vie, nous avons quelque sujet de croire qu'elle ne ment pas en ce point, non plus que quand elle dit, que Sabin succéda à S. Epiphane :* tom. X, not. 10, in S. Epiphan. pag. 809.

(*b*) Comment. Epiphan. *in Cantica canticorum*, in præfat. pag. 30.

(*c*) Diatriba *de Philonibus* adhuc inedita. — Edita nuper in *Bibliotheca Patrum* card. Angeli Maii, tom. VI. EDIT. PATROL.

(*d*) In edit. Oper. S. Hieron. novissima Veronæ ann. 1734, curante Vallarsio, tom. I, col. 242, epist. 51, n. 2.

(*e*) *Histor. litter.* tom. I, pag. 575 edit. Basileens.

(*f*) Tom. IX *Biblioth. Gr.*, pag. 252.

(*g*) *Orient. Christ.* tom. II, pag. 1067.

(*h*) Operum Cassiodori tom. II, pag. 542.

(*i*) *Acta sanctorum*, Januarii tom. II, pag. 494.

(*j*) Vide Fabric., *Biblioth. Gr.* tom. IX, pag. 252.

Digitized by Google

Ili vero omnes clare hunc titulum præferunt : Φίλωνος ἐπισκόπου τοῦ Καρπασίου σὺν Θεῷ ἑρμηνεία εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων πρὸς Εὐστάθιον πρεσβύτερον καὶ Εὐσέβιον διάκονον · *Philonis episcopi Carpasii, Deo juvante, enarratio* in Canticum canticorum *ad Eustathium presbyterum et Eusebium diaconum.* Eamdem fuisse epigraphem credi oportet in alio codice Græco, quem certe vidisse arbitror Lucam Holstenium. Nam in notis ad *Geographiam sacram* Caroli a S. Paulo (*a*), *Hujus*, inquit, (Carpasiæ) *episcopus Philo* Καρπάσιος, *cujus exstat commentarius Græcus ms.* in Cantica canticorum, *quem vulgo male Carpathium, quasi a Carpatho insula appellant.* Cum Holstenio consentit Allatius, qui in diatriba *de Philonibus*, Philoni Carpasio tribuit commentarium *in Canticum canticorum : Succincta*, inquit, *sed acutissima laudatissimaque commentaria scripsit* in Canticum canticorum *ad Eustathium presbyterum et Eusebium diaconum.* Nec aliam quam quæ in memoratis codicibus exhibetur, epigraphem habuisse videtur Græcus codex Emerici Bigotii. Cum enim Cassiodorus scripserit (*b*), *S. Epiphanius antistes Cyprius totum librum Græco sermone uno volumine complexus est. Hunc nos, ut alios, in Latinam linguam per amicum nostrum, virum disertissimum Epiphanium fecimus, Deo juvante, transferri;* Garetius ad hunc locum hanc notam apposuit : *Vel potius Philo ordinatus episcopus Carpasii in insula Cypro a S. Epiphanio Salaminiæ antistite, ut in ipsius sancti* Vita *legitur. Vidi hujusce commentarii textum Græcum in manibus v. cl. Emerici Bigotii cum translatione Latina, cujus hic meminit Cassiodorus.* Cum Holstenio et Garetio concordant Fabricius et Lequien. Hic enim in *Oriente Christiano* (*c*) : *Philonis*, inquit, *episcopi Carpasii exstat commentarius* in Canticum canticorum, *cujus Latina translatio circumfertur, a Græco codice admodum discrepans. Genuinum ejus exemplar cl. Bigotius in sua bibliotheca servabat, quod Græce Latineque a se propediem edendum Casimirus Oudin in suo ad Labbeanam Bibliothecam supplemento spem nobis fecerat.* Fabricius vero (*d*) : *Genuinum*, inquit, *Philonis commentarium Græco e codice Bigotiano editurum pridem in se recepit vir doctissimus Anselmus Bandurius monachus Benedictinus.*

Itaque cum præclara doctrina præstantes Garetius, Lequien, Fabricius, Bandurius et duo viri magni Allatius et Holstenius in hoc consentiant, Philonem Carpasium auctorem fuisse Græci commentarii *in Canticum canticorum*, et Græci codices quorum notitia ad nos pervenit, Philonis Carpasii præferant nomen ; haud certe fecisse temere videatur, qui hunc quem publici juris facio, commentarium, cum iisdem Græcis codicibus collatum, eidem Philoni Carpasii episcopo tribuerit.

Verumtamen gravissimam difficultatem offert antiqua Græci hujus commentarii interpretatio. Illam v. cl. Petrus Franciscus Fogginius anno 1750 in lucem extulit e membranaceo Vaticanæ bibliothecæ codice, cujus ætatem existimat millenariam. Codex ille interpretis quidem non exhibet nomen ; sed auctorem præfert S. Epiphanium. Hanc enim habet inscriptionem : *Expositio S. Epiphanii episcopi Cypri* in Cantica canticorum. Hanc versionem Fogginius putat ab Epiphanio Scholastico esse compositam, et eamdem illam esse censet interpretationem, quam Cassiodorus loco quem attulimus supra commemorat. Illius tituli veritatem agnovit Adrianus I papa in scripto *De imaginibus* ad Carolum regem (*e*) : *In persona*, inquit, *Christi et Ecclesiæ diversa sanctorum Patrum opuscula* in Cantica canticorum *explanata sunt : et si quando intelligendum est, scire velint, S. Epiphanii episcopi Cypri proferimus expositionem, in qua inter multa diversa inquit :* Ostende mihi faciem tuam, et auditam fac mihi vocem tuam ; hoc est per legem et prophetas non mihi loquaris, sed temetipsum totum mihi ostende, *et cætera quæ sequuntur.* Hæc vero sunt ipsissima verba, quæ in editione Fogginiana leguntur pag. 39 ; iisque Græca respondent in hac editione nostra num. 74. Nec vero codex ille Vaticanus est unicus ; sed exstat in bibliotheca Regia Parisiensi inter miscellanea Bigotii idem Latinus commentarius, quem ex Vaticano codice quidam suspicantur esse descriptum. Sed falso. Nam in Bigotiano codice deest præfatio, quam Vaticanus codex integram habet. Æquum igitur est existimare plures Latinos fuisse olim similes codices, et fortasse adhuc alicubi delitescere ; idque probe animadvertendum, ne quis ex eo quod unus tantummodo et singularis existimetur esse Vaticanus codex, illi parvam fidem habendam esse contendat. Cum igitur Latinum commentarium constet esse Græci Philoniani versionem ; alterutrum pseudoepigraphum esse oportet. Hanc difficultatem harum rerum intelligentibus expediendam relinquo. Certe Garetius qui apud Bigotium utrumque vidit, commentarium Græcum et Latinum, nodum audacter amputat et oblique Cassiodori testimonium videtur rejicere, lectoremque propemodum in eam adducere dubitationem, utrum Epiphanius antistes Cyprius commentarium conscripserit aliquem *in Canticum canticorum.*

Quid si contendat aliquis memoria lapsum Cassiodorum, pro Philone Epiphanii æquali et amico, Epiphanium posuisse ? Quid si codicem quem habuit Cassiodorus, ut majore pretio dignum faceret amanuensis, Epiphanii magnæ famæ nomen pro obscuriore Philonis nomine illi inscripsit ? Et consuevisse quidem librarios, ut vel peritiam vel diligentiam commendarent suam, qui codices vel nullum vel ignotum obscurumve præferrent auctorem, iis insigne alicujus celebris scriptoris nomen præfigere,

(*a*) Lib. II, pag. 297.
(*b*) Lib. *De institut. litterat*, cap. 5.
(*c*) Tom. II, pag. 1067.
(*d*) Loco supra cit.
(*e*) Tom. IV *Concil.* Harduini, col. 783

Digitized by Google

notissimum est omnibus qui vel leviter hoc studiorum genus attigerint. Lapsus vero memoriæ in auctoribus nominandis complura afferri possunt exempla. Melchiori Cano (*a*), et Garnerio (*b*), suspicio fuit Gregorium Magnum (*c*) pro Sozomeno Theodoretum posuisse; de quo memoriæ lapsu Fabricius (*d*) non suspicatur, sed *non dubium esse* affirmat, Gregorium voluisse Theodoretum pro Sozomeno dicere. Quo in loco Fabricii plura alia reperias ejusmodi lapsus exempla. Et certe tam sæpe id accidit, ut de hujusmodi exemplis Hieronymus Tartarottus (*e*) librum sive dissertationem conficere potuerit. Præterea et illud aliquis urgere possit; quod nos ad explicationem Philonianam num. 222 adnotavimus, quo in loco locutio reperitur de Verbo, quam Epiphanius hæresi LXXVII, num. 29, videtur improbasse. Nec aliquis fortasse defuerit, qui respiciens ad Cassiodori *Chronicon* et *Tripartitam historiam*, judicium ejus desideret; cui propterea in aliis quoque rebus in quibus critica est opus, non tutum esse arbitretur omnino fidere.

Sed Epiphaniani commentarii eruditissimus editor ad hanc removendam difficultatem aliam ingreditur viam : Primum, commentarium aliquem *in Canticum canticorum* a Philone quopiam compositum facile concedit. Et sane Suidas in *Lexico* : Φίλων, ait, Καρπάθιος ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων · *Philo Carpathius scripsit commentarium* in Canticum canticorum. Præterea Cosmas Ægyptius, *Topographiæ Christianæ* lib. x (*f*), tria loca affert ex Philone Carpathio. Huc accedit, quod in catena Græca Meursii Græcorum PP. *in Cantica canticorum*, et in catena Græca Vaticana Procopii Gazæi plura fragmenta ex Philone afferuntur; ut non satis mirari queam Jacobum le Long virum eruditione præstantem, ubi agit de commentario *in Cantica canticorum*, scripsisse (*g*) : *Philo Carpathii episcopus in Cypro auctor supposititius*. Nam Eliam Dupinium qui idem senserat, non modo castigaverat Oudinus (*h*) affirmans, *eum sibi videri absurde falli, cum hujus tum scriptoris, tum commentarii meminerint et Cassiodorus et Suidas, quibus elevandis Elia idoneus* (verba sunt ipsius Oudini) *mihi esse non videtur*. Sed etiam Dupinii ratiunculis abunde satisfecerat Tillemontius (*i*); ejusque sententiam ipse Fogginius (*j*) omnium maxime confutavit. Secundum, duos putat fuisse Philones, alterum Carpathium episcopum in Carpatho insula quæ est una ex Cycladibus; Carpasium alterum, Carpasiæ in insula Cypri episcopum. Et Carpasium quidem, cujus apud Polybium est mentio, auctorem esse commentarii *in Canticum canticorum*, statuit vanum esse commentum. Carpathium vero et commentarium in eum librum scripsisse, et plura ex Epiphanii commentario excerpta in suum commentarium, in epitomen redacta, inseruisse. Verum probandum fuerat primo exstare aliquem aut exstitisse sub nomine Philonis *in Cantica canticorum* ejusmodi commentarium, qui pleraque ipsi Philoni propria et ab ejus ingenio profecta contineret, et ab iis diversa quæ in Epiphaniano commentario reperiuntur. Deinde ea afferre opus fuerat, quæ Philo ex Epiphanio excerpta in suum commentarium vel decurtata vel in compendium redacta transtulerit. Sed vir doctus neutrum præstare potuit.

Imo vero si Græci commentarii copia illi fuisset, profecto Epiphanianum commentarium perspexisset Latinam esse Philoniani Græci versionem; et in Græco eadem plane loca reperisset integra, quæ ille catenæ Meursii et Vaticanæ nimis confisus, existimavit Philonem facta breviora in commentarium suum compegisse.

Primus enim locus est (*k*) qui legitur in Latino commentario p. 11, lin. 19, quem totidem verbis affert ex Philone Cosmas Ægyptius (*l*). Sed non recte ea est argumentatio conclusa : In Epiphaniano commentario ea Philonis verba Latine reddita reperiuntur. Philo igitur ea ex Epiphanio desumpsit. Sed solum inde conficitur, eadem verba unius et ejusdem esse auctoris seu Philonis, seu Epiphanii; et verius Philonis, cujus commentarium in cæteris partibus in Epiphaniano videmus Latine repræsentatum. Sed antequam ulterius progrediamur, admonendus est lector locum illum a Cosma Ægyptio allatum, aliaque multa eumdem locum præcedentia et subsequentia, quæ in Epiphaniano commentario leguntur pag. 7, 8, 9, 10, 11 et 12, a Græco Philonis quem hac editione nostra modo producimus, abesse; ea vero in Græcis quos habemus, exemplaribus ideo deesse existimaverim, quod duo fuerint Philoniani commentarii editiones antiquæ, quarum primam nostri codices Græci repræsentent; non secundam, qua utebatur Cosmas Ægyptius, ubi Philo alia quædam addiderit. Exemplum simile habes, lector, in oratione Demosthenis Περὶ τοῦ στεφάνου, in qua quædam a diversis scriptoribus citata frustra quæsieris; quod Ulpianus inde factum monet, quod scriptores illi aliam ejus orationis editionem habuerint. Sed ad collationem locorum ex Epiphanio et Philone quam instituit vir eruditissimus, redeamus.

Secundus locus est qui in Latino occurrit p. 25, lin. 12, cui ad latus apponit eumdem locum partim ex catena Meursii (*m*), partim ex catena Vaticana

(*a*) *De locis theolog.*, lib. XI, cap. 6.
(*b*) *Auctar.* Theodoret. Dissertat. 2.
(*c*) Lib. VI, epist. 3.
(*d*) *Biblioth. Gr.*, tom. VI, pag. 122.
(*e*) Exstat tom. XXV, collect. Calogerianæ.
(*f*) In *Nova collect. PP. Græcor.* Montfauconii, tom. II, pag. 330.
(*g*) *Biblioth. sacr.*, tom. II.
(*h*) Tom. I *De scriptorib. ecclesiast.*, pag. 891.
(*i*) Loc. cit. not. 10.
(*j*) Præfat. ad Epiph. Commentar., pag. 25.
(*k*) Vide has collationes in præfat. ad Epiphanianum commentar., pag. 17 et seqq.
(*l*) Loco supra cit.
(*m*) Pag. 18 edit. Batavæ in-8°.

Digitized by Google

cod. 1441, pag. 210, in quo quædam sunt quæ non habet Latinus commentarius Epiphanii : unde colligi posse videatur Philonem desumpsisse sententiam ab Epiphanio, et nonnullis immutatis in suum scriptum transtulisse. Sed si collatio fiat cum Græco commentario, nullam ibi deprehendas varietatem ; et quæ verba afferuntur ex Latino, eadem quæ sunt in Græco, accurate rependunt. Quapropter comparatio non facienda fuerat cum catena. Notum est enim catenarum opifices auctorum verba non exscribere accurate, sed expositiones quasdam subinde aliis, quam quibus tribui debuerant, auctoribus vel interpolatas vel decurtatas ascribere ; quod jam pridem monuit Fabricius (*a*). Et Allatius diatriba (*b*) *de Nicetis* catenam commemorans cujus est epigraphe : Συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον Εὐαγγέλιον ἐκ διαφόρων ἑρμηνευτῶν, παρὰ Νικήτα διακόνου τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, ἐν βιβλίοις δ'. P. Ἐξ ἀρχῆς μὲν ὁ Θεὸς δι' ἑαυτοῦ τοῖς ἀνθρώποις διελέγετο, in ejus catenæ laudem subdit : *In qua sylloge illud singulare cernitur, quod cum in aliis catenis sententiæ Patrum verbis decurtatæ et compendio afferantur, hic ipsissimis verbis, uti jacent, textus, nullis suis partibus imminuti digeruntur ; ut non frusta interpretationum, sed integræ ipsæ interpretationes, et tantum non orationes describantur.*

Tertius locus est in Latino Epiphanii p. 32, in illud : *Introducite me in domum vineæ ; hoc est ad corpus Domini ; ac si diceret : Coaptate me ei per lacrum regenerationis.* His probe respondent Græca apud Philonem, num. 40 : Εἰς τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα συγκέρασατέ με, φησὶ, αὐτῷ διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας. Hic locus cum loco Philoniano quem affert Cosmas Ægyptius, a Fogginio confertur. Locus Philonianus est in illud : *Introduxit me rex in cubiculum suum ;* ad quem sacri textus locum explicatio Epiphanii p. 18, sic habet : *Cubiculum regis est ubi omnes sunt thesauri reconditi : cœlestis enim regis sine dubitatione cubiculum est ; primum quidem, corpus quod ædificavit sibi ; deinde cœlorum regnum, quando dicit Salvator* [6] : « *Beati qui persecutionem patiuntur,* » etc. Congruunt cum his Græca apud Philonem, num. 6 : Ταμεῖον δὲ τοῦ βασιλέως, ὅπου πάντα ἀπόκειται τὰ θησαυρίσματα· τοῦ δὲ ἐπουρανίου βασιλέως ταμεῖον δῆλον, ὅτι πρῶτον μὲν τὸ σῶμα, ᾧ ἑαυτῷ ᾠκοδόμησεν οἶκον· ἔπειτα δὲ καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία. Ὅταν οὖν λέγει ὁ Σωτήρ· « Μακάριοι δεδιωγμένοι, » κ. τ. λ. Quod si contendas locum Epiphanii qui habetur p. 32, cum Philoniano, num. 6, quem adducit Cosmas Ægyptius, ea loca inter se non cohærere, minime mirandum. Virum doctum decepit falsa Montfauconii citatio, qui tom. II *Collect. novæ PP. Græcor.*, pag. 529, lin. 10, a fin. ad illa verba, Εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ, quæ sunt in 4 versu capitis I Canticorum, hanc apposuit in margine citationem, *Cant.* II, 4, quem citationis errorem cum non attendisset, putavit ea verba in Vulgata reddita esse : *Introduxit me in cellam vinariam*, quæ revera sunt interpretatio versiculi 4 in Vulgata, cap. II.

Quartus locus est in Epiphaniano commentario pag. 80 : *Iste est itaque Rex, de quo et David dixit :* « *Dominus regnavit, decorem induit* [7]. » *Vinctus est autem ipse non sponsæ suæ necessitate, sed voluntate clementiæ, sicut dicebat apostolus :* « *Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* [8]. » *In transcursibus autem dictum est, quia de cœlo transcurrens, et mortuos resuscitans, rursus transcurrens in cœlos abiit et ascendit super cherubim, et volavit* [9]. Huic loco ad latus adjicit vir eruditissimum locum, quem laudat Cosmas Ægyptius ex Philone : Παρατρέχων γὰρ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς εἰς τὰ καθ' ᾅδην, καὶ κατώτερον ᾅδου βυθὸν κατελθών, ἐκεῖθεν ἀνασπάσει τὸν τεθνεῶτα. Certe Græca non repræsentant omnia, quæ Latine reperiuntur in commentario Epiphanii. Sed Cosmas Ægyptius decurtatum attulit locum ex Philone, quem ecce tibi integrum num. 203 : Οὗτος γὰρ ὁ ἐπουράνιος βασιλεὺς, περὶ οὗ καὶ Δαβὶδ λέγει· « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν· ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· οὗτος δέδεται ἐν παραδρομαῖς. » Παρατρέχων γὰρ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς, καὶ ἕως τοῦ ᾅδου κατελθών, ἵνα ἐκεῖθεν ἀνασπάσει τὸν τεθνεῶτα, αὐτὸς δέδεται ἐν παραδρομαῖς, οὐκ ἀνάγκης δεσμοῖς, ἀλλ' ἐκουσίου φιλανθρωπίας χρηστότητι, εἰπὼν τοῖς ἀποστόλοις· « Καὶ ἰδοὺ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Viden' ut Græca Latinis plene respondeant ? et si quid variant, culpa est interpretis, qui quædam de suo addidit quæ fœdum errorem continent, illa scilicet *non sponsæ suæ necessitate :* et pro loco Matthæi posuit locum ex psalmo XVII, 11. Ea enim erat licentia complurium interpretum qui sæculo VI Græca vertebant, et nullo ad textum respectu habito, nihil sibi non licere arbitrabantur.

Quintus locus Epiphaniani commentarii est p. 81 : *Vere speciosa facta est et vere suavis, non divina virtus (neque enim augmentum recipit nec detrimentum divinitas) ; sed humilitas ejus vere speciosa facta est atque suavis pulchritudine divinitatis, cum sedisset in regno cœlorum in dextera Patris.* Nihil horum desideres in Græcis apud Philonem num. 204 : Ὡραιώθη γὰρ ὄντως, καὶ ἠδύνθη (Cosmas Ægyptius legit ἰδρύνθη), οὐχ ἡ τῆς θεότητος δύναμις (οὔτε γὰρ προσθήκην, οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται). ἀλλ' ἡ σὰρξ ἣν ἀνείληφε· καὶ ὁ τέλειος (τέλειος deest apud Cosmam Ægypt.) ἄνθρωπος ὃν ἐφόρεσεν, οὗτος ὡραιώθη, τῇ τῆς θεότητος ὡραιότητι συμμορφωθείς,

[6] Matth. v, 10. [7] Psal. xcii, 1. [8] Matth. xxviii, 20. [9] Psal. xvii, 11.

(*a*) *Biblioth. Gr.* tom. VII, pag. 729.

(*b*) Hanc diatribam *de Nicetis* Fabricius *Biblioth. Gr.* tom. VI, pag. 419, falso queritur intercidisse. Eam cum diatriba etiam *de Philonibus* et aliis Allatii scriptis ineditis in publicum prodituram sperramus opera et studio docti viri mihique amicissimi Raphaelis Vernazzæ, Græci in Vaticana bibliotheca scholiastæ.

Digitized by Google

καὶ ἡδύνθη (Cosmas Ægyptius Ἰδρύνθη), ἐν τῇ τῶν A
οὐρανῶν καθεσθεὶς βασιλείᾳ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός
(Cosm. Ægyptius τοῦ Θεοῦ). Iisdem verbis locum
hunc Philonis refert Cosmas Ægyptius. In eo variat,
quod in sacro textu legit, Τί ὡραιώθης, καὶ τί ἱδρύν-
θης; *Cur speciosus factus es, et cur firmatus es?* quam
lectionem non alibi reperias. Quamobrem nihil ex
collatione horum locorum ex Epiphanio et Philone
colligitur, quo possis statuere Philonem commen-
tarium quidem composuisse ab Epiphaniano diver-
sum; unde tamen multa decerpserit, et in epito-
men redacta in suum inseruerit.

Sextus locus ex Epiphanio pag. 28, ejusque colla-
tio cum Philone nihil tale itidem probat. Nam si ad
ejus latus ascribas non verba desumpta ex catena B
Meursii, ut fecit vir eruditissimus, sed integrum
Philonis locum quem habes num. 26, Græca et La-
tina in omnibus repereris consentire. Verba Phi-
lonis sunt: Εὐθὺς ὑπομιμνήσκει τὸ αἷμα καὶ τὸ
ὕδωρ τὸ στάξαν ἐν τῷ πάθει ἐκ πλευρᾶς τοῦ Ἰησοῦ·
« Ἀποδεσμὸς τῆς στάκτης ἀδελφιδός μου ἐμοί· » ὅπερ
ἐστίν· Ἐκ τοῦ στάξαντος ὕδατος, καὶ αἵματος, καὶ
πνεύματος τοῦ ἐκ πλευρᾶς αὐτοῦ, αὐτὸς γέγονέ μοι
νυμφίος, κἀγὼ αὐτοῦ νύμφη· αἵματι μὲν τῷ ἐκ πλευ-
ρᾶς αὐτοῦ ἀγοραζομένη αὐτῷ καὶ συναπτομένη, ὕδα-
τι δὲ τῷ ἀπὸ σαρκῶν αὐτοῦ βαπτιζομένη αὐτῷ,
πνεύματι δὲ τῷ ἀπὸ θεότητος αὐτοῦ συγκρινομένη
αὐτῷ καὶ τελειουμένη. Quæ omnia Latine reddita
cognosces in Epiphanio: *Per guttam itaque com-*
memorat et sanguinem et aquam, quæ fluxerunt de
latere Jesu. « *Fasciculus,* » *inquit,* « *guttæ fratruelis*
mei mihi; » *ac si diceret: Ex aqua vel sanguine quæ*
stillavit ex ejus latere, ipse mihi factus sponsus est,
et ego ei sponsa; sanguine quidem ex ejus latere pro-
fluente, quo ei redempta et coæquata sum; aqua vero
carnis ejus, per quam ei baptizata sum atque clarifi-
cata; spiritu vero, quo divinitati ejus copulata sum,
et consummata dignoscor. C

Denique locum Epiphanii p. 23, ad ea sacri tex-
tus verba: *Filii matris meæ pugnaverunt contra*
me, etc., et v. sequent., *Posuerunt me custodem*, etc.
(quem locum huc, ut paulo longiorem piget tran-
scribere), collatum cum catena Meursii pag. 16, de-
curtatum quidem deprehendes, sed apud Philonem D
num. 13, Græca omni ex parte Latinis sine ulla
diminutione respondentia omnia reperies.

Ex allatis igitur locis commentarius qui Epipha-
nio tribuitur, unus idemque videtur esse cum com-
mentario Philonis. Id autem eo videtur confirmari
posse validius, quod ex ducentis undequinquaginta
explanationibus in Epiphaniano commentario vi-
ginti quatuor tantummodo a Philonianis sententia
ipsa discrepant, quas in subjecta tabella exhibe-
mus. In ea singulis numeris quibus illæ explicatio-
nes notantur in Epiphanii commentario, singulos
numeros subjicimus adjectos explicationibus Philo-

nianis in lectoris commodum, qui has cum illis con-
ferre velit.

Epiph. 115. 138. 147. 148. 156. 157. 163.
Philo 118. 143. 151. 152. 160. 161. 170.

—

Epiph. 165. 166. 173. 179. 184.
Philo 171. 172. 182. 188.

—

Epiph. 188. 206. 214. 218. 223. 228. 229.
Philo 196. 216. 224. 228. 233. 237. 258.

—

Epiph. 230. 237. 238. 239. 240.
Philo 239. 246. 247. 248. 249.

—

Cæteræ omnes nihil inter se discrepant sententia
et verbis, perpaucis exceptis: quarum quædam
concordant non verbis, sed sententia; quædam par-
tim sententia, partim verbis; et in iis apud Epipha-
nium aliquid vel detractum, vel aliquid additum
esse deprehenditur. Quamobrem Epiphanianus com-
mentarius jure censeri potest Philoniani interpre-
tatio, ac, ut ait Lequien, loco supr. citat., *Latina*
translatio, a Græco codice admodum discrepans.

In ea autem quæstione, utrum Philo Carpasius
episcopus, an Philo Carpathius commentarium scri-
pserit *in Canticum canticorum*, fidenter sane doctus
vir pronuntiat (*a*), ut dixi supra, vanum omnino
esse commentum, Philonem scilicet cujus mentio
est apud Polybium, illius commentarii fuisse auctor-
rem. Et profecto veterum auctoritate niti posse vi-
detur; cum, qui Carpasium doceat talem scripsisse
commentarium, invenias ex veteribus neminem.
Contra Cosmas Egyptius illum clare Carpathium
nominat; et Suidas, ut dictum est, diserte inquit,
Φίλων Καρπάθιος ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὸ Ἆσμα
τῶν ᾀσμάτων. Et tamen nihil ea ratione commoti
viri docti, magna, quod Græcos codices fortasse in-
spexerint, fiducia Carpasium ejus commentarii scri-
ptorem fuisse pronuntiarunt, Garetius, Lequien,
Holstenius; ex quibus Holstenius diserte affirmat vulgo
male appellari Carpathium. Allatius autem hanc vide-
tur dirimere controversiam. Ille enim in citata *de Phi-*
lonibus diatriba, allato epistolæ Epiphanii ad Joan-
nem Hierosolymitanum loco quem superius attuli-
mus, ubi sanctus ille doctor mentionem facit Philonis
episcopi, subdit: *Adverte, lector, Philonem hunc fuisse*
episcopum regionis quæ proxima erat parochiæ Epi-
phanii, scilicet in eadem insula Cypri in civitate Car-
pasii: nec obstat cognomen Carpathii. Licet enim
Carpathius a Carpatho prope Chium insulam a Cypro
distante, si geographis credimus (*a qua et natum*
adagium ὁ Καρπάθιος τὸν λαγώον, *et mare ipsum*
Carpathium cognominatum) *videatur deductum;*
et a Carpasio Cypri, vel Καρπασίᾳ, *vel* Καρπασείᾳ,
vel Καρβασίᾳ, Carpaseotes, *sive etiam cum Theo-*
pompo Carpasseus *dicatur: tamen scias hoc Carpa-*
sium a nonnullis et præcipue Xenagora Carpathum
appellatum, a quo sine dubio Carpathius fit. Stepha-
nus: Καρπάσια πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμαλίων ἔκτι-

(*a*) Præfat. ad comment. Epiphan. pag. 26.

Digitized by Google

σεν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν *Κυπριακοῖς*. Διονύσιος δὲ διὰ διφθόγγου Καρπάσειαν αὐτὴν φησιν ἐν τρίτῳ *Βασσαρικῶν*·

Ἠδ' ὁπόσοι Κιτύρειον ἰδ' αἰπεινὴν Κραπάσειαν.

Ἔστι καὶ νῆσος Καρπασία κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδονίαν. Ξεναγόρας δὲ Κάρπαθον αὐτὴν καλεῖ· Δημήτριος δὲ ὁ Σαλαμίνιος Καρβασίαν φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν καλούμενον ἄνεμον κεῖσθαι δοκεῖ. Hactenus Allatius, qui versum ex Dionysio allatum a Stephano sanum exhibet, ut est in editionibus quæ Berkelianam præcesserunt, in qua ipse Berkelius in textum admisit suam emendationem, qua versum illum depravavit. Edidit enim

Ἠδ' ὁπόσοι Κιτύρειον ἠδ' ἀπειτὴν Καρπάσειαν,

et sic tertium et quintum claudicare facit pedem. Illa autem litterarum metathesis in voce Κραπάσειαν eadem est, quam Homerus adhibuit *Iliad.* B, vers. 676 : B

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε Κασόν τε.

Sed hoc ἐν παρόδῳ.

Cæterum in his duabus quæstionibus : 1° num commentarius Latinus e Vaticana bibliotheca prolatus vere sit Epiphanii ; 2° num Philo Carpathius quem Suidas tradit scripsisse *in Cantica canticorum*, idem sit qui Carpasius cujus nomen præferunt codices Græci ; quæ sunt a me hactenus disputata, satis esse lectoribus arbitror, quo suam ferre sententiam possint, vel adhuc non liquere pronuntient.

III. De Philone ejusque commentario disserui. Nunc, quod initio proposui, de ejusdem interpretationibus dicendum est. Epiphanii Latinum commentarium in adnotationibus quas ad Philonis textum adjeci, *veterem interpretationem* voco, et qui eam composuit, brevitatis tantummodo gratia, *veterem interpretem* appello. De quo interprete, si quidem sit Epiphanius Scholasticus quem Cassiodorus loco supra citato commemorat, illud mihi in mentem venit, quod de illo judicavit Huetius *De interpretatione* libro secundo : *Epiphanius*, inquit, *Scholasticus Socratem, Sozomenum et Theodoretum Latine exponens, nomen suum inter doctos traduxit. Græca siquidem vix assecutus est ; et si quæ forte intellexit, ea ne a posteris intelligerentur, obscura, barbara et dissipata oratione perfecit. Quod ergo, dum in epitomen a Cassiodoro contrahitur, damnum, ut fit, passus est, aliarumque ipsius interpretationum quas bene multas recenset Cassiodorus, jacturam sine stomacho feramus.* Et certe Cassiodorus melius consuluisset scriptoribus Græcis quos in Latinum verti curavit, si semper Aniano usus esset interprete, cujus operam in vertendis quibusdam S. Chrysostomi homiliis merito idem Huetius summopere laudat. Cæterum Epiphanius Scholasticus in hac sua Philoniani commentarii interpretatione, multis in locis contractiores exhibet explanationes, quam quæ sunt in Græco Philonis commentario ; sæpe addit quæ sententiam ipsam Philonis vel obtundunt, vel evertunt, vel errore aliquo inficiunt. Exemplo sint illa pag. 14, lin. 17, *Non enim solvi, velut ebrietas, ut obscuratus quis corruat*, etc. Locus est in Græco Philonis commentario num. 11 : Οὐ γὰρ λύει με ὥσπερ ἡ μέθη τοῦτο πόμα, κ. τ. λ., quorum sententiam dolebis ab interprete enervatam pag. 17, ad illa verba : *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*, explanationis Philonianæ sensum num. 4, non est assecutus. Sic pag. 22, lin. 13 : *Non enim erat sensibile quod dicebat, sed de isto erat sole*, etc., quæ quidem inter se pugnant. Confer cum his Græca Philonis num. 12, et pag. 23, lin. 15, *Ubi enim puritas est, illic increpatio quoque subsequitur ;* quo quid absurdius ? puritas enim nulli increpationi potest esse obnoxia. Vide etiam hominis inscitiam, qui pag. 89, vertens Græca, quæ sunt apud Philonem num. 203 : Αὐτὸς δέδεται ἐν παραδρομαῖς, οὐκ ἀνάγκης δεσμοῖς, ἀλλ' ἐκουσίου φιλανθρωπίας χρηστότητι, scribit : *Vinctus est autem ipse non sponsæ suæ necessitate, sed voluntate clementiæ.* Atqui Ecclesiæ sponsæ id maxime opus fuit, ut Christus pateretur. Et pag. 49, itidem addit quæ absunt a Græco textu, et apta sunt insinuando errori, Ecclesiam scilicet constare solis electis. Græca enim sunt num. 88 : Ἐπειδὴ γὰρ περὶ τῆς πληθύος εἶπε τῆς Ἐκκλησίας, τῆς ἐντὸς οὔσης τοῦ Μονογενοῦς, φησί, κ. τ. λ., quæ sic Latine reddita sunt : *Quia enim de multitudine dixit Ecclesiæ quæ constat in suis electis, istos intra Unigenitum esse demonstrat dicens*, etc. Eorum vero quæ apud Philonem leguntur num. 34 : Ἐπειδὴ γὰρ αἱ δοκοὶ τῶν φατνωμάτων εἰσὶν ἐσώτεραι, κ. τ. λ., versio plane insulsa, et omni sensu carens pag. 30 : *Quoniam igitur tigna trabibus componuntur atque celantur, pulchritudo vero domus trabibus indicatur*, etc. Nec sine stomacho legi potest locus ille pag. 36 in fin. de Christo : *Jam enim nec mortem pro nobis suscepit, cum semel passus sit, secundum quod sanctus dicit Apostolus : « Mors ei ultra non dominabitur [10], »* etc. Sed hæc ex plurimis quæ tum a veritate tum a recta interpretandi ratione longissime aberrant, cum iis non multis conjuncta quæ in adnotationibus attulimus, satis esse possunt indicio, quam abnormis, quam infida, quam horrida denique et incompta sit Latina illa Philoniani commentarii vetus interpretatio.

IV. Jam vero de Stephano Salutato ejusque versione, si ea tamen appellanda sit versio, loquamur (*a*). Neque enim, ubi vult Philonem repræsentare, agit partes fidi interpretis, cujus est reddere verba ipsa, et eodem ordine, ubi id non impediat utriusque sermonis Græci et Latini diversa indoles

[10] Rom. VI, 9.

(*a*) Prodiit Parisiis ex officina Wescheliana ann. 1537. Recusa deinde fuit in *Biblioth. PP.* curante le la Bigne edit. 1 in Appendic. Et in edit. 2 et 3, tom. I. Et in *Biblioth. PP. Lugdunen.* tom. V, pag. 661.

Digitized by Google

et discrepantia, seu se ut oratorem gerit. Quinimo cum in collatione pergerem Græci cum Latino commentario, videbam Salutatum brevitatis Philonianæ fortasse pertæsum, lineas usque audacius transilire; multa non de verbis solum, sed de sententiis demere; longe vero plurimas explanationes, quas frustra in Philone quæras, inserere, quo pleniore cum commentario ipse prodiret in publicum; eoque in suis additionibus esse copiosiorem, quo ulterius in sua illa, si talem dicere fas est, interpretatione procederet. Illud tamen affirmare non dubitaverim, si non totum commentarium Philonis, maximam tamen ejus partem in suo illo commentario reperiri, sed tam multis quæ largissima adjecit manu oppressam, vix ut appareat. Possum Philonis, ut ita dicam, frusta, ubi ea Salutatus collocavit, indicare. Cæterum Salutatus lectores suos ludos facit, cum in sua *Epistola ad Nicolaum Bargilesium presbyterum Bononiensem* scribit: *Non unus mihi Philo, sed plures mihi videntur, qui hosce commentarios* in Canticum canticorum *confecerint. Nam quod Philonis nomine circumfertur, apud Græcos breve admodum est. Sed sunt qui velint ab Eustathio quoque et Eusebio (quorum rogatu Philo ipse commentarium hunc confecerat) interpretatum esse, unumque de tribus esse conjunctum.* At quamnam illi fidem habebimus, qui de duobus illis commentariis testem proferat neminem? nullum nominet codicem, ubi commentarium illum ex tribus conflatum repererit? cumque miscellaneum illum ex pluribus compactum, Græce scriptum esse existimari oporteat, quem Salutatus a se Latine versum profert in lucem; cur tam multa in ea versione occurrunt quæ nihil oleant Græcitatis, sed primitiva ex Latino fonte deducta esse appareant? Præterea multa Philonis non exigua fragmenta male assuta suis additionibus exhibet Salutatus, multa ex D. Gregorio Magno etiam desumpta, quod jamdudum a pluribus est animadversum: ut ejus nequeam satis mirari rationem, qui Philonis genuina præfatione, eaque integra retenta, pluribusque itidem Philonianis explicationibus inter multo plura additamenta sua insertis, audacter ejusmodi κυκεῶνα Philonis nomine lectoribus suis propinare sit ausus. Illum suscepisse suspicor Philoniani commentarii versionem: cumque suæ interpolandi libidini ubique nimium se animadverteret indulsisse, et commentarium qui propter ejus brevitatem a Suida nominatur ὑπόμνημα, in immanem magnitudinem excrevisse: ut aliquam scriptioni suæ conciliaret fidem, fabulam illam commentus est de duobus commentariis Eustathii et Eusebii cum Philoniano commistis et in unum conflatis.

De Græci commentarii ætate, sive illum Philo Carpasius, sive Carpathius conscripserit, dubitari non potest fuisse compositum ante Cosmam Ægyptium, qui, ut supra dictum est, ex Philone tria attulit loca in sua *Topographia Christiana*. Scripsisse autem Cosmam suum opus anno 535 probat Montfauconius (*a*). Qui Philoni Carpasio commentarium hunc tribuendum existimaverint, ii censeant oportet, scriptum esse vel desinente sæculo quarto, vel ineunte quinto. Et Oudinus idcirco de Philone Carpasio ejusque scripto *in Canticum canticorum* mentionem facit ad annum Christi quadringentesimum. Ejusdem commentarii quis usus esse possit ad confirmanda quædam catholicæ fidei dogmata, docet cl. Fogginius in præf. ad comment. Epiph. p. 40 et sequent., ubi multa docte et erudite disputat, quæ qui legerit, ea se legisse non pœnitebit.

V. Denique in hoc Græco Philonis commentario evulgando quid operæ ipse impenderim, paucis expediam. Codices duos Barberinum et Vallicellanum, quorum ille in fine, hic in principio et fine mutilus est, inspexi, et cum iis meum codicem quam diligentissime contuli. Hos enim tractare meo mihi licuit arbitratu: cæteros non item, Mutinensem, Theatinum, Auximanum; sed quibusdam in locis in quibus hærebam, ab amicis Græcarum litterarum peritis inspiciendos curavi. Hos autem omnes esse comperi nimis multis erroribus maculosos; quibus fortasse veterem ipsum interpretem, et Stephanum Salutatum suspicor non habuisse meliores. In adnotationibus, mei codicis, qui plurimis in locis est depravatus, errores, adhibitis quos dixi codicibus, emendavi; et ubi locum aliquem in omnibus codicibus corruptum deprehendi, conjectura illum restituere studui. Philonianas sacri textus lectiones cum Vaticanæ editionis lectionibus, aliisque variantibus a Lamberto Bosio in sua editione Veteris Testamenti Græci adductis, accurate contuli; et quid in quoque loco Philo a cæteris variet, in iisdem adnotationibus diligenter exposui. In Latina denique versione, quam e regione Græci textus apposui, magis mihi fidelitas curæ fuit, quam elegantia.

(*a*) Præfat. ad Cosm. Ægypt. cap. 1.

Digitized by Google

ΦΙΛΩΝΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΟΥ ΚΑΡΠΑΣΙΟΥ

ΣΥΝ ΘΕΩ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΑΣΜΑΤΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

Πρὸς Εὐστάθιον πρεσβύτερον καὶ Εὐσέβιον διάκονον.

—

PHILONIS EPISCOPI CARPASII,

DEO JUVANTE,

ENARRATIO IN CANTICUM CANTICORUM

Ad Eustathium presbyterum et Eusebium diaconum.

—

Quemadmodum equum sessor ad cursum pedibus fodiens, etiam detrectantem, celerem reddit, ut recta ingrediatur via : sic exiguo sensu præditam mentem meam speciosis duorum punctam sanctorum virorum pedibus, quorum alter presbyter, diaconus alter, ad spiritualem viam enarrationis *in Cantica canticorum* stimulari videbam. Cum igitur intolerabiliter urgear, ut a segnitie, unde vix est exitus, emergam; utrumque vestrum oro, ut me subditis non modo stimulis ad hujus enarrationis cursum excitetis : sed precibus etiam ad rectum iter quasi freno mentem regatis meam, ut recta decursa via et inculpabili itinere defuncti, « verbum sanum et irreprehensibile » juxta Apostolum [11]

Ὥσπερ ἵππον εἰς ἐλασίαν ἐπιβάτης ποσὶν ὑπονύττων, καὶ μὴ βουλόμενον ὠκύποδα καθιστᾷ τὴν εὐσταθῆ ὁδὸν βαδίζειν (1) · οὕτω καὶ τὸν ἡμέτερον πενηχρόφρονα νοῦν ὡραίοις (2) ποσὶν ἐλαύνεσθαι νυττόμενον ἐώρων δυοῖν ἀνδρῶν, πρεσβυτέρου μὲν (3) ἑνὸς, θατέρου δὲ διακόνου, *εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων* τὴν πνευματικὴν τῆς ἑρμηνείας πορείαν, ἐλαυνόμενος ἀνεκβάτοις (4) ἵστασθαι τοῖς ὄχνοις ἀστέκτως (5). Παρακαλῶ δὲ ἄμφω τοὺς αὐτοὺς μὴ μόνον ὑπονύττειν καὶ διεγείρειν ἐπὶ τὸν τῆς ἑρμηνείας δρόμον, ἀλλὰ καὶ δι' εὐχῆς (6) πρὸς τὰ εὐθῆ τὸν νοῦν χαλιναγωγῆσαι, ἵνα τὴν εὐθεῖαν (7) δραμόντες, ἀμεμπτόν τε πορείαν βαδίσαντες, καὶ « λόγον ὑγιῆ καὶ ἀκατάγνωστον, » κατὰ τὸν Ἀπόστολον, θέμενοι, Κύ-

[11] Tit. II, 8.

(1) Codex Barb. τὴν εὐσταθή τε ὁδ. βαδ. ἐλαύνει. Sed vocis εὐστάθη τε deleta est vetustate prior syllaba, atque error est in accentu. Codex Auxim. τὴν ἐυσταθῆ τε ὁδόν, nec habet ἐλαύνει. Lectio quæ in textu, eadem est quæ in cod. Theat.

(2) *Ὡραίοις*. Alludit ad illud D. Pauli, Rom. x, 15. In veteri versione quæ Romæ prodiit typis impressa anno 1750, sive sit error operarum, sive ita habeat codex unde fuit exscripta, legitur « speciosius. » Legendum « speciosis. »

(3) Additum μέν ex cod. Theat.

(4) *Ἀνεκβ.* Deleta erat in cod. Barb. Meus cod. habet ἀνεβάτοις. Itaque legendum censeo *ἀνεκβάτοις*.

(5) Hanc vocem in cod. Barb. deletam, et in meo vix indicatam primis litteris ἀστέ... restitui ex cod. Theatino. Cæterum locus est, opinor, paulo implicatior et fortasse depravatus. Steph. Salutatus verba non persequitur, ac propterea facile inde se extricat : vetus vero interpres vult quidem persequi verba, sed ejus versio ipso Græco textu est impeditior. Legere malim, et interpungere, πρὸς τὴν εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων πνευματικὴν τῆς ἑρμηνείας πορείαν. Ἐλαυνόμενος οὖν ἀστέκτως ἀνεκβάτοις ἀνίστασθαι ὄχνοις, παρακαλῶ ἄμφω, κ. τ. λ.

(6) *Δι' εὐχῆς*. Ex codd. Auxim. et Theat. Nam in Barb. litteræ omnes deletæ : meus cod. hic lacunam habet.

(7) Codex Barb. et meus habet εὐθ... integram vocem restitui ex cod. Theat.

Digitized by Google

ριον ἐπιβάτην ἔχοντες, εἰς τὴν τῶν μακαρίων καὶ ἀθάνατον (8) εἰσελεύσομεν πόλιν. Οὐ γὰρ ἐξ ἑαυτῶν ἔχοντές τι, ἀλλὰ τῷ διδόντι τὰς χάριτας ὁμολογοῦντες, εἰς τὸ προκείμενον ἴωμεν. Ἀφιερώσας (9) γάρ τις τῷ Θεῷ τὸ ἑαυτοῦ φρόνημα, καὶ τὴν ἔννοιαν ἀπαλλάξας τῶν γηΐνων ἐνθυμημάτων, ὅλον τὸν νοῦν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ (10), καὶ τῇ τῆς σωφροσύνης ἀρετῇ κεκοσμημένος τὴν ψυχὴν, καὶ στέφανον οὐράνιον δεξάμενος χαρίτων τῇ ἑαυτοῦ κορυφῇ, οὕτως ἐφαπτέσθω (11) τῆς ἁγίας τῶν πνευματικῶν Ἁσμάτων Γραφῆς. Καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ ἐπιγραφὴ (12), τοῖς τῶν λογισμῶν ἔχουσιν εὐθῆ (13), ἀπαλλάττει μὲν εὐθὺ σαρκικῶν ἐννοιῶν τοὺς ταύτην ἁγίαν μετιόντας Γραφήν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς Ἄσματα προγέγραπται, ἢ λέγεται ἢ προσαγορεύεται (14), ἀλλὰ *Ἁσματα ἀσμάτων*· ἵνα ἀκούσας Ἄσματα ἀσμάτων ὑπομνησθῇς (15) τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· οὐ μόνον γὰρ Ἄσματα ἀσμάτων ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ Ἅγια ἁγίων, καὶ Σάββατα σαββάτων. Ὥσπερ οὖν Ἅγια τῶν ἁγίων μείζονά τινα μυστηριώδη καὶ ἀπόκρυφον ἔχει τὴν τιμὴν, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσιόντος τοῦ ἀρχιερέως εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· οὕτω καὶ τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων, πνευματικὴν καὶ βαθυτέραν τὴν τῶν τεθησαυρισμένων ἀγαθῶν νοημάτων εὕρεσιν ἔχει. Καὶ ὥσπερ τὰ Σάββατα τῶν σαββάτων μείζονα τῆς παρούσης ἀναπαύσεως ἔχει (16) τὴν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀνάπαυσιν (Σάββατα γὰρ σαββάτων τὰς μελλούσας ἐν τῷ ἐκεῖσε αἰῶνι ἀναπαύσεις, καὶ τὰς ἡτοιμασμένας τῆς ἀναπαύσεως ἐπαγγελίας τὴν ἁγίαν λέγειν πέπεισμαι Γραφήν. Ἐκεῖναι [17] γὰρ Σάββατα σαββάτων, αἱ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀναπαύσεις, καὶ εὐωχίαι τῶν ἐνταῦθα Σαββάτων, τουτέστι τῶν ἁμαρτημάτων ἀργίας. Οἱ γὰρ ἐνθάδε ἀπὸ ἁμαρτημάτων ἀργίσαντες (18), τὴν τελείαν ἀνάπαυσιν ἐν τῷ αἰῶνι εὐωχηθήσονται)· ὥσπερ οὖν τὰ Σάββατα ἐκεῖνα πολλῷ μείζονα τούτων τῶν Σαββάτων, οὕτω καὶ τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων μείζονά τινα καὶ πνευματικὴν ἔχει τὴν ἀγωγὴν παρὰ τὰ ἐν ταῖς ἄλλαις Γραφαῖς γεγραμμένα ᾄσματα. Πολλὰ γὰρ ᾄσματα ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς γέγραπται. Καὶ ἴδε τὴν Μωσέως ᾠδὴν, « Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, » λέγουσαν· « ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, » καὶ ἄλλα ὅσα (19) εὑρήσεις ἐν τῷ νόμῳ

A adhibentes, Domino sessore ac duce, in beatam immortalemque civitatem invehamur. Non enim ex nobismetipsis quidquam habentes, sed gratiam ei qui dat, referentes acceptam, ad propositum accedamus. Ut enim suum quisque animum Deo consecraverit, et mentem a terrenis cogitationibus liberarit, et temperantiæ virtute ornatum animum gerens, cœlestem suo capiti gratiarum coronam acceperit : ita sanctam spiritualium Canticorum Scripturam attingat. Quibus enim rectæ cogitationes sunt, eos, cum ad sanctam hanc Scripturam accesserint, ipsa inscriptio carnalibus statim cogitationibus liberat. Non enim simpliciter inscribitur,
B Cantica ; sed *Cantica canticorum;* ut cum audias Cantica canticorum, tibi in memoriam veniant Sancta sanctorum. Non enim tantummodo Cantica canticorum habemus, sed etiam Sancta sanctorum, et Sabbata sabbatorum. Quemadmodum igitur Sancta sanctorum majorem quamdam et mysticam absconditamque dignitatem habent ; cum semel tantum in anno ingrederetur pontifex in Sancta sanctorum : ita Cantica canticorum spiritualem et profundiorem reconditæ intelligentiæ inveniendum habent thesaurum. Et quemadmodum Sabbata sabbatorum majorem quam quæ nunc quies est, futurorum quietem bonorum habent (futuram enim bonorum in illo sæculo quietem, et præparatas
C quietis promissiones mihi persuasum est nominari a sancta Scriptura Sabbata sabbatorum. Illic enim sunt Sabbata sabbatorum, nimirum futuri sæculi requies cœlestesque dapes, provenientes ex his Sabbatis quæ sunt apud nos, id est ex cessatione a peccatis. Qui enim in præsens a peccatis cessaverint, perfecta quiete in futuro sæculo perfruentur) : quemadmodum igitur illa Sabbata multo sunt his Sabbatis præstantiora ; ita Cantica canticorum majorem quamdam et spiritualem habent jucunditatem præ canticis quæ in cæteris Scripturis scripta reperiuntur. Plura enim in sanctis Scripturis cantica scripta sunt. Vide canticum Moysis : « Cantemus Domino, » ait [11]; « gloriose enim glorificatus est ; » et cætera quæ in lege reperies cantica et odas

[11] Exod. xvi, 1.

(8) Lege ἀθανάτων. Theat. ε.ς την μακαρίαν καὶ
D ἀθάνατον εἰσελάσομεν. Quam lectionem in versione secutus sum.

(9) Locum hunc legere est in Expositionibus *in Canticum cant.* Græce editis a Meursio Lugd. Bat. ann. 1617, pag. 9, lin. 13 a fine.

(10) *Ὅλον τὸν νοῦν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ.* Hæc absunt ab Expositionibus Meursianis, et delenda videntur, ut supervacaneum glossema.

(11) Sic restitui ex cod. Theat., et sic postea reperi in Expositionibus a Meursio editis. Barb. habet ἐφάπτεσθαι· meus habet ἐφάπτηται.

(12) Sic Theat. At Barb. et meus περιγραφή.

(13) Lacunam mei cod. et Barb. ex Theat. implevi. Cæterum legendum videtur τοὺς τῶν λογισμῶν ἔχοντας τὰ εὐθῆ.

(14) *Ἢ λέγεται, ἢ προσαγορεύεται.* Hæc non agnoscit vetus interpres, et delenda videntur ut glossemata

(15) Codd. Barb. et Auxim. habent ὑπομνησθείς Theat. habet ὑπομνησθῇς. Itaque emendavi ὑπομνησθῇς.

(16) *Ἔχει*, quæ vox deest in meo cod. et in Barber. supplevi ex Theat.

(17) Legendum censeo ἐκεῖ. Vetus interpres legisse videtur ἐκεῖ· ait enim : « Illic enim Sabbata sabbatorum futurique sæculi requies, et præsentium cumulatio Sabbatorum horum, quæ hic aguntur peccatorum segnitie, reperitur; qui enim hic in peccata pigri sunt, futuro sæculo perfecta requie perfruentur. » Quæ referre huc voluimus ; idque subinde, ut res tulerit, faciemus, ut habeat lector, quid de tali interprete existimet.

(18) Lege ἀργήσαντες.

(19) Sic Theatinus. At meus, et Barber. habent ἄλλας ὅσας.

Digitized by Google

Vide Isaiæ canticum et odem [13] : « Cantabo dilecto canticum dilecti vineæ meæ. » Vide odem quam cecinit Anna [14] : « Confirmatum est, » ait, « cor meum in Domino. » Vide quæcunque sunt in Psalmis cantica : « Cantate Domino canticum novum [15], » et quæcunque alia in Scripturis repereris cantica : sed majore et excelsiore dignitate, quemadmodum Sancta sanctorum et Sabbata sabbatorum, prædita sunt Cantica canticorum. Jam vero mihi sacræ hujus et profundæ inscriptionis Canticorum intelligentiam diligenter perquire. Cur non dixit : Cantica canticorum quæ condidit vel cecinit Salomon, sed : Cantica canticorum quæ sunt Salomonis? Cum enim Salomon interpretetur *pacificatus*, vel *pacificus*, propterea hæc Cantica canticorum omni pacificato et ab offendiculis fornicatricis cogitationis semoto parata sunt. Qui enim suam mentem a carnalibus affectionibus non liberaverit, huic nulla sunt Cantica canticorum, neque Sancta sanctorum, neque Sabbata sabbatorum. Qui vero submotis offendiculis omnibus, legitimam exspectans pacem, suam ipsius mentem et corpus ad temperantiæ virtutem converterit, illi sunt Cantica canticorum ; qui nihil terrestre vel carnale cogitet, sed omnia quæ scripta sunt, spiritualiter accipiat, et vera pace fruatur : « Pax enim, » inquit Scriptura [16], « diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum. » Quemadmodum vero domi sunt vestibula et atria et porticus et triclinia et conclavia illustria ; eorum vero omnium intimum cubiculum quod thalamus appellatur, ubi sponsa cum sponso requiescens, secreta profundæ intelligentiæ cum eo confert : ita in Canticis canticorum sancta sponsa Ecclesia profundos et mysticos fidei sermones cum suo sponso confert, et ait :

A ἄσματα καὶ ᾠδάς. Ἴδε καὶ τὸ Ἡσαΐου ἆσμα καὶ ᾠδήν· « Ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ἆσμα τοῦ ἀγαπητοῦ τῷ ἀμπελῶνί μου. » Ἴδε τὴν ᾠδὴν ἣν ᾖσεν (20) Ἄννα, « Ἐστερεώθη, » λέγουσα, « ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ. » Ἴδε τὰ ἐν Ψαλμοῖς ἄσματα ὅσα ἐστίν· « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ἆσμα καινόν· » καὶ ὅσα ἕτερα εὑρήσεις ἐν ταῖς Γραφαῖς ἄσματα· ἀλλὰ μείζονι καὶ βαθυτέρᾳ τιμῇ, ὥσπερ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ τὰ Σάββατα τῶν σαββάτων, ἐτιμήθη καὶ τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων. Ἀκρίβασαι (21) δή μοι τὸν νοῦν τῆς ἱερᾶς ταύτης βαθυτέρας τῶν ἀσμάτων ἐπιγραφῆς (22). Πῶς οὐκ εἶπεν· Ἄσματα ἀσμάτων, ἃ ἐποίησε Σαλομών, ἢ εἶπε Σαλομών· ἀλλά· Ἄσματα ἀσμάτων, ἃ ἐστι τοῦ Σαλομών; Ἐπειδὴ γὰρ Σαλομὼν *εἰρηνευόμενος* ἑρμηνεύεται, ἢ *εἰρηνεύων*, διὰ τοῦτο ταῦτα τὰ
B Ἄσματα ἀσμάτων παντὶ τῷ εἰρηνευομένῳ, καὶ σκανδάλων πορνικῆς ἐννοίας ἀπηλλαγμένῳ ἡτοίμασται. Ἐὰν γὰρ μή τις τὸ ἑαυτοῦ φρόνημα τῶν σαρκικῶν ἀπαλλάξῃ παθῶν, οὐκ ἔστιν αὐτῷ τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων, οὔτε τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, οὔτε τὰ Σάββατα τῶν σαββάτων. Ἐὰν δέ τις παρωσάμενος πάντα τὰ σκάνδαλα καὶ τὴν ἔννομον ποθήσας (23) εἰρήνην, τὸ ἑαυτοῦ φρόνημα καὶ τὸ σῶμα τῇ τῆς σωφροσύνης περιστρέψῃ ἀρετῇ (24), αὐτῷ ἐστι τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων, οὐδὲν γήινον ἢ σαρκικὸν νοοῦντι, ἀλλὰ πάντα πνευματικῶς τὰ γεγραμμένα δεχομένῳ, καὶ ὄντως εἰρηνευομένῳ· « Εἰρήνη γάρ, » φησὶν, « τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον σου, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον. » Ὥσπερ δὲ οἶκου εἰσὶ προπύλαια, καὶ πυλῶνες, στοαί τε καὶ τρίκλινοι καὶ οἶκοι περι-
C φανεῖς· τούτων δὲ πάντων ἐσώτατόν ἐστι ταμεῖον (25), ὁ προσαγορευόμενος κοιτὼν, ἐν ᾧ ἡ νύμφη μετὰ τοῦ νυμφίου ἀναπαυομένη, καὶ τὰ ἀπόκρυφα τῆς βαθείας αὐτῶν (26) γνώσεως προσλαλεῖ· οὕτω καὶ ἐν τοῖς Ἄσμασι τῶν ἀσμάτων ἡ ἁγία νύμφη Ἐκκλησία τὰ βαθέα καὶ μυστηριώδη τῆς πίστεως ῥήματα τῷ ἰδίῳ προσλαλεῖ νυμφίῳ, καί φησι·

CAP. I.

I. VERS. 1. *Osculetur me ab osculis oris sui.*

Tanquam paranymphis, ut ita dicam, a cœlesti sponso missis ad charissimam sponsam, eique pulchritudinem sponsi narrantibus (sic enim ad eam inclamat Isaias [17] : « Iste speciosus in stola ; » et rursus alius dicit [18] : « Speciosus forma præ filiis
D hominum ; » atque iterum alter consilium dat, et dicit : « Amicus fidelis, protectio fortis [19] : amicus fidelis, pharmacum vitæ [20] : fideli amico non est compensatio [21] ; » et David ita eam alloquitur :

ΚΕΦ. Α'.

Α'. Στ. α'. *Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ.*

Οἷα νυμφαγωγῶν, ὡς εἰπεῖν, παρὰ τοῦ ἐπουρανίου νυμφίου ἐπὶ τὴν τιμίαν νύμφην ἀπεσταλμένων, καὶ τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος αὐτῇ διηγουμένων (οὕτως μὲν Ἡσαΐου βοῶντος αὐτῇ· « Οὗτος ὡραῖος ἐν στο-
λῇ· » καὶ πάλιν ἄλλου λέγοντος· « Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων· » καὶ πάλιν ἑτέρου συμβουλεύοντος, καὶ λέγοντος· « Φίλος πιστὸς, σκέπη κραταιά· φίλος πιστὸς, φάρμακον ζωῆς· φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα· » καὶ τοῦ Δαβὶδ συν-

[13] Isa. v, 1. [14] I Reg. II, 1. [15] Psal. XCV, 97, et CXLIX, 1. [16] Psal. CXVIII, 165. [17] Isa. LX, 1. [18] Psal. XLIV, 3. [19] Eccli. VI, 15. [20] ibid. 16. [21] ibid. 15.

(20) Sic scribendum, non ut habent codices, ᾖσεν.

(21) Barb., Auxim. et meus male ἀκρίβασε. Theat. ἀκρίβασαι δέ μοι. Mallem ἀκρίβωσαι.

(22) Theat. ὑπογραφῆς. Meus et Barber. ἀποχραφῆς.

(23) Sic emendavi. Meus et Barber. ποθείσας.

(24) Auxim. καὶ τῆς σωφροσύνης περιστρέψαι ἀρετῇ. Theat. habet περιστρέψῃ. Lego περιστέψῃ, et sic legisse videtur vetus interpres, qui vertit, « suam animam simul et corpus castitatis virtute coronet. » Sic etiam habuisse putaverim in suo codice Salutatum ; vertit enim : « Corpore castus et animo temperantiæque viribus vallatus erit. »

(25) Hesych. ταμεῖον, θάλαμος.

(26) Legendum puto αὐτῷ. Sic paulo post τῷ ἰδίῳ προσλαλεῖ νυμφίῳ.

Digitized by Google

ομιλοῦντος (27) αὐτῇ· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου· καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου (28), καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου· » καὶ πάλιν Ἡσαΐου τὸν ἔννομον τιμῶντος γάμον, καὶ λέγοντος αὐτῇ· « Ὃν τρόπον εὐφρανθήσεται νυμφίος ἐπὶ τῇ νύμφῃ, οὕτως εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ σοί »)· ὥσπερ οὖν τούτων ἐνωτισμένη καὶ ἄλλων ὁμοίων ἡ καλουμένη νύμφη (29), ἀναφωνεῖ καὶ λέγει· *Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ*. Σὺ γοῦν, πᾶς ὁ ἀκροώμενος τῶν πνευματικῶν ᾀσμάτων, ὅτι φίλημα πνευματικὸν καὶ ἄχραντον τῆς σαρκὸς ἀκούεις φίλημα, μὴ τιτρώσκου τὴν διάνοιαν ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδυπαθείαις. Φίλημα γὰρ πνευματικὸν φιλήματος σαρκικοῦ πολὺ καὶ ἀσυγκρίτως διενήνοχε, καθάπερ ἡ ἡμέρα τῆς νυκτὸς φωτὶ ἐπερίσσευσεν. Ὥσπερ γὰρ ἔστι σῶμα ψυχικόν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν· οὕτως ἔστι φίλημα σαρκικόν, καὶ φίλημα πνευματικόν. Ἀλλὰ τὸ μὲν σαρκικὸν ἐπίγειον· τὸ δὲ πνευματικὸν ἐπουράνιον. Ἡ τοίνυν ἐπὶ γῆς φιλία (30) ἐπιμίξ ἐστι καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Καλὴ γὰρ ἡ περὶ γάμον φιλία, κακὴ δὲ ἡ περὶ πορνείαν. Οὐ γὰρ πρὸς μόνας τὰς ὑπὸ Θεοῦ συζευχθείσας αὐτοῖς νομίμως γαμετὰς ἕλκονται πάντες τῷ πόθῳ (τοῖς δ' ἀρκουμένοις τούτῳ, ἀγαθόν [31]· ἐξ ἀγαθοῦ γὰρ ὁ γάμος)· ἀλλὰ πολλοὶ καὶ μετὰ ἀνομίας κλεψιγάμοις εὐναῖς συμπλέκονται, δεινοτάτῃ φιλίᾳ σιτρηλατούμενοι· ἧτις αὐτοῖς εἰς ἔχθραν μετατραπήσεται, ὅταν κατὰ πάντων τῶν κρυπτῶν ἐποπτικὴ τοῦ Θεοῦ κρίσις παραγίνεται ἑκάστῳ τὰ ἄξια ταμιεύσασθαι. Ἡ δὲ ἄνωθεν καὶ περὶ τὰ ἄνω φιλία ἁγία ἐστὶν, αἰωνίους τὰς γλυκύτητας ἔχουσα, ἀκαταπαύστους τὰς εὐφροσύνας βρύουσα, ἀπεράντους τὰς εὐωδίας πνέουσα, ἀῤῥήτους τὰς δόξας ἔχουσα, ἰσαγγέλους τὰς τιμὰς φέρουσα, αὐτὸν τὸν ἀγαπήσαντα ἡμᾶς Κύριον ἡμῖν ἐσοπτρίζουσα, τὴν πρὸς τὸν Δεσπότην παῤῥησίαν προξενοῦσα, τὸ ἰσόῤῥοπον τῆς δικαιοσύνης ἐπάγουσα, καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανοῖς τιμὴν καὶ δόξαν φέρουσα. Ἀκήκοας φιλήματος καὶ φιλήματος διαφορὰν καὶ διάκρισιν (32); Γνῶθι τὸ διάφορον, ἔκλεξαι τὸ κρεῖττον, φύγε τὸ βλάπτον, κράτει τὸ σῶζον (33).

A « Audi, filia : et vide, et inclina aurem tuam, et oblivisere populum tuum et domum patris tui : et concupiscet rex pulchritudinem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus [22] : » et rursus Isaias legitimas honorans nuptias, dicit ei [23] : « Quemadmodum lætabitur sponsus in sponsa, sic lætabitur Dominus in te ») : quasi igitur his aliisque ejusmodi sermonibus sponsa præbens aures clamat, et dicit : *Osculetur me ab osculis oris sui.* Tu igitur, quisquis Cantica canticorum audis, quando spirituale et ab omni carne purum osculum audis, noli mentem carnalibus lædere voluptatibus. Osculum enim spirituale carnali osculo multo est et sine comparatione præstantius, sicut dies noctem lumine superat. Quemadmodum enim corpus est animale, et corpus spirituale [24] : ita osculum est carnale, et osculum spirituale. Verum carnale terrestre est ; spirituale est cœleste. Amor igitur in hac terra promiscue est tum boni tum mali. Bonus enim est amor in nuptiis, improbus in fornicatione ; non enim omnes desiderio ad solas trahuntur uxores, quæ illis a Deo legitime sunt conjunctæ ; et iis quidem qui eo contenti sunt, id bonum est : ex bono enim nuptiæ. Verum multi furtivo concubitu cum alienis uxoribus commiscentur, nefario perciti amore ; qui quidem in odium illis vertet, cum Dei judicium occulta quæque perspiciens advenerit, ut suum quo quisque dignus est, unicuique distribuat. Sanctus autem supernarumque rerum amor ille est, qui infinitas continet dulcedines ; qui gaudiis nunquam deficientibus scatet ; interminabiles odorum spirat suavitates ; ineffabilem habet gloriam ; honores affert angelicis honoribus pares ; ipsum Dominum qui nos dilexit, tanquam in speculo nobis aspiciendum exhibet ; fiduciam ad Dominum præbet ; æquitatem justitiæ affert ; et in terra et in cœlis honorem et gloriam parit. Audisti inter osculum et osculum differentiam et discrimen ? Nosce quid inter utrumque intersit : seligito quod melius est : fuge quod lædit : tene quod salutem parit.

B

C

Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ· τουτέστιν, ὁ Υἱός. Ἄνω τῆς διανοίας τὸ ὄμμα· οὐ γὰρ σαρκικὸν τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ πνευματικὸν τὸ προφητευόμενον. Οὐ βούλεται γὰρ (34) διὰ μόνου στόματος προφητῶν διδαχθῆναι· ἀλλ' αὐτὸς, φησὶν, ἐγγισάτω καὶ διδαξάτω με Υἱός. Μεγάλη γάρ (35)

Osculetur me ab osculis oris sui : scilicet Filius. Sursum erige mentis oculum. Non enim carnale est id de quo est sermo ; sed spirituale, quod prophetice dicitur. Non enim solummodo per os prophetarum doceri vult ; sed ipse, inquit, accedat et me doceat Filius. Gravis enim, aiebat quondam Eccle-

D

[22] Psal. XLIV, 10. [23] Isa. LXII, 5. [24] I Cor. XV, 44.

(27) Sic meus, et Barb. et Theat. In Vallicellan. συμβουλεύοντος.

(28) Restitui σου, quæ vocula a meo cod. et Barb. abest.

(29) Vet. interpr. « evocata sponsa. » Sed ἡ καλουμένη νύμφη idem est ac simpliciter νύμφη. Vid. Comment. meum ad *Electr.* Sophocl., ad versum 232.

(30) Vallicell. φιλανθρωπία.

(31) *Τοῖς δ' ἀρκουμ. τ. ἀγαθόν.* Sic interpungendum ex Vallic. et Theat. τούτῳ τῷ πόθῳ. Barberinus, et meus habent τοῦτο, et pravam interpunctionem habent hujus loci.

(32) Vetus interpres vertit : « Audistis quidem osculi et osculi differentiam atque judicium. Cognosce discretionem. Elige quod melius est, » etc.

(33) Vetus versio quædam hic habet, quæ absunt ab omnibus Græcis codicibus.

(34) Restitui γάρ ex aliis codd. Abest enim a Barb. et meo.

(35) Hæc in veteri versione reddita sunt perversissime : « Mater enim mea Ecclesia aliquando dicebat : Pusillis non salvabor ; magnum et perfectum medicum requiram, mero perfusa sum, tenebræ sunt lucernæ legis et prophetæ : ait enim : « Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis. »

Digitized by Google

sia, meus fuit morbus; tenuibus pharmacis non convalescam; magnum perfectumque medicum quæro : meræ mihi circumfusæ sunt tenebræ; lucerna, lex et prophetæ : « Lucerna » enim, ait Scriptura [25], « pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis : » sed non poterunt me illuminare, nisi perfectum mihi supervenerit lumen. Illud, splendoris excessu, tenebrarum excessum dispellet, viamque videbo quæ me rursus in paradisum ducat. Transcendit legem, superat prophetas; et interea dum oscula excipit Ecclesia, Unigenitum orat. Os enim Dei, est Filius. Quamobrem cum Deus sit, Verbum appellatur : quoniam omnia quæcunque vult Pater, per Filium loquitur.

A μου, ποτὲ ἔλεγεν ἡ Ἐκκλησία, γέγονεν ἡ νόσος· μικροῖς οὐκ ἰαθήσομαι· τὸν μέγαν ἰατρὸν καὶ τέλειον ἐπιζητῶ· ἄκραντόν μοι περικέχυται τὸ σκότος· λύχνος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται· « Λύχνος » γάρ, φησὶ, « τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. » Ἀλλ' οὐκ ἰσχύσουσι διαυγάσαι (36) με, ἐὰν μὴ τὸ τέλειον παραγένηταί μοι φῶς. Ἐκεῖνο τῇ ὑπερβολῇ τῆς λαμπρότητος τὴν ὑπερβολὴν ἀφανιεῖ τοῦ σκότους (37)· καὶ ὁδὸν ὄψομαι τὴν εἰς παράδεισόν με πάλιν ὁδηγοῦσαν. Ὑπερβαίνει νόμον, ὑπερβάλλει προφήτας· καὶ ἐν αὐτῷ φιληθῆναι (38) εὔχεται ἡ Ἐκκλησία τῷ Μονογενεῖ. Στόμα γὰρ τοῦ (39) Θεοῦ ὁ Υἱός. Διὸ καὶ Θεὸς ὢν, Λόγος προσαγορεύεται. Ἐπειδὴ πάντα ὅσα βούλεται, διὰ τοῦ Υἱοῦ λαλεῖ ὁ Πατήρ (40).

II. *Quoniam bona ubera tua super vinum.*

Duo ubera dicendum duo esse Testamenta, e quibus Ecclesiæ filii exsugunt mente, veluti lingua, verba veritatis, et in perfectam adolescunt vitam atque ætatem. Hic potus vino præstantior est. Non enim e terra scatet, sed e cœlis descendit. « Exspectetur » enim, ait [26], « ut pluvia eloquium meum, et descendant ut ros verba mea. » Hunc potum qui in cœlestibus scopum habent, mente veluti lingua ex Scripturis sugunt, et tanquam in ventrem, ita in cor per pœnitentiam dolorum sedatricem demittunt peccatorum remissionem. Quemadmodum enim duo ubera cordi adhærescunt, ita etiam duo Testamenta ex sancto Spiritu spiritualem nobis potum profundendo lætitiam afferunt super vinum : Non enim me dissolvit ut ebrietas, ait Ecclesia, hujusmodi potus, ita ut obortis mihi tenebris concidam : imo gaudio quodam me impinguat et fide confirmat, ne ad terram dejiciar, sed in neutram partem inclinans, recta erga Deum consistam. Quemadmodum Jeremias ait [27] : « Factus sum quasi vir contritus, et quasi homo captus a vino a facie Domini, et a facie decoris gloriæ ejus, » Dei eloquiorum gaudio supra modum perculsus.

B Β'. *Ὅτι ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον.*

Δύο μαστοὺς τὰς δύο Διαθήκας ῥητέον· ἀφ' ὧν καὶ θηλάζει τὰ τέκνα τῆς Ἐκκλησίας, ὥσπερ γλώττῃ, διανοίᾳ τοὺς λόγους τῆς ἀληθείας, καὶ εἰς τελείαν αὔξεται ζωήν τε καὶ ἡλικίαν. Τοῦτο τὸ πόμα (41) τυγχάνει ὑπὲρ οἶνον. Οὐ γὰρ ἀπὸ γῆς πηγάζεται, ἀλλ' ἐξ οὐρανῶν κατέρχεται. « Προσδοκάσθω » γάρ, φησὶν, « ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου, καὶ καταβήτω ὡς δρόσος τὰ ῥήματά μου. » Τοῦτο τὸ πόμα (42) οἱ ἄνω τὸν σκοπὸν ἔχοντες ἐκ τῶν Γραφῶν θηλάζουσιν ὥσπερ γλώττῃ τῇ διανοίᾳ, καὶ καταβάλλουσιν, ὥσπερ εἰς κοιλίαν, οὕτως εἰς καρδίαν τὰς παυσιλύπους διὰ (43) μετανοίας ἀφέσεις τῶν ἁμαρτημάτων. Ὥσπερ γὰρ οἱ δύο μαστοὶ ἄμφω τῇ καρδίᾳ κεκόλληνται, οὕτω καὶ αἱ δύο Διαθῆκαι ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύ- C ματος τὸ πνευματικὸν ἡμῖν πόμα βρύουσαι, εὐφραίνουσιν ὑπὲρ οἶνον. Οὐ γὰρ λύει (44) με ὥσπερ ἡ μέθη τοῦτο τὸ πόμα, φησὶν ἡ Ἐκκλησία, ἵνα σκοτωθεῖσα καταπέσω· ἀλλ' ἀγαλλιάματί με καταπιαίνει (45), καὶ στηρίζει τῇ πίστει πρὸς τὸ μὴ καταῤῥίπτεσθαι εἰς τὴν γῆν, ἀλλ' ἵστασθαι ἀκλινεῖ ὀρθότητι πρὸς Θεόν. Καθὼς Ἱερεμίας λέγει· « Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος συντετριμμένος, καὶ ὡσεὶ ἄνθρωπος συνεχόμενος ἀπὸ οἴνου, ἀπὸ προσώπου Κυρίου, καὶ

[25] Psal. CXVIII, 105. [26] Deut. XXXII, 2. [27] Jer. XXIII, 9.

Salutatus ἄκρατον σκότος vertit, « intolerabiles tenebræ. » Minus bene derivasse videtur vocem ἄκρατον a κράτος.

(36) Vallicell. καταυγάσαι.

(37) Sic emendandus error codicum, qui habent D τὸ σκότος.

(38) Male vet. interpres αὐτῷ jungit cum Μονογενεῖ· cum vertit barbare et sine sensu : « Et in ipso unigenito osculari. »

(39) *Τοῦ* abest a codd. Barb. et meo. Reposui ex cod. Vallicell. Anastasius Antiochenus lib. I, qui est *De rectis dogmatibus :* Νοῦν δέ φαμεν τὸν Πατέρα τοῦ Λόγου, ἐν ᾧ Λόγος, μεθ' οὗ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Πνεῦμα στόματος τοῦ Θεοῦ χρηματίζει. Στόμα γὰρ Πατρὸς ὁ Υἱός· « Mentem vero dicimus Patrem Verbi, in qua Verbum, cum quo Spiritus sanctus, Spiritus oris Dei appellatur. Os enim Patris est Filius. » Ex eod. lib. : Τοῦ δὲ στόματος τὸ ἰδίωμα λαβόντες ὡς παράδειγμα, τὴν ἀλληλουχίαν τῶν θείων παρεστήσαμεν προσώπων διὰ τῆς τῶν μελῶν ἀναλογίας τε καὶ εἰκασίας. Ταύτῃ γὰρ καὶ Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, στόματος ὄντος τοῦ Μονογενοῦς, καὶ Πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον, οὐ μόνον παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ· « Oris vero proprietate sumpta in exemplum, mutuam divinarum personarum cohærentiam expressimus proportione et similitudine membrorum. Sic enim et Spiritus sanctus dicitur Spiritus oris illius, scilicet Dei, cum sit os Unigenitus; et rursus Spiritus ex ipso procedens, et missus non solum a Patre, sed etiam a Filio. » Locum habes sane luculentum, quo docemur Spiritum sanctum a Patre et Filio procedere. Et paulo post, διὰ τοῦ Υἱοῦ λαλεῖ ὁ Πατήρ.

(40) Post hæc in veteri versione typis impressa sequuntur multa quæ sex pag. complent. in 4. Ea frustra quæras in Græcis codd.

(41) Vetus interp. τοῦτο τὸ πόμα male vertit, « hoc poculum. »

(42) Salutatus, « dolorificas : » legisse videtur ῥαρυλύπους.

(43) Artic. οἱ est ex Vallicell.

(44) Vetus versio habet : « Non enim solvit velut ebrietas, ut obscuratus quis corruat, » etc.

(45) Sic emendavi, cum cod. meus et Barberinus habeant καταπίσνει.

Digitized by Google

ἀπὸ προσώπου εὐπρεπείας δόξης αὐτοῦ· » τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐφρασίας τῶν τοῦ Θεοῦ λογίων ἐκπληττόμενος.

Γ'. Στ. β'. *Καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.*

Εἰς προτροπὴν, οἶμαι, τῆς Ἐκκλησίας τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοιαῦτα μελῳδεῖ (46) τῷ Κυρίῳ· ἵν' ἡμεῖς τοιαύτης εὐωδίας αἰσθόμενοι, τὴν δυσωδίαν τῶν μυσαρῶν ἁμαρτημάτων ἀποπτύσωμεν· τὴν δὲ εὐωδίαν τῆς τοῦ Χριστοῦ δικαιοσύνης εἰς ἑαυτοὺς ἀντλήσωμεν. « Ὀσμὴ μύρων σου, » φησὶν, « ὑπὲρ πάντα ἀρώματα. » Τὸ μύρον, ἀδελφοὶ (47), ἐπὶ βασιλικῆς τε καὶ ἱερατικῆς ἀξίας τετάχθαι ἀπὸ τῶν ἁγίων ἠσθήμεθα Γραφῶν. Οὐκ ἄσημον γὰρ ὑμῖν δοκῶ τοῖς πολυμαθέσιν, ὅτι οἱ ἐν ταῖς Γραφαῖς βασιλεῖς τῷ ἐλαίῳ τῆς χρίσεως βασιλεύειν καθίσταντο. Κἀκεῖνο δὲ ὑμῖν φανερὸν εἶναι βούλομαι, ὅτι καὶ οἱ τότε ἱερεῖς μύρῳ χριόμενοι, τὸ ἱερατεύειν ἐλάμβανον (48). Ἐπειδὴ τοίνυν κατὰ νόμον μύρῳ ἐχρίοντο βασιλεῖς τε (49) καὶ ἱερεῖς, λαμπρῶς ἤδη τὴν περιβολὴν τῆς βασιλείας (50) καὶ ἱερατείας τοῦ Μονογενοῦς ἐκτίθεται ἡ θεία Γραφὴ, « Ὀσμὴ μύρων σου, » λέγουσα, « ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα » ὡς εἰπεῖν· Ὀσμὴ τῆς σῆς βασιλείας κἀὶ ἀρχιερωσύνης ὑπὲρ πάσας τὰς βασιλείας καὶ ἀρχιερατείας· καθὼς ὁ Δανιὴλ φησιν· « Ἀναστήσει ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ βασιλείαν, ἥτις ὑπερέξει πάσας τὰς βασιλείας τῆς γῆς· », καὶ, « Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, » φησίν. « Ὀσμὴ μύρων σου, » φησὶν, « ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα. » Τὸ μύρον, ἀδελφὲ, καθ' ὃν τόπον ὑπάρχει, ἐκεῖσε καὶ τὴν εὐωδίαν παρέχει. Χριστὸς δὲ τοίνυν ἐν οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ θαλάττῃ πάντα περιέχων, τὴν δεσποτείαν (51) αὐτοῦ καὶ βασιλείαν πάντῃ (52) καὶ πανταχοῦ εὐωδιάζει. Λαμπρῶς δὴ καὶ ἐνταῦθα, καὶ σφόδρα περιφανῶς ἡ τῶν θείων καὶ ἀποκρύφων μυστηρίων ἐμπεφορημένη Γραφὴ, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ μεγάλου Βασιλέως ἀναδείκνυσι, λέγουσα·

Δ'. *Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου, διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε, εἵλκυσάν σε ὀπίσω σου.*

Λέγουσα δὲ ἡ θεία Γραφὴ, « Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου, » Χριστὸν αὐτὸν ἐπονομάζει. Τὸ γὰρ μύρον ἐκκενούμενον δηλαδὴ εἰς χρίσιν (53) προχωρεῖ. Ὅθεν καὶ τὸ ἱερατικὸν μύρον λέγεται χρίσμα. Καὶ οἱ πρότερον βασιλεῖς τῷ μύρῳ χριόμενοι, βασιλεύειν καθίσταντο. Ὅταν οὖν λέγει, « Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου, » δύο ὑποσημαίνει τρόπους (54). Καθάπερ γὰρ (55) μύρον ἐκκενωθὲν οἶκον εὐωδιάζει· οὕτω τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ γῆς κατελθόντος, καὶ τῆς οὐρανίου δυνάμεως ἐπὶ τοὺς ἀποστό-

A III. Vers. 2. *Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.*

Ad cohortandam, ut opinor, Ecclesiam Spiritus sanctus talia canit Domino; ut nos ejusmodi suavitatis odore tacti, impurorum fetorem peccatorum aversemur, et jucundum justitiæ Christi odorem in nos hauriamus. « Odor, » inquit, « unguentorum tuorum super omnia aromata. » Unguentum, dilecti fratres, ad regiam et sacerdotalem dignitatem institutum esse a sacris Scripturis novimus; idque vobis doctissimis viris cognitum esse arbitror, quod in sacris Scripturis reges per oleum unctionis ad regnandum constituebantur. Illud etiam vos nescios esse nolo, quod sacerdotes quoque tum temporis oleo peruncti sacerdotium suscipiebant. Cum igitur B in lege tum reges, tum sacerdotes unguento ungebantur, perspicue jam sacra Scriptura et regiam et sacerdotalem dignitatem in Unigenito exponit esse conjunctam. « Odor unguentorum tuorum, » inquit, « super omnia aromata : » quasi dicat : Odor regni et sacerdotii tui super omnia regna et sacerdotia; quemadmodum ait Daniel : « Suscitabit Deus cœli regnum quod superabit omnia regna terræ [28]; » et : « Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec [29]. »—« Odor unguentorum tuorum, » inquit, « super omnia aromata. » Unguentum, frater, quo loco est, ibi suavem præbet odorem. Christum igitur in cœlo et in terra et in mari omnia complectens, dominationem suam et regnum quoquoversum et ubique suavitatis odore complet. Luculen- C ter jam et ibi, et admodum clare Scriptura divinorum et latentium plena mysteriorum, etiam magni Regis nomen indicat dicens :

IV. *Unguentum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te, et traxerunt te post te.*

Dum dicit Scriptura divina, « Unguentum effusum nomen tuum, » ipsum Christum nominat. Unguentum enim effusum ad unctionem scilicet proficit. Unde et sacerdotale unguentum dicitur chrisma. Et veteres reges unguento peruncti reges constituebantur. Cum igitur dicit : « Unguentum effusum nomen tuum, » duos tropos indicat. Ut enim unguentum effusum domum suavi complet odore : sic postquam Dominus noster Jesus Christus in terram D descendit, et cœlestis virtus super apostolos effusa

[28] Dan. II, 44; VII, 23. [29] Psal. CX, 4.

(46) Sic emendanda vox μελῳδῇ, quam habent meus et Barb.

(47) Ἀδελφοὶ, reposui ad implendam lacunam mei cod. et Barber. ex veteri interprete, qui habet « Fratres charissimi. »

(48) Barb. ἐλλάμβανον, qui sæpe occurrit in eo cod. error duplicandi liquidas, ut in cod. Vat. edit. LXX, unde apparet quæ tum fuerit pronuntiatio.

(49) Abest a Barber. vox τε.

(50) Quæ interjacent inter duas voces βασιλείας et ἀρχιερατείας desunt in Barb. et in meo cod. Ea ex Vallicellano desumpsi.

(51) Barber. δεσποτίαν.

(52) Παντί, quod habent omnes codd., mutavi in πάντῃ.

(53) Χρῆσιν in Barber. et meo, mutavi in χρίσιν. Male vetus interpres, *Christum eum, id est unctum, denominat : unguentum enim effusum significat ad unctionem proficere.*

(54) *Duos tropos*, id est duos allegoricos sensus. Vetus interp. vertit « duos modos. »

(55) Codd. habent καὶ θαν.

Digitized by Google

est, bono pietatis odore universus perfusus est nundus, quemadmodum unus ex iis Paulus : « Christi, inquit, bonus odor sumus in his qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt : aliis quidem odor mortis in mortem, his autem odor vitæ in vitam [30]. » Idem odor suavitatis aliis quidem in mortem, aliis in vitam suaviter olet. Odor enim mortis iis erant apostoli, qui se persequebantur, affligebant, conjiciebant in vincula; rursus vitæ odor credentibus, qui digni habiti sunt prædicationem suscipere, quique fidem justitiæ operibus confirmabant. « Unguentum effusum nomen tuum. » Eodem hoc textu propheticum etiam tropum significat beatæ Mariæ, quæ unguenti alabastro confracto Dominum nostrum Jesum Christum perunxit; et illud unguentum effusum celebre fuit, ut dixit Christus : « Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in universo mundo, dicetur et quod hæc fecit in ejus memoriam [31]. » Hos duos allegoricos sensus existimo sacram hanc Scripturam indicare cum dicit : « Unguentum effusum nomen tuum : ideo adolescentulæ dilexerunt te. » Quoniam enim, inquit, regnum tuum et incarnata præsentia instar unguenti effusi universum mundum bono odore perfudit, propterea adolescentulæ dilexerunt te; id est animæ justorum. Neque vero putes sacram Scripturam de mulieribus tantum adolescentulis loqui; sed etiam inter mulieres reperimus adolescentulas, non corpore, (neque enim quæstio est tantum de corpore : « Caro enim non prodest quidquam; spiritus autem vivificat [32]), » sed fide adolescentulas. Vide adolescentulam illam, corpore quidem ægram, animæ vero fide validam hæmorrhoissam, quæ cum retro tetigisset vestem Jesu, sanguinis fluxum inhibuit non corporis robore, sed fidei virtute [33]. Non enim robore corporis, sed valido fidei spiritu infirmitatis morbo finem imposuit. Hæc adolescentula traxit ipsum retro tangens, ut in ea impleretur quod scriptum est : « Propterea adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te post te. » Et alia rursus adolescentula retro post Jesum clamabat Chananæa, Syro Phœnissa genere, adolescentula vero fide : et discipuli quidem dicebant : « Dimitte illam, quia clamat post nos [34]. » Ipsa igitur retro Jesum traxit, cui ipse dixit : « Non decet tollere panem filiis, et projicere canibus [35]. » Illa vero adolescentula adhuc fide, innovata tamen spi-

λους χυθείσης, ὅλος ὁ κόσμος τῇ εὐσεβείᾳ εὐωδιάσθη· ὡς καὶ εἷς ἐξ αὐτῶν Παῦλος· « Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· οἷς μὲν ὀσμὴ ἐκ (56) θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ ὀσμὴ ἐκ ζωῆς εἰς ζωήν. » Ἡ αὐτὴ ὀσμὴ τῆς εὐωδίας, οἷς μὲν εἰς θάνατον, οἷς δὲ εἰς ζωὴν εὐωδιάζει. Ὀσμὴ γὰρ θανάτου ἦσαν οἱ ἀπόστολοι τοῖς διώκουσι καὶ θλίβουσι καὶ δεσμεύουσι· ὀσμὴ δὲ ζωῆς πάλιν τοῖς πιστεύουσι, τοῖς τὸ κήρυγμα δέξασθαι καταξιουμένοις (57), τοῖς τὴν πίστιν ἐν ἔργοις δικαιοσύνης βεβαιοῦσιν. « Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. » Ἐν ταυτῷ δὲ προφητικὸν σημαίνει (58) τρόπον καὶ τῆς μακαρίας Μαρίας, ἥτις συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου ἤλειψε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· κἀκεῖνο τὸ μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομα ἔσχεν (59), ὡς ὁ Κύριος ἔλεγεν· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. » Τούτους τοὺς δύο τρόπους οἶμαι ὑποσημαίνειν τὴν θείαν ταύτην Γραφὴν, φάσκουσαν· « Μύρον ἐκκενωθὲν τὸ ὄνομά σου· διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε. » Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, ἡ σὴ βασιλεία καὶ ἔνσαρκος παρουσία μύρου δίκην ἐκκενωθέντος ὅλον εὐωδίασεν τὸν κόσμον, διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε· ὅπερ ἐστὶν, αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων. Μὴ γάρ μοι νόμιζε μόνον νεάνιδας τὰς γυναῖκας λέγειν τὴν ἁγίαν Γραφήν· ἀλλὰ καὶ ἐν γυναιξὶ μὲν νεάνιδας εὑρίσκομεν οὐ τῷ σώματι (οὐ γὰρ τὰ τοῦ σώματος μόνον ζητεῖται· « Ἡ σὰρξ γὰρ οὐδὲν ὠφελεῖ· τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ») ἀλλὰ πίστει νεάνιδας. Βλέπε νεάνιδα ἐκείνην τὴν τῷ σώματι ἀσθενεστέραν, ψυχῇ δὲ πίστει ἰσχυροτέραν (60), τὴν αἱμορρόουσαν, ἥτις ἁψαμένη τῶν ἱματίων ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ, τὴν αἱμάτων ἔστησε (61) ῥύσιν, οὐ σώματος ἰσχύϊ, ἀλλὰ πίστεως δυνάμει. Οὐ γὰρ νεανιευομένη τῷ σώματι, νεανικῷ δὲ τῷ τῆς πίστεως φρονήματι, πέρας ἐπέθηκε τῷ τῆς ἀσθενείας νοσήματι· αὕτη ἡ νεᾶνις εἵλκυσεν αὐτὸν, ὄπισθεν ἁψαμένη· ὡς καὶ εἰς αὐτὴν πληροῦσθαι τὸ γεγραμμένον· « Διὰ τοῦτο αἱ νεάνιδες ἠγάπησάν σε· εἵλκυσάν σε ὀπίσω σου. » Καὶ ἑτέρα δὲ πάλιν νεᾶνις ὄπισθεν ἔκραζεν τοῦ Ἰησοῦ, ἡ Χαναναία ἡ Συροφοίνισσα (62) τῷ γένει, νεᾶνις δὲ τῇ πίστει· καὶ οἱ μὲν μαθηταὶ ἔλεγον· « Ἀπόλυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. » Καὶ αὐτὴ οὖν ὄπισθεν εἵλκυσε τὸν Ἰησοῦν· πρὸς ἣν αὐτὸς ἔφη· « Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τοῖς τέκνοις, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. » Ἡ δὲ νεᾶνις (63) τῷ πνεύ-

[30] II Cor. II, 15, 16. [31] Matth. XXVI, 13. [32] Joan. VI, 63. [33] Matth. IX, 20. [34] Matth. XV, 23. [35] ibid. 26.

(56) Præposit. ἐκ abest a N. T. typis impresso. Eam tamen agnoscit vetus interpres, qui vertit : « aliis quidem odor de morte ad mortem, aliis autem odor de vita ad vitam. »

(57) Lego κατηξιωμένοις.

(58) Male Barberin. et meus σιμαίνει.

(59) *Ὄνομα ἔσχεν* locutio probæ notæ. Plato in *Hippia Maj.*, pag. 95, f., ἀφ' ὧν τὸ ὄνομα ἔσχε, « ex quibus gloriam adeptus est. » Hæc vero : κἀκεῖνο τὸ μύρον ἐκκ. ὄνομα ἔσχεν, ὡς ὁ Κύριος ἔλεγεν, absunt a veteri interpretatione, quæ tamen necessaria sunt. Si enim desint, quomodo cohæreant, quæ sequuntur? « Hos duos allegoricos sensus, » etc.

(60) Barbar. et meus vocem nihili habent πιστειοχρωτέραν, quam emendavi in textu. — Codd. lectionem retinuerim equidem, legendo πίστει ὀχυρωτέραν.

(61) Vetus versio habet, *sanguinis fluxum repente damnavit*. Error manifestus. Legendum crediderim, *sanavit*.

(62) Barber. et meus Συροφοινήκισσα.

(63) Locus, ut apparet, corruptus. Ego in versione scripsi ut Salutatus : « Adolescentula adhuc fide, innovata tamen spiritu et fide. » Unde videtur habuisse in suo codice : Πίστει μὲν ἔτι νεᾶνις, ἀνανεουμένη δὲ τῷ Πνεύματι καὶ τῇ πίστει· est phrasis Paulina, Ephes. IV, 23.

Digitized by Google

ματι, καὶ νεανιευομένη τῷ πνεύματι καὶ τῇ πίστει· « Ναί, » φησί, « Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. » Θεώρει μοι νεανιότητα πίστεως, καὶ ταπεινοφροσύνης δύναμιν, ἥτις εἵλκυσεν εἰς τοὐπίσω τὸν Ἰησοῦν. Αὗται αἱ δύο νεάνιδες, ἡ αἱμορροοῦσα καὶ ἡ Συροφοίνισσα· ἡ μὲν ἀκάθαρτος κατὰ τὸν νόμον, ἵνα καθαρισθῇ· ἡ δὲ ἀλλόφυλος, ἵνα τῆς ἀσθενείας ἰαθῇ τὸ κάμνον (64). Εἵλκυσαν οὖν ἀμφότεραι (65) τὸν Ἰησοῦν ὀπίσω αὗται αἱ δύο νεάνιδες, τῇ αὐτοῦ δυνάμεως ἱκέτιδες τυγχάνουσαι (66), καὶ ἐκ πίστεως ἰσχυρᾶς, αἱ ἀσθενοῦσαι τῷ σώματι, ἐπέτυχον παρὰ τῆς πηγῆς ἀντλῆσαι τὰ ἰάματα, ὡς καὶ διὰ τὴν ἰσχυρὰν αὐτῶν πίστιν κυρίως καὶ εἰς αὐτὰς λέγεσθαι τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο ῥητόν· « Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι· » ἡ γὰρ τοῦ σώματος ἀσθένεια τὴν τῆς πίστεως δύναμιν ἔδειξεν. « Διὰ τοῦτο αἱ νεάνιδες ἠγάπησάν σε, » οὐ μόνον αἱ θεραπευθεῖσαι γυναῖκες τῷ τῆς πίστεως φρονήματι, ἀλλὰ καὶ σαφεῖς νεάνιδες, καὶ μείζονες τῶν εἰρημένων, καὶ ἰσχυρότεραι τῶν θεραπευθεισῶν, αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων, αἵτινες νεανικώτατα (67) κατὰ τοῦ πονηροῦ ἐπαποδυόμεναι (68) τὰ ἑαυτῶν σώματα τοῖς καρτερᾷ τῇ ὑπομονῇ φρονήμασι δύναμιν ἀκαταμάχητον, καὶ ἰσχὺν ἀήττητον τὴν τῆς πίστεως θωρακισθεῖσαι. καὶ τῆς νίκης ἦραν βραβεῖα· νεανικώτατα τὴν πίστιν τηρήσασαι, καὶ τὸ τοῦ ἀγῶνος (69) στάδιον ὠκύτατα δραμοῦσαι, τὸ ἀποστολικὸν ἀναφωνοῦσιν ἐκεῖνο ῥητόν· « Τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, » καὶ τὰ ἑξῆς.

A ritu et fide, « Utique, » inquit, « Domine : nam et catelli comedunt de micis, quæ de mensa decidunt dominorum suorum [36]. » Vide fidei adolescentiam, et humilitatis virtutem, quæ retro traxit Jesum. Hæ duæ adolescentulæ, altera quæ fluxum sanguinis patiebatur, altera Syrophœnissa : illa quidem secundum legem immunda, ut mundaretur; hæc vero alienigena, ut ex infirmitate filia sanaretur. Traxerunt igitur ambæ retro Jesum hæ duæ adolescentulæ, ipsius potestatem supplices deprecando; et fidei virtute, quæ corpore infirmæ erant id consecutæ sunt, ut a fonte medicinam haurirent; ut propter firmam earum fidem proprie in eas illud apostolicum dici possit: « Cum infirmor, tunc potens sum [37] : » corporis enim infirmitas virtutem fidei B ostendit. « Propterea adolescentulæ dilexerunt te, » non solum mulieres spiritu fidei sanatæ, sed etiam illustres adolescentulæ, quæque iis quas diximus, præstantiores sunt, et iis quæ sanatæ sunt, fortiores, sanctorum scilicet martyrum animæ, quæ fortissime adversus diabolum certamini se accingentes sua corpora tradiderunt, validoque patientiæ spiritu inexpugnabilem virtutem invictumque robur fidei veluti thoracem indutæ, victoriæ præmium reportarunt, strenue fidem servando, et certaminis stadio celerrime decurso apostolicum illud clamant [38] : « Cursum consummavi, fidem servavi : in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, » et quæ deinceps.

C

Ε'. Στ. γ'. *Εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμεν.*

Μία ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία καὶ πληθυντικῶς λέγει· « Δραμοῦμεν· » οἱ γὰρ πολλοὶ « ἓν ἐσμεν ἐν Χριστῷ. » Βλέπε τρέχοντας ἅπαντας εἰς τὴν ὀσμὴν τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων. Ὅπου γὰρ λείψανα κεῖνται μαρτύρων, τότε σπεύδομεν (70) ἐκεῖσε εἰς ὀσμὴν τοῦ Χριστοῦ τρέχομεν μύρων. Εἶτα (71) λοιπὸν χαίρουσα ἡ τῶν πιστῶν πληθὺς, ἡ Χριστοφόρος Ἐκκλησία, καὶ περὶ τὸν ἑαυτῆς ἀγαλλομένη νυμφίον, ἐν αὐτῷ τε ἐγκαυχωμένη, καὶ εὐχαριστοῦσα λέγει·

V. VERS. 3. *In odorem unguentorum tuorum curremus.*

Una est Ecclesia, et pluraliter ait : « Curremus. » Plures enim « unum sumus in Christo [39]. » Vide omnes currentes in odorem mystericrum Christi. Ubi enim reliquiæ jacent martyrum, tum festinantes illuc in odorem currimus unguentorum Christi. Deinde læta deinceps fidelium multitudo, Ecclesia Christifera, et de suo sponso exsultans, deque eo gloriabunda, gratamque se præbens, ait :

Ϛ'. *Εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ. Ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί.*

VI. *Introduxit me rex in promptuarium suum. Exsultabimus, et lætabimur in te.*

Ταμεῖον δὲ (72) βασιλέως, ὅπου πάντα ἀπόκειται

Regis promptuarium est, ubi omnes conditi sunt

D

[36] Matth. xv, 27. [37] II Cor. xii, 10. [38] II Tim. iv, 7, 8. [39] Galat. iii, 28.

(64) *Ut ex infirmitatis ægritudine sanaretur* : sed non illa, sed ejus filia morbo laborabat. Igitur pro τὸ κάμνον legendum τὸ τέκνον, quam lectionem in versione secutus sum. — Nihil equidem mutarim : ἰαθῇ τὸ κάμνον, « infirmitas curaretur, » id est, filiæ.

(65) Barber. et meus ἀμφότεροι.

(66) Absurda in hoc loco et sensu carens interpretatio vetus : Τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἱκέτιδες τυγχάνουσαι, « virtutis ejus famulæ consistentes. »

(67) Sic emendavi. Codices habent νεανικώτητα.

crucem esculata est eum Ecclesia, videns ipsum pro se clavis cruci affixum, ut illa a peccato religeretur. « Inveniens te foris osculabor te; et quidem non despicient me. » Inveniens enim illum extra cœlos, ut dixit Apostolus, « exspoliantem principatus et potestates [66]; » quique « formam servi accepit [67], » per inenarrabile suum osculum osculata est illum Ecclesia, non carnali osculo (absit ut id cogitemus!), sed osculo spirituali, relictis terrestribus cogitationibus, et per spiritualem amicitiam cum ipso coagmentata. Illud vero, « Non despicient me, » spiritualis amicitiæ irreprehensibile dicit mysterium. Qui enim per carnalem cupiditatem malitiose osculantur, a sanctis contemnuntur. Illa vero suum sponsum non carnaliter, sed spiritualiter osculans, non modo non contemnitur, sed maxime laudatur. Consequenter vero huic crucis mysterio hæc dicit :

CCXXII. Vers. 2. *Assumam te, et introducam te in domum matris meæ, et in ejus cubiculum quæ me concepit.*

Matrem hominis et carnis ipsius (hominis) manifestum est esse terram. « Et in ejus cubiculum quæ concepit » ipsum hominem, hoc est terræ, juxta illud quod dictum est : « Terra es, et in terram redibis [68]. » Hujus, inquam, cubiculum est mors. Quoniam veluti in cubiculo thesauri, ita in morte omnium justorum animæ detinentur. « Regnavit enim mors ab Adam usque ad Moysem, et in eos qui non peccaverunt [69]. » Cum autem caro ipsum excepisset quam pro Ecclesia gestavit, introduxit eum, velut in domum, in mortem pro nobis, ubi erat cubiculum terræ quæ nos concepit; ubi, ut supra dictum est, tanquam in thesauro omnium sanctorum animæ concludebantur.

A διὰ τοῦ σταυροῦ ἐφίλησεν αὐτὸν ἡ Ἐκκλησία, ὑπὲρ αὐτῆς βλέπουσα αὐτὸν τῷ σταυρῷ ἀνελωμένον (2). ἵνα ἐκείνη τῆς ἁμαρτίας ἀφηλωθῇ (3). « Εὑροῦσά σε ἔξω, φιλήσω σε, καί γε οὐκ ἐξουδενώσουσί με. » Εὑροῦσα γὰρ αὐτὸν ἔξω τῶν οὐρανῶν, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, « ἀπέκδυσα (4) μὲν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, » καὶ « μορφὴν δούλου λαβόντα, » διάῤῥητον (5) αὐτοῦ φίλημα ἐφίλησεν αὐτὸν ἡ Ἐκκλησία, οὐ φιλήματι σαρκικῷ, (ἄπαγε τὸ τοιοῦτο νοεῖν!) ἀλλὰ φιλήματι πνευματικῷ, καταλείψασα τὰ γήϊνα φρονήματα, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος φιλίᾳ αὐτῷ συγκρινομένη. Τὸ δὲ, « Καί γε οὐκ ἐξουδενώσουσί με, » τῆς πνευματικῆς φιλίας τὸ ἀκατάγνωστον λέγει μυστήριον. Οἱ γὰρ κατὰ δρεξιν σαρκικῆς ἐπιθυμίας κακοήθως φιλοῦντος (6), ὑπὸ ἁγίων ἐξουδενοῦνται.

B Αὐτὴ δὲ τὸν ἑαυτῆς, οὐ σαρκικῶς, ἀλλὰ πνευματικῶς φιλοῦσα νυμφίον, οὐ μόνον οὐκ ἐξουδενεῖται, ἀλλά γε καὶ εὖ μάλα ἐπαινεῖται. Ἀκολούθως δὲ τῷ τοῦ σταυροῦ μυστηρίῳ τοιάδε λέγει·

ΣΚΒ'. Στ. β'. *Παραλήψομαί σε, καὶ* (7) *εἰσάξω σε εἰς οἶκον μητρός μου, καὶ εἰς τὸ ταμεῖον τῆς συλλαβούσης με διδάξεις* (8).

Μήτηρ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δῆλον ὡς ἡ γῆ. « Καὶ εἰς ταμεῖον τῆς συλλαβούσης ταύτης » (9) αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον, τουτέστι τῆς γῆς, διὰ τὸ εἰρημένον· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Ταύτης ταμεῖον ὁ θάνατος· ἐπειδὴ, καθάπερ ἐν ταμείῳ θησαυροὶ, οὕτως ἐν τῷ θανάτῳ πάντων τῶν δικαίων κατείχοντο αἱ ψυχαί. « Ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. » Παραλαβοῦσα οὖν αὐτὸν (10) ἡ σὰρξ, ἣν ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας ἐφόρεσεν, εἰσήγαγεν αὐτὸν καθάπερ εἰς οἶκον, εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον, ἔνθα καὶ τὸ ταμεῖον ἦν τῆς συλλαβούσης ἡμᾶς γῆς, ἔνθα, καθὼς προείρηται, καθάπερ ἐν θησαυρῷ, πάντων τῶν ἁγίων συνεκλείοντο αἱ ψυχαί.

C

[66] Coloss. II, 15. [67] Philipp. II, 7. [68] Gen. III, 19. [69] Rom. V, 14.

(2) Ex cod. Mutin. προσηλολόμενος, eruitur vera lectio προσηλωμένον.

(3) Sic emendavi. Codd. Barb. et Mutin., ἀφιλωθῇ.

(4) Lege ἀπεκδυσάμενον. Uterque codex, Barb. et Mut., tum etiam meus habent ἀπεκδύσαμεν.

(5) Barb. meus et Mutin. habent διάῤῥητον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν. Scribe δι' ἄῤῥητον.

(6) Scribe κακοήθως φιλοῦντες.

(7) *Καί* nec in Vatic. edit. nec usquam alibi occurrit : eam tamen agnoscit vet. interpres.

(8) Hanc vocem διδάξεις habent Barber. et meus, quam tamen nec agnoscit Vat. edit. nec cod. Mutin. nec vet. interpres. Est autem initium versus sequentis juxta Aldinam editionem.

(9) *Ταύτης* habet et meus cod. et Barb. Eam non agnoscit cod. Mutinensis, et delendam censeo.

(10) *Αὐτόν*. Hanc vocem quæ abest a meo codice et Barber. revocavi ex Mutinensi. Sed αὐτόν quo referas? Facile tamen est intelligere, quo ea vox referenda sit, si Paulinum locum afferas integrum. Igitur post ἁμαρτήσαντας sequitur ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος, « qui est typus futuri, » scilicet Christi et rerum ab eo gerendarum. Igitur vox αὐτόν ad Christum est referenda. Salutatus fortasse existimans minus proprie dictum, « Caro assumpsit Verbum; » non quidem verba, sed sententiam reddens vertit : « Idem Jesus humana carne, eaque mortali vestitus .... quam semel assumpsit, » etc. Vetus interpres qui vertit : « Ergo facta caro Verbum, » habuit fortasse in suo cod. ἡ σὰρξ Λόγος ἐγένετο. Sed sive eam lectionem habuerit, sive hanc quam exhibent Græci codices quos vidi; certe oritur ex hoc loco haud contemnenda ratio existimandi, Commentarium hunc *in Canticum canticorum* non esse S. Epiphanii, qui hæresi LXXVII, num. 29, ejusmodi locutiones diserte his verbis improbat : Τὸ δὲ, « Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ἵνα μή τινες νομίσωσιν, ὅτι πρῶτος ἄνθρωπος ἦν, καὶ ἦλθε Χριστὸς εἰς ἄνθρωπον, διὰ τοῦτο Λόγον πρῶτον ἔταξε τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον. Εἶτα τὴν σάρκα ὡμολόγησεν, ὅτι « ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Οὐ γὰρ εἶπεν, « Ἡ σὰρξ Λόγος ἐγένετο, » ἵνα δείξῃ πρῶτον Λόγον ἀπ' οὐρανῶν ἐλθόντα, εἰς ἑαυτὸν ὑποστήσαντα τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς μήτρας τῆς ἁγίας Παρθένου. « Illa vero, « Verbum caro factum est, » ideo ita concepta sunt, ne quis existimaret primum exstitisse hominem, et Christum in hominem venisse. Propterea sanctum Evangelium primo loco posuit Verbum. Deinde de carne profitetur dicens : « Caro Verbum caro factum est. » Non enim dixit : « Caro Verbum facta est, » ut ostenderet primum descendisse Verbum de cœlis, et ipsum sibi carnem formasse e sanctæ Virginis utero. » Cæterum eam locutionem, « Caro facta Verbum, » catholicæ fidei non repugnare, imo cum ipsa convenire, eamque Patres adhibuisse, docet Petavius *De Incarnat.* lib. IV, cap. 9, num. 4 et 5.

D

Digitized by Google

ΣΚΓ'. *Ποτιῶ* (11) *σε ἀπὸ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ.* A Δι' αὐτὴν γὰρ καὶ ἀπὸ οἴνου ἔπιεν· καὶ ταῦτα διὰ τῶν ἀποστόλων προέπιεν τοῦ μυρεψικοῦ· ὅπερ ἐστὶ, τοῦ συγκεκραμένου τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὅνπερ καὶ προέπιεν, ταῦτα λέγων· « Λάβετε, πίετε· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. » Πῶς οὖν αὐτὴ πιοῦσα διὰ τῶν ἀποστόλων, πάλιν αὐτὸν ἐπαγγέλλεται ποτίζειν; εἰ μὴ, καθὼς προείρηται, ὁπόταν μορφωθῇ εἰς τοὺς νεοφωτίστους ὁ Χριστὸς, δι' αὐτῶν τῶν ἀναγεννωμένων ποτίζεται ἀπὸ τοῦ μυστηριώδους νάματος. Ποτίζεται « ἀπὸ τοῦ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ, » τουτέστιν, ἀπὸ τοῦ μυστηριώδους, οὗ εἴληφεν παρ' αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία.

CCXXIII. *Potum dabo tibi e vino unguentario.* Per ipsam enim bibit de vino; præsertim per apostolos præbibit ex unguentario; id est, misto cum sancto Spiritu, quod et præbibit, dicens: « Accipite, bibite: hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur [70]. » Quomodo igitur illa, cum per apostolos biberit, rursus promittit illud dare in potum? nisi, ut dictum est, cum formatus sit in nuper illuminatis Christus, per ipsos regeneratos ex mystico latice potat. « E vino unguentario » potat, id est, e mystico latice quem ab ipso accepit Ecclesia.

ΣΚΔ'. *Ἀπὸ νάματος ῥοῶν μου.* Ἵνα εἴπῃ, « Ἀπὸ νάματος, » τοῦ λαοῦ, ὃς λαὸς πολυάνθρωπός ἐστι, καθὼς καὶ πολύκοκκος ἡ ῥοά. B

CCXXIV. *De latice punicorum malorum meorum.* Quasi dicat « de latice, » id est, de populo; qui populus e multis hominibus constat, ut e multis granis malum punicum.

ΣΚΕ'. Στ. γ'. *Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με.* Εὐώνυμον τοῦ νυμφίου οἶμαι εἶναι τὸν παρόντα αἰῶνα, δεξιὰν δὲ αὐτοῦ, τὸν μέλλοντα, κατὰ τὴν λέγουσαν Γραφήν· « Μῆκος γὰρ βίου καὶ ἔτη ζωῆς ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆς· ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ αὐτῆς πλοῦτος καὶ δόξα· » ἵνα οὖν εἴπῃ, ὅτι καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀνυστέρητα τὰ παρ' αὐτοῦ. « Ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου· » ἐπειδὴ κεφαλὴ αὐτῆς ὁ Χριστός. Πάντα δὲ ὅσα λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἐλεημοσύνας κατακερματίζουσα, δῆλον ὅτι τῷ Χριστῷ προσφέρει· καὶ οὕτως εὐώνυμος αὐτοῦ γίνεται ὑπὸ τὴν αὐτῆς κεφαλήν· ὅπερ ἐστὶν, καὶ τὰ ἐνθάδε αὐτῆς χρήματα ὑπὸ τὴν Χριστοῦ ἐξουσίαν. Τὸ δὲ, « Καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με, » τὸν μέλλοντα λέγει αἰῶνα, ἐν ᾧ κεκλήσκει (12) ὁ καλὸς ποιμὴν, καθάπερ ἐπιλαμβανόμενος αὐτῶν λέγει· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην βασιλείαν ἀπὸ, » κ. τ. λ.

CCXXV. Vers. 3. *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* Lævam sponsi puto esse præsens sæculum; dexteram vero ipsius, futurum: juxta Scripturam, quæ dicit: « Longitudo enim ætatis et anni vitæ in dextera ipsius; in sinistra vero ipsius divitiæ et gloria [71]: » quasi dicat, et hic et in futuro sæculo inamissibilia quæ ab illo proficiscuntur. « Sub capite meo; » quandoquidem caput ipsius est Christus [72]. Omnia vero quæ a Deo accipit, in eleemosynas dispertiens, manifestum quod ea offert Christo; atque ita læva ejus est sub capite suo; id est, quas in hoc sæculo divitias habet, sunt sub potestate Christi. Illud vero, « Et dextera illius amplexabitur me, » intelligendum de futuro sæculo, in quo vocat justos bonus Pastor velut oves, et ad dexteram constituit; et veluti eos arripiens ait: « Venite, benedicti Patris mei, accipite regnum paratum [73], » etc. C

ΣΚϚ'. Στ. δ'. *Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ* (13) *ἐν ταῖς ἰσχύσεσι ἀγροῦ· τί ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε* (14) *τὴν ἀγάπην ἕως οὗ θελήσῃ;* Ἐνδελεχῶς ἔγκειται ἀξιοῦσα (15), καὶ μέθ' ὅρκου τὰς ψυχὰς τῶν ἁγίων πρεσβεῦσαι ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν· ἵνα τὴν ἀγάπην κυρώσῃ εἰς ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, ἕως ἂν ἡμᾶς παραλάβῃ, ὡς Δαβὶδ λέγει· « Καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ, ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ἀνομία. » Τότε γὰρ ἡμᾶς παρέρχεται ἡ ἀνομία, ὅταν κληθῆναι ὑπ' αὐτοῦ καταξιωθῶμεν, καθὼς καὶ ὁ μακάριος Ἀπόστολος εἴρηκεν· « Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. »

CCXXVI. Vers. 4. *Adjuravi vos, filiæ Hierusalem, in virtutibus et in viribus agri: ut quid suscitaveritis et exsuscitaveritis charitatem donec velit?* Incessanter instat rogans, etiam cum adjuratione, animas sanctorum, ut pro nobis peccatoribus intercedant, ut dilectionem erga nos Christus confirmet, donec nos accipiat, ut ait David: « Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas [74]. » Tunc enim nos pertransit iniquitas, cum digni fuerimus facti, qui ab eo vocemur; quemadmodum dixit beatus Apostolus: « Qui mortuus est, justificatus est a peccato [75]. » D

ΣΚΖ'. Στ. ε'. *Τίς αὕτη ἀναβαίνουσα λελευκαρθισμένη, ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς;*

CCXXVII. Vers. 5. *Quæ est ista quæ ascendit dealbata, innixa super fratruelem suum?*

[70] Matth. xxvi, 26-28. [71] Prov. iii, 16. [72] Ephes. v, 23. [73] Matth. xxv, 34. [74] Psal. lvi, 2. [75] Rom. vi, 7.

(11) Aldina editio habet διδάξει με, ποτιῶ σε.

(12) Sic omnes codd. Legendum puto κικλήσκει.

(13) *Ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ.* Has voces habet cod. Alex. quas non reperias in Vatic. edit.

(14) *Τί ἐγείρ.* Ita codex Alex.; at Vatic. ἐὰν ἐγ. καὶ ἐὰν ἐξεγ. Et superius quidem cap. iii, 5, præfert uterque codex ἐάν. Hæc omisit in sua versione cl. interpres; quæ ita reddit Salutatus, « ut exsuscitetis et evigilare faciatis charitatem, donec velit. »

(15) Sic emendavi errorem codicum, qui habent ἐξεοῦσα.

Digitized by Google

Vident eam sancti apostoli, et omnes justi ascendentem e baptismate, sancti Spiritus odore dealbatam; et stupore perculsi ex ejus pulchritudine, dicunt : « Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innixa super fratruelem suum? » Id est, habens firmamentum super ipsum Christum sponsum. Propterea dicit ei sponsus :

A Βλέπουσιν αὐτὴν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι καὶ πάντες δίκαιοι, ἀναβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, λελευκανθισμένην τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εὐωδίᾳ· καὶ ἐκπληττόμενοι τὸ κάλλος αὐτῆς, λέγουσι· « Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη (16), ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς; » ὅπερ ἐστὶν, τὸ στήριγμα ἐπ' αὐτὸν ἔχουσα τὸν Χριστὸν τὸν νυμφίον· διὸ λέγει αὐτῇ ὁ νυμφίος·

CCXXVIII. *Sub malo excitavi te.*

Pomum in seipso duo simul habet, cibum et potum. Sub mystico pane et potu excitata ab eo est. Cum enim eam per baptismum dealbatam connubio sibi conjunxisset, consequenter oportebat etiam mysticum cibum et potum per unicam pomi speciem significari.

ΣΚΗ'. *Ὑπὸ μῆλον ἐξήγειρά σε.*

Τὸ μῆλον ἐν ἑαυτῷ τὰ δύο ὁμοῦ ἔχει, βρῶμα καὶ πόμα. Ὑπὸ τὸν μυστικὸν ἄρτον καὶ πόμα ἐξηγέρθη αὐτῷ (17). Ἡρμοσμένος γὰρ αὐτὴν λελευκανθισμένην ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, ἀκολούθως (18) ἔδει ὁποσημανθῆναι καὶ τὴν μυστηριώδην (19) τροφήν τε καὶ πόσιν δι' ἑνὸς εἴδους τοῦ μήλου.

CCXXIX. *Ibi peperit te mater tua : ibi peperit te, quæ genuit te.*

B ΣΚΘ'. *Ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ μήτηρ σου· ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ τεκοῦσά σε.*

Loquens enim de passione crucis, dolores crucis describit. « Ibi peperit te quæ genuit te. » Caro enim Jesu parturiit in doloribus crucis et progenuit Ecclesiam; aqua quidem quæ ejus latere manavit, regeneratam, et cum eo commistam et perfectam per Spiritum, qui est e divinitate. Ideo manifeste subdit :

Περὶ τοῦ πάσχειν γὰρ τοῦ σταυροῦ λέγων, καὶ τὰς ὠδῖνας ὑπογράφει τοῦ σταυροῦ. « Ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ τεκοῦσά σε. » Ἡ γὰρ σὰρξ τοῦ Ἰησοῦ ὠδίνησεν ἐν ταῖς ὠδῖσι τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐξεγέννησε τὴν Ἐκκλησίαν· ὕδατι μὲν τῷ ἐκ πλευρᾶς αὐτοῦ ἀναγεννωμένην, Πνεύματι δὲ τῷ ἀπὸ θεότητος αὐτοῦ συγκρινομένην αὐτῷ καὶ τελειουμένην. Διὸ σαφῶς ἐπιλέγει·

CCXXX. Vers. 6. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.*

Signaculum et signum crucis primum dicit super cor ipsius; deinde super brachium : ut illuminati a Christo, una cum eo crucifixi, quæ per brachium efficiunt, ea omnia innocentibus actionibus perficiant tanquam sub forma crucis, tenente ejus brachium Christo.

ΣΛ'. Στ. ς'. *Θές με ὡς σφραγῖδα ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, ὡς σφραγῖδα ἐπὶ τὸν βραχιόνά σου.*

Τὴν σφραγῖδα καὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῆς πρῶτον λέγει· ἔπειτα καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονα· ἵνα οἱ φωτισθέντες ἐν Χριστῷ συνεσταυρωμένοι, πάντα ὅσα διὰ βραχίονα ἐπιτελοῦσιν, ἀναμαρτήτοις πράξεσι ταῦτα τελῶσιν, ὡς ὑπὸ τοῦ εἴδους τοῦ σταυροῦ Χριστοῦ τοῦ βραχίονος αὐτῆς κρατουμένου.

CCXXXI. *Quia fortis ut mors dilectio.*

Talem enim suadet erga Christum dilectionem, propter quam moriens, ut ait Scriptura : « Usque ad mortem decerta pro veritate [76]. » Id sibi martyres cum persuasissent, illum qui pro nobis mortem suumque sanguinem dedit, morte et sanguinis effusione honorarunt.

ΣΛΑ'. *Ὅτι κραταιὰ ὡς θάνατος ἀγάπη.*

Τοιαύτην γὰρ προτρέπει τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ἀγάπην, δι' ἧς θανοῦσα, ὡς ἡ Γραφὴ λέγει· « Ἕως θανάτου ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. » Τοῦτο πεπεισμένοι οἱ μάρτυρες, θανάτου καὶ ἐκχύσεως αἵματος, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ δόντα (20) ὑπὲρ ἡμῶν, ἐτίμησαν.

CCXXXII. *Dura sicut infernus æmulatio.*

Ita enim induratum est cor Judæorum, dum Dominus esset in terra post resurrectionem suam, ut induratum infidelitate gerentes cor, suaderent militibus ut mentirentur dicentes : « Dicite : Nobis dormientibus, noctu venerunt discipuli ejus, et furati sunt eum [77]. » Quoniam igitur dura æmula-

ΣΛΒ'. *Σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος.*

Τοσοῦτον γὰρ ἐσκληρήνθη (21) ἡ καρδία Ἰουδαίων, ἐν τῇ γῇ (22) ὄντος τοῦ Κυρίου μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν, ἀπεσκληρημμένην (23) ἔχοντες τὴν καρδίαν τῇ ἀπιστίᾳ, ψεύσασθαι παραπείθουσι τοὺς στρατιώτας, λέγοντες· « Εἴπατε· Ἡμῶν κοιμωμένων, νυκτὸς ἦλθον (24) οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἔκλεψαν αὐτόν. »

[76] Eccli. IV, 33. [77] Matth. XXVIII, 13.

(16) In codicibus Barberino et Mutinensi post λελευκανθισμένη sequuntur hæc, τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εὐωδίᾳ· καὶ ἐκπληττόμενοι τὸ κάλλος αὐτῆς λέγουσι· Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη ἐπιστηρ., quæ per librarii indiligentiam frustra iterata censui oportere induci. Hinc conjicere licet horum codicum alterutrum ex altero, aut utrumque ex uno eodemque codice fuisse exscriptos.

(17) Sic meus codex et Barb., sed Mutin. αὐτῇ.

(18) Ἀκολούθως δδει ὑποσημανθῆναι, hæc verba non sunt in cod. Mutinensi.

(19) Ita meus et Barber. et Mutinen. Lege tamen μυστηριώδη.

(20) Sic emendavi ex Mutin. cod. cum meus et Barb. habeat δόντες.

(21) Scribe ἐσκληρύνθη.

(22) Γῇ, necessariam vocem quæ abest a meo et Barb. revocavi ex Mutin.

(23) Ita omnes codd. Scribe ἀπεσκληρυμμένην, et ante hanc vocem videtur deesse aliquid. Legendum arbitror, ὥστε ἀπεσκληρυμμ. ἔχοντες τ. καρδ. τῇ ἀπιστ. ἀναψεύσασθαι παραπείθειν.

(24) Sic restitui hunc locum ex Mutin. Meus et Barber. non habent ἦλθον, nec καὶ ante ἔκλεψαν.

Digitized by Google

Ἐπειδὴ τοίνυν σκληρῷ ζήλῳ ἕως τοσοῦτον ἐσκληρύνθησαν τῷ ψεύδει, ὥστε καὶ τὴν ἀνάστασιν Χριστοῦ πωλῆσαι, τῇ σηπεδόνι (25) τοῦ ζήλου κατατηκόμενοι, διὰ τοῦτο ταῦτα προεπιστάμενος ἔλεγεν διὰ Μωϋσέως· « Ἀνθ' ὧν κακῶς ἐζήλωσαν, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. »— « Ἡμεν δὲ ἀσύνετοι, » ὡς καὶ Ἀπόστολος εἴρηκε, « δουλεύοντες ἡδοναῖς ποικίλαις. » Ἀλλὰ νῦν χάριτι Θεοῦ κληθέντων ἡμῶν εἰς ἁγιασμόν, παραζηλοῦσιν ἐκεῖνοι βλέποντες ἑαυτοὺς ἀπερριμμένους, ἡμῶν δὲ ἐν Χριστῷ σωζομένων.

A tione usque adeo indurati sunt mendacio, ut etiam Christi resurrectionem vendere voluerint, æmulationis tabe labefacti, propterea hæc cum præscisset, dixit per Moysem : « Pro eo quod male æmulaverunt, et ego provocabo eos ad zelum in non gente; in gente stulta irritabo[78]. » —« Eramus vero insipientes, » ut ait Apostolus[79], « servientes voluptatibus variis. » At nunc vocati cum simus gratia Dei in sanctificationem, illi æmulantur, seipsos videntes abjectos, dum nos interea salvi sumus in Christo.

ΣΛΓ'. *Περίπτερα αὐτῆς, περίπτερα πυρὸς, φλόγες* (26) *ἄνθρακες πυρὸς αὐτῆς.*

Τὰ περίπτερα τῆς Ἐκκλησίας, τὸ πλῆθος τῶν πιστῶν ἐκ πολλῶν παραγενόμενον φυλῶν τε καὶ ἐπαρχῶν (27), καθάπερ πτεροῖς ἱπτάμενον. Ἱπτάμενα γὰρ τὰ πλήθη τότε ἦσαν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὅτε τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὤφθη αὐτοῖς διαμεριζόμενον καθάπερ γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός. Φλόγες οὖν καὶ ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ τότε ὠφθὲν (28) τοῖς ἁγίοις πῦρ. Καὶ προεφήτευσαν, καὶ ἐλάλουν ἑτέραις γλώσσαις. Καὶ πάλιν ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ, ὁπηνίκα ἐν πυρὶ φλογὸς ὤφθη ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ. Τὰ περίπτερα οὖν αὐτῆς, ἡ Νέα καὶ Παλαιὰ Διαθήκη. Πυρὸς φλόγες, ἐν αὐταῖς ταῖς τῆς πίστεως ἀρχαῖς ἡ τοῦ Μωϋσέως ὀπτασία ἐν πυρὶ τοῦ βάτου, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων τοῦ ἁγίου Πνεύματος πυρὶ προεμφερεῖς λογισμοῖς (29).

CCXXXIII. *Alæ ejus alæ ignis, flammæ carbones ignis ejus.*

Alæ Ecclesiæ sunt multitudo fidelium, qui venerunt ex multis tribubus et provinciis; quæ multitudo tanquam alis volat. Volabant enim turbæ tum temporis in Hierusalem, cum Spiritus sanctus apparuit illis dispertitus veluti linguæ tanquam ignis[80]. Flammæ igitur etiam in Novo Testamento tum sanctis apparuerunt. Et prophetaverunt, et loquebantur aliis linguis[81]. Et rursus in Veteri Testamento, cum in igne flammæ apparuit Deus Moysi[82]. Alæ igitur ipsius sunt Novum et Vetus Testamentum. Flammæ ignis, in ipsius fidei primordiis visio Moysis in igne rubi, et super apostolos sancti Spiritus particulæ igni similes.

ΣΛΔ'. Στ. ζ'. *Ὕδωρ πολὺ οὐ δυνήσεται σβέσαι τὴν ἀγάπην, καὶ ποταμοὶ οὐ συγκλύσουσιν αὐτήν.*

Οἱ τὴν κατὰ Θεὸν κεκτημένοι ἀγάπην, κἂν καταβιῶσιν (30) ἐπ' αὐτοὺς οἱ πειρασμοὶ ὥσπερ βροχαὶ καὶ ποταμοὶ, ἀλλ' οὐ σβέννυται αὐτῶν ἡ ἀγάπη. Εἰπὼν γὰρ, « Τὰ περίπτερα αὐτῆς, πυρὸς φλόγες, » περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἔδειξεν, ὅτι τοῦτο τὸ πῦρ ὕδατι οὐ σβέννυται· ὅπερ ἐστὶν, ἡ πρὸς τὸν Χριστὸν ἀγάπη πειρασμοῖς οὐ λύεται. « Πᾶς γὰρ ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, » φησὶ, « καὶ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέκρουσαν (31) τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. »

CCXXXIV. Vers. 7. *Aqua multa non poterit exstinguere charitatem, nec flumina inundabunt eam.*

Qui Dei dilectionem habent, etiamsi in eos violenter irruant tentationes tanquam imbres et flumina; tamen eorum charitas non exstinguitur. Cum enim dixerit, « Alæ ejus flammæ ignis, » de sancto Spiritu; ostendit hunc ignem aqua non exstingui, id est, dilectio erga Christum tentationibus non dissolvitur. « Quicunque enim, » inquit, « audit verba mea hæc et ea facit, assimilabitur viro prudenti qui ædificavit domum suam super petram : et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et excesserunt eam; et non cecidit : fundata enim erat super petram[83]. »

ΣΛΕ'. *Ἐὰν δώσει* (32) *ἀνὴρ πάντα τὸν βίον αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐξουδενώσει ἐξουδενώσουσιν αὐτόν.*

Αὕτη ἡ προφητεία περὶ τῶν ἀποτασσομένων τῷ κόσμῳ, καὶ πάντα τὸν βίον αὐτῶν ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀγάπῃ καταναλισκόντων (33), καὶ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος

CCXXXV. *Si dederit homo omnem victum suum in dilectione, contemptu contemnent eum.*

Hæc prophetia est de iis qui renuntiaverunt mundo, et omnem substantiam suam in Christi dilectionem insumpserunt, et pro ejus nomine con-

[78] Deut. xxxii, 21. [79] Tit. iii, 3. [80] Act. ii, 3. [81] ibid. 4. [82] Exod. iii, 2. [83] Matth. vii, 24, 25.

(25) Mutinensis habet τῇ τηκεδόνῃ, ubi legendum τηκεδόνι.

(26) Absunt a cod. Mutin. ἄνθρακες πυρὸς αὐτῆς. Vatic. editio habet φλόγες αὐτῆς, sine ἄνθρακες πυρός. Quid habuerit in suo cod. vetus interpres, nescio, qui vertit : « circumspecta ejus, circumspecta ignis flammæ ejus. » Nullam inter variantes ejusmodi lectionem reperi.

(27) Legendum ἐπαρχιῶν.

(28) Sic omnes codd. Sed scribendum ὀφθέν.

(29) Ita meus et Barber. At Mutinensis habet πρὸς ἐμφερεῖς μερισμοῦ· prava utraque lectio. Lege προσεμφερεῖς μερισμοί.

(30) Ita mendose omnes codd. Scribe καταβιάσωσιν.

(31) Barber. προσέκρουσε. Meus προέκρουσε. Emendaveram προσέκρουσαν. Mutin. habet προέκρουσαν. Sacer textus habet προσέπεσον.

(32) Vatic. edit. ἐὰν δῷ.

(33) Vocem hanc in Barber. deletam restitui ex Mutin. codice. In meo relictum est spatium, ea voce implendum.

Digitized by Google

tempti sunt, ut ait sanctus Apostolus : « Tanquam purgamenta mundi facti sumus [84]; » nec solum de ipsis, sed etiam de Domino nostro Jesu Christo, qui vitam suam omnem dedit pro charitate erga nos, « Exspolians principatus et potestates [85], » et « propter nos egenus factus [86], » et « formam servi accipiens [87], » et despectus a pontificibus et scribis populi, et ab Herode contemptus : « Herodes enim illum contempsit, et ad Pilatum remisit [88]. »

A αὐτοῦ ἐξουδενουμένων, ὥς φησιν ὁ ἅγιος Ἀπόστολος· « Ὥσπερ (34) εἰ καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν· » καὶ οὐ μόνον περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἴρηται, ὃς πάντα τὸν βίον αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀγάπης, « Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, » καὶ « δι' ἡμᾶς πτωχεύσας, καὶ μορφὴν δούλου λαβών, » καὶ ἐξουδενώμενος ἀπὸ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων τοῦ λαοῦ, καὶ ὑπὸ Ἡρώδου ἐξουδενώμενος. « Ἐξουδένησας γὰρ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης ἀπέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Πιλάτον. »

CCXXXVI. Vers. 8. *Soror nostra parva, et ubera non habet.*

Quando anima in Christum crediderit, et divinorum mandatorum accuratam non perceperit scientiam, et duorum Testamentorum cognitionem B non habeat, de hac dici potest : « Soror nostra parva : » hoc est, nondum crevit fide, id est, duorum Testamentorum notitiam non accepit : tamen non propterea repudiatur, sed se perfici obsecrat. Si enim solummodo timorem Dei et fidem habeat anima, cognitione tamen sit inferior, non propterea reprobatur. « Melior enim est, » ait Scriptura, « qui minuitur scientia cum timore, quam qui abundat astutia et legem transgreditur [89]. » — « Non enim auditores legis justi apud Deum, sed factores legis justificabuntur [90]. » Dilectionem habeat anima, et soror vocatur Unigeniti, licet scientiæ non admodum sit perita : « Scientia enim inflat, charitas vero ædificat [91]. »

ΣΛΣ'. Στ. η'. *Ἀδελφὴ ἡμῶν μικρὰ, καὶ μαστοὺς οὐκ ἔχει.*

Ὁπόταν ἡ ψυχὴ εἰς Χριστὸν πιστεύσει, τῶν δὲ θείων ἐντολῶν τὴν ἀκριβῆ σύνεσιν μὴ καταλαμβάνει, καὶ τῶν δύο Διαθηκῶν τὴν γνῶσιν μὴ ἔχει, περὶ ταύτης δύναται λέγεσθαι· « Ἀδελφὴ ἡμῶν μικρά· » τουτέστι, μήπω αὐξηθεῖσα τῇ πίστει· ὅπερ ἐστὶ, τῶν δύο Διαθηκῶν τὴν γνῶσιν οὐκ εἴληφεν· ὅμως παρὰ (35) τοῦτο ἀποβάλλεται· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ὁμοιωθῆναι (36) εὔχεται. Μόνον γὰρ φόβον Θεοῦ καὶ πίστιν ἐὰν ἔχῃ ψυχὴ, γνώσει δὲ ἐλαττοῦται, οὐ παρὰ τοῦτο ἀποδοκιμάζεται· « Κρείττων » (37) δὲ, φησὶν, « ἐλαττούμενος συνέσει ἔμφοβος, ἢ περισσεύων πανουργίᾳ καὶ παραβαίνων νόμιμον. » — « Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ· ἀλλ' οἱ ποιηταὶ νόμου δικαιωθήσονται. » Ἀγάπην ἐχέτω ψυχὴ, καὶ ἀδελφὴ καλεῖται τοῦ Μονογενοῦς, καὶ (38) μὴ γνῶσιν πολύπειρον ἔχει· « Ἡ γὰρ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. »

CCXXXVII. *Quid faciemus sorori nostræ in die qua sermo fiet in ea?*

Hæ sunt, opinor, sanctorum magistrorum voces, et prophetarum et apostolorum ad eos qui prædicationem non acceperunt, ut ait Isaias : « Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est [92]? » Similiter et Jeremias : « Ad quem loquar, et contestabor, et exaudiet? Ecce incircumcisæ aures eorum, et non poterunt audire [93]. » Propterea « Quid faciemus sorori? » Fratres enim sunt infidelis secundum carnis cognationem.

C ΣΛΖ'. *Τί ποιήσωμεν τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ ἐὰν λαληθῇ ἐν αὐτῇ* (39);

Αὗται, οἶμαι, ἁγίων διδασκάλων εἰσὶν αἱ (40) φωναὶ, προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων πρὸς τοὺς μὴ τὸ κήρυγμα δεχομένους, ὥς φησιν Ἡσαΐας· « Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; » Ὁμοίως καὶ Ἱερεμίας· « Πρὸς τίνα λαλήσω καὶ μαρτύρωμαι; Ἰδοὺ ἀπερίτμητα (41) τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δυνήσονται ἀκούειν. » Διὰ τοῦτο, « Τί ποιήσωμεν τῇ ἀδελφῇ; » Ἀδελφοὶ γὰρ οἱ ἄπιστοι κατὰ τὴν τῆς σαρκὸς συγγένειάν εἰσιν (42).

CCXXXVIII. Vers. 9. *Si murus est, ædificemus super eam laminas argenteas.*

Ad hunc modum, ut arbitror : Si credit, et non est infidelis, non dura collo, non contumax ad au- D diendam sanctorum disciplinam, sed credens nobis

ΣΛΗ'. Στ. θ. *Εἰ τεῖχός ἐστιν, οἰκοδομήσωμεν ἐπ' αὐτὴν ἐπάλξεις ἀργυρᾶς.*

Τοῦτον, οἶμαι, τὸν τρόπον λέγει· Εἰ πιστή ἐστι, φησὶ, καὶ μὴ ἄπιστος· μὴ σκληρὰ εἰ τῷ τραχήλῳ, μὴ ἀνήκοος τῇ τῶν ἁγίων ἀγωγῇ· ἀλλ' ἡ πιστεύσα-

[84] I Cor. IV, 13. [85] Coloss. II, 15. [86] II Cor. VIII, 9. [87] Philipp. II, 7. [88] Luc. XXIII, 11. [89] Eccli. XIX, 21. [90] Rom. II, 13. [91] I Cor. VIII, 1. [92] Isa. LIII, 1. [93] Jerem. VI, 10.

(34) In impressis Novi Testamenti legitur ὡς περικαθάρματα.

(35) Ὅμως οὐ περὶ habet Mutin. Restituenda omnino est particula negativa οὐ, sic postulante sententia.

(36) Mutin. habet ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ὁμοιωθῆναι. Τελειωθῆναι censeo legi oportere, si credendum veteri interpreti, qui vertit : « sed etiam ipsam proficere deprecatur, ut possit esse perfecta. » Salutatus etiam tale quiddam in suo codice videtur habuisse.

(37) In edit. Vatic. hic locus sic legitur : Κρείττων ἡττώμενος ἐν συνέσει ἔμφοβος, ἢ περισσεύων ἐν φρονήσει καὶ παραβαίνων νόμον.

(38) Lego κἄν.

(39) Barber., meus et Mutin. ἐν αὐτῷ. Sed Vatic. et libri omnes habent ἐν αὐτῇ, quam lectionem agnoscit etiam vetus interpres.

(40) Εἰσὶν αἱ. Duas voculas restitui ex Mutinen.

(41) In Bibliis impressis sacer textus, καὶ διαμαρτύρωμαι καὶ εἰσακούσεται; Ἰδοὺ ἀπερίτμ.

(42) *Κατὰ τὴν τῆς σαρκ. συγγέν. εἰσιν*, hæc ex Mutinensi, quibus implevi lacunam mei codicis et Barber.

Digitized by Google

σα ἡμῖν, καὶ σωθεῖσα (43) · καθάπερ εἰς τεῖχος ἐποικοδομοῦμεν (44) ἐπ' αὐτὴν ἐπάλξεις ἀργυρᾶς · ὅπερ ἐστὶν, οἶμαι, τοὺς ἐλέγχους τοὺς διορθωτικοὺς, τοὺς χρυσοῦ δίκην πυρουμένους · « Τὰ λόγια » γὰρ « Κυρίου, λόγια ἁγνά · ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, καὶ καθαρισμένον ἑπταπλασίως. »

A et illuminata sit; tanquam super murum ædificabimus super eam propugnacula argentea ; id est, ut arbitror, reprehensiones quæ corrigendi vim habeant, et veluti aurum igne sint examinatæ : « Eloquia » enim « Domini, eloquia casta : argentum igne examinatum, probatum in terra, et purgatum septuplum [95]. »

ΣΛΘ'. *Εἰ* (45) *θύρα ἐστὶ, διαγράψωμεν ἐπ' αὐτὴν σανίδα κεδρίνην.*

Ἐπειδὴ γὰρ, ὥσπερ ἡ θύρα στρέφεται ἐπὶ τοῦ στρόφιγγος, οὕτως ὁ ὀκνηρὸς ἐπὶ τὴν κλίνην· διὰ τοῦτό φησιν, οἶμαι · Εἰ ὀκνηρίαν πρὸς τὴν πίστιν τὰ τοιαῦτης κατορθώματα ἔχουσι, διαγράψωμεν ἐπ' αὐτὴν, ὅπερ ἐστὶν, ἐπὶ τὴν τοιαύτην τῶν βραδυπίστων σανίδια κέδρινα, ἵνα εἴπῃ, τὴν τῶν πάλαι δικαίων καὶ πατριαρχῶν ἄσηπτον καὶ ἡδραιωμένην γνῶσιν, καὶ B τὴν ἐκείνων ἐπὶ ταύτην ἐπιβάλωμεν εὐχὴν, ἵνα τῇ ἐκείνων πρεσβείᾳ τὸ ἐλλεῖπον αὐτῇ ὑστέρημα (46) ἀναπληρωθείη τῆς πίστεως. Ὅτι δὲ κέδρῳ οἱ δίκαιοι ἀπεικάζονται, φησί · « Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡς ἡ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται. » Σανὶς δὲ ἀπὸ κέδρου τοῦ παντός ἐστι μέρος, ὥσπερ καὶ ἡ τῶν δικαίων πρεσβεία μέρος ἐστὶ τῆς δικαιοσύνης. Εἶτα ἀκούσασα ἡ καλὴ καὶ εὔπιστος αὕτη νύμφη τὴν περὶ τούτων διαβολὴν, ἀναφωνεῖ ἐγκαλουμένη τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ, καὶ λέγει·

CCXXXIX. *Si janua est, sculpamus super eam tabulam cedrinam.*

Quoniam enim sicut porta super cardinem volvitur, sic piger super lectum, propterea, opinor, dicit: Si pigritiam ad fidem habeant ejus opera, sculpemus super eam, id est, super ejusmodi pigritiam eorum qui tardæ sunt fidei, tabellas cedrinas, hoc est, veterum justorum et patriarcharum incorruptam et stabilem scientiam, et eorum orationem super eam imponemus, ut illorum intercessione, quod ei deest et defectus fidei impleatur. Quod vero justi cedro assimilentur, ait Scriptura : « Justus ut palma florebit; sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur [96]. » Tabula vero ex cedro est pars totius, quemadmodum justorum intercessio pars est justitiæ. Deinde ipsa sponsa pulchra et fidelis hanc in his rebus calumniam audiens exclamat, cum tali apud suum sponsum criminatione urgeatur, et ait :

ΣΜ'. Στ. ι'. *Ἐγὼ τεῖχος, καὶ οἱ μαστοί μου ὡς πύργοι.*

Ἐγὼ, φησὶν, ἐδραίωμα τῆς πίστεως, καὶ οἱ μαστοὶ πύργοι. Ὅπερ ἐστὶν, αἱ δύο Διαθῆκαι ταῖς τῆς δικαιοσύνης πράξεσιν εἰς ὕψος πεπυργωμέναι.

CCXL. Vers. 10. *Ego murus, et ubera mea ut turres.*

Ego, inquit, stabilitas fidei : et ubera, turres : id est, duo Testamenta ad opera justitiæ in altitudinem ædificata quasi turres.

C

ΣΜΑ'. *Ἐγὼ ἤμην ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ* (47) *ὡς εὑρίσκουσα εἰρήνην.*

Καὶ γὰρ εὗρεν εἰρήνην, τὸ χάρισμα παρ' αὐτοῦ λαβοῦσα τοῦ εἰπόντος · « Εἰρήνην τὴν (48) ἐμὴν δίδωμι, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν · » ὡς καὶ Σοφία λέγει περὶ τοῦ Πνεύματος · « Ἐγὼ γὰρ (49) ἤμην ᾗ προσέχαιρε · καθ' ἡμέραν εὐφραινόμην δὲ ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ · ὅτε ἑτοίει τὸν κόσμον, ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. »

CCXLI. *Ego eram in oculis ejus, quasi inveniens pacem.*

Etenim invenit pacem, cum acceperit gratiam ab eo qui dixit : « Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis [97] : » quemadmodum Sapientia dicit de Spiritu : « Ego enim eram cui adgaudebat; quotidie autem jucundabar in facie ejus in omni tempore; quando faciebat mundum, eram apud eum disponens [98]. »

ΣΜΒ'. Στ. ια'. *Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ Σαλομὼν ἐν Βεελλαμών* (50).

Ἀμπελῶνα γεγενῆσθαι λέγει τὴν Ἐκκλησίαν τῷ Χριστῷ τῷ Πνεύματι Κυρίῳ Σαλομὼν (51), τῷ εἰρηνεύσαντι τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς.

CCXLII. Vers. 11. *Vinea facta est Salomoni in Beellamon.*

Vineam factam esse ait Ecclesiam Christo, spirituali Salomoni, qui pacificavit quæ sunt in cœlo et in terra [99].

D

ΣΜΓ'. *Ἔδωκε τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ τοῖς τηροῦσιν.*

Τοῖς τηροῦσι λέγει τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς, ὡς καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἔλεγε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους · « Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς · » ὅπερ ἐστὶ, τὸν ἀμ-

CCXLIII. *Dedit vineam suam custodientibus.*

Custodientibus scilicet mandata ejus dicit, ut etiam in Evangelio dixit Judæis : « Auferetur a vobis regnum, et dabitur genti facienti fructus ejus [100] ; » id est, vineam locabit aliis iis videlicet qui ser-

[95] Psal. xi, 7. [96] Psal. xci, 13. [97] Joan. xiv, 17. [98] Prov. viii, 30. [99] Coloss. i, 20. [100] Matth. xxi, 43.

(43) Lego φωτισθεῖσα.
(44) Lego ἐποικοδομήσωμεν.
(45) Vatic. edit. καὶ εἰ, quam lectionem habuit vetus interpres.
(46) Lego καὶ ὑστέρημα.
(47) Sic cod. Alex. Vaticana edit. αὐτῶν.
(48) Sacer textus habet, Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.
(49) Sacer textus habet : Καὶ ὡς ἰσχυρὰ ἐποίει, τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. Ἐγὼ ἤμην, ᾗ προσέχαιρεν. Καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ.
(50) Vatic. edit. Βεελαμών.
(51) Lego τῷ πνευματικῷ Σαλομών.

Digitized by Google

vant et custodiunt mandatorum præcepta, de quibus dictum est : « Dedit vineam custodientibus. »

CCXLIV. *Vir afferet in fructu ejus mille argenteos.*

Omnis enim magister sapiens et auditor intelligens in Ecclesia « feret in fructu ejus mille argenteos : » id est, implementum per millenarium numerum est omnium mandatorum Domini, eloquiorum ejus effectio. « Eloquia » enim « Domini casta, argentum igne examinatum, probatum in terra [1], » ut supra dictum est.

CCXLV. Vers. 12. *Vinea mea mihi in conspectu meo. Mille Salomon et ducenti custodientibus fructum ejus.*

Dominicam arbitror vocem esse : « Vinea mea in conspectu meo, » propter ejus dilectionem et amorem erga homines : « Oculi » enim « Domini super timentes eum, et aures ejus ad precem eorum [2]. » Illud vero : « Mille Salomonis et ducenti custodientibus, » arbitror dicere judicium omne et rerum omnium perficiendarum potestatem datam esse Unigenito, juxta id quod scriptum est : « Pater neminem judicat, sed judicium omne dedit Filio [3]. » — « Et ducenti custodientibus fructum ejus, » hoc est, duorum Testamentorum : duo enim centenarii sunt duo Testamenta; duo autem centenarii sunt ducenti, qui scilicet ex duobus Testamentis centies auctum fructum progerminantes, ita demum alios judicant juxta Apostolum : « Si in vobis judicabitur mundus, nescitis quod et angelos judicabimus, nedum sæcularia [4] ? »

CCXLVI. Vers. 13. *Sedens in hortis.*

Sedentem in hortis puto dicere eum qui episcopalem cathedram obtinuit, et multos hortos, id est, Ecclesias ei concreditas.

CCXLVII. *Sodales attendentes.*

Hujus cooperatores presbyteri, et qui simul ministerium acceperunt diaconi, « In conscientia pura mysterium Christi custodientes [5]. » Nam disciplina per hos omnes Ecclesiæ tradita, quemadmodum hortus, irrigatur salutaribus præceptis. Propterea etiam dicit :

CCXLVIII. *Vocem tuam auditam fac mihi.*

Per hos enim Christus audire facit Ecclesiæ vocem suam.

CCXLIX. *Fuge, patruelis meus, et assimilare capreæ aut hinnulo cervorum ad montes vallium.*

πελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις, δηλαδὴ τοῖς τηροῦσι καὶ φυλάττουσι τὰ τῶν ἐντολῶν προστάγματα, περὶ ὧν εἴρηται· « Ἔδωκε τὸν ἀμπελῶνα τοῖς τηροῦσιν. »

ΣΜΔ'. *Ἀνὴρ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίους* (52).

Πᾶς γάρ τις σοφὸς διδασκαλος, καὶ συνετὸς ἀκροατὴς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ « οἴσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίους, » ὅπερ ἐστὶν, ἡ διὰ τῆς χιλιάδος πλήρωσις πάντων τῶν ἐντολῶν Κυρίου καὶ τῶν λογίων αὐτοῦ ποίησις. « Τὰ λόγια » γὰρ « Κυρίου ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον ἐν τῇ γῇ, » ὡς προείρηται.

ΣΜΕ'. Στ. ιβ'. *Ἀμπελών μου ἐμὸς ἐνώπιόν μου. Οἱ χίλιοι Σαλομὼν, καὶ οἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ.*

Κυριακὴν οἶμαι τὴν φωνὴν εἶναι· « Ἀμπελών ἐμὸς ἐνώπιον ἐμοῦ, » τῇ ἀγάπῃ καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ (53)· « Ὀφθαλμοὶ » γὰρ « Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. » Τὸ δὲ, « Οἱ χίλιοι τοῦ Σαλομὼν, καὶ οἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσιν, » οἶμαι τὴν κρίσιν πᾶσαν λέγειν, καὶ τὴν τῶν ποιημάτων τελείωσιν τῷ Μονογενεῖ δεδόσθαι, κατὰ τὸ γεγραμμένον· « Ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ (54). » — « Καὶ οἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ, » τουτέστι τῶν δύο Διαθηκῶν. Δύο γὰρ ἑκατοντάδες, αἱ δύο Διαθῆκαι, αἱ δὲ δύο ἑκατοντάδες εἰσὶ διακόσιοι, ἤγουν τῶν δύο Διαθηκῶν τῶν ἑκατονταχοῦς (55) ἐκβλαστήσαντες καρπὸν, οὕτω καὶ ἄλλους κρίνουσι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· « Εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, οὐκ οἴδατε, ὅτι καὶ ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτιγε βιωτικά ; »

ΣΜΖ'. Στ. ιγ'. *Ὁ καθήμενος ἐν κήποις.*

Καθήμενον ἐν κήποις οἶμαι λέγειν τὴν ἐπισκόπου καθέδραν εἰληφότα· καὶ πολλοὺς κήπους, τουτέστι τὰς Ἐκκλησίας, πεπιστευμένον.

ΣΜΖ'. *Ἑταῖροι προσέχοντες.*

Οἱ τούτου συνεργοὶ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ τῆς λειτουργίας συναντιλαμβανόμενοι διάκονοι, « Ἐν καθαρᾷ συνειδήσει τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ φυλάττοντες. » Διὰ γὰρ πάντων ἡ διδασκαλία τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδομένη, καθάπερ κῆπος, ἀρδεύεται σωτηρίοις διδάγμασι. Διὸ καὶ λέγει·

ΣΜΗ'. *Τὴν φωνήν* (56) *σου ἀκούτισόν μου.*

Διὰ γὰρ τούτων ἀκουτίζει τὴν φωνὴν αὐτοῦ τῇ Ἐκκλησίᾳ ὁ Χριστός.

ΣΜΘ'. *Φύγε, ἀδελφιδέ μου, καὶ ὁμοιώθητι τῇ δορκάδι, ἢ τῷ νεβρῷ τῶν ἐλάφων ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων* (57).

[1] Psal. xi, 7. [2] Psal. xxxiii, 18. [3] Joan. v, 22. [4] I Cor. vi, 2, 3. [5] I Tim. iii, 9.

(52) Sic Cumpl. Editio Vaticana habet ἀργυρίου, quam lectionem habuit etiam vetus interpres.

(53) Inter ἐμοῦ et ὀφθαλμοί lacuna interjacet in meo cod. et Barb. Cod. Mutin. habet ἐνώπιον ἐμοῦ τῇ ἀγάπῃ καὶ τῇ φιλανίᾳ. Suspicor legendum φιλανθρωπίᾳ.

(54) *Τῷ Υἱῷ*. Sic emendavi ex cod. Mutin. Male meus et Barber. τῷ Σαλομῶν.

(55) Ita Mutin. Lege τὸν ἑκατονταχοῦν. In Barber. articulus vetustate deletus est : in meo qui videtur exscriptus ex Barber. librarius reliquit exiguum spatium. In utroque ἑκατονταχοῦ.

(56) Edit. Vatic. τῇ φωνῇ, in qua editione versus hic et superior sic interpungitur, ἑταῖροι προσέχοντες τῇ φωνῇ σου, ἀκούτισόν με.

(57) Sic cod. Alexandr. Verum Philo in explanatione hujus versiculi recognoscit etiam lectionem ἀρωμάτων, quam habet Vaticana editio.

Digitized by Google

Τοῦτον (58) τὸν τελευταῖον λόγον οἶμαι πρὸς πάντας πιστοὺς ὑπὸ τοῦ Κυρίου λελέχθαι καὶ ὑπὸ ταύτης ἁγίας Ἐκκλησίας. Τὸ γοῦν, « Φύγε, ἀδελφιδέ μου, καὶ ὁμοιώθητι τῇ δορκάδι, ἢ τῷ νεβρῷ τῶν ἐλάφων ἐπὶ δρη κοιλωμάτων, » τοῦτο οἶμαι λέγειν, ἵνα πᾶς τις ἀκούων φεύγει μὲν τὴν ἁμαρτίαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· « Ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως φεῦγε ἁμαρτίαν·» ὁμοιοῦσθαι δὲ κελεύει τῇ δορκάδι, ἵνα ὀξυδερκὲς τὸ τοῦ νοὸς ὄμμα κεκτημένος πρὸς τὸ μὴ ὑπὸ θηρευόντων παγιδευθῆναι δύνασθαι. Δορκὰς γὰρ ὀξυδερκὲς καὶ ὀξεῖ τῷ δρόμῳ τὸ ζῶόν ἐστιν. Ἵνα οὖν τῷ ὀξυτάτῳ δρόμῳ τῆς ἁμαρτίας ἐκ φυγῇς, ὅταν (59) σωτηρίων διδαγμάτων ἀκροατὴς, καὶ ὀξυδερκεῖ τῷ νῷ τας τοῦ θηρευτοῦ παγίδας βλέποι, καὶ ὑπερακοντίζοι τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἐπὶ τὰ δρη τῶν ἀρωμάτων, ἢ τῶν κοιλωμάτων, ὅπερ ἐστὶν, ἐπὶ τὰ ὑψιπετῆ τῶν δικαίων μεγέθη· ἵνα, εἰ μὲν παγίδα προτίθησιν διὰ γυναικὸς σαρκικῆς ἐπιθυμίας ὁ πονηρὸς (60), ἐπὶ τὰ ὕψη τις ἀνατείνῃ τὸν νοῦν τῆς σωφροσύνης τοῦ Ἰωσὴφ· εἰ δὲ κακίας ἐπεγείρῃ θυμὸν, ἐπὶ τὸ ὑψιπετὲς τῆς ἀκακίας ἀποβλέψοι τῆς τοῦ Δαβὶδ, ὃς τὸν κτεῖναι θέλοντα οὐκ ἠμύνατο Σαούλ. Ὄρη γὰρ κοιλωμάτων κέκληνται οἱ ἅγιοι, ἵνα καὶ τὸ ὕψος τῆς δικαιοσύνης αὐτῶν διὰ τῶν κοιλωμάτων κηρυχθῇ. Τὸ γὰρ κοίλωμα, ταπεινόν· τὸ δὲ ὄρος, ὑψηλόν. Τοῦτο γὰρ τοῖς δικαίοις πρόσεστιν· ἐν ὕψει δικαιοσύνης κεκτῆσθαι (61) καὶ τὸ κοίλωμα τῆς ταπεινοφροσύνης. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Postremo hæc verba arbitror a Christo dicta esse ad omnes fideles, et ab hac sancta Ecclesia. Illud igitur, « Fuge, fratruelis meus, et assimilare capreæ aut hinnulo cervorum ad montes vallium, » ob eam rationem puto dicere, ut qui audit, fugiat peccatum, juxta quod scriptum est : « Tanquam a facie colubri fuge peccatum [a]. » Assimilari autem jubet capreæ, ut acutum mentis oculum habeat, ne possit in plures casses venatorum incidere. Caprea enim acutum cernit, et celerrimum animal est. Ut igitur velocissimo cursu a peccato aufugiat, assimilari jubet capreæ ; cum salutarium præceptorum auditor et acuto mentis visu venatoris cernit plagas, et velut jaculum sursum attollit animum ad montes aromatum vel vallium, id est, ad excelsas justorum altitudines, ita ut si diabolus per carnalem feminæ concupiscentiam laqueos illi proponat, ad altitudinem castitatis Josephi mentem intendat : si vero ultionis iram excitet, ad celsitudinem innocentiæ Davidis respiciat, qui Saulem interficere eum cupientem non ultus est. Montes enim vallium vocantur sancti, ut altitudo justitiæ per montes non sileatur, et eorum humilitas per valles prædicetur. Id enim inest justis ; in altitudine justitiæ vallem humilitatis habere. Deo autem nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen.

B

[a] Eccli. xxi, 2.

(58) Explanatio hujus postremi vers. desideratur in meo codice, et deest Barberino, cujus ultimum folium communi innumeris codicibus infortunio intercidit. Eam e ms. cod. Mutinensi exscribi curavit, et ad me misit pro sua humanitate vir egregie doctus Franciscus Antonius Zacharia.

(59) Totum hunc locum ita legendum arbitror, ἵνα οὖν τῷ ὀξυτάτῳ δρόμῳ τῆς ἁμαρτίας ἐκφυγῇ, ὁμοιοῦσθαι κελεύει τῇ δορκάδι, ὅταν, κ. τ. λ. quæ postrema verba, ex superioribus hic iteranda, librarius fortasse per oscitantiam omisit.

C

(60) *Ὁ πονηρός*, « diabolus. » In hoc sensu adhibetur in Novo Test. apud Matth. v, 37 ; xiii, 19, 38 ; Ephes. vi, 16 ; II Thess. iii, 3 ; I Joan. ii, 13, 14 ; iii, 12 ; v. 18

(61) Male omnes codd. κέκτησθε.

Digitized by Google

SANCTUS ASTERIUS

AMASENUS EPISCOPUS

NOTITIA HISTORICA ET LITTERARIA

(FABRIC., *Bibliotheca Græca*, ed. HARLES, t. IX, p. 513.)

Asterius, Amaseæ, metropolis Ponti, episcopus, homilia *in servum centurionis*, cujus argumentum Photius nobis servavit, cod. CCLXXI, p. 819, narrat, se in juventute a quodam Scytha, servo, quem Antiochenus quidam civis emerat, edoctum liberalibus disciplinis. Homilia III, *in avaros*, testatur, se vicinum ætati Juliani imp., qui A. C. 363 est obtruncatus. Et homilia *in festum Kalendarum* deplorat necem Rufini, qui apud Arcadium tantum valuit, Eutropiique (*a*), quorum ille anno 395, hic 399, παρελθόντος ἐνιαυτοῦ, sive anno ante hanc homiliam habitam perierat (*b*). In episcopatu Amaseno successisse Eulalio (*c*) videtur, in exsilium ejecto per Arianos; sed post mortem Valentis A. C. 378 restituto, cujus meminit Sozomenus VII, 2, atque successorem habuisse Palladium, qui A. C. 431 Ephesinæ synodo interfuit : εἰς βαθὺ γῆρας τοῦ βίου καταντῆσαι, ad extremam senectutem pervenisse, ex quadam ejus, quæ hodie non exstat, homilia notavit Photius in *Amphilochiis*, quæst. 125.

Exstant ejus homiliæ (*d*) :

1. Εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον. *De divite et Lazaro*, Luc. XVI, 19 seq. Incipit : Οὐ τοῖς ἀποφατικοῖς καὶ δογματικοῖς μόνον. Laudat tunc adhuc ineditam Philippus Rubenius, lib. II, cap. 1, *Electorum*. Locum de Christo non pingendo, ex ea allatum in synodo septima, actione 6, tom. III Binii, p. 658, vindicat Nicephorus Constantinopolitanus, in *Antirrheticis*, et Theodorus Studita, lib. II, epist. 36 *ad Naucratium*, tom. V Opp. Sirmondi, pag. 438.

2. Εἰς τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας. *De œconomo iniquitatis*, Luc. XVI, 1 seq. Incipit : Πολλάκις ὑμῖν εἶπον διαλεγόμενος.

3. Κατὰ πλεονεξίας. *Adversus avaritiam*. Incipit : Ἄνδρες Χριστιανοὶ καὶ κλήσεως. FABR. Exstat quoque in Joan. Patusæ *Encyclop. philol.*, vol. II, pag. 307. HARL.

4. Λόγος κατηγορικὸς τῆς ἑορτῆς τῶν καλανδῶν. Sermo adversus donationes, ineptias ac superstitiones, *Kalendis Januarii* illa ætate usitatas. Incipit : Δύο κατὰ ταυτὸν ἑορταί.

5. Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. *Num liceat dimittere homini uxorem suam quacunque ex causa*, ad Matth. XIX, 3.

Hasce quinque homilias, hactenus memoratas, primus Græce ex codice cardinalis Ascanii Columnæ cum versione Philippi Rubenii edidit Joannes Brantius, Antwerp. 1615, in-4, unde recusæ sunt utraque

(*a*) Confer. Sam. Petitum III, 7, *Observatt.*, pag. 338 seq., et Valesium, pag. 162, ad Sozomeni VIII, 7.

(*b*) Atque Saxius in *Onom.* I, p. 470, ex Pagio in *Crit. Baron.*, A. C. 403, n. 14, pag. 432, tom. V, probat, Asterium, A. C. 400 recitasse *Orationem de Kalendis*. Add. de Asterio Hambergerum in : *Zuverl. Nachr.*, tom. I, pag. 919 seq. et, quos hic jam laudat, Cavei *Hist. litt. scriptorum eccles.*, tom. I, pag. 372; L. Eli. du Pin, *Nouv. Bibl.*, tom. III, p. 77; R. Ceillier, *Hist. génér. des aut. eccl.*, tom. VIII, p. 487; *Magnam biblioth. eccl.*, h. v. HARL.

(*c*) Cotelerius, tom. II *Monument.*, p. 516; Tillemont., tom. X, p. 408 seq.

(*d*) De codd. in genere quædam notabo. Florent. in bibl. Laurent. cod. I, n. 45-49, plut. 7, sunt quinque priores, a Fabricio recensæ, Asterii Amas. homiliæ, et in cod. XX, n. 18, plut. 11, est *Encomium in Phocam*. V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laurent.*, I, pag. 198 et 514. — Aster. citatur ibid. p. 91, n. 24, in catena *in Psalmos*, et p. 435 in *Exposit. divinor. præceptorum*. — Vindobonæ in codd. Cæsar. XVI, n. 22, *et* XXXV, sunt homiliæ *in Phocam* et *SS. martyres*. V. Lambec. VIII, p. 517, ibique Kollar. de Phoca, et p. 791 sqq. — In cod. X Cæs. Asterius citatur *in Psalter*. V. Lambec., III, pag. 53 sqq.; sed in indice p. 574 fatetur, sibi haud liquere num Asterius Amas., an Cappadox sit intelligendus. Idem quoque dicendum videtur de simili catena in cod. XVII Venet. Marc. cat., p. 19; — et forsan quoque de cod. Coislin. LXXX in scholiis marg. ex SS. eccl. excerptis, ad Theodoreti comm. *in Psalmos*, v. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 137; — de cod. Barocc. CLIV, sec. cat. *in* L *priores psalm.*; — de cod. Bodlei., n. MCMLXXXII. — In cod. Coislin. CVII, sunt homil. n. 7 et 8; — in cod. CXII Asterii loca in collectione rerum moral. ex opp. scriptor. eccl.; — in cod. CCI s. in Nicetæ catena *in Evang. Lucæ*. V. Montfauc. l. c. pag. 182, 186 et 251, ac pag. 346, ex Photii *Amphilochiis* (v. Paulo post, § 11 : s. cod. CCLXX excerptam dedit Gr. et Lat. *quæstionem* CXXV *quot Asterii fuerint, et quænam ipsorum opinio*. Alios codd. suo quosque loco nominabimus. HARL.

Digitized by Google

lingua in *Auctario* Ducæano Paris. 1624, 4, tom. II, p. 563, et in *Bibliotheca Patrum* Paris. 1644 (1654), tomo XIII; sed ope codicum, quos a Sirmondo Ducæus acceperat, accuratius recensitæ. Tum Latine in *Bibliotheca Patrum* Colon. 1618, tom. IV, Rubenii versionem Combefisius ita interpolavit, ut novam veluti adornaverit. Gallice transtulit Franciscus Maucroix (*a*), Paris 1695, in-12, consilio Pauli Pelissonii, qui inter disertissimos Græcos Ecclesiæ doctores locum singularem Asterio tribuendum esse non dubitavit.

6. Εἰς τὸν προφήτην Δανιὴλ, καὶ εἰς τὴν Σωσάνναν. *In Danielem prophetam, et Susannam.* Incipit : Ἀεὶ τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις. Ex ms. regis Christianissimi. FABR. — Exstat in bibl. Paris. publ. codd. MCXCIX et MDCLVIII, n. 29. — Oxon. in cod. Barocc. CXCII. HARL.

7. Εἰς τὸν ἐκ κοιλίας τυφλόν. *In cæcum a nativitate*, Joan. IX. Incipit : Ἠκούσαμεν ἀρτίως τοῦ υἱοῦ τῆς βροντῆς. Ex codice Sirmondi et Seguieriano. Legit Photius et loca ex hoc sermone profert in *Bibliotheca* cod. CCLXXI, p. 820 edit. primæ.

8. Εἰς τοὺς ἁγίους κορυφαίους ἀποστόλους, Πέτρον καὶ Παῦλον. *In sanctos principes apostolos, Petrum et Paulum.* Incipit : Πᾶσαι μὲν αἱ συνήθεις αὗται. Ex venerandæ antiquitatis codice Seguieriano recens allato ex celebri monasterio τῆς ἐγκλείστρας, Græciæ.

9. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Φωκᾶν. *In S. martyrem Phocam*, Sinopensem, passum Romæ sub Trajano. Incipit : Καλὴ καὶ συμφέρουσα. Ex codice regis Galliæ et autographo Sirmondi. In quibusdam codicibus (ut Cæsareo apud Lambecium VIII, p. 243) (*b*) incipit a verbis, p. 171, edit. Combefisianæ : Ἱερὸς μὲν καὶ θεσπέσιος ἅπας ὁ τῶν γενναίων μαρτύρων κατάλογος. Atque ita Latine, tanquam Simeone Metaphraste auctore, legitur apud Lipomannum, tom. VI, p. 274, et Surium ad 22 Sept. Duos Phocas martyres in hoc sermone ab Asterio confundi, notat Baronius ad *Martyrolog. Rom.* 14 Jul., quem vide etiam ad 5 Martii, ubi notat verba quædam (quæ pag. 178 edit. Combefisii leguntur), laudari in septima synodo.

10. Εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας. *Encomium in sanctos martyres.* Incipit : Ἔστιν ὡς ἔοικεν καὶ παρὰ τῶν. Ex codice card. Columnæ, describente Jac. Sirmondo [exstat in cod. Paris. bibl. publ. DCCLXXI]. Loca duo e ms. Cæsareo emendat Lambecius VIII, p. 373 [s. p. 791 sqq. ed. Kollar. cod. XXXV, n. 4].

11. Εἰς μαρτύριον τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας, ἔκφρασις. *Enarratio imaginis, qua exprimitur martyrium clarissimæ martyris Euphemiæ*, sub Diocletiano passæ. Incipit : Πρώην μέν, ὦ ἄνδρες, Δημοσθένην ἔσχον ἐν χερσὶ τὸν δεινόν. Hanc ἔκφρασιν Asterii laudant Photius in *Bibliotheca* cod. CCLXXI, p. 820, et in *Amphilochiis* quæst. 125, et Adrianus II, papa, lib. *De imaginibus*, profertque integram septima synodus actione 4, tom. III Binii, pag. 544 seq. Laudat iterum p. 659, actione 6, et p. 700, actione 8. Combefisius vero ex codicibus duobus regiis (*c*) castigavit, et nova versione donavit. Gallice cum primis quinque homiliis vertit Franciscus Maucroix, Paris. 1695 in-12.

Sex, quas proxime hactenus retuli, primus Græce et Latine edidit, Rubenianisque subjunxit, et universas notis illustravit Franciscus Combefisius, tom. I *Auctarii novi Bibliothecæ Patrum*, Paris. 1648 fol. Latine deinde ex Combefisii versione subjunxit Theophilus Raynaudus, operibus Latinorum scriptorum Leonis Magni, Maximi Taurinensis, Petri Chrysologi, Fulgentii, Valeriani Cemeliensis, et Amedei, Lausanensis episcopi, quæ sub titulo *Heptadis præsulum, Christiana sapientia et facundia clarissimorum*, Lugd. 1652 et Paris. 1664, fol, *una hac*, ut queritur in *Bibl. concionatoria* Combefisius, *officii gratia, quod expunctum meum producentis nomen est.* Nimirum Dominicani Combefisii nomen libenter supprimendum ratus est Jesuita Raynaudus, professus etiam Cyriacorum adversarius. In illa Combefisii *Bibliotheca concionatoria* pleræque etiam Asterii homiliæ ex Combefisii versione Latine exhibentur.

12. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον. *Laudatio S. protomartyris Stephani.* Incipit : Ὡς ἱερὸς ἀληθῶς καὶ καλῶς. Ex Photii testimonio, cod. CCLXXI, Asterio Amaseno vindicatur, et sub ejus nomine a Combefisio exhibetur Græce et Latine, tom. I *Auctarii novi*, pag. 283, licet codices quidam referant ad Proclum Constantinopolitanum, inter cujus homilias a Vincentio Riccardo edita est, ut in Proclo n. 17, 18, dixi. At fallitur Oudinus, qui homiliam *in protomartyrem Stephanum*, quæ inter Nysseni opera tom. III, pag. 354, legitur, Asterii esse scribit, p. 59 *Supplementi de scriptoribus eccles.* Illa enim, licet similia quædam habeat, alia est, atque incipit : Ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία. Vide in Nysseno.

13. *In Psalmum IV.* Incipit : Ὥσπερ ὁ τῇ ποικιλίᾳ. Prodiit e ms. Cæsareo Græce inter homilias Chrysostomi, tom. VII edit. Savilianæ, p. 431, sed auctoritate Catenæ *in Psalmos* L a Daniele Barbaro Latine editæ, Asterio vindicatur a Cotelerio, qui varias lectiones codicis Regii, tom. II *Monument.*, pag. 516 seq., publicavit.

(*a*) *Journal des Savants*, 1695, p. 629 edit. Amst.

(*b*) P. 517 sq. ed. Kollar. qui, ut et Lambec. de duobus Phocis quædam animadvertunt. Hæc autem Asterii laudatio grata fuisse videtur antiquioribus; utpote cum illa in pluribus occurrat codd., e. g. in bibl. Bodlei., n. CCXXXVI et CCLXXXV sec. cat. codd. Angliæ, etc., tom. I, et in tom. II, inter codd. Th. Gale, n. 5878;— in bibl. quondam regia Taurin. LXXXVI, fol. 99, ubi etiam incipit : Ἱερὸς μὲν καὶ θεσπέσιος, etc., v. cat. codd. Gr. Taurin., p. 131; — Mediolani in bibl. Ambrosiana; — et in cod. Sfortiano, teste Montfauc. bibl. mss. I. p. 495 et 700; — Paris. in octo codd. bibl. publ. add. paulo ante in notitia codd. et infra HARL.

(*c*) Exstat in tribus codd. Paris. bibl. publ. ID.

Digitized by Google

14. *In psalmum V.* Homiliæ quinque. Prima incipit : Οἱ τὸ μακάριον τέλος τῆς ζωῆς. Secunda : Οὐχ οὕτως ἐωσφόρος ἀπαλοῖς σκιρτήμασι. Tertia : Ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν λαμπρότεροι νυμφίοι. Quarta : Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε. Ποῖα ῥήματα. Quinta. in qua et de Josepho, dicta τῇ μεγάλῃ δευτέρᾳ, magna secunda feria, sive feria secunda Paschatis, incipit : Εὐφραινέσθω καὶ νῦν ἡ κληρονόμος Ἐκκλησία. Has quinque homilias ex codice MDCDII regis Galliæ Græce primus cum versione sua vulgavit Joan. Baptista Cotelerius tom. II *Monument. Ecclesiæ Græcæ*, Paris. 1688, in 4, p. 1-48.

15. *In psalmum VI.* Incipit : Στρατιώτου πλημμελήσαντος ἀπολογία. Edidit Græce et Latine idem Cotelerius p. 48-63.

16. *In psalmum VII.* Incipit : Ὥσπερ ὁ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος θεατής. Edidit idem Cotelerius cum versione sua p. 63-81. Cæterum cum Asterius quoque, Scythopolitanus (ne de Asterio Cappadoce dicam), Psalmos exposuerit, teste Hieronymo : incertum, num harum in Psalmos homiliarum, ex quibus catenæ Græcorum Patrum *in Psalmos* subinde nonnulla jam sub Asterii, jam sub Didymi nomine citant, auctor sit Asterius Amasenus, an vero Asterius Scythopolita, vel Cappadox.

17. Προτρεπτικὸς εἰς τὴν μετάνοιαν. *Adhortatio ad pœnitentiam.* Asterio (*a*) vindicatur ex Photii auctoritate cod. CCLXXI, licet in quibusdam codicibus referatur ad Gregorium Nyssenum : inter cujus Opera prodiit tom. II edit. anni 1638, p. 165, et in appendice Græco-Latina Operum Nysseni an. 1605, n. 67, cum versione Petri Francisci Zini. Incipit : Ἀνὴρ Φαρισαῖος, ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν.

18. Εἰς τὴν παρείσδασιν τῶν νηστειῶν. *In ingressum jejuniorum.* Etiam hanc Asterio Photius cod. CCLXXI vindicat, licet sub Nysseni nomine vulgarit Jac. Gretserus, Ingolstad. 1617, in-4. Atque inde in appendice operum Nysseni an. 1605, et in editione an. 1638, tom. II, p. 247, prodiit cum ejusdem Gretseri versione. Incipit : Σύνθετον ζῶον ὁ ἄνθρωπος.

Desiderantur sermones, quos legit, et ex quibus loca quædam in gustum protulit Photius cod. CCLXXI.

1. In illud Lucæ x, 30 : *Homo quidam descendit ab Jerusalem in Jericho.*

2. In illud Lucæ XVIII, 10 : *Duo homines ascenderunt in templum ut orarent.*

3. *De Zachæo.* Luc. XIX, 1

4. *De duobus filiis.* Luc. XV, 11.

5. *In servum centurionis.* Luc. VII.

6. *In Jairum et mulierem* αἱμορροοῦσαν. Matth. IX, 20 : Quæ postrema homilia Asterii citatur etiam a Nicephoro Constantinopol. in *Antirrheticis* mss.

His adde, 7. *Encomium Basilei*, episcopi Amaseni, qui sub Licinio circa A. C. 320 passus est, 26 Aprilis. *Typicum S. Sabæ* ad illam diem (*b*) : Τοῦ ἁγίου μάρτυρος Βασιλέως, ἐπισκόπου Ἀμασίας. Εἰς τὸν ὄρθρον ἀναγινώσκομεν τὸ ἐγκώμιον Ἀστερίου ἐπισκόπου Ἀμασίας. Elogium Basilei (*c*) edidit quidem Heuschenius Græce et Latine in *Actis Sanctor.*, ad 26 April. Sed id recentiorem habet auctorem. Incipit : Οἱ τὸ ἐπίγειον κράτος λαχόντες.

Photiana excerpta cum versione sua et notis Combefisius homiliis Asterii subjunxit, p. 211 seq.

Fragmenta quædam occurrunt et Asterii in Catena Græcorum Patrum *ad Lucam*, quam Latine Balthasar Corderius vulgavit Antwerp. 1628, in-fol.

Homilia in tres Christi tentationes, quæ incipit : Ἥλιος μὲν ὑπὲρ γῆς παρακύψας, quam tom. VII Chrysostomi, p. 301, Savilius Græce edidit, atque Combefisius in *Bibl. concinatoria* Asterii esse suspicatus est. Marius Mercator docet, Nestorii esse, sub cujus nomine Græce cum versione sua exhibet J. Garnerius tom. I *Marii Mercatoris*, p. 85. Confer Tillemontium, tom. XV *Memor.*, p. 749.

(*a*) Combefisius *Auctar. noviss.*, p. 538 : *Nysseno homilia de peccatrice, mihi potius Asterius, ut et aliæ quasi appendice Gregorio Nysseno ascriptæ.* Idem de homilia, Nysseno tributa, *Contra fornicarios* et altera Περὶ εὐποιΐας sentit Tillemontius tom. X, p. 413.

(*b*) *Coteler.* tom. II *Monument.*, p. 515. Tillemont. tom. V *Memor. hist. eccles.* 515 et 787.

(*c*) Alia sunt *Basilei Amaseni* Acta, quæ sub Joannis, presbyteri Nicomediensis, nomine exstant etiam Latine apud Surium 26 Apr. Incipiunt : Ἐγένετο μετὰ τὸ πατάξαι Κύριον. Alia, quæ sine nomine citat Eustratius, Constantinopol. presbyter, in libro contra Psychopannychitas, c. 20, ad calcem Allatii de purgatorio, pag. 501 : Λέγει τοίνυν ὁ τὴν διήγησιν τοῦ μαρτυρίου ποιησάμενος τοῦ ἁγίου Βασιλέως ἐπισκόπου Ἀμασίας καὶ μάρτυρος.

FR. COMBEFISII PRÆFATIO IN ASTERIUM (*a*).

Auctores fuerunt illustrissimus archiepiscopus Tolosanus, R. P. Jacobus Sirmundus, D. Henricus Valesius, alique non pauci doctissimi viri ac amici, ut pari circiter futura accessione, nedum ea quæ nova

(*a*) *Auctar. novi Bibl. Patr.* p. 1. Paris, 1648, in-fol.

Digitized by Google

Asterii suppeterent, verum etiam vetera, ac jam edita in unum collecta corpus ac recognita, juris publici facerem atque vulgarem : quo sibi deinceps tantus constaret Pater, non qualis ipse olim relictis monumentis habuisset, sed qualis fere post tot sæcula, non paucis injuria temporum amissis suarum lucubrationum, aut plane obscuris, nobis habet, Quis enim Photium, sermones Asterii relegentem ac defloran-tem, legens; nostrisque, qua novis, qua antea editis, ei lecta componens, in quibus vix una aut altera homilia, decades ambæ conveniant, non plura ejusmodi ipsius sive ἑορταστικά sive ἐξηγητικά excidisse pervideat? Lubens ergo, quæ et residuis istis in posterum cautum sit, fruaturque Christiana respublica vel tantillis, magni adeo ac Christiani rhetoris theologique, exuviis, votis amicorum cessi, ac manum operi admovi; primumque ejus, in meo hoc sermonum ejusmodi ac homiliarum selectarum fasciculo, quo vix alius antiquior occurreret, locum volui. Philippi Rubenii editarum quinque orationum versio, tametsi elegans ac erudita, nonnullis tamen visa est minus expressa : quamobrem indulsi mihi, ut illo ejus utens labore, ac eo me multis adjutum agnoscens, velut novam ex ea versionem mihi adornarem.

Porro præfandum aliquid de auctore videretur, ut certiora aliqua monumenta exstarent. R. P. Jacobus Sirmundus in calce sui codicis, hæc a Ducæo collega doctissimo edita, sua manu adnotarat. *Auctor harum quinque orationum Asterius Amaseæ Ponti. Sic enim citatur in* II *synodo Nicæna actione* 6, *serm.* in Lazarum et divitem. *Vixit anno Christi* 400, *ut colligere est ex oratione* De Kalendis. *Ejusdem oratio seu* ἔκφρασις in Euphemiam martyrem *laudatur, et ex parte describitur in eadem synodo act.* 4 *et* 6. *Adrianus secundus lib.* De imaginibus. *Reprehensio cap.* 14, *in act.* 4. *Quod judices qui in præfata synodo fuerunt, insolenter et incongrue artem pictoriam extollere conati sunt, dicentes : Pia est ars pictoris, et non recte quidam eam insipienter detrahunt. Responsio : Beatum Asterium toto Oriente sanctum habent, et dum de gestis sanctæ Euphemiæ sermonem fecisset, laudavit ejus martyrium, sicut per ordinem viderat illud liquidius pictum.* Quæ quidem satis, cum episcopatum tum titulum sanctitatis videantur Asterio nostro asserere; non forte tamen satis, uni ac eidem Asterio, ejus nomini inscripta omnia, ac Asterium Amaseæ præfe-reatia, vindicare. Sane S. Nicephorus Antirrhetico 2, cum respondet loco illi ex sermone in locum Evangelii Lucæ de Lazaro et divite, qui 6 illa act. II synodi Nicenæ objicitur : Μὴ γράφε τὸν Χριστὸν (ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ ἡ μία τῆς ἐνσωματώσεως ταπεινοφροσύνη, ἣν αὐθαιρέτως δι' ἡμᾶς κατεδέξατο)· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς σου βαστάζων νοητῶς τὸν ἀσώματον Λόγον, περίφερε. *Noli pingere Christum : satis enim illi est una illa abjectio assumpti corporis, quam sponte nostri causa suscepit : quin spirituali ratione Verbum incorporeum gestans animo, circumfer;* postquam multis sanam Asterii mentem fusius relato ejus testimonio explicasset, Asterium postmodum Asterio opponens, hæret, omninoque incompertum habere significat, idemne Asterius auctor exsistat præfatæ orationis *in Lazarum et divitem*, ac orationis *in hæmorrhoissam :* Ἑπομένως δὲ τούτοις, εἰσήχθω πάλιν Ἀστέριος. Εἰ μὲν παρὰ τὸν ἐν χερσὶν ἕτερος, ἡ ἀλήθεια εἰδείη ἂν μόνη, ἡμεῖς δὲ οὐδὲν τούτουγε ἕνεκεν διοισόμεθα· εἰ δὲ ὁ αὐτὸς οὗτός ἐστιν, αὐτόθεν τοῖς οἰκείοις τοξεύμασι βαλλέσθωσαν, καὶ βολίσιν ὀξείαις τραυματιζέσθωσαν, καὶ τῶν ἐξευρημένων μηχανημάτων τὰς σφενδόνας δεχέσθωσαν, καὶ τ. ἑ. *Iis consequenter, quæ dicta sunt, inducatur rursum Asterius. Ac quidem, num is alius sit, præter eum qui in manibus versatur, sola veritas noverit. Nos vero nihil hujus rei gratia contendemus. Quod si iste idem ipse est, inde suis ipsi jaculis feriantur, ac acutis missilibus saucientur, adinventarumque machinarum fictus excipiant.* Eodem fere modo Antirrhet. 3, misso Roma excerpto a Leone Allatio, ac loco commodiori edendo. Quod ergo tantis superior Nicephorus ignotum habuit, ac tale existimavit, ut nemini scitu facile putaverit, haud ego me certius promiserim declaraturum : tametsi stylus ubique sui similis atque inprimis in descriptionibus, eumdem ubique ipsum suadeat : quo et Photius indicio eumdem agnoscit qui oculi ἔκφρασιν in Joannis Evangelium de cæco nato composuit, et qui illam in S. Euphemiam, insertam actis VII synodi. Utut sit, nihil toto hoc homiliarum corpore, quod non plurimam eloquentiam cum pari pietate exhibeat : quodque adeo non sanctum illum Amasenum Asterium, referat, ac φιλάρετον Asterium, quem Photius nominat : nonnulla etiam in eo reperiuntur, in quibus palam εὐσεβεῖ, ut loquitur idem Photius, ac se is, Arianorum ac Anomœorum hostem præcipuum ostendit : ut quæ nova damus ex Encomio in principes apostolorum Petrum et Paulum. Asterius alter quem factionis Arianæ philosophum ponit Hieronymus, aitque scripsisse sub Constantio *in Epistolam ad Romanos, in Evangelia* et *Psalmos*, antiquior fuit; ac neque hic, admirabilis ille Asterius videtur, quem luculentissimo elogio Theodoretus *in Philotheo*, c. 2, describit; quidquid Photius contendat excerpto Roma misso : quem nec liquet fuisse episcopum : præter quem est Asterius alius ex Ariano orthodoxus episcopus ac confessor, clarus titulo sanctitatis ac Romani Martyrologii tabulis ascriptus Athanasii æqualis ac Eusebii Vercellensis, quem non liquet an monumenta aliqua reliquerit. Noster se Asterius Juliano sopparem ostendit orat. *adversus avaritiam*, cum notat superstites plurimos, qui ab eo inducti fuissent ad fidem regulam.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΑΣΤΕΡΙΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΜΑΣΕΙΑΣ
ΟΜΙΛΙΑΙ.

—

S. P. N. ASTERII
AMASEÆ EPISCOPI,
HOMILIÆ.

—

1. A

Homilia in locum Evangelii secundum Lucam, de divite et Lazaro[1] (1).

Deus ac Salvator noster, nedum quibus vetat ac præcipit placitis, vitiorum odium studiumque virtutum hominibus ingerit; sed et claris exemplis, certam instituendæ vitæ disciplinam tradit, factisque simul ac verbis, ad eam recte pieque agendam impellit. Sic et modo, qui sæpe jam, cum prophetarum, tum evangelistarum ore; quin et sua ipse voce, odio se habere superbas ac elatas opes, gratam autem humanitatem, ac paupertatem cum justitia conjunctam, ostendisset, ut boni consilium efficacius faciat, exemplis in rebus positis (1*) sermoni astruit fidem, divitemque ac pauperem narratione describit; ac illius quidem ambitiosas voluptates; hujus autem afflictam ærumnosamque vitam, cum utriusque exitu, nobis ob oculos ponit, ut ex aliorum instituto vitæque genere veritatem pensantes, de nostro ipsorum recte vereque judicare possimus.

Homo quidam erat dives, et induebatur purpura et bysso. Duobus Scriptura, iisque brevibus, verbis, luxuriantem ac immodicam, male divitiis affluentium diffusionem ac luxuriam, notat ac traducit. Nam et purpuræ color valde pretiosus est, planeque supervacuus; et byssi item usus minime necessarius. His autem qui vitam sectantur moderatam

[1] Luc. XVI, 19 sqq.

(1) Malui jam edita, ac quo ordine edita essent, præmittere aliis, ut velut antiquus ordo homiliarum Asterio constaret, quod plane lectori commodo sit. Photius in sua Decade homiliarum Asterii non habuit istam. Tota moralis est, adversus luxum ac delicias instructa.

A'.

Ὁμιλία ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου, εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον.

Οὐ τοῖς ἀποφατικοῖς καὶ δογματικοῖς μόνον θεσπίσμασιν ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ Σωτὴρ παιδεύει τοὺς ἀνθρώπους, ὥστε μισεῖν κακίαν καὶ ἀγαπᾷν ἀρετήν· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐναργέσι τῶν ὑποδειγμάτων, σαφῆ παραδίδωσι τὰ τῆς ἀγαθῆς πολιτείας μαθήματα, ἔργοις ὁμοῦ καὶ λόγοις προσδιδάζων ἡμᾶς τῇ καταλήψει τῆς ἀγαθῆς καὶ φιλοθέου ζωῆς. Οὕτω τοι καὶ νῦν πολλαχοῦ προειρηκὼς ἡμῖν, διά τε προφητικῶν καὶ εὐαγγελικῶν στομάτων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ οἰκείας φωνῆς, ἀποστρέφεσθαι μὲν τὸν ὑπερήφανον καὶ ὑψαύχενα πλοῦτον, ἀγαπᾷν δὲ γνώμην φιλάνθρωπον, καὶ τὴν μετὰ δικαιοσύνης πενίαν, ἵνα τὴν τοῦ καλοῦ συμβουλὴν βεβαιοτέραν ἐργάσηται, τεκμηριοῖ τὸν λόγον πρακτικοῖς ὑποδείγμασι, καὶ γράφει τῇ διηγήσει τὸν πλούσιον καὶ τὸν πένητα· καὶ τοῦ μὲν τὴν φιλότιμον ἀπόλαυσιν· τοῦ δὲ, τὴν τεθλιμμένην ζωὴν ὑποδείκνυσι, καὶ τὸ τέλος ἀμφοτέρων τοῦ βίου εἰς ὅ τι κατέληξεν· ἵνα τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιτηδεύμασι σκεψάμενοι τὴν ἀλήθειαν, σώφρονες γενώμεθα τῶν ἰδίων βίων κριταί.

Ἄνθρωπος ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον. Διὰ δύο συντόμων ὀνομάτων, ὁ λόγος σκώπτει καὶ κωμῳδεῖ τὴν πλαδῶσαν καὶ ἄμετρον τῶν κακῶς πλουτούντων διάχυσιν. Τῆς μὲν γὰρ πορφύρας τὸ χρῶμα, πολυδάπανον καὶ περίεργον· τῆς δὲ βύσσου, οὐκ ἀναγκαία ἡ χρῆσις. Τῶν δὲ τὴν εὐπολίτευτον ζωὴν αἱρουμένων καὶ ἀπερίεργον, οἱ-

(1*) *Exemplis in rebus positis, πρακτικοῖς ὑποδείγμασιν.* Post nimirum parabolica alia ac præceptiva, vera narratione ac reali exemplo sermonem confirmans. Minus interpr. *efficacibus exemplis utitur.*

Digitized by Google

κεῖον καὶ φίλον τὸ τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων τὴν χρῆσιν μετρεῖν· φεύγειν δὲ τῆς ματαίου κενοδοξίας τὸν συρφετὸν, καὶ τὴν πλάνον [2] διαγωγὴν, ὡς κακίας μητέρα. Καὶ ἵνα σαφέστερον αὐτοῦ τούτου τοῦ λεγομένου τὴν δύναμιν καταμάθωμεν, ἡ τῶν ἐνδυμάτων πρώτη διαγνωσθήτω χρῆσις, μέχρι πόσου καὶ τίνος παραληφθήσεται, ὅροις καὶ κανόσι περιλαμβανομένη σώφροσι. Τί τοίνυν ὁ τοῦ δικαίου νόμος φησίν· Πρόβατον ὁ Θεὸς ἔκτισεν εὔκομον τὴν δορὰν, καὶ τοῖς μαλλοῖς εὐθηνούμενον· τοῦτο λαβὼν, ἀπόκειρον, καὶ δοὺς ὑφαντικῇ τέχνῃ τὴν ὕλην, χιτῶνα σαυτῷ καὶ ἱμάτιον κατασκεύασον, ὅπως ἂν διαφεύγῃς χειμῶνος ταλαιπωρίαν, καὶ τῆς ζεούσης ἀκτῖνος βλάβην [3]. Εἰ δέ σοι καὶ κουφοτέρας ἐσθῆτος χρεία κατὰ τὴν ὥραν τοῦ θέρους, ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῦ λίνου τὴν χρῆσιν εἰς πλατυτέραν ἀπόλαυσιν· καί σοι ῥᾷστον ἐκεῖθεν κτήσασθαι σκέπην εὐσχήμονα, ἀμφιεννῦσαν ὁμοῦ καὶ ἀναψύχουσαν τῇ κουφότητι. Καὶ τούτων ἀπολαύων, ὁμολόγει τῷ κτίστῃ τὴν χάριν, ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐποίησεν μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς τὸ ζῆν ἀσφαλείας ἐφρόντισεν. Ἂν δὲ καταλιμπάνων τὸ πρόβατον καὶ τὸ ἔριον, καὶ τὴν ἀναγκαίαν τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων παρασκευὴν, ταῖς ματαίαις ἐπινοίαις, καὶ ταῖς ἐμπλήκτοις ἐπιθυμίαις ἐκδιαιτώμενος, τὴν βύσσον ἐπιζητῇς, καὶ συνάγῃς τὰ τῶν Περσικῶν σκωλήκων νήματα, ἰστὸν δὲ ἀράχνης ἀνεμαῖον ὑφαίνῃς· καὶ πρὸς τὸν ἀνθόβαφον ἐρχόμενος, μισθοὺς τελεῖς δαψιλεῖς, ἵνα τὸν κόχλον ἐκ θαλάσσης θηρεύσας, τῷ αἵματι τοῦ ζώου χρίσῃ τὸ ἔνδυμα, τοῦτο ὑπερμαζῶτός ἐστιν ἀνθρώπου, παραχρωμένου τῇ κτήσει, οὐκ ἔχοντος ὅπου τὸ περιττεῦον ἐκχέῃ. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ τοιοῦτος μαστίζεται, παρὰ τοῦ Εὐαγγελίου κατηγορούμενος, ὡς βλὰξ καὶ θηλυδρίας, κόσμοις ἀθλίων κορασίων καλλωπιζόμενος.

A ac frugi, proprium ac familiare est, cum rerum usum necessitate metiri, tum inanes vanæ gloriæ quisquilias, vitæque mollioris delicias, tanquam vitiorum parentem vitare. Enimvero, quo ejus quod dicitur, vim clarius cognoscamus, primus vestimentorum usus inspiciendus est, quam late pateat, et quos ei fines atque terminos, temperantia præscripserit. Quid ergo justitiæ lex ait? Pecudem Deus creavit pelle bene comata ac densis velleribus : his detonsis et textori traditis, tunicam ac pallium pertexi tibi cura, quo, cum hiberni frigoris molestiam, tum ferventis radii noxam effugias. Quod si leviore per æstivum tempus veste indigeas, ad uberiorem Deus commoditatem lini usum concessit, unde tibi decorum in proclivi indumentum, quod simul et tegat, et levitate refrigeret. Et his cum perfrueris, Creatori gratiam habe, quod non modo nos creavit, verum etiam tutelæ et præsidiis vitæ prospexit. Quod si ovibus ac lana relictis, necessarioque Creatoris omnium apparatu spreto, vanis cogitationibus, vesanisque cupiditatibus in luxum effusus, et byssum requiris, et Persicorum stamina vermium colligis, unde evanida, ut ita dicam, araneæ tela contexatur : si præterea tinctorem ingenti mercede conducis, ut mari cochleam venatus, ejus animalculi sanguine vestem inficiat; id vero hominis est immodice lascivientis, quique rebus abutatur suis (2), nec habeat, in quos usus superaffluentes divitias effundat. Eoque non immerito, talis ut mollis ac effeminatus, cultumque ac ornamenta miserarum puellarum mutuatus, vituperante Evangelio, vapulat.

Ἄλλοι πάλιν κατὰ τὴν γνώμην τῆς ὁμοίας ματαιότητος ἐρασταί· μᾶλλον δὲ, πρὸς τὸ πλέον τὴν κακίαν ἀσκήσαντες, οὐδὲ μέχρι τῶν εἰρημένων ἔστησαν τῆς μωρᾶς ἐπινοίας τοὺς ὅρους· ἀλλά τινα κενὴν ὑφαντικὴν ἐξευρόντες καὶ περίεργον, ἥτις τῇ πλοκῇ τοῦ στήμονος πρὸς τὴν κρόκην, τῆς γραφικῆς μιμεῖται τὴν δύναμιν, καὶ πάντων ζώων τοῖς πέπλοις τὰς μορφὰς ἐνσημαίνεται, τὴν ἀνθινὴν καὶ μυρίοις εἰδώλοις πεποικιλμένην φιλοτεχνοῦσιν ἐσθῆτα, ἑαυτοῖς τε καὶ γυναιξὶ, καὶ παισὶν· παίζοντες λοιπὸν, οὐ σπουδάζοντες· κατὰ τῆς ἀμετρίας τοῦ πλούτου παραχρώμενοι τῷ βίῳ, οὐ χρώμενοι, ἀντινομοθετοῦντες τῷ Παύλῳ, καὶ μαχόμενοι ταῖς θεοπνεύστοις φωναῖς, οὐ γράμμασιν, ἀλλὰ πράγμασιν. Ἃ γὰρ ἐκεῖνος ἀπεκήρυξε λόγῳ, ταῦθ' οὗτοι κρατοῦσι καὶ κυροῦσι τοῖς ἔργοις. Ὅταν οὖν ἐνδυσάμενοι φανῶσιν, ὡς τοῖχοι γεγραμμένοι παρὰ τῶν συντυγχανόντων ὁρῶνται. Καί που καὶ τὰ παιδία αὐτοὺς περίστανται μειδιῶντα πρὸς ἄλληλα, καὶ δακτυλοδεικνοῦντα τὴν ἐν τοῖς ἱματίοις γραφήν· βαδίζουσι δὲ παρεπόμενα, οὐκ ἀναχωροῦντα

Alii item similis amantes vanitatis; quin imo auctioribus modis vitium excolentes, ne hic quidem stultiæ solertiæ fines constituerunt : sed novo quodam ac supervacaneo textrinæ commento, quod artem pictoriam, staminis ac subtegminis subtili complexione imitans, omnium formas animalium in vestibus exprimat, florida, ac sexcentis variegata figuris vestimenta, tum sibi, tum uxoribus, ac liberis operose conficiunt; ludo deinceps agentes, non serio aliquid facientes : qui divitiarum exsuperantia, sæculo abutantur, non utantur [4]; ac Paulo contraria sanciant; divinisque vocibus, sin scriptis ac verbis, ac factis adversentur. Quæ enim ille sermone proscripsit [5], hæc ipsi mordicus retinent ac operibus rata volunt. Cum itaque talibus amicti in publicum prodeunt, tanquam depicti parietes obviis quibusque cernuntur. Quin et pueri quandoque circumstant, risuque mutuo pictas in vestimentis figuras indice monstrant, ac pone sequentes, ægre tandem recedunt, ac ab eis avelli patiuntur.

[2] Leg. πλάδον. [3] Sirm. Apog. βολήν. [4] I Cor. VII, 31. [5] I Tim. II, 9, 10.

(2) *Rebus abutatur suis, παραχρωμένου τῇ κτήσει.* Legit interpr. κτίσει, cum reddat : *rebus creatis abutatur.* Verum præstat τὸ κτήσει, ut sit : qui censu ac bonis possessis abutatur, male insumens, non in suos ac proximi opportunos usus, ac in quos Deus concessit.

Digitized by Google

Videre est illic leones, pantheras, ursos, tauros, canes, silvas, saxa, venantes viros, ac omnia denique circa quæ pictorum industria versatur naturæ æmula. Necesse videlicet erat, ut videtur, eorum nedum parietes ac domos picturis exornari, verum etiam tunicas, et pallia eis superinjecta.

Si qui autem cum viri, tum feminæ ex iis, qui divitiis affluunt, religiosiores videntur, collecta ex historia evangelica argumenta, textoribus submiuistrant; ipsum inquam Christum nostrum cum discipulis omnibus; ac miracula, qua quodque ratione narratum habetur. Videbis nuptias Galilææ et hydrias; paralyticum, lectum in humeris gestantem; cæcum, oblito luto curatum; profluvio sanguinis laborantem feminam, fimbriam prehendentem; peccatricem, ad pedes Jesu accidentem; Lazarum e sepulcro ad vitam redeuntem: dumque hæc faciunt, pie se facere, idque indumenti genus, quod Deo gratum sit, induere arbitrantur. At me quidem si audiant, istis divenditis, vivas Dei imagines colant. Noli Christum pingere (3) (satis enim illi est, una illa incorporationis humilitas, quam sponte nostri causa suscepit), quin spiritali ratione Verbum incorporeum gestans animo, circumfer. Ne in vestibus paralyticum habe, sed infirmum decumbentem require. Ne mulierem sanguinis fluxu laborantem jugiter aspice; sed viduæ afflictæ miserere. Ne peccatricem ad Domini genua procumbentem diligentius contuere; sed tuorum memoria peccatorum contritus, uberes lacrymas emitte. Ne resurgentem ex mortuis Lazarum pinge; sed ideneam tuæ resurrectionis defensionem para. Noli cæcum in veste circumferre; sed viventem cæcum beneficiis solare. Noli cophinos reliquiarum pingere; sed esurientes pasce. Ne hydrias in vestibus gesta, quas replevit (4) in Cana Galilææ; sed sitienti potum præbe. Hactenus nobis splendida illa ac superba vestis divitis profuit: haud vero negligenda sunt sequentia. Luxui namque vestium, ac purpuræ et bysso, splendidi in singulos dies convivii delicias adjunxit. Paria siquidem ac ejusdem animi ambo hæc, inutili inanique vestium ambitione lascivius ornari, ventrique ac gulæ mollius servire.

Voluptas itaque ac deliciæ, virtutis studio repugnant: suntque res, animum addicentis mollitiei ac diffusionis; immodicæque delectationis, ac illi-

(3) *Noli Christum pingere.* Locus hic paulo aliter citatur in VII synodo, act. 6, adhibitis verbis quibus se satis Asterius explicat, ut non picturam absolute, sed nimios sumptus vestium picturatarum, qui in pauperes essent erogandi, vituperet: Μὴ γράφε τὸν Χριστὸν ἐν ἱματίοις, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῶν ἀναλωμάτων τούτων δαπάνην πτωχοῖς προσπορίζου. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ ἡ μία τῆς ἐνσωματώσεως ταπείνωσις. « Noli Christum in vestimentis pingere, sed potius horum sumptus pauperibus eroga. Sufficit ei una incorporationis humilitas. » S. tamen Nicephorus ita citat ut habetur hic, ac longa commentatione explicat.

μέχρι πολλοῦ. Ἐκεῖ λέοντες καὶ παρδάλεις· ἄρκτοι, καὶ ταῦροι, καὶ κύνες· ὕλαι, καὶ πέτραι, καὶ ἄνδρες θηροκτόνοι, καὶ πᾶσα ἡ τῆς γραφικῆς ἐπιτήδευσις μιμουμένη τὴν φύσιν. Ἔδει γὰρ μὴ τοὺς τοίχους αὐτῶν μόνον, ὡς ἔοικεν, καὶ τὰς οἰκίας κοσμεῖσθαι· ἀλλὰ ἤδη καὶ τοὺς χιτῶνας, καὶ τὰ ἐν ἐκείνοις ἱμάτια.

Ὅσοι δὲ καὶ ὅσαι τῶν πλουτούντων [ἐν ὑμῖν] εὐλαβέστεροι, ἀναλεξάμενοι τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν, τοῖς ὑφανταῖς παρέδωκαν· αὐτὸν λέγω τὸν Χριστὸν ἡμῶν μετὰ τῶν μαθητῶν ἁπάντων· καὶ τῶν θαυμασίων ἕκαστον, ὡς ἡ διήγησις ἔχει. Ὄψει τὸν γάμον τῆς Γαλιλαίας, καὶ τὰς ὑδρίας· τὸν παραλυτικὸν, τὴν κλίνην ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντα· τὸν τυφλὸν τῷ πηλῷ θεραπευόμενον· τὴν αἱμορρόουσαν τοῦ κρασπέδου λαμβανομένην· τὴν ἁμαρτωλὸν τοῖς ποσὶν τοῦ Ἰησοῦ προσπίπτουσαν· τὸν Λάζαρον ἐκ τοῦ τάφου πρὸς τὴν ζωὴν ὑποστρέφοντα. Καὶ ταῦτα ποιοῦντες, εὐσεβεῖν νομίζουσι, καὶ ἱμάτια κεχαρισμένα τῷ Θεῷ ἀμφιέννυσθαι. Ἐμὴν δὲ εἰ δέχονται συμβουλὴν, ἐκεῖνα πωλήσαντες, τὰς ζώσας εἰκόνας τοῦ Θεοῦ τιμησάτωσαν. Μὴ γράφε τὸν Χριστὸν (ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ ἡ μία τῆς ἐνσωματώσεως ταπεινοφροσύνη, ἣν αὐθαιρέτως δι' ἡμᾶς κατεδέξατο), ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς σου, βαστάζων νοητῶς τὸν ἀσώματον Λόγον περίφερε. Μὴ τοῖς ἱματίοις ἔχε τὸν παραλυτικόν· ἀλλὰ τὸν κείμενον ἄῤῥωστον ἐπιζήτησον. Μὴ ἱστόρει συνεχῶς τὴν αἱμορροοῦσαν· ἀλλὰ χήραν θλιβομένην ἐλέησον. Μὴ τὴν ἁμαρτωλὸν γυναῖκα ἐπιμελῶς ὅρα γονυπετοῦσαν τῷ Κύριον· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ πλημμελήμασι συντριβόμενος, πυκνὸν ἕκχεον τὸ δάκρυον. Μὴ τὸν Λάζαρον ἐγειρόμενον ἐκ νεκρῶν σχιαγράφει· ἀλλὰ τῆς σῆς ἀναστάσεως ἀγαθὴν τὴν ἀπολογίαν εὐτρέπιζε. Μὴ τὸν τυφλὸν ἐπὶ τῆς ἐσθῆτος περίφερε· ἀλλὰ τὸν ζῶντα, καὶ τῶν ὄψεων ἀφῃρημένον ταῖς εὐποιίαις παραμυθοῦ. Μὴ τοὺς κοφίνους ζωγράφει τῶν λειψάνων· ἀλλὰ τρέφε τοὺς πεινῶντας. Μὴ τὰς ὑδρίας ἐπὶ τῶν ἱματίων βάσταζε, ἃς ἐν Κανᾷ Γαλιλαίας ἐπλήρωσεν· ἀλλὰ πότιζε τὸν διψῶντα. Ἐπὶ ταῦτα ἡμᾶς ὠφέλησε τὸ ὑπερήφανον ἔνδυμα τοῦ πλουσίου· οὐ μὴν οὐδὲ τὰ ἐξῆς περιοπτέον. Προστέθεικε γὰρ τῇ πορφύρᾳ καὶ τῇ βύσσῳ, τὸ τρυφᾷν καθ' ἡμέραν λαμπρῶς· πάντως δὲ τῆς μιᾶς γνώμης ἀμφότερα, τὸ καὶ τῇ ἀχρήστῳ φιλοτιμίᾳ τῶν ἐσθημάτων ἐγκαλλωπίζεσθαι, καὶ τῇ γαστρὶ καὶ τῇ φάρυγγι δουλεύειν ἡδυπαθῶς.

Τρυφὴ τοίνυν ἐστὶν πρᾶγμα πολέμιον φιλαρέτου ζωῆς· βλακείας δὲ καὶ διαχύσεως δουλούσης· ἀπολαύσεως ἀμέτρου, καὶ ἀνδραποδώδους συνηθείας. Καὶ

(4) *Quas replevit.* Corrigit Ducæus, ἐπλήρωσαν, *repleverunt*, eo quod apud Joannem sit, καὶ ἐγέμισαν, *et impleverunt*, etc. Verum cum codices numero singulari constanter efferant, possitque in Christum referri, qui dicatur fecisse, quod ejus jussu a ministris factum est, usu receptissimo narrationis compendio, nihil ipse mutandum putavi. Accedit ipsum revera ac proxime Christum implevisse, non aqua, sed vino, quod ex aqua in eis fecit; cujus, non prioris impletionis sacramento, illis hydriis veneratio accessit.

Digitized by Google

λεγόμενον μὲν τὸ πρᾶγμα ἓν τι φαίνεται· ἐξεταζόμενον δὲ κατὰ μέρος καὶ κατηγορούμενον, ἐκ ποικίλης καὶ πλείονος καὶ πολυκεφάλου κακίας ἔχει τὴν σύστασιν. Τρυφὴ γὰρ οὐκ ἂν γένοιτο, μὴ πολλαῖς αὐξηθεῖσα ταῖς ὕλαις. Ὕλας δὲ πλούτου σωρεῦσαι ἀναμαρτήτως, ἀμήχανον· πλὴν εἰ μή τινι, κατὰ τὸ σκάνιον, ὡς τῷ Ἰὼβ, συμβαίη, καὶ πλουτεῖν δαψιλῶς, καὶ ζῆν κατὰ τὸ δίκαιον ἀκριβῶς. Δεῖ τοίνυν τῷ τρυφῶντι, πρῶτον μὲν οἰκίας πολυτελοῦς, ψήφῳ καὶ λίθοις καὶ χρυσῷ κατὰ τὰς νύμφας κεκοσμημένης· πρὸς δὲ τὰς ἐξαλλαγὰς τῶν ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπιτηδείως ἐχούσης. Ζητεῖται γὰρ θερμὴ, ἀλεεινὴ μὲν ἡ τοῦ χειμῶνος, καὶ τετραμμένη πρὸς τὴν ἀκτῖνα τῆς μεσημβρίας· ἀναπεπταμένη δὲ πρὸς τὴν ἄρκτον, θερινή· ἵνα λεπταῖς ὁμοῦ καὶ ψυχραῖς ταῖς αὔραις ταῖς βορειναῖς καταπνέηται. Μετὰ ταύτην, χρεία πολυτελοῦς ἐσθῆτος τῆς μελλούσης ἀμφιέννυσθαι τὰ βάθρα, τὰς κλίνας, τὰς στιβάδας, τὰς θύρας. Πάντα γὰρ παρ' ἐκείνοις ἐπιμελῶς ἐνδύεται καὶ τὰ ἄψυχα, ἐλεεινῶς τῶν πενήτων ἐκδυομένων. Πρόσθες ἐξῆς τούτοις καὶ λόγισαι τὸν ἐν σκεύεσιν ἄργυρον, τὸν χρυσὸν, τὴν πολυδάπανον ἀγορασίαν τῶν ἐκ Φάσιδος ὀρνίθων· οἴνου τοῦ Φοίνικος, ὃν αἱ ἄμπελοι Τύρου πολὺν τοῖς πλουσίοις καὶ τίμιον ἀπορρέουσι· πᾶσαν τὴν ἄλλην τῆς ἀπολαύσεως παρασκευὴν, ἣν αὐτῶν τῶν χρωμένων ἐστὶν ἐπιμελῶς ὀνομάσαι. Αὔξουσα γὰρ καθ' ἡμέραν ἐπὶ τὸ περιεργότερον ἡ τρυφὴ, ἤδη καὶ τῶν ἐξ Ἰνδικῆς ἀρωμάτων παρεγχέει τοῖς ὄψοις· καὶ μᾶλλον τῶν ἰατρῶν οἱ μυροπῶλαι τοῖς μαγείροις ὑπηρετοῦσιν. Ἐντεῦθεν ἐννόησον τὸ δορυφορικὸν τῆς τραπέζης πλῆθος, τραπεζοποιοὺς, οἰνοχόους, ταμιείας, καὶ τοὺς τούτων ἀφηγουμένους μουσικούς· μουσικὰς, ὀρχηστρίδας, αὐλητὰς, γελωτοποιοὺς, κόλακας, παρασίτους, τὸν ἀκόλουθον τῆς ματαιότητος συρφετόν. Ταῦτα ἵνα κτηθῇ, πόσοι πένητες ἀδικοῦνται! πόσοι δὲ ὀρφανοὶ κονδυλίζονται! πόσαι δὲ χῆραι δακρύουσιν! πόσοι σφοδρῶς σπαραττόμενοι σπεύδουσιν πρὸς ἀγχόνην! Ἡ δὲ τῶν τοιούτων ψυχὴ, ὥσπερ Ληθαίου τινὸς ὕδατος γευσαμένη, ἑαυτῆς ἀμνημονεῖ καθάπαξ, τίς ἐστιν, καὶ τίνι συνέζευκται, καὶ ὅτι ποτὲ τῆς συζυγίας ταύτης λυθήσεται, καὶ πάλιν ἀνακτισθέντι συνοικήσει τῷ σώματι. Ἐλθόντος δὲ καιροῦ τοῦ καθήκοντος, καὶ τοῦ ἀπαραιτήτου προστάγματος τῆς πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίας ἀποσπῶντος αὐτὴν, ἀναλογισμὸς εἰσέρχεται τῶν βεβιωμένων, καὶ ἀνωφελὴς μετάνοια, κατόπιν γινομένη τῆς χρείας. Τότε γὰρ ὀνίνησι μεταμέλεια, ὅταν ὁ μεταβουλευόμενος ἐξουσίαν ἔχῃ τῆς διορθώσεως· ἀναιρεθείσης δὲ τῆς ἐνεργείας τοῦ κατορθοῦν, ἀχρεῖος ἡ λύπη, καὶ μάταιος ἡ μετάγνωσις.

A beralis consuetudinis. Et quanquam res una ac simplex videatur, ut propius tamen inspicias ac sigillatim examines, e varia ac multiplici vitiorum colluvie conflata reperietur. Deliciari enim absque magnis facultatibus haud possis. Accumulare autem divitias citra peccatum, impossibile; nisi alicui (quod valde rarum) large simul divitem esse, seduloque justitiam colere, uti Job contingat. Ante omnia autem, ei cui laute delicateque vivere propositum, domo opus est cultius exstructa, ac tessellulis (5) lapillisque et auro sponsarum instar ornata : tum etiam ad mutationes temporum annique tempestates bene accommodata. Commendatur enim, hiberna quidem calida; aprica illa ac ad meridianum solem conversa; æstiva vero ad se-
B ptentrionem exporrecta, quo tenues illæ ac frigidulæ ab arcto spirantes auræ, eam perflare ac permeare commode valeant. Ad hæc stragula multi pretii veste est opus, ad imas integendas sedes ac scamma, lectosque, ac thoros, et januas : omnia siquidem apud eos accurate vestiuntur, tametsi inanimata, cum interim pauperes miserabiliter vestimenta deficiant. Adde vasa argentea atque aurea, expensas graves coemendis Phasianis avibus, vinoque Phœnicio, quod vites Tyriæ, quamvis carum affatim divitibus effluunt; omnemque adeo voluptatis atque deliciarum apparatum ab illis ipsis qui usurpant, accurate recensendum. Auctior enim in dies voluptas, ac curiose exquisitior, etiam Indica aromata cibis affundit; magisque jam coquis quam
C medicis, unguentarii impendio sunt. Quin et mensæ satellitium numerosum perpende: structores, pincernas, promos-condos, et qui his præeunt musicos, musicas, saltatriculas, tibicines, ridiculos, gnathones, parasitos, turbam vanitatis comitem atque pedisequam. Hæc ut comparentur, quot pauperes afficiendi injuria? quot pugnis cædendi orphani? quot lugendum viduis? quot denique misere dilaniantes seipsos, ad restim ac laqueum decurrendum habuerint? Ejusmodi profecto hominum anima, quasi Lethæa quadam degustata aqua, sui prorsus obliviscitur; quæ et ipsa sit, ac cui conjuncta, utque copula hæc quandoque sit solvenda; ipsaque iterum, recreatum corpus ac redivivum domicilium habitura. Ubi autem statum tempus adve-
D nerit, ac indeprecabili decreto, corporis ac animæ nexus dissolvendus erit, prioris vitæ recogitatio animum subibit, seraque ac nihil profutura pœnitentia. Tunc enim demum pœnitentia prodest, cum mutans propositum, emendandi facultatem habet; sublata vero boni operis copia ac actione, inutilis dolor ac inanis pœnitudo est.

Πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος. Οὐ πένητα ἁπλῶς ὑπογράφει ὁ λόγος, τῆς δαπάνης καὶ τῆς χρείας τῶν ἀναγκαίων ἐστερημένον· ἀλλὰ γὰρ καὶ

Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus. Nedum Scriptura pauperem describit necessario usu rerum destitutum, ac penuria laborantem; ve-

(5) *Ac tessellulis.* Sic Chrysost. *Hom. in divitem et Lazarum*, tom. VI Ducæi, τὰ ἐψηφωμένα ἐδάφη, *tessellulis ac lapillis distincta pavimenta*. Ubi is eam vocem non male explicat, et ut ejusmodi tessellulis ac calculis constet quod musivum opus vocant. Regius codex, quocum contuli, ita habet ut cum Savil. restituit Ducæus ex Cæsareis.

Digitized by Google

rum etiam gravi tentum ægritudine, corpore tabido diffluentique, sine lare ac domo, incultum ac horridum, atque ad januam divitis projectum. Ad summam, cum cura ac tragico fere cothurno pauperis miseriam enarrat, quo magis non miserantis duritiem notet atque traducat. Quem enim alterius fames ac ægritudo commiseratione non tangit, fera sane est rationis expers, perperam humanam indutus formam, ac voluntate fallens naturam; adeoque feris ipsis atque belluis immanior est. Siquidem sues jugulata sue sensu quodam doloris afficiuntur, ac circum recens fusum sanguinem triste murmur edunt. Boves, tauri cædem circumstant, miserabili dolorem mugitu designantes. Quin gruum quoque greges, cum una forte gregalium in casses incidit, captam circumvolitant, ac lamentabili quodam clangore complentes aerem, comitem suam ac gregalem requirunt. Hominem vero, animal ratione præditum ac mansuetum, Deique imitatione bonitatem doctum, leviter adeo proximorum acerbi casus gravesque calamitates afficient atque movebunt!

Jacebat itaque ærumnosus ille ac gratus pauper in magnis doloribus, pedum usu privatus (alioqui enim pessimum illum atque superbum declinasset; aliumque, pro janua illa hospitum interfectrice ac pauperibus occlusa, locum delegisset): manibus quoque destitutus, ne palmam quidem ad emendicandum valens protendere; sed et vocis ipsa organa obstructa habens, stridulumque ac asperum sonum pectore emittens; omnibus plane membris mutilus captusque, tetri morbi reliquiæ, infirmitatis humanæ miserabile exemplum. Neque tamen miseriarum tantus numerus, elatæ cervicis hominem ad inspectionem inflexit. Præteribat hominem velut saxum, eo scelere sese obstringens, cui nullum omnino velum aut prætextus esset. Neque enim ad se purgandum, vulgaria illa ac speciosa adducere poterat: Non noram, Ignorabam, Latuit me mendicus quiritans; quippe qui pro foribus jacens, ingredienti ac egredienti spectaculo esset, quo superbi hominis damnationem indeprecabilem redderet. Vel saltem micas de mensa deciduas cupiebat: at ne quidquam consecutus est, sed, cum ille satietate dirumperetur, fame ipse ac inopia tabescebat. Par itaque ac æquum videatur, Chananæam illam Phœnissam, hominum osori diviti magistram adhiberi, ea inculcantem quæ scripta sunt: *Etiam catelli*, pessime hominum ac superbe, *de micis edunt quæ cadunt de mensa dominorum suorum*[6]; tu autem fratrem tuum atque tribulem neque hoc munere dignatus es? Sed canes quidem cura alebantur; ac seorsim quidem molossi, seorsim autem venatici, tecto pariter gaudebant ac strato; diligenterque attributos peculiares ministros habebant: cum interim humi neglecta jaceret atque calcaretur Dei imago, quam manu sua præstantissimus arti-

ἀῤῥωστίᾳ ὀδυνηρᾷ συνεχόμενον, καὶ διερῥυηκότα τὸ σῶμα, ἄοικον, ἄνεστιον, ἀθεράπευτον, τῇ πύλῃ τοῦ πλουσίου προσερῥιμμένον. Καὶ λίαν ἐπιμελῶς τῇ διηγήσει τὰς συμφορὰς ἐπὶ τέλει ἐκτραγῳδεῖ τοῦ πτωχοῦ, ἵνα τὴν τοῦ μὴ ἐλεοῦντος στηλιτεύσῃ σκληρότητα. Ὁ γὰρ πρὸς λιμὸν καὶ νόσον μηδὲν πάσχων ἐλεεινὸν ἢ συμπαθὲς, θηρίον ἐστὶν ἄλογον, κακῶς εἰς ἀνθρώπου μορφωθὲν σχῆμα, ψευδόμενον τῇ προαιρέσει τὴν φύσιν· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν τῶν θηρίων ἀσυμπαθέστερον· εἴ γε χοίρου μὲν σφαζομένου, ἔλκονται πρός τινα λυπηρὰν αἴσθησιν οἱ χοῖροι, καὶ τῷ νεορρύτῳ αἵματι ἀνιαρὰ ἐπιτρύζουσι· περίστανται δὲ τοῦ ταύρου τὸν φόνον οἱ βόες, ἐμπαθεῖ μυκηθμῷ τὴν ἀλγὴν σημαίνοντες. Ἀγέλαι δὲ γεράνων, μιᾶς τῶν συννόμων περιπεσούσης θηρά- τροις, περιίπτανται τὴν κρατουμένην, καί τινος ὀδυρτικῆς κλαγγῆς τὸν ἀέρα πληροῦσιν, τὴν ὁμόφυλον ζητοῦσαι καὶ σύννομον. Ἄνθρωπον δὲ, τὸ λογικὸν ζῶον καὶ ἥμερον, καὶ καθ' ὁμοιότητα Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα παιδευόμενον, μικρὸν οὕτω φροντίζειν τῶν συγγενῶν ἐν ταῖς ὀδυνηραῖς τῶν συμφορῶν περιστάσεσιν!

Ἔκειτο τοίνυν ὁ πολυώδυνος καὶ εὐχάριστος πένης, πόδας οὐκ ἔχων (ἦ γὰρ αὐτὸν ἀλάστορα καὶ ὑπερήφανον ἔφυγεν, ἕτερον τόπον ἐκλεξάμενος ἀντὶ τῆς ξενοκτόνου πύλης, τῆς κεκλεισμένης τοῖς πένησιν), χειρῶν ἀφῃρημένος, καὶ οὐδὲ παλάμην ἔχων προτείνειν εἰς αἴτησιν, ἐμφραχθεὶς αὐτὰ τὰ ὄργανα τῆς φωνῆς, καί τινα βραγχῶσαν καὶ τραχεῖαν τῶν στέρνων ἠχὴν περιιέμενος, πᾶσιν ἁπλῶς ἠκρωτηριασμένος τοῖς μέλεσιν, νόσου πονηρᾶς λείψανον, ἐλεεινὸν ὑπόδειγμα τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τοσοῦτος κατάλογος συμφορῶν ἔκλινεν πρὸς ἐπίσκεψιν τὸν ὑψαύχενα· παρῆει δὲ ὡς λίθον τὸν ἄνθρωπον, ἀπροφάσιστον τὴν ἁμαρτίαν ἐπιτελῶν. Οὐ γὰρ εἶχεν ἐγκαλούμενος λέγειν ταῦτα τὰ κοινὰ καὶ εὐπρόσωπα· Οὐκ ἔγνων, Οὐκ ᾔδειν· Ἔλαθέν με ποτνιῶν ὁ πτωχός· ὃς ἔκειτο πρὸ τῆς πύλης, εἰσιόντος καὶ ἐξιόντος θέαμα, ἵνα ἀπαραίτητον ἐργάσηται τοῦ ὑπερηφάνου τὴν καταδίκην. Ἐπεθύμει καὶ τῶν ψιχίων τῆς τραπέζης, καὶ οὐδὲ τούτων ἐτύγχανεν· ἀλλ' ὁ μὲν τῇ πλησμονῇ διερρήγνυτο· ὁ δὲ, ὑπὸ τῆς ἐνδείας ἐτήκετο. Καλὸν οὖν ἦν καὶ δίκαιον τὴν Χαναναίαν ἐκείνην τὴν Φοίνισσαν διδάσκαλον ἐπιστῆσαι τῷ μισανθρώπῳ πλουσίῳ, λέγουσαν ἐκεῖνα τὰ γεγραμμένα· ὅτι, Ὦ ἀλάστορ καὶ ὑπερήφανε, *καὶ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν*· σὺ δὲ τὸν ἀδελφόν σου, τὸν ὁμόφυλον, ταύτης τῆς δωρεᾶς οὐκ ἠξίωσας; Ἀλλ' οἱ μὲν κυνες ἐπιμελῶς ἐτρέφοντο, κατ' ἰδίαν οἱ φύλακες, χωρὶς οἱ θηρευταί· καὶ στέγης ἠξιοῦντο καὶ κλίνης, καὶ θεραπευτὰς εἶχον ἀποκεκληρωμένους κατὰ σπουδήν· ἔῤῥιπτο δὲ χαμαὶ ἡ τοῦ Θεοῦ εἰκὼν ἀμελουμένη καὶ πατουμένη, ἣν ἰδίᾳ χειρὶ ὁ τῶν ὅλων ἀριστοτέχνης καὶ δημιουργὸς διεπλάσατο· εἴ τῳ

[6] Matth. xv, 27.

Digitized by Google

Μωϋσῆς ἀξιόπιστος τεκμηριώσας τῶν ἀνθρώπων τὴν γένεσιν.

Εἰ μὲν οὖν ἐτελεύτησεν μέχρι τούτου τὸ τοῦ Λαζάρου διήγημα, καὶ οὕτως εἶχε τῶν πραγμάτων ἡ φύσις, ὡς τῇ ἀνωμαλίᾳ τοῦ βίου τούτου τὴν ζωὴν ἡμῶν περιγράφεσθαι, μεγάλας ἂν ἀφῆκα σχετλιάζων φωνάς· ἐφ' οἷς οἱ κτισθέντες ὁμοτίμως, οὕτως ἀνίσως μετὰ τῶν ὁμοφύλων διάγομεν· ἐπειδὴ δὲ καλὰ τὰ λειπόμενα πρὸς ἀκρόασιν, ἐν τοῖς παρελθοῦσι στενάξας, ὁ πένης, ἐν τοῖς ἀκολούθοις εὐθύμησον, μαθὼν τοῦ συμπτώχου σου τὴν μακαρίαν ἀπόλαυσιν. Εὑρήσεις γὰρ δικαίου κριτοῦ ἀκριβὲς δικαστήριον, ἐν ᾧ στενάζει ὁ ἡδυπαθήσας, καὶ τρυφᾷ ὁ μοχθήσας· ἑκάτερος δὲ κομίζεται τὰ πρὸς ἀξίαν ἐπίχειρα.

Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ. Ὁρᾷς τοὺς διακονιστὰς τοῦ δικαίου καὶ πένητος, καὶ τοὺς ὑπηρέτας τῆς μεταστάσεως; Ἄγγελοι γὰρ ἐδορυφόρουν, γαληνόν τε καὶ πρᾶον εἰς αὐτὸν βλέποντες, καὶ τῷ σχήματι προδηλοῦντες τὴν ἀναμένουσαν αὐτὸν θεραπείαν καὶ ἄνεσιν. Ἐνετέθη δὲ κομισθεὶς τοῖς κόλποις τοῦ πατριάρχου· ὃ καὶ διαπορήσεως ἀφορμὴν παρέχει τοῖς ἡδέως τὰ βάθη τῶν Γραφῶν βασανίζουσιν. Εἰ γὰρ πᾶς τελευτῶν δίκαιος πρὸς τὸν αὐτὸν κομίζοιτο τόπον, πολύς τις ἂν εἴη καὶ ἐπ' ἄπειρον ἀνεπλωμένος ὁ κόλπος, εἴ γε μέλλοι χωρητικὸς ἔσεσθαι τοῦ πλήθους τῶν ὁσίων παντός. Εἰ δὲ τοῦτο παντελῶς ἀμήχανον (κόλπος γὰρ κοιλανθεὶς ἄνδρα μὲν καὶ ἕνα δυσχερῶς, μόλις δὲ δύο περιστέλλει βρέφη), θεωρία τις ἡμᾶς ἐκδέχεται, τῇ εἰκόνι τοῦ αἰσθητοῦ κόλπου, πρὸς νοητήν τινα πραγματείαν χειραγωγοῦσα. Τί γάρ ἐστι τὸ λεγόμενον· Ὁ Ἀβραάμ, φησὶν, ἀποδέχεται τοὺς τὸν εὐπολίτευτον ζήσαντας βίον; Εἰπὲ τοίνυν, ὦ θεσπέσιε Λουκᾶ (ὡς πρὸς παρόντα γάρ σε καὶ ὁρώμενον διαλέξομαι), διὰ τί πολλῶν ὄντων δικαίων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ Ἀβραὰμ, ταύτην τῶν μεθηλικεστέρων τὴν τιμὴν ἀπεκλήρωσας, σιωπήσας τὸν Ἐνὼχ, τὸν Νῶε, καὶ εἴ τις ἄλλος κατὰ τὸν βίον τούτοις ἀκόλουθος; Ἀλλά σου τάχα συνίημι, καὶ οὐκ ἔξω βάλλει τοῦ σκοποῦ ἃ λογίζομαι. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἀβραὰμ θεράπων Χριστοῦ, καὶ διαφερόντως οὗτος ἀνθρώπων τὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας ἐδέξατο, καὶ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον ἱκανῶς ἡμῖν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ γέροντος τούτου διετυπώθη, ἡνίκα τοὺς τρεῖς ἀγγέλους ὡς ἄνδρας ὁδοιπόρους ἐξένισε· καὶ ἁπλῶς ἐκ πολλῶν μυστικῶν αἰνιγμάτων οἰκεῖος ἄνθρωπος οὗτος γεγένηται τοῦ Θεοῦ, τοῦ χρόνοις ὕστερον ἀμφιεσαμένου τὴν σάρκα, καὶ διὰ μέσου τοῦ ἀνθρωπικοῦ τούτου παραπετάσματος ἐναργῶς ὁμιλήσαντος τοῖς ἀνθρώποις· διὰ τοῦτο, τὸν κόλπον αὐτοῦ οἷον εὐδιόν τινα λιμένα καὶ ἄκλυστον ἀναπαυτήριον

fex ac mundi auctor condidit [7], ut cui Moyses idoneus ac fide dignus scriptor videatur conditi hominis.

Quod si hic loci historia Lazari haberet finem, sicque rerum natura ferret, ut tam diversa ac inæquali sorte, humanæ vitæ curriculum definiretur, alta sane ac exserta voce deplangerem, quod pari honore conditi, usque adeo inæqualibus modis cum tribulibus ageremus. Enimvero, cum ea quæ restant auditu præclara sint, qui, pauper, superioribus adgemuisti, bono deinceps esto animo, ejusdem tecum sortis pauperis condiscens beatitudinem. Comperies enim justi judicis exactum tribunal, sub quo voluptarius ille gemat ac ploret, mendicusque, bene ac pulchre habeat, ac condignum uterque præmium ferat.

Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Vides pauperis ac justi famulos, ejusque migrationis administros? Quippe angeli satellitio cingebant, blande ac placide in eum intuentes, orisque habitu repositum ei linimen ac remissionem præludio monstrabant. Porro, deportatus ille, in sinu patriarchæ depositus est: quod quidem iis ansam quæstionis præbet, qui lubentes Scripturarum profunda scrutantur. Siquidem enim justorum quilibet vita excedens in eum defertur locum, peramplum sane ac immensis spatiis distentum sinum hunc oportet esse, ut in eo sanctorum omnis multitudo continenda sit. Cum id vero prorsus fieri nequeat (sinus enim quantumvis cavus et capax, vel unum ægre virum, infantes vix duos complectatur): mystica quædam intelligentia occurrit, sensilisque sinus imagine, ad sensus spiritalis medullam manu ducit. Quid enim hic dicitur? Nimirum suscipere Abraham eos qui bene ac recte vitam instituerunt. Age itaque, divine Luca (nam velut præsentem te ac ob oculos positum compellabo); quid causæ, ut multis justis ac Abrahamo antiquioribus, hunc potissimum honorem (6) sequioris ætatis homini assignaveris, præteriens Enoch, Noe, ac si qui eos paribus vitæ studiis secuti sunt? Enimvero, mentem jam tuam intelligere videor; nec abit, ut opinor, extra scopum ratiocinatio. Quod enim Abrahamus Christo impensius servierit, eique se ille, præ mortalibus aliis, divinis apparitionibus revelaverit, atque in illius senis tabernaculo Trinitatis mysterium abunde nobis adumbratum sit, cum tres angelos virorum peregrinorum specie, hospitio suscepit; quod denique ex mysticis multis ænigmatibus, idem ille, Dei, qui futuris postmodum temporibus carnem induturus esset, ac medio humanitatis velo palam cum hominibus esset versaturus, necessarius quodammodo ac familiaris effectus sit; idcirco ejus sinum, ceu

[7] Gen. II, 27.

(6) *Sequioris ætatis homini, τῶν μεθηλικεστέρων ἀπεκλήρωσας.* Sit forte τῷ μεθηλικεστέρῳ. Quomodo nihil supplendum aut durum. Videtur interpres eam vocem contrario sensu reddidisse, ac velut ævo superiorem significaret, quod satis absonum est. Alia est vis propositionis, cum de ætatum alternatione dicitur, μεθηλικίωσις et μεθηλικιοῦσθαι, singulis quibusque septenniis.

Digitized by Google

tranquillum quemdam portum, atque ab omni fluctuum agitatione quietum locum, dicit. In Christo enim, nostrum omnium salus est, ac spes exspectatioque futuri sæculi, qui secundum humanam seriem ex carne Abrahami germen prodiit : atque adeo existimo, viri senis honorem et decus in Salvatorem referri, qui est judex ac præmiator virtutis, justosque blanda illa ac demulcenti voce compellat, ac dicit : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum* [8].

Factum est autem ut pauper moreretur. Duo quædam circa pauperem notantur ; nempe necessarii commeatus penuria, et modestia animi, ac humilis morum compositio. Ne ergo quisquis pauper est, ac pecuniæ indigus, pannisque obsitus, virtutis sibi vindicet laudem, aut egestatem satis habere ad salutem existimet. Non enim laudem habet qui necessitate est pauper : sed is demum in admiratione est, qui sponte ac animi decreto, modeste fert. Alioqui enim, utcunque (7) rerum penuria laborantibus, ut ii pravis moribus sint ac inemendabiles, coacta paupertas ad multa ac mala facinora, viaticum exsistit. Sane vero, si quando ad præsidis tribunal accessi, parietum perfossores omnes ac plagiarios, grassatoresque, et fures, ac ipsos homicidas, inopes ac ignobiles, sine lare ac sedibus homines, vidi. Unde constat liquido beatum hic pauperem illum a Scriptura prædicari, qui e philosophia composito animo laborem ac ærumnam perfert, fortiterque ac constanter adversos tolerat casus, ac nihil vel sceleris vel flagitii molitur, ut carni per voluptatem atque delicias gratificetur. Quem ipsum apertius describit Dominus in prima beatitudine, cum ait : *Beati pauperes spiritu* [9]. Neque igitur omnis pauper justus, sed is tantum, qui est Lazaro moribus similis ; neque dives omnis reprobus, sed qui vitam ita instituit, ut ille Lazaro æqualis : ac qui reipsa, ac quibus eadem illi vivunt, ejusdem vitæ testes manifesti exsistunt. Quid enim admirabili Jobo opulentius ? Neque tamen eum nimia illa rerum copia ac affluentia, aut a justitia alienum fecit ; aut, ut breviter dicam, a virtute demovit. Contra vero, quid Iscariote pauperius ? Neque tamen vel minimum ad salutem ei profuit egestas ; verum cum undecim ac philosophis, ipsique adeo Domino, qui sponte pauper nostri causa effectus est [10], contubernio junctus esset, animi pravitate in avaritiam abreptus ipsam inde proditionem molitus est.

Operæ pretium autem erit, utriusque elationem defuncti prudenter examinare. Pauper enim cum obdormisset, angelos ipsos stipantes habuit, ac obsequio foventes, qui ad locum quietis, bonæ spei plenum perducerent ; *mortuus autem dives*, inquit,

εἶναι τῶν δικαίων φησίν. Ἐν Χριστῷ γὰρ πάντων ἡμῶν ἡ σωτηρία καὶ ἡ ἀπεκδοχὴ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, τῷ ἐκ τῆς σαρκὸς τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ τὴν ἀνθρωπικὴν ἀκολουθίαν βλαστήσαντι. Καί μοι δοκεῖ ἡ περὶ τὸν γέροντα τοῦτον τιμὴ εἰς τὸν Σωτῆρα τὴν ἀναφορὰν ἔχειν, τὸν κριτὴν ὄντα καὶ μισθαποδότην τῆς ἀρετῆς, καὶ τῇ θεραπευτικῇ φωνῇ προσκαλούμενον τοὺς δικαίους, καὶ λέγοντα· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου· κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν.*

Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχόν. Διπλῆ τις ἐστὶν ἡ περὶ τὸν πτωχὸν σημασία· ἡ μὲν δηλοῦσα τῶν ἀναγκαίων τὴν ἔνδειαν· ἡ δὲ τὴν μετριοφροσύνην καὶ τοῦ ἤθους τὴν ταπεινότητα. Μὴ τοίνυν ὁ τῶν ὑλῶν ἀπόρως ἔχων, καὶ πενόμενος ἀργυρίου, ἠμφιεσμένος δὲ τὴν ἐλεεινὴν ἐφεστρίδα, οἰκειούσθω τῆς ἀρετῆς τὸν ἔπαινον, μηδὲ νομιζέτω ἀρκέσειν αὐτῷ τὴν ἔνδειαν πρὸς σωτηρίαν. Οὐ γὰρ ὁ κατ' ἀνάγκην πενόμενος ἐπαινεῖται· ἀλλ' ὁ τὴν γνώμην αὐθαιρέτως μετριάζων θαυμάζεται. Ἐπεὶ τοῖς ἀπορουμένοις ἁπλῶς, ἔχουσι δὲ τὸν τρόπον ἀδιαγώγητον ἢ ἀκατόρθωτον, ἐφόδιον γίνεται πολλῶν καὶ πονηρῶν τολμημάτων ἡ πρὸς ἀνάγκην ἀκτημοσύνη. Καὶ πάντας ἐγὼ τοὺς τοιχωρύχους καὶ ἀνδραποδιστὰς, ἔτι μὴν λωποδύτας, καὶ κλέπτας, καὶ τοὺς ἀνδροφόνους αὐτοὺς, εἴ ποτε παρέβαλον ἀρχοντικῷ κριτηρίῳ, πένητας ἐθεασάμην, ἀγνώστους, ἀοίκους, ἀνεστίους. Ὡς ἐκ τούτου πρόδηλον εἶναι, ὅτι μακαρίζει νῦν ἡ Γραφὴ τὸν πτωχὸν ἐκεῖνον τὸν φιλοσόφῳ ψυχῇ τοὺς μόχθους βαστάζοντα· καρτεροῦντα δὲ γενναίως πρὸς τὰς περιστάσεις τοῦ βίου, καὶ οὐδὲν κακουργοῦντα πονηρὸν, ἵνα τῇ σαρκὶ χαρίσηται τῆς τρυφῆς τὴν ἀπόλαυσιν. Ὃν καὶ σαφέστερον διαγράφει ἐν τῷ πρώτῳ τῶν μακαρισμῶν ὁ Κύριος, λέγων· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι.* Οὔτε οὖν πᾶς πτωχὸς δίκαιος, ἀλλ' ἐκεῖνος οἷος ὁ Λάζαρος· οὔτε πᾶς πλούσιος ἀπεγνωσμένος, ἀλλ' ὁ μετὰ τοιαύτης ζῶν προαιρέσεως, οἵαν εἶχεν ὁ τοῦ Λαζάρου σύγχρονος, καὶ τούτου οἱ διὰ τῆς πείρας τοῦ βίου μάρτυρες πρόδηλοι. Τί γὰρ τοῦ θείου Ἰὼβ πλουσιώτερον; Ἀλλ' ὅμως ἡ εἰς ἄγαν εὐπορία τὸν ἄνδρα, οὔτε τῆς δικαιοσύνης ἠλλοτρίωσεν, οὔτε, συλλήβδην εἰπεῖν, τῆς ἀρετῆς ἐξώρισεν. Τί τοῦ Ἰσκαριώτου πενέστερον; Οὐδὲν ἀπώνατο τῆς ἐνδείας εἰς σωτηρίαν· ἀλλὰ τοῖς ἑνδεκα πένησι καὶ φιλοσόφοις συνδιαιτώμενος, καὶ αὐτῷ γε τῷ Κυρίῳ, τῷ δι' ἡμᾶς αὐθαιρέτως πτωχεύσαντι, κακίᾳ προαιρέσεως εἰς φιλαργυρίαν παρενεχθεὶς, ἐκεῖθεν καὶ τὴν προδοσίαν ἐραδιούργησεν.

Ἄξιον δὲ καὶ τὴν ἐκφορὰν ἑκατέρου τῶν τεθνηκότων συνετῶς δοκιμάσαι. Ὁ μὲν γὰρ πτωχὸς κοιμηθεὶς ἀγγέλους εἶχεν δορυφόρους καὶ θεραπευτὰς, ἄγοντας αὐτὸν μετὰ καλῆς τῆς ἐλπίδος εἰς τὸν τόπον τῆς ἀναπαύσεως· *ὁ δὲ πλούσιος ἀποθανὼν*, φησὶν, *ἐτάφη.*

[8] Matth. xxv, 34. [9] Matth. v, 3. [10] II Cor. viii, 9.

(7) *Alioqui enim utcunque*, etc. Pro ἐπί, restituo ἐπεί. Qua levi mutatione constat clara littera, quam interpres male obscurat, reducens verba illa ἐπεὶ τοῖς ἀπορουμένοις ἁπλῶς, ad superiora ; unaque illa voce reddens, *in paupertate*, quod valde jejunum ac angustum paupertate est.

Digitized by Google

Οὐδὲν γὰρ οἷον αὐτῇ χρήσασθαι τῇ λέξει τῇ γραφικῇ, ἱκανῶς διὰ μιᾶς λέξεως ἑρμηνευούσῃ τὴν ἄτιμον τοῦ πλουσίου κατάλυσιν. Ὁ γὰρ ἁμαρτωλὸς τελευτῶν, ὄντως θάπτεται, χθόνιος ὢν τὸ σῶμα, γήινος δὲ καὶ τὴν ψυχήν· καὶ τὸ φυσικὸν ἐκείνης ἀξίωμα τῇ συμπαθείᾳ τῆς σαρκὸς πρὸς τὴν ὕλην καταγαγών, οὐδὲν χρηστὸν τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς καταλιμπάνων ὑπόμνημα, λήθῃ δὲ ἀτίμῳ καλυπτόμενος, καὶ τὸν τῶν βοσκημάτων θάνατον τελευτῶν. Τάφος μὲν γὰρ ἔχει τὸ σῶμα· ᾅδης δὲ τὴν ψυχήν· δύο σκοτεινὰ δεσμωτήρια, μεριζόμενα τοῦ πονηροῦ τὴν τιμωρίαν. Καὶ τίς οὐκ ἂν τῆς ἀβουλίας τὸν ἄθλιον καταμέμψαιτο; ἡνίκα μὲν ὑπὲρ γῆς ἦν γαυροῦντα, μεγαλαυχούμενον, πάντων ὑπερφρονοῦντα τῶν συζώντων καὶ ὁμοφύλων, καὶ μονονουχὶ μύρμηκας καὶ σκώληκας ἀποκαλοῦντα τοὺς ἐντυγχάνοντας, κενῷ δὲ φρονήματι τῆς ὀλιγοχρονίου δόξης διαῤῥηγνύμενον· ἡνίκα δὲ ἀπεσπάσθη τοῦ βίου, καὶ ὡς μαστιγίας δοῦλος ἁφῃρέθη τῶν ἀλλοτρίων, ὧν ἐξ ἀνοίας ἐνόμιζεν εἶναι δεσπότης, εἰς ἀντίῤῥοπον τῆς ὑπερηφανείας καταφέρεται ταπεινότητα, καὶ γραὸς θρηνούσης ὀδυρμοὺς προβαλλόμενος, μακρὰ καὶ ἀνόνητα τὸν πατριάρχην ἀποκαλεῖται, λέγων· [*Πάτερ Ἀβραάμ, ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ·*] ζητῶν ἔλεον, ὃν οὐκ ἔδωκεν, ἡνίκα τοῦ εὐεργετεῖν πρόχειρον εἶχεν τὴν ἐξουσίαν· ἀξιῶν δὲ αὐτῷ βοηθὸν κατὰ τοῦ πυρὸς ἀφικέσθαι τὸν Λάζαρον· εὐχόμενος ἀπομυζῆσαι τοῦ λεπροῦ τὸν δάκτυλον, ὀλίγον νενοτισμένον ὕδατι. Τοιαῦται τῶν φιλοσωμάτων ἀβουλίαι· τοῦτο τῶν φιλοπλούτων καὶ φιληδόνων τὸ τέλος. Καὶ προσήκει τὸν συνετὸν καὶ προμηθῆ τοῦ μέλλοντος, οἷον φάρμακόν τι προφυλακτικὸν νοσήματος τὴν παραβολὴν ἡγησάμενον, φυγεῖν τῶν ὁμοίων κακῶν τὴν πεῖραν· τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάνθρωπον, ὡς αἰτίαν τῆς ζωῆς τῆς μελλούσης, ἀσκήσαντα. Δραματικῶς γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος τὴν νουθεσίαν ἐπὶ προσώπων ὡρισμένων ἐξέθετο, ἵνα ἐμψύχως καὶ δεικτικῶς παιδευθέντες τῆς ἀγαθῆς πολιτείας τὸν νόμον, μηδέποτε καταῤῥονήσωμεν τῶν τῆς Γραφῆς παραγγελμάτων, ὡς ἄχρι λόγου μόνον φοβούντων, οὐ μὴν τὴν ἀπειλὴν προαγόντων εἰς τιμωρίαν. Οἶδα γὰρ, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ταῖς τοιαύταις ὑπονοίαις δελεαζόμενοι, ἀκώλυτον ἑαυτοῖς τοῦ ἁμαρτάνειν τὴν ἐξουσίαν χαρίζονται. Πᾶν δὲ τούναντίον παρὰ τῆς προκειμένης Γραφῆς διδασκόμεθα, ὡς οὐδὲ συγγνώμη τις τῆς ἐκεῖ κρίσεως ἐπελαφρύνει τὴν κόλασιν, οὐδὲ ἐλαττοῖ τὴν ὡρισμένην τιμωρίαν φιλανθρωπία· εἴ γε δεῖ ταῖς φωναῖς τοῦ πατριάρχου τεκμηριῶσαι τὸν λόγον. Πολλὰ γὰρ ἱκετευθεὶς παρὰ τοῦ πλουσίου, καὶ μυρίων ἐλεεινῶν ἐπακούσας φωνῶν, οὔτε τοῖς ὀδυρμοῖς ἐπεκλάσθη, οὔτε τῆς ὀδύνης ἐξείλετο τὸν πικρῶς μαστιζόμενον· αὐστηρῷ δὲ τῷ φρονήματι τὴν δικαίαν κρίσιν ἐκύρωσεν, εἰπών, ὅτι πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ διε-

A μέτοχοι ἄνδρες· ὑμεῖς ὁ χωρικὸς δῆμος, καὶ πάντες, ὅσοι τῶν πόλεων ἐκφοιτήσαντες, πρὸς τὴν παροῦσαν συμφώνως ἑορτὴν συνεδράμετε (γενικῷ γὰρ ὑμᾶς πάντας περιλαμβάνω κηρύγματι), ἆρα ἕκαστος ὑμῶν ἐνεδάλετο τῇ διανοίᾳ φροντίδα, συνεῖδεν δὲ καὶ κατενόησεν, ὑπὲρ τίνος ἠθροίσθημεν; ἀνθ' ὅτου δὲ τιμῶνται μάρτυρες οἴκων περιφανῶν κατασκευαῖς, καὶ τοῖς ἐνιαυσίοις τούτοις συλλόγοις, καὶ πρὸς τίνα σκοπὸν βλέποντες οἱ πατέρες ἡμῶν ἐνομοθέτησαν τὰ ὁρώμενα, καὶ ἰσχυρὸν ἀφῆκαν τὸν νόμον τοῖς μετέπειτα; Ἢ πρόδηλον τῷ καὶ μικρὸν πυκνώσαντι τὴν διάνοιαν, ὡς ζήλῳ ἡμῖν εὐσεβείας ταῦτα διετυπώθη, καὶ κοιναὶ παιδαγωγεῖα τῶν ψυχῶν αἱ πανηγύρεις συνάγονται, ἵνα μάρτυρας τιμῶντες, τὸ τῶν μαρτύρων ὑπὲρ εὐσεβείας καρτερὸν μιμησώ- B μεθα· ἵνα τοῖς συναγομένοις παιδευταῖς ὑποθέντες τὸ οὖς, μάθωμέν τι χρηστὸν, ὃ πρὸ βραχέος οὐκ ἐγινώσκομεν, ἢ δόγματος ἀσφάλειαν, ἢ λύσιν ἀπορουμένης Γραφῆς, ἢ τινα λόγον τὴν τῶν ἠθῶν ἐπανορθοῦντα κατάστασιν; Ὑμεῖς δέ μοι δοκεῖτε τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν ἀφέντες, καὶ τῆς περὶ τὴν ψυχὴν σπουδῆς ἐκλαθόμενοι, ὅλην ἑαυτῶν μετατεθεικέναι τὴν μέριμναν πρὸς τὸν συρφετὸν τοῦ μαμμωνᾶ, καὶ τὴν ἀσχολίαν τῶν πρατηρίων· οἱ μὲν αὐτοὶ συναλλάττοντες, οἱ δὲ κεχηνότες εἰς τὰ ἀλλότρια, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ὠνίοις φιλονεικοῦντας ἱστοροῦντες, ὅπως τὰ ἀλλήλων ἐπευωνίζωσιν. Ἀλλὰ μετάθετέ μοι τὸν τύθον ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν· καταλείψατε τὴν φιλαργυρίαν, τὴν ἀγόραιον, τὴν μαινάδα. Ἀποστράψητε αὐτὴν ὡς ἄκοσμον ἑταιρίδα, προσελῶσαν τῷ πλήθει, ταῖς ἀλλο- C τρίαις ὕλαις καλλωπιζομένην, καὶ τοῖς ἄνθεσι τοῦ φαρμακοπώλου. Ἐράσθητε ταύτης τῆς θείας καὶ σώφρονος ἐσταλμένης κοσμίως, σεμνὸν καὶ ἀμετεώριστον βλεπούσης. Οὕτω γὰρ Σαλομὼν ἐν τῇ παροιμιακῇ βίβλῳ φησίν· *Μὴ ἐγκαταλείπῃς αὐτὴν, καὶ ἀνθέξεταί σου. Ἐράσθητι αὐτῆς, καὶ τηρήσει σε.* Μὴ παρέλθῃς καταφρονήσας, μηδὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῆς τραπέζης ταύτης προκείμενα, διὰ τοῦτο αὐτὰ νομίσῃς ἄτιμα, ἐπειδὴ προῖκά σοι ἔξεστιν τὴν κτῆσιν περιποιήσασθαι· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπιθύμησον, ὅτι οὐ καθήμεθα κάπηλοι, ζυγὸν ἢ τρυτάνην φέροντες· ἓν δὲ κέρδος ζητοῦμεν, τὴν τοῦ μαθητοῦ σωτηρίαν.

Ἀνεγνώσθη ἡμῖν ἐκ τῶν Πράξεων Παύλου λόγος D πρὸς Φῆστον καὶ Ἀγρίππαν, Παύλου τοῦ πιστοῦ ἀποστόλου, καὶ σοφοῦ δημηγόρου. Εἶδες πάντως, ὦ ἀκροατὴς, εἰ τὸν νοῦν ἐπέστησας, ὅπως καὶ τὴν ἀλήθειαν οὐ προδίδωσιν ἐκ δειλίας, καὶ τὴν πρὸς Ἀγρίππαν θεραπείαν τῇ παῤῥησίᾳ κεράσας, τὸ βραχὺ [37] κριτήριον ἐκμαλάσσει πρὸς ἀγαθότητα, ὥσπερ θηρία τινὰ κατεπάδων ταῖς τοῦ λόγου μεταχειρίσεσιν. Προεφήτευσεν καὶ σήμερον Ζαχαρίας, τῶν μεγάλων ἡμῖν μυστηρίων τοῦ Μονογενοῦς ὑπανοίγων τὴν θύραν,

[34] Hebr. III, 1. [35] Prov. IV, 6. [36] Act. XXV, 8 sqq.; XXVI, 2 sqq. [37] Leg. τραχυ.

(20) *Durum tribunal, τραχὺ κριτήριον.* Sic legit interpres, cum reddit *duros animos*. Erat certe Festus Paulo durus judex, qui volens gratiam præstare Judæis, eisdem Paulum traditurus erat, nisi ipse appellando Cæsarem, iniquum conatum avertisset, ut Act. XXV.

(21) *Zacharias hodie prophetavit.* Uti Latini, sic et Græci præcipuis quibusque festivitatibus suas lectiones habent, ac ἀναγνώσματα ex Scriptura, juxta quod festi ratio videtur exigere, præcipue

Digitized by Google

διὰ τοῦ λίθου, τοῦ τὰς ἑπτὰ βολὰς τῶν ὀφθαλμῶν κεκτημένου, διὰ τῆς χρυσῆς λυχνίας, ἐφ' ἧς οἱ ἑπτὰ λύχνοι καὶ τὰ δύο στελέχη τῶν ἐλαιῶν. Πολλαὶ αἱ ἐξῆς Γραφαί, πλούσιον τὸν θησαυρὸν τῆς ὠφελείας ἔχουσαι, αἷς ἐβουλόμην πάσαις ἐπελθεῖν, καὶ δεῖξαι ὑμῖν τὴν τῆς πνευματικῆς πανηγύρεως εὐθηνίαν. Ἐπείγει δέ με πρὸς τὴν ἔκτισιν τοῦ χρέους ἡ τῆς προτεραίας ὑπόσχεσις. Ἀρξάμενοι γὰρ πολλαῖς κατηγορίαις τῆς πλεονεξίας καθάπτεσθαι, ἐπειδὴ μὴ ἐφθημεν αὐτῆς γυμνῶσαι τὴν ματαιότητα, εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν τὸν ἔλεγχον τῆς κατηγορίας ὑπερεθέμεθα. Ἀκούσατε οὖν, καὶ γένεσθε εὐγνώμονες τῆς ἀληθείας κριταί. Ἐπειδὴ μήτε ἄλλοις τισίν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν σωτηρίᾳ δικάζετε, καὶ πάσας τὰς κατακρινούσας ψήφους ἐπὶ τὴν ὑπεύθυνον φέρετε ἕκαστος τῆς ἰδίας ψυχῆς, ὥσπερ οἰκίας ἢ πόλεως αὐτὴν ἀπελάσαντες.

Πλεονεξία τοίνυν ἐστὶν, οὐ μόνον τῷ ἀργυρίῳ σὺν τοῖς ἄλλοις κτήμασιν ἐπιμαίνεσθαι, καὶ βούλεσθαι τοῖς παροῦσι τὰ μὴ προσόντα συνάπτειν· ἀλλὰ, γενικώτερον εἰπεῖν, τὸ ἐπὶ παντὸς πράγματος πλέον ἔχειν βούλεσθαι τοῦ ὀφειλομένου καὶ ἐπιβάλλοντος. Καὶ δὴ τοῦτο τὸ πλημμέλημα πρῶτος ἔπαθεν ὁ διάβολος, ἀρχάγγελος μὲν ὢν καὶ ἐπὶ τῆς καλλίστης ζωῆς καὶ τάξεως τεταγμένος, τυραννίδα δὲ καὶ ἐπανάστασιν κατὰ τῆς θεότητος ἐννοήσας ὁ ματαιόφρων· εἶτα καταβληθεὶς, καὶ εἰς τὸν περίγειον τοῦτον ἀέρα κατα πεσὼν, κακὸς γείτων τῆς ἡμετέρας ζωῆς. Οὔτε γοῦν κατέλαβεν, ὃ ἐδίωκεν, τὴν θεότητα· καὶ ἀπώλεσεν, ὃ ἐκέκτητο, τὸ ἀρχάγγελον· δοῦλος ἄπιστος, ταῖς κατὰ μικρὸν τόλμαις εἰς λῃστὴν ἐξελθών· κύων τοῦ παρ' Ἕλλησιν μύθου, καὶ τοῦ κρέως στερηθεὶς, καὶ τῆς σκιᾶς οὐ δραξάμενος, (πῶς γάρ;) ἀκαταλήπτου πράγματος.

Μετὰ τοῦτον ὁ πρῶτος ἄνθρωπος εἰς ἡδυπάθειαν ἐλεασθεὶς, ἀπηγορευμένῃ βρώσει τὴν ἀθανασίαν ἀπώλεσεν· ὡς Ἡσαῦ ὕστερον διὰ φακὴν [38] τὰ πρωτότοκα. Καὶ τὰς διαλέκτους δὲ ταύτας, καὶ τὰς πολλὰς τῶν ἀνθρώπων φωνὰς, ἔρως τοῦ πλείονος εἰς τὸν βίον εἰσήγαγεν. Οἱ γὰρ τῇ ἀνθρωπικῇ εὐθηνίᾳ ὑπερμαζήσαντες, βατὸν δὲ ἑαυτοῖς ἔσεσθαι τὸν οὐρανὸν προσδοκήσαντες, καὶ πύργον γελοῖον ἐπὶ τὴν ἐκείνου ματαιοποιοῦντες ἀνάβασιν, οὗτοι τοὺς ὁμοφώνους ἀνθρώπους, ἑτερογλώσσους ἐποίησαν· καὶ τὸ πλέον, οὗ εἶχον, ζητοῦντες, αὐτοί τε συνεχέθησαν, καὶ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων κατέλιπον κάμνειν ἐν ἀκοαῖς ἀσήμων φωνῶν καὶ ἑρμηνειῶν ζητήσει.

Τί δὲ ὁ Φαραώ; Πόθεν ταῖς διαφοραῖς καὶ ποικίλαις περιέπεσε μάστιξιν; οὐ διὰ πλεονεξίαν, καὶ τὸ

mentorum januam reserans, lapidis figura septem habentis oculorum jactus obtutusque [39], aureique candelabri cui lucernæ septem [40] ac olivarum duo stipites imposita essent. Multa deinceps decursa sunt Scripturæ loca, abundantes utilitatis thesauros habentia, lubensque singula edisserens, spiritualium vobis nundinarum ubertatem ostendissem. Verum urget ut debitum exsolvam hesterna die facta promissio. Cum enim multis cœpissemus avaritiam ac alieni improbam cupiditatem exagitare, nec ejus satis vanitatem ac stultitiam licuisset traducere, in hanc diem vituperationem ejus rejecimus. Quamobrem audite, ac æqui veritatis æstimatores ac judices estote. Non enim de alienis, sed de vestra ipsorum salute disceptatis; ac damnatorios quosque calculos adversus ream, ab anima propria, tanquam a domo vel urbe illam ejicientes, quisque mittitis.

Avaritia itaque, nedum est insana argenti aliorumque bonorum cupiditate ferri, jamque habita ac nostri facta juris, aliis non habitis velle cumulare; verum etiam universalius loquendo, in re qualibet supra quam debeatur, aut sit congruum, cupiditati concedere. Ac quidem hoc primus peccati morbo diabolus laboravit: quippe præclarissimam archangeli dignitatem atque ordinem obtinens, tyrannidem ac rebellionem adversus deitatem molitus est demens, moxque in aerem hunc terræ proximum deturbatus, malus nobis ac vitæ nostræ vicinus effectus est: atque adeo, nec divinitatem, quam captabat, adeptus est, et honorem archangeli, quo fulgebat, amisit, servi instar infidi, qui temerariis ausis in latronem paulatim evasit, ac canis illius in gentilium fabulis, qui et carnem perdidit, nec umbram apprehendit. Qui enim inanem rem ac nesciam comprehendi?

Post hunc primus homo vitiosa voluptate pellectus, cibi vetiti præsumptione, immortalitatem amisit [41], sicut postea Esau jus primogenituræ propter lenticulam [42] (22). Sed et multitudinem hanc linguarum et idiomatum immoderata cupiditas in hanc vitam invexit. Qui enim felicitate nimia lascivientes, cum pervium sibi cœlum fore credidissent, ridendam ad ejus ascensum turrim in cassum moliti sunt, ii pro sermonis una consensione, diversi humanum genus eloqui fecerunt; ampliusque aliquid concessis habere quærentes, tum ipsi cohibiti sunt ac coerciti, tum humanæ genti molestiam ex vocum obscurarum auditione, interpretandique laborem reliquerunt [43].

Jam vero Pharao, quare in tanta sicque varia flagella incurrit [44]? Nonne avara ac plus habendi

[38] Vat. et Sir. φακόν. [39] Zach. III, 9. [40] Zach. IV, 2. [41] Gen. III, 1 sqq. [42] Gen. XXV, 29 sqq. [43] Gen. XI, 1 sqq. [44] Exod. VIII-XIV

vero cum Dominicum aliquod festum agitur, ac cujus sacramenta, vel figuræ præcesserint in veteri, vel prophetiæ. Hoc ergo ordine lectus est Zacharias in ea panegyri, in qua hæc Asterius oravit. Videantur vero ista respicere festa Natalitia, tametsi res obscura est.

(22) *Propter lenticulam.* Ducæus corrigit ex Vaticano et Sirm. ἀντὶ φακῆν, φακόν· quæ una vox, duplicem illam LXX, ἔψημα φακοῦ· *lentem coctam*, seu, *pulmentum ex lentibus*, significat, non lentem absolute, quod magis habet τὸ φακός. Sic passim ἐκφράζει Asterius, elegantius reddens verba sacra, aut paucis cultissime repræsentans quod velit: πάρεργα hic de pulmento, et pulmentario ab eodem.

Digitized by Google

cupiditate, studioque dominandi peregrino populo, qui ad ejus nihil imperium spectaret? Hinc factum est, ut, cum alienos non dimitteret, suos perdiderit, qua strage primogenitorum, qua maris itinere persecutione abeuntis populi. Omitto enim fluenta sanguinea, ranarum infinitam sobolem, bruchi tetram luem, pustularum ac papularum fœdam eruptionem, quadrupedum necem, cæteramque cladem ac pestem, qua Ægyptus, ob principis avaritiam improbamque alieni cupiditatem, damnata fuit. Alibi rursum, mala hoc scabie ac spissa lepra vindicatum didici. Et juxta mecum hic recordare, quisquis historiam amas, ac Elisei præclara facta libenter audis, quemadmodum Naaman ille Syrus, postquam in Jordane lavisset, a lepra fuerit liberatus [45]: contraque ea correptus puer Giezi, avarus adolescens nec studiosus, qui spiritalem gratiam gratuitamque doctoris medelam pretio ventitarat. Quid Absalonem, mitissimi patris ferocem audacemque filium, ad parricidium adegit [46]? Nonne intempestiva successionis regiæ, alienaque invadendi ac diripiendi cupiditas? Quid Judam e catalogo discipulorum expunxit, exque apostolo proditorem fecit? Nonne cum gazophylacii infida administratio, tum pretium infame, et denariorum aliquot propudiosum auctoramentum [47]? Ananiæ denique et Sapphiræ tristis unde et tragicus in Actis apostolorum exitus [48]? Nonne quia suarum se furto rerum, ac propriorum denariorum sacrilegio contaminassent? Deficiet me dies, si ministros et mancipia avaritiæ dinumerare pergam. Missa itaque veteri historia, quotidianam vitæ experientiam interrogemus, cujusmodi fera sit avaritia, ac quam ægre, quos semel prehenderit, elabi sinat; ut vegeta semper atque valida, nunquam debilitetur ac deficiat; sed cum iis, quos sibi subjecerit, consenescat atque perennet.

Libidinosus ac corporum amator tametsi longo insanierit tempore voluptatum ostro percitus, ubi tamen vel ipse seniles attigit annos, vel quam deperiit, exoletam ac floris exstincti videt, remissionem tandem finemque morbi invenit. Gulosus, et ipse a ventris voluptatibus recedit, sive quando jam eum satietas cepit, sive cum stomachus, ac partes illæ, quibus vis ac munus concoquendi incumbit, imbecilliores factæ, hiantem illam appetentiam sedarunt. Ambitiosus, ubi multis splendoribus magnifice gloriam habuit, spectari tandem velle, ac inanes flare glorias, desinit. Verum avaritiæ morbus, ejusmodi malum est, ut vix unquam eo liberari possis. Ac sicut perpetuo vivens atque frondens hedera adsitas irrepens arbores valide circumvolvitur adhæretque, ac ne ramis quidem fatiscentibus aut arefactis recedit, nisi quis flexus istos et anguineos quasi gyros, ferro secet: ita nec avari mentem, sive hic juvenis sit, sive senex, in libertatem facile vindicaris, nisi sobrio prudentique consilio velut machæra morbum discideris.

A βούλεσθαι κύριος εἶναι ξένου λαοῦ καὶ μηδαμόθεν τῇ ἐκείνου βασιλείᾳ προσήκοντος; Καὶ διὰ τοῦτο, τοὺς ἀλλοτρίους οὐκ ἀφεὶς, τοὺς ἰδίους ἀπώλεσεν· τοὺς μὲν ἐν πληγῇ τῶν πρωτοτόκων· τοὺς δὲ, ἐν τῇ διώξει τῇ κατὰ θάλασσαν. Ἀφίημι γὰρ ποταμοὺς εἰς αἷμα ῥυέντας, καὶ βατράχων ἅπλετον γένεσιν, καὶ βρούχου λύμην, καὶ φλυκταινῶν ἐξάνθησιν, καὶ τῶν τετραπόδων τὸν θάνατον, καὶ πᾶσαν τὴν κάκωσιν ἣν Αἴγυπτος κατεδικάσθη διὰ τὴν πλεονεξίαν τοῦ ἄρχοντος. Ἀλλαχοῦ πάλιν τέλος τῆς ἁμαρτίας κατέμαθον, λέπραν ἀθρόον τῷ πλεονέκτῃ περιχυθεῖσαν. Καί μοι συνδιαμνημόνευσον, εἴ τις φιλοῖστωρ, καὶ τῶν κατορθωμάτων Ἐλισσαίου φιλήκοος, ὅπως μὲν ὁ Σύρος Νεαιμὰν ἐκαθαρίσθη τῆς λέπρας, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ λουσάμενος· ὅπως δὲ μετῆλθεν τὸ πάθος εἰς Γιεζεῖ τὸ παιδάριον, νεανίσκον πλεονέκτην καὶ ἀφιλόσοφον, πνευματικὸν πωλήσαντα χάρισμα, καὶ τὴν B ἄμισθον ἰατρείαν τοῦ διδασκάλου. Πόθεν ὁ Ἀβεσσαλὼμ πατραλοίας ἐγένετο, ὁ τοῦ πράου πατρὸς φλεγμαίνων καὶ θρασὺς νεανίσκος; οὐ πρὸ καιροῦ ζητήσας τὴν κληρονομίαν τῆς βασιλείας, ἐπιπηδήσας δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις, ὡς ἅρπαξ; Τὸν Ἰούδαν δὲ πάλιν, τί τοῦ καταλόγου τῶν μαθητῶν ἐξέβαλεν, ἐποίησεν δὲ προδότην ἀντ' ἀποστόλου; οὐ τὸ γαζοφυλάκιον, πρῶτον ῥᾳδιουργούμενον, εἶτα ἡ κτῆσις τῆς ἀτίμου τιμῆς; Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν διὰ τί τραγῳδοῦσιν τῶν ἀποστόλων αἱ Πράξεις; οὐκ ἐπειδὴ τῶν ἰδίων ἐγένοντο κλέπται, καὶ τῶν οἰκείων ἀναθημάτων ἱερόσυλοι; Ἐπιλείψει με τάχα καὶ ἡ ἡμέρα τοὺς τῆς πλεονεξίας ὑπηρέτας ἀπαριθμούμενον. Ἀφέντες δὲ C τὴν παλαιὰν ἱστορίαν, τὴν πεῖραν ἐξετάσωμεν τὴν παρακολουθοῦσαν τῷ βίῳ· οἷον οἶδεν θηρίον τὴν πλεονεξίαν, καὶ ὧν ἂν λάβηται δυσαπάλλακτον· ἀκμάζον ἀεὶ καὶ οὐ μαραινόμενον· συγγηράσκον δὲ τοῖς ἁλοῦσι, καὶ εἰς τέλος συνόν.

Ὁ λάγνος καὶ σωμάτων ἐραστὴς, κἂν ἐπὶ πολὺ ταῖς ἐπιθυμίαις λυσσήσῃ, ἢ αὐτὸς εἰς πρεσβυτικὴν ἡλικίαν ἐλθὼν, ἢ τὸ ποθούμενον ἑωρακὼς παλαιωθὲν, καὶ τὸ ἄνθος ἀποβαλὸν, στάσιν εὑρίσκει τῆς νόσου. Ὁ γαστρίμαργος ἀναχωρεῖ καὶ αὐτὸς τῆς φιληδονίας, ἢ τοῦ κόρου πληρώσαντος, ἢ τῶν πεπτικῶν μορίων ἀσθενησάντων, καὶ παυσάντων τὴν ἐπιτεταμένην ὄρεξιν. Ὁ φιλόδοξος πολλαῖς ἐγκομπάσας περιφανείαις, τοῦ φανητιᾶν ἀπολήγει. Ἡ δὲ τῆς πλεονεξίας νόσος, κακόν ἐστι δυσαπάλλακτον. Καὶ ὥσπερ D ὁ κισσὸς οὗτος, τὸ εὐθαλὲς φυτὸν καὶ ἀείφυλλον, ἐπὶ τὰ παραπεφυκότα τῶν δένδρων ἀνέρπων, ἰσχυρῶς περιελίττεται τοῖς ξύλοις, ὥνπερ ἂν δράξηται· καὶ οὔτε πεπονθότων, οὔτε ξηρανθέντων ἀναχωρεῖ, εἰ μή τις αὐτοῦ σιδήρῳ, καθάπερ δράκοντος, διατέμῃ τοὺς ἑλιγμούς. Οὕτως οὐδὲ τοιούτου ψυχὴν ἐλευθερῶσαι ῥᾴδιον, εἴτε νεάζοντος τοῦ σώματος, εἴτε καὶ ὑπομαρανθέντος, ἐὰν μή τις νηφαλέος λογισμὸς ἐπελθὼν, ὡς μάχαιρα διακόψῃ τὴν νόσον.

[45] IV Reg. v, 14 sqq.; Luc. iv, 27. [46] II Reg. xv, 1 sqq. [47] Joan. xii, 6. [48] Act. v, 1 sqq.

Digitized by Google

Τοῖς οἰκείοις ὁ πλεονέκτης ἐστὶν ἀηδής, οἰκέταις βαρὺς, φίλοις ἄχρηστος, ξένοις δυσέντευκτος, γείτοσιν ὀχληρός, γυναικὶ μοχθηρὸς σύνοικος, παίδων φειδωλὸς καὶ μικρολόγος τροφεύς, ἑαυτοῦ κακὸς ἐπιστάτης, νύκτωρ φροντίζων, μεθ' ἡμέραν πεπυκνωμένος, διαλεγόμενος ἑαυτῷ κατὰ τοὺς ἐξεστηκότας, ἢ παραφέροντας· πάντων εὐθηνούμενος, καὶ στένων ὡς ἐνδεής· τῶν παρόντων οὐκ ἀπολαύων, καὶ τὰ ἀπόντα ζητῶν· τοῖς ἰδίοις οὐ κεχρημένος, ἐποφθαλμιῶν δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις. Πολύαρνον τοῦ τοιούτου τὸ πρόβατον, στενοῦν τοὺς σηκοὺς, ἐφ' ὧν κατακλείεται· καλύπτον πεδιάδας ἐν αἷς νέμεται. Κἂν εὔσαρκον ὀφθῇ τοῦ προσοίκου πρόβατον, ἀφελὲς τὴν ἰδίαν ἀγέλην, τῷ ἑνὶ καὶ ἀλλοτρίῳ τῇ ἐπιθυμίᾳ προσκάθηται. Τὸ αὐτὸ ἐπὶ τῶν βοῶν· ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἵππων· οὐκ ἄλλως ἐπὶ τῆς γῆς. Πάντα στενοχωρεῖ τὴν οἰκίαν, καὶ οὐδὲν ἐν τῇ χρήσει. Οὐδὲ γὰρ ἀπολαυστικὸν οἷόν τε εἶναι τὸν ἄπληστον· ἀλλ' ἔστιν αὐτοῦ οἰκία τάφου παραπλησία. Ἰδοὺ γὰρ οἱ τάφοι γέμουσι πολλάκις ἀργύρου καὶ χρυσοῦ· ἀλλ' αἱ ὕλαι τοὺς χρωμένους οὐκ ἔχουσιν. Τὸ σῶμα οὐ τρέφεται· ψυχῆς οὐχ εὑρίσκεται κέρδος. Οὐκ εὐθηνεῖ γὰρ ἐκ τῆς δεξιᾶς ἡ ἐλεημοσύνη. Τί δὲ τέλος τοῦ μόχθου, διδαξάτω μέ τις τῶν ταύτῃ προειλημμένων τῇ νόσῳ; οἶδα δὲ πολλοὺς ἐγὼ, γνωρίσας ἐπὶ τῆς πείρας, ὡς καὶ ἐν νόσοις μᾶλλον τῆς ὑγείας ἀγαπῶσι τὰ χρήματα. Κἂν μὲν ὁ ἰατρὸς διά τινος ὕλης εὐώνου τὸν τῆς θεραπείας εἰσηγήσηται τρόπον, οἷον διὰ σελίνου, ἢ θύμου, ἢ ἀνήθου, ὧν ἡ εὐπορία ἀδάπανος, εὐπειθῶς τῆς συμβουλῆς ὑπακούοντας· ἂν δέ τινος φαρμάκου γένηται μνήμη τῶν οἷα τὰ ποικίλα καὶ πολυσύνθετα, καὶ ἐλθεῖν πρὸς τὸν φαρμακοπώλην ἢ τὸ μυροπωλεῖον κελευσθῶσιν, θᾶττον τὴν ψυχὴν ἀφιέντας, ἢ λύοντας τὸ βαλάντιον. Γήινοι γὰρ ὄντες τὸ φρόνημα, τὴν κτῆσιν τῶν γηΐνων ὑλῶν νομίζουσι τὴν ζωήν.

A Avarus propinquis est odiosus, famulis gravis, amicis inutilis, exteris difficilis ac vix affabilis, vicinis molestus, uxori importunus contubernalis, liberorum parcus atque sordidus educator, sui ipsius malus curator, interdiu noctuque sollicitus ac cogitabundus, secum ipse loquens ac disserens, eorum more, qui sensibus emoti in insaniam prolapsi sunt. Cum omnibus abundet, tanquam omnium egenus ingemiscit. Non fruitur præsentibus; ea quæ absunt, anxie quæritat; non utitur suis, alienis vero adjicit oculum. Multa confertum pecude gregem habet, ut vix stabula capiant, campique ac pascua tegantur. At si pinguem ac bene habitam ovem vicini aspexerit, misso proprio grege, in unam illam ac alienam cupiditate fertur. Atque ita quoque de B bobus, equis, agris. Omnium copia rerum ædes coangustat, nec est ullus usus. Nullum enim fructum voluptatis percipere potest, quisquis est insatiabilis: estque domus ejus conditorio ac sepulcro similis. Cum enim sepulcra haud raro plena sint auro atque argento: qui tamen iis utatur, exsistit nemo. Avari corpus non alitur, anima nihil lucratur. Non enim eleemosyna ex ejus exuberat dextera. Doceat nos eorum aliquis, quos hic morbus pridem corripuit, quisnam tanti hujus laboris ac ærumnæ sit finis. Multos equidem ipse facto periculo novi, qui vel afflicta sanitate, ipsa salute pecuniam magis ament atque æstiment; nam si forte medicus remedium eis parabile ac parvi pretii præscribat, ex apio puta, vel thymo, vel anetho, quæ passim obvia sunt et C parvo comparantur, sine mora consilio obtemperant; si vero medicamentorum ejusmodi fiat mentio, quæ varia, ac ex pluribus composita sunt, jubeanturque vel pharmacopolam adire, vel ab unguentaria petere, animam potius exhalent, quam terreni, terrenarum rerum possessionem vitam ac crumenam solvant. Quippe mente ac cogitationibus spiritum ducunt.

Τούτους λυποῦσιν ἄγαν καὶ αἱ κοιναὶ εὐπραγίαι· εὐφραίνουσι δὲ αἱ περιστάσεις. Εὔχονται καὶ φόρων ἀνυποίστων φοιτᾷν ἐπιτάγματα, ἵνα τόκοις πλεονάσωσι τὸ ἀργύριον. Ἐπιθυμοῦσι βλέπειν τοὺς παρὰ τῶν δανειστῶν ἀγχομένους, ἵνα κτήσωνται τὸν ἀγρὸν, ἢ τὸ σκεῦος, ἢ τὸ ζῶον, εὐώνως ἐκ τῆς ἀνάγκης ῥιπτούμενον. Συνεχῶς δὲ καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπουσι κατὰ τοὺς φιλοσόφους τοὺς τὰ μετέωρα φροντίζοντας, οὐκ ἀστέρος ἐντολὴν ζητοῦντες, οὐδὲ τίς οἶκος ἕνα τῶν πλανητῶν ἔχει περισκοπούμενοι· ἀλλὰ τὴν τοῦ ἀέρος πολυπραγμονοῦντες κατάστασιν, εἰ τὰ προφαινόμενα σημεῖα ὄμβρων ἐπιῤῥοὴν, ἢ αὐχμὸν ἐπαγγέλλεται. Κἂν ἴδωσί τι τοῖς πολλοῖς δυσχερὲς προσδοκώμενον, εὐφραίνονται τῇ τῶν ἄλλων κακώσει. Πάντα συνάγουσιν ἐν τοῖς ταμιείοις, ἀσφαλῶς κατασημαίνοντες, καὶ διττοῖς κλείθροις κατασφαλίζονται, διαμετροῦντες ἀλήκτως ψηφίζουσιν. Ἀσχολουμένου δὲ τοῦ πλεονέκτου περὶ τὴν τοιαύτην ἐλπίδα, καὶ τέως ὄναρ πλουτοῦντος ἐν τῇ σκιαγραφίᾳ τῶν ἐννοιῶν, ἐὰν ἐπιγένηται νέφος βαθὺ, φοβεῖται ὡς κινδυνεύσων. Ἂν ψεκάδες τὴν γῆν ἐπιῤῥαίνωσιν, ὑποδακρύειν ἄρχεται· ἂν δὲ καὶ ὑετὸς ἐπιγένηται ἀρ-

Hos tales mirum in modum publica communisque felicitas molestia afficit; damna contra ac clades, delectatione et gaudio. Exoptant graves ac intolerabiles indici pensitationes et tributa, quo usuris pecuniam augeant: aventque videre miseros a feneratoribus oppressos, ut eorum agros, instrumenta, D vel pecora ac jumenta, parvo per necessitatem ære projecta, acquirant. Continue vero, philosophorum instar circa meteora versantium, cœlum suspiciunt, non ut sideris alicujus ortum, aut planetæ domum scrutentur, sed ut aeris constitutionem considerent; et an apparentia signa largiores imbres, aut siccitatem denuntient. Ac si pro spe sua multis malum imminere animadverterint, aliena infelicitate lætantur. Omnia undique summo studio in horrea congerunt, obsignantque diligenter singula, ac duplici communiunt sera, nullaque intermissione dimetiuntur atque supputant. Inter hæc ac dum ea spe avarus titillatur, et quasi per somnium inanibus ac imaginariis opibus ditatur, si nubes aut nebula densior supervenerit, exterretur, ac si ingens ipsi periculum immineat. Quod si minutula pluvia terram asper-

Digitized by Google

gat, sublacrymari incipit : si magna aquæ vis, ac siccitati tollendæ par ingruat, extremus eum luctus occupat. Omnia deinceps perlustrat, ac sollicite quærit, haud secus ac periclitante filio, num remedium aliquod, modusque ac ratio, frumenta a tabe vermiumque injuria diutissime servandi. Ac si jam æstuare animadvertit, ac caloris vitio corripi, pro medicorum in eos instituto (23), qui pene exhausti sunt ac distabuerunt, expandit ea, inque minores distribuens cumulos, studet refrigerare. Assidet miser ac se discrucians; tegumenque ac tutamen a meridie excogitat; ac circa noctem rursus amovet, ut nocturnæ auræ liberius aspirare queant.

A κῶν τὸν αὐχμὸν ἐξιάσασθαι, πένθος τέλειον τὸ πρᾶγμα. Περινοστεῖ λοιπὸν πᾶσι συσκοπούμενος περὶ τοῦ σίτου, ὡς υἱοῦ κινδυνεύοντος, τίς ἴασις, τίς μηχανή, ἵνα πρὸς πολὺν αὐταρκέσῃ χρόνον, ἵνα τῶν σητῶν διαφύγῃ τὸ πάθος. Κἂν αἴσθηται καύσωνος, ὡς οἱ ἰατροὶ τοὺς διαφορουμένους, διαπλώσας αὐτὸν, καταμερίζει καὶ καταψύχει, μοχθῶν προσκαθέζεται, σκέπην κατὰ τὴν μεσημβρίαν σοφίζεται, τὰς σκιὰς νυκτὸς ἀπογυμνοῖ, ἵνα ταῖς αὔραις ταῖς νυκτεριναῖς ὑποπνέηται.

In his laboribus ac molestiis circumstans pauper, periclitantis aliquid frumenti rogat, nec ille tribuit: aut sane, id parce admodum ac semianimis, pro vehementiori suo ad illud affectu. Verum obsecro, qui tali præditus ingenio sis, ne perpetuo sic laborare ac discruciari velis. Sane quidem vel is quoque avarus dignus est miseratione, qui non abhorret a deliciis; qui ventris voluptate aliisque definit vitam, eumque hominis finem credit. Multo magis ac immensum miserrimus, qui illiberalis est atque sordidus; unusque ipse quæ sunt plurium occupat, ac suum nihilominus genium defraudat, nullo exactæ adeo diligentiæ fructu atque fine. Quis enim ignorat, propter seipsum, exceptis virtutibus, nihil fieri; sed ut aliud ex alio obtineatur, ac conficiamus? Nemo certe quisquam soliu; causa navigationis mari se committit; nemo propter ipsam agricolationem in labore ætatem agit; sed liquido constat, quod certo uterque consilio istas molestias subeat: alter nimirum uti fruges uberemque messem colligat; alter, ut nauticæ negotiationis divitias referat. Tu vero dic, sodes, quidnam spectes, ut sic colligas? quidve finis propositum sit, ut ita opes inutiles exstruere studeas? Vel ipse, inquis, me aspectus delectat. Atqui ratione alia morbo tuo indulge; nam alienis etiam bonis sedare hoc desiderium potes. Si te capit ac exhilarat argenti fulgor, in argentificum officinis assidenti coruscantem argenti lucem contemplari licet; aut circa forum et loca rerum venalium, ubi disci, lances, aquales, ac omne genus prostant exposita vasa, animum oblectare. Liberum hoc ac gratuitum spectaculum. Sed et nummularios spectare licet, qui in mensis pecuniam assidue contrectant atque dinumerant. Imo vero rectis potius obtemperans monitis, pravum hunc appetitum exues, ac animum mutabis. Facilis enim correctio, cum avaritia non sit aliqua naturalis necessitas, sed impetus ac voluntaria quædam affectio, quam deponere haud iis sit difficile, qui reputent ac norint concludere quod utile sit.

B Ταῦτα αὐτῷ ταλαιπωροῦντι ὁ πένης περίσταται, ζητῶν ἐκ τοῦ κινδυνεύοντος σίτου, καὶ οὐ δίδωσιν· ἢ δοὺς, φειδωλῶς χαρίζεται καὶ ἡμίθνητος, τοῦ σίτου σφόδρα περιεχόμενος. Μὴ τοίνυν ἀπέραντα μόχθει καὶ χαλέπα, ὁ τοιοῦτος, παρακαλῶ. Ἐλέου μὲν γὰρ ἄξιος καὶ ὁ τρυφῶν πλεονέκτης, ὁ τῇ γαστρὶ καὶ ταῖς ἄλλαις ἡδοναῖς περιορίζων τὸν βίον, τοῦτο τέλος νομίζων τῆς ἀνθρωπότητος. Ὁ δὲ μικροπρεπὴς καὶ σμικρολόγος, οὐδὲ μέτρον ἔχει τῆς ἀθλιότητος, λαμβάνων τὰ τῶν πολλῶν, καὶ ἑαυτῷ μὴ διδοὺς, εἰς οὐδὲν δὲ καταλήγων τῆς σπουδῆς ἀποτέλεσμα. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὡς οὐδὲν τῶν γινομένων, πλὴν τῶν ἀρετῶν, αὐτὸ δι' ἑαυτὸ γίνεται, ἀλλ' ἕτερόν τι πράττομεν, ἵν' ἄλλο κατορθώσωμεν; Οὐδεὶς πλέων, δι' αὐτὸ τὸ πλεῖν, θαλαττεύει· οὐδὲ γεωργῶν, δι' αὐτὸ τὸ C γεωργεῖν, τοῖς πόνοις συζῇ· ἀλλὰ πρόδηλον, ὡς τοῖς λυπηροῖς ἐγκαρτεροῦσιν ἀμφότεροι, ὁ μὲν ἵνα τὴν ἐπικαρπίαν τῆς γῆς, ὁ δὲ ἵνα τὸν πλοῦτον τῆς ναυτικῆς ἐμπορίας κομίσηται. Σὺ δὲ, τί τὸ σὸν πέρας εἰπέ. Ἵνα συναγάγῃς; Καὶ ποῖον τοῦτο τέλος τὸ, ἄχρηστον ὕλην σωρεύσαντα, βλέπειν; Τέρπει με, φησὶ, καὶ ἡ θέα. Οὐκοῦν ἄλλως τὸ σαυτοῦ νόσημα μέτελθε. Ἔξεστιν γὰρ καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις χρήμασι προσαναπαύειν τὸν πόθον. Εἰ εὐφραίνει σε τὸ στιλπνὸν τοῦ ἀργυρίου, προσκαθήμενος τοῖς ἀργυροχόοις ἀπόβλεπε πρὸς τὴν πυκνὴν καὶ στίλβουσαν αὐγήν· ἢ καὶ τὰ πρατήρια καταλαμβάνων, τέρπου τοῖς ποικίλοις σκεύεσιν, ὀψοφόροις τε καὶ προχόοις· προῖκα γάρ σοι καὶ ἀκώλυτον ἡ θέα. Ὅρα καὶ τοὺς ἀργυρογνώμονας τοὺς ἐπὶ τῶν τραπεζῶν ψηλαφῶντας καὶ D ἀριθμοῦντας συνεχῶς τὰ νομίσματα· μᾶλλον δὲ, παραινέσει πεισθεὶς ἀγαθῇ, μετάθου τῆς γνώμης. Εὔκολος γὰρ ἡ διόρθωσις, ἐπειδὴ μὴ φύσεώς ἐστιν ἀνάγκη πλεονεξία, ὁρμὴ δὲ προαιρέσεως· ἣν μεταβαλεῖν τοῖς τὸ συμφέρον ἐπιλογιζομένοις οὐ χαλεπόν.

Prospice animo in futurum tempus, quando non eris; quando pauxilla terra exporrectum tuum corpus omni destitutum sensu habitura est; ac paucorum tabula palmorum, tuas contectura reliquias. Ubi tunc opes, ac collecta cimelia? Quis

Ὑπέρκυψον τῷ λογισμῷ εἰς τὸν ἐξῆς χρόνον, ὅτε οὐκ ἔσῃ· ὅτε μικρὰ γῆ καθέξει σου διηπλωμένον τὸ σῶμα ἀναίσθητον· πλὰξ δὲ ὀλίγων σπιθαμῶν καλύψει τὸ λείψανον. Ποῦ τότε ὁ πλοῦτος καὶ τὰ συναχθέντα κειμήλια; Τίς ὁ τῶν καταλειφθέντων κλειρονό-

(23) *Pro medicorum in eos instituto, qui*, etc. Levi transpositione restitui quod textu luxatum erat atque confusum, cum antea legeretur, τοῖς διαφορουμένοις καταμερίζει· quippe alterum, medicos, alterum respicit avarum, qui idipsum proportione in frumenta tabescentia præstet, atque illi in corpora immoderato calore contabescentia, ac quæ tota in sudores resolvantur, ac æstu exhausta.

Digitized by Google

μος; Οὐ γὰρ πάντως ἐκεῖνος ἔσται διάδοχος, ὃν σὺ προσδοκᾷς. Ἂν παῖδας καταλείπῃς, τυχὸν κονδυλισθήσονται, καὶ ὁμότροπός σου πλεονέκτης θρηνοῦντας αὐτοὺς τῆς οἰκίας τῆς πατρικῆς ἀπελάσει. Κἂν ἅπαις ἐπί τινα τῶν φίλων παραπέμψῃς τὸν κλῆρον, μὴ πρόσεχέ σου τῇ διαθήκῃ, ὡς ἀκινήτῳ νόμῳ, ὡς πράγματι ἀναντιρρήτῳ καὶ ἰσχυρῷ. Ὀλίγη σπουδὴ ἄκυρον ποιεῖν τὴν γραφήν. Ἢ οὐχ ὁρᾷς τοὺς συνεχῶς ἐν τοῖς δικαστηρίοις κατὰ τῶν διαθηκῶν ἀγωνιζομένους, ὅπως αὐτὰς ποικίλοις ἐγχειρήμασι παρακρούονται, τοὺς τῶν νόμων τεχνίτας προϊστάμενοι συνηγόρους, τοὺς δεινοὺς ῥήτορας ἐπαγόμενοι βοηθοὺς, ψευδομάρτυρας τρέφοντες, δικαστήρια διαφθείροντες; Καὶ διὰ τοῦτο ἐξ ὧν ὁρᾷς ζῶν, περὶ τῶν μελλόντων τῶν μετὰ σὲ παιδεύου. Εἰ δίκαιον ἔχεις τὸν πλοῦτον, εἰς δέον χρῆσαι, ὡς ὁ μακάριος Ἰώβ· εἰ δίκον, ἀνάλυσον αὐτὸν ἐπὶ τοὺς βιασθέντας κυρίους, ὡς αἱχμάλωτον ἐκ πολέμου· ἢ αὐτὸν ὃν ἔλαβες, ἢ μετὰ προσθήκης, ὡς ὁ Ζακχαῖος. Εἰ μὴ ἔχῃς, μὴ κτήσῃ κακῶς. Σοὶ μὲν γὰρ [49] ἀκολουθήσει πικρὸν ἐφόδιον ἡ ἁμαρτία, τὴν ἀναγκαίαν πορευομένῳ πορείαν· ἡ δὲ ἀπόλαυσις τῶν κτηθέντων, οἷς οὐ γινώσκεις, καταλειφθήσεται. Καὶ τότε τὸν Δαβὶδ θαυμάσεις λέγοντα· *Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά.* Γνωρίσῃς δὲ καὶ τὸν πλούσιον τὸν ἀντίθετον τοῦ Λαζάρου, τὸν ἀρτίως ἡμῖν ἐκ τῶν Εὐαγγελίων ἀναγνωσθέντα, οὐ μῦθον συγκείμενον εἰς κατάπληξιν, ἀλλὰ τύπον ἀκριβῆ παραδοθέντα τοῦ μέλλοντος.

bonorum relictorum hæres? Nec enim is omnino, quem destinas, futurus est. Si liberi superstites sint, pugno forte ac verberibus cædentur, tuique similis avarus lugentes paterna domo expellet. Quod si orbus liberis ad aliquem amicorum transmittas hæreditatem, non est cur testamenti tabulis magnopere confidas, tanquam certæ et definitæ legi, tanquam rei minime controversæ, cuique nullo modo contradici queat. Modica opera scripturam ac tabulas irritas fac. Nonne eos vides qui assidue in foro super testamentis litigant, quo variis ea molitionibus ac artibus evertant eludantque, jurisperitos patronos adhibentes, oratores disertissimos auxilio asciscentes, falsos testes mercede conducentes, judicum concessus corrumpentes? Quamobrem ex iis quæ te spectante ac vivo fiunt, de his facito conjecturam, quæ post te futura sunt. Si sunt opes juste ac legitime partæ, bene eis, exemplo beati Job, utere: si male et per nefas quæsitæ, sine tanquam captivos a bello, ad dominos, a quibus illæ injuria ablatæ sint, redire; vel quales accepisti, vel etiam, uti Zacchæus, cum fenore ac auctario. Si nullas habes, noli per malas artes acquirere. Alioqui enim, abeuntem ac necessarium ingredientem iter, triste peccati viaticum persequetur: bonisque abs te relictis alieni ignotique fruentur. Tum Davidem mirabere dicentem: *Thesaurizat, et ignorat cui congregabit ea* [50]. Tum et divitem illum noveris Lazaro oppositum, illum quidem modo nobis ex Evangeliis lectum, neque fabulam ad terrorem compositam, sed certum ac absolutum ævi futuri typum.

Ἡ βύσσος ἐσάπη, ἡ βασιλεία μετῆλθεν εἰς ἕτερον, αἱ τρυφαὶ κατηργήθησαν· ἡ ἀπ' ἐκείνων ἁμαρτία συνεξεδήμησεν, ὡς σκιὰ παραμένουσα βαδίζοντι σώματι. Καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν πολυτέλειαν τῶν συμποσίων, καὶ τὴν ἀβροδίαιτον τράπεζαν, ὕδατος ῥανίδα ζητεῖ δακτύλου λεπροῦ ἀποστάζουσαν· καὶ καλεῖ τὸν πτωχὸν τῆς τιμωρίας θεραπευτὴν, τὸν οὐδὲ χεῖρας ἔχοντα τάχα, ἡνίκα τῷ πυλῶνι προσερρίπτετο· ἢ γὰρ ἂν τοὺς κύνας ἀπεσόβησεν, τοὺς ἐπιλειχομένους τὰ τραύματα. Ἐπιθυμεῖ δὲ συμμίξαι τῷ Λαζάρῳ ἐκ τοῦ κατάντικρυ βλεπομένῳ, καὶ μέσῳ διείργεται τῷ ὀρύγματι, ἢ τῷ χάσματι· οὐ βόθρου τινὸς ὄντος ὠρυγμένου, οὐδὲ τάφρου πεποιημένης, ὡς ἐπὶ τῶν στρατοπέδων ἔστιν ἰδεῖν τὸ τοῦ πολέμου μεταίχμιον· ἀλλὰ τὸ κώλυμα, οἶμαι, τῶν ἁμαρτημάτων ὁ λόγος ἐνδείκνυται, ὃ τῷ κατεγνωσμένῳ τῆς πρὸς τὸν δίκαιον παρόδου ἀπετείχισεν. Καί μου τὴν ἑρμηνείαν Ἡσαΐας ὁ προφήτης ἐπισφραγίζεται, πρὸς λαὸν ἄφρονα βαρέως ἀποτεινόμενος, καὶ λέγων· *Μὴ οὐκ ἰσχύει χεὶρ Κυρίου διασῶσαι; ἢ ἐβάρυνεν τὸ οὖς αὐτοῦ τοῦ μὴ ἀκοῦσαι; Ἀλλ' αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διεστῶσιν ἀνὰ μέσον ὑμῶν καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ Θεοῦ.* Εἰ δὲ ἁμαρτήματα ἀνθρώπους χωρίζειν οἶδεν Θεοῦ, οὐδὲν ἂν πλεονεξίας ἁμαρτωλότερον γένοιτο, ἢ καὶ παρὰ τῆς ἀψευδοῦς φωνῆς Παύλου, τοῦ τῆς ἀληθείας κήρυκος, εἰδωλολατρεία προσαγορεύεται, καὶ πάντων τῶν κακῶν ῥίζα καὶ μήτηρ.

Byssus computruit; regnum ad alium transivit; deliciæ ac voluptates evanuerunt: peccatum autem ab illis profectum manet, abeuntemque oppido sequitur, haud secus ac umbra corpus: eoque post conviviorum magnificentiam, post lautas opiparasque mensas, aquæ guttam leprosi digito distillantem requirit, ac mendicum ad pœnam mitigandam implorat, qui et forte manibus defectus fuit, cum ad januam projectus jaceret; alioqui enim canes lingentes ulcera abegisset. Desiderat autem conjungi Lazaro, quem ex adverso videt, fossa media vel hiatu divulsus. Quo quidem designat Scriptura, non vallum, aut aggerem, qualem in castris duci videas ad arcendum hostem, sed, puto, peccatorum obicem et sepimentum, quod damnato ac reprobo, velut muri objectu, aditum transitumque ad justum interclusit. Huic vero explicationi subscribit Isaias, cum graviter insipientem populum increpans, ait: *Nunquid non valet manus Domini salvos facere? vel gravavit aurem suam ut non audiat? Verum peccata vestra dividunt inter vos et Deum* [51]. Quod si peccatorum proprium est, ut a Deo homines separent, haud certe ullum avaritia sceleratius peccatum, quam et vera voce veritatis ille præco, Paulus, idololatriam appellat, omniumque malorum radicem ac matrem [52].

[49] Ita. εἰ μὴ γάρ. [50] Psal. xxxviii, 7. [51] Isa. lix, 1, 2. [52] Ephes. v, 5; I Tim. vi, 10.

Digitized by Google

Quid enim eos qui Christo quondam nomen dederant, ac sacramentorum fuerant participes, ad cultum dæmonum pertraxit? Nonne plura possidendi cupiditas, ac alienas fortunas occupandi? Nimirum spe magistratuum ac præfecturarum, regiæque munificentiæ ac largitionis ab impiis facta, Dei cultum religionemque quasi vestem repentino mutarunt. Et hæc quidem anteriorum exempla temporum, nostri hujus sæculi memoria auditioque servavit ac docuit; sunt autem etiam recentia ac nostræ ætatis. Cum enim Augustus ille, repente deposita, quam diu per simulationem gestaverat, Christiani persona, totaque reducto sipario nudata scena, tum ipse dæmoniis impudenter sacrificavit, tum alios variis propositis præmiis ad scelus idem invitavit: quantus ab Ecclesia ad altaria factus est concursus? Quam multi per honorum escam et illecebras, una cum ea transgressionis hamum devorarunt? Qui nunc quidem stigmatici civitates oberrant, omnibus odio ac ludibrio, habiti tanquam Christi Domini propter pauxillum argenti proditores; expuncti Christianorum albo, sicut Judas, apostolorum; a transgressoris appellatione noti, sicut a signis equi: qui se tantum trahi passi ad omnium peccatorum deterrimam provocationem (24), impuræ mox ac exsecrabilis impietatis doctorem secuti sunt.

Ita nimirum avaritia, juxta Apostolum, idololatria quoque efficitur, ac omnium radix malorum, innumera ex sese vitia progignens. Sicut enim ii qui aurum in sinu visceribusque terræ scrutantur, auream terram circa principem ac proprium generationis locum cumulatim repositam inveniri narrant, et aliquas inde velut venas in longum hinc inde produci, ac varie secari, sicut arborum a stipite late sese explicant ac diffundunt radices: ad eumdem modum, multa hic video germina multosque surculos, una eademque radice avaritiæ conjunctos; ac sane haud inconveniens (25), quod sermo adversus avaritiam ab auro invenit exemplum atque imaginem. Hinc parricidam video genitoris capiti imminentem; nullaque venerandæ canitiei, vel paternæ auctoritatis reverentia, ob longiorem senis vitam indignantem. Omnem enim copiam domi largiter suppetere videns, nec eorum quæ visa afficiunt penes se dominium habens; cupiensque eorum ac deliciarum fieri dominus, paterna coangustatur dominatione ac potestate. Ac initio quidem silentium colit, alteque reconditum

[88] Leg. οὐκ ἀνοίκειον.

(24) *Deterrimam provocationem*, εἰς χαλεπωτάτην παταγήν. Velut conflictum signum edito ex percussione sono: quod vocat Asterius bonorum ac honorum propositam spem, qua Julianus plurimum tentavit Christianos, ut ex Gregorii Theologi ac aliorum æqualium monumentis liquet. Suam auctor aperte ætatem significat, et ut ipsa Juliani ætate vixerit, eique fuerit superstes: obscuro tamen, multosne an paucos annos, sese ii excesserint. Indicat a Juliano, qui παραβάτης antonomastice dictus est, factos ab eo desertores Christianæ religionis, appellatos *Julianitas*. Latini Julianum magis *Apostatam* vocant, quam transgressorem seu prævaricatorem, quod Græca vox παραβάτης sonat.

(25) *Haud sermo inconveniens*. Lego οὐκ ἀνοίκειον, quod et legit interpr., nec illud, οὐκ ἂν οἰκεῖον, aliud videatur quam scripturæ vitium. Passim vero in antiquis quoque codicibus mala illa vocum, qua divisio qua contractio occurrit, ut sit opus judicio, ad percipiendam mentem auctorum ac quid reipsa ii scripserint.

Πόθεν γὰρ οἱ τῆς μερίδος ὄντες ποτὲ τῶν Χριστιανῶν, καὶ κοινωνοὶ τῶν μυστηρίων, πρὸς τὴν τῶν δαιμόνων λατρείαν εἱλκύσθησαν; οὐκ ἔρωτι τοῦ πολλὰ κτήσασθαι, καὶ κύριοι γενέσθαι τῶν ἀλλοτρίων; Λαβόντες δὲ ὑποσχέσεις παρὰ τῶν ἀθέων καὶ ἀσεβῶν, ἢ ζωῆς ἀρχοντικῆς, ἢ περιουσίας τῆς ἐκ βασιλικῶν ταμείων, ὥσπερ ἱμάτιον ταχέως τὴν θρησκείαν μετημφιέσαντο. Καὶ τὰ μὲν τῶν ἀνωτέρω χρόνων, τῆς ἡμετέρας ζωῆς μνήμη καὶ ἀκοὴ διεσώσατο καὶ ἐδίδαξεν. Ἔστιν δὲ ἃ καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος τῇ πείρᾳ παρέδωκεν. Ὅτε γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος, ὁ τὸ προσωπεῖον τοῦ Χριστιανοῦ ἀθρόον ἀποθέμενος, γυμνώσας δὲ τὸ δρᾶμα τὸ κωμικὸν, ὃ ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ καθυπεκρίνατο, αὐτός τε ἀναιδῶς ἔθυεν δαίμοσιν, καὶ τοῖς τοῦτο βουλομένοις ποιεῖν πολλὰ προετίθη τὰ γέρα, πόσοι τὴν Ἐκκλησίαν ἀφέντες, ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἔδραμον; πόσοι δὲ, τὸ τῶν ἀξιωμάτων δέλεαρ εἰσδεξάμενοι, μετ' ἐκείνου κατέπιον τὸ τῆς παραβάσεως ἄγκιστρον; Στιγματίαι δὲ περινοστοῦσι κατὰ τὰς πόλεις, μισούμενοι· δακτυλοδεικτούμενοι προδόται καὶ οὗτοι τοῦ Χριστοῦ δι' ὀλίγον ἀργύριον· ἐξόριστοι τοῦ καταλόγου τῶν Χριστιανῶν, ὡς Ἰούδας τῶν ἀποστόλων· ἀπὸ τῆς προσηγορίας τοῦ παραβάτου γνωριζόμενοι, ὡς ἀπὸ τῶν σημάντρων οἱ ἵπποι· ἑλκυσθέντες μόνον εἰς τὴν χαλεπωτάτην παταγὴν πασῶν ἁμαρτιῶν, καὶ εὐθὺς ἀκολουθήσαντες τῷ τῆς βεβήλου καὶ μιαρᾶς δυσσεβείας μυσταγωγῷ.

Οὕτω τοίνυν κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἡ πλεονεξία καὶ εἰδωλολατρεία γίνεται, καὶ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστιν, ἀφ' ἑαυτῆς ἀμυθήτους γεννῶσα κακίας. Ὡς γὰρ οἱ τὸν χρυσὸν ἐπὶ τῶν κόλπων τῆς γῆς ἀνιχνεύοντες, φασὶν τὴν χρυσῖτιν γῆν ἐπ' αὐτῆς μὲν τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς κυριωτάτης γενέσεως σωρηδὸν ἀποκεῖσθαι· ἐκεῖθεν δὲ ὥσπερ φλέβας τινὰς ἀπό τινος ἔνθεν καὶ ἔνθεν εἰς μακρὸν διήκειν, καὶ πολυσχιδῶς ἀποτείνεσθαι κατ' αὐτάς που τὰς ῥίζας τῶν δένδρων, τὰς ἐκ τοῦ πρέμνου διαπλουμένας· οὕτως κάνταῦθα, πολλὰς βλέπων τὰς ἀποφύσεις, μιᾷ ῥίζᾳ τῆς πλεονεξίας τὰς πάσας συνδεδεμένας εὑρίσκω. Καὶ μέντοι καὶ οὐκ ἂν οἰκεῖον [88] εὗρεν ὁ λόγος πρὸς πλεονεξίαν ἐκ τοῦ χρυσοῦ τὸ ὑπόδειγμα. Ἐντεῦθεν ὁρῶ τὸν πατραλοίαν τῆς κεφαλῆς τῆς γεννησάσης κατατολμῶντα· οὐκ αἰδούμενον δὲ οὔτε τὴν πολιὰν, οὔτε τὸ πατρικὸν ἀξίωμα, ἀλλὰ τῇ ἐπὶ πλέον ζωῇ τοῦ γέροντος βαρούμενον. Πάντα γὰρ ὁρῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἄφθονα, καὶ τὴν ἐξουσίαν τῶν βλεπομένων οὐκ ἔχων, ἐπιθυμῶν δὲ κύριος εἶναι αὐτῶν τε καὶ τῆς περιουσίας, στενοῦται τῇ πατρικῇ αὐθεντείᾳ. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα σιωπᾷ, καὶ ἐν τῷ βάθει κατέχει τὴν νόσον·

Digitized by Google

τῷ χρόνῳ δὲ τὴν ἐπιθυμίαν πλεονάσας, καὶ πληρωθεὶς τὴν ψυχὴν, ἀθρόον ἐκρήγνυσι τὴν κακίαν, ὡς ἐπὶ τῶν σωλήνων τὰ ὕδατα. Καὶ λοιπόν ἐστιν ἀφόρητος τῷ πρεσβύτῃ, μονονουχὶ συνελαύνων αὐτὸν πρὸς τοὺς τάφους ὑγιαίνοντα καὶ βαδίζοντα. Ἂν κούφως ἀναβῇ τὸν ἵππον, ὑπερθαυμάζει· ἂν τροφῆς ἐρρωμενέστερον μεταλάβῃ, γογγύζει· ἂν τοὺς οἰκέτας ἐωθινὸς διεγείρει πρὸς τὰς ὑπηρεσίας, τῇ ἐγρηγόρσει καὶ τῇ δυνάμει τοῦ γέροντος ἄχθεται. Ἂν δὲ καὶ δωρήσεταί τι τῶν κειμηλίων, ἢ οἰκέτην ἀφῇ τῆς δουλείας, τότε δὴ τότε, καὶ λῆρος, καὶ παραπαίων, καὶ τοὺς τῆς ζωῆς ὑπερβὰς ὅρους, καὶ τῶν ἀλλοτρίων σπαθητὴς, καὶ πᾶν βλάσφημον ἀκούων ἐμπαρατείνεται· διὰ τί μὴ ταχέως ἀπέθανεν, ἐγκαλούμενος.

Σὴ οὗτος, ὦ μιαρὴ πλεονεξία, καρπός· παρὰ σοῦ τὰ κέντρα λαμβάνων ὁ παῖς, πολέμιος γίνεται τοῦ γεννήσαντος. Σὺ πληροῖς τὴν γῆν λῃστῶν καὶ φονευτῶν, καταποντιστῶν δὲ θάλασσαν, τὰς πόλεις θορύβων, τὰ δικαστήρια ψευδομαρτύρων, συκοφαντῶν, προδοτῶν, συνηγόρων, δικαστῶν ἐκεῖ ῥεπόντων, ὅπου δ' ἂν σὺ καθελκύσῃς. Πλεονεξία, μήτηρ τῆς ἀνισότητος, ἀνηλεὴς, μισάνθρωπος, ὠμοτάτη. Διὰ ταύτην ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἀνωμαλίας γέμει· καὶ οἱ μὲν ἐκ τοῦ κόρου ναυτιῶσι τὴν περισσείαν τῶν κτημάτων, οἷον τροφὴν ἄπληστον ἀποβλύζοντες· ἄλλοι δὲ λιμῷ καὶ ἐνδείᾳ πιεζόμενοι κινδυνεύουσιν. Οἱ μὲν ὑπ' ὀρόφοις χρυσοπάστοις κατάκεινται, καὶ ὡς μικρὰς πόλεις οἰκοῦσι τὰς οἰκίας, λουτροῖς καὶ οἴκοις ποικίλοις, καὶ στοαῖς ἐπὶ μακρότατον διηκούσαις, καὶ παντοίᾳ πολυτελείᾳ κεκοσμημένας· ἕτεροι δὲ δύο δοκῶν σκέπην οὐκ ἔχουσιν· ἀλλ' ὅταν ἐν ὑπαίθρῳ διαζῇν μὴ δύνωνται, ἢ πρὸς τὰς καμίνους καταφεύγουσι τῶν λουτρῶν, ἢ καὶ τοῖς βαλανεῦσι κακοξένοις περιτυχόντες, παραπλησίως τοῖς χοίροις τὴν κόπρον ὀρύττοντες, τὴν ἀναγκαίαν θέρμην ἑαυτοῖς μηχανῶνται. Καὶ τὸ ὁμότιμον ζῶον, ὁ ἄνθρωπος, τοσαύτην ἔχει τὴν διαφορὰν τῆς διαίτης πρὸς τὸ ὁμόφυλον· οὐκ ἄλλου τινὸς τὴν ἀταξίαν ταύτην καὶ τὴν ἀνωμαλίαν, ἢ τῆς πλεονεξίας ἐπεισαγούσης. Ὁ μὲν γυμνοῖς ἀσχημονεῖ μέλεσι· καὶ ὁ ἄλλος πρὸς τὸ τὴν ἐσθῆτα δυσαρίθμητον ἔχειν, πορφυραῖς πλαξὶν τοὺς τοίχους ἐνδύει. Ὁ πένης ἐπὶ ξυλίνης τραπέζης ἄρτον ἀπορεῖ διαθρύψαι· καὶ ὁ τρυφῶν ἀργυρᾶν τράπεζαν ἐλάσας εἰς πλάτος, τῷ στίλβοντι ψυχαγωγεῖται τῆς ὕλης. Καὶ πόσῳ δικαιώτερον ἦν, τὸν μὲν ἐστιᾶσθαι ἀρκούμενον τῇ ἄλλῃ τρυφῇ, τῆς τραπέζης δὲ τιμὴν τῶν ἀπόρων εἶναι τρυφήν[84]; Ἄλλος γηραιὸς, καὶ βαδίζειν ἀδυνατῶν, ἢ διά τινα λώβην χωλεύων, ὄνον οὐ κέκτηται, ἀναγκαῖον τῆς χρείας ὄχημα· καὶ ἕτερος διὰ πλῆθος τὰς ἀγέλας οὐ γνωρίζει τῶν ἵππων. Τῷ μὲν ἔλαιον ἐνδεῖ πρὸς τὸ λύχνον ἀνάψαι· καὶ ἄλλος μόναις ταῖς λυχνίαις πλουτεῖ. Ὁ μὲν ἐπὶ τοῦ ἑδάφους ἐρρίπται· καὶ ὁ μάτην πλουτῶν, τῷ κόσμῳ τῆς κλίνης περιαστράπτεται, ἀργυρᾶς σφαίρας ἐχούσης καὶ ἀλύσεις ἀντὶ τῶν σχοίνων. Ταῦτα τὰ τῆς ἀκορέστου

A morbum retinet; dein vero aucta per tempus cupiditate, ac animo jam tumente, repente malum prorumpit, non aliter quam e fistulis ac canalibus aquæ vis. Tum ille misero seni intolerabilis est, vixque non valentem ac firmo gressu, ad sepulcrum cogit ac effert. Si equum agiliter conscendit, mirum in modum miratur ac stupet; si largius, et ut bene sanus, cibos sumit, fert ægre, secumque murmurat; si famulos ad opera ac ministeria mane excitat, vigilantiam bonamque valetudinem senis gemit ac dolet. Quod si pignorum aliquid donaverit, aut servum manu miserit, tunc sane tunc, homo delirus ac mentis emotæ audit, quique vitæ excesserit terminos, ac alieni prodigus ac profusus: probrisque omnibus ac maledictis proscinditur hoc male reus,
B quod non celerius vita functus sit.

Tui isti, scelerata avaritia, fructus. Tuis stimulis provocatus filius, parenti efficitur hostis. Terram reples latronibus ac sicariis, mare piratis, urbes turbis atque tumultibus, forum ac tribunalia falsis testibus, calumniatoribus, proditoribus, advocatis, judicibus eo propendentibus, quo tu pertraxeris. Avaritia mater est inæqualitatis; immisericors, inhumana, summe crudelis. Per hanc mortalium vita dispar omnino ac inæquabilis est; ac alii quidem superfluarum satietate opum velut nauseant, ac si cibum quo se nimium ingurgitaverint, evomant; alii fame ac penuria pressi, in extremo pene discrimine versantur. Illi sub auratis tectis recumbunt, domosque incolunt ad instar minorum urbium, balneis,
C subdomibusque variis, ac porticibus immensum productis, omnis denique generis magnifico ornatas cultu; illi contra, ne duo quidem tigna quibus tegantur, habent; cumque sub dio perdurare nequeunt, vel ad caminos balnearum confugiunt, vel, si in balneatores inhospitales inciderint, haud absimili ac sues ratione, fodientes fimum, necessarium sibi calorem procurant. Ac vero, ut eadem honoris prærogativa auctum animal, homo, diversa adeo vitæ ratione, a contribuli agat homine; tantæque illius perturbationis ac inæqualitatis, una auctrix ac causa, avaritia est. Ab hac est, ut alius contra decorum pene nudus; alius præter innumeras ad usum corporis vestes, parietes ipsos purpura velat.
D Pauper, ne panem quidem habet, quem in lignea mensa frangat; cum mollis ac delicatus fulgore latissimæ ex argento mensæ, quam opere ductili fieri curavit, mentem et oculos pascat. At quanto fuerat æquius, illo laute quidem ac opipare epulante, cæterasque delicias ad satietatem usurpante, mensæ pretium in delicias converti pauperum? Alius ætate fessus, ac infirmo gressu, vel aliquo claudus vitio, ne asinum quidem necessarium vectorem possidet; alius ipsos equorum greges ob multitudinem ignorat. Huic oleum ad lychnum deest: ille ab ipsis luminibus ac candelabris dives censeri potest. Hic in nudo solo projectus est; ille

[84] Ἰσ. τροφήν.

Digitized by Google

manes divitias jactitans, lecti fulgoribus undequaque coruscat, cujus sint argenteæ sphæræ, exque eodem catenæ metallo vice funium. Tales nimirum inexplebilis avaritiæ effectus. Nisi enim ea inæqualitatem mundo invexisset, haudquaquam illæ essent cum exsuperantiæ, tum defectus ac inanitates, nec nobis vita ac lacrymabilis redderetur.

Hinc homines naturali mutua abjecta amicitia, ferrum acuunt, acies instruunt, ac summa cum immanitate tanquam bestiæ inter se committunt. Cætera deinceps quis enarraverit? Muri validi ac excelsi machinis conquassantur, urbes expugnantur, uxores abducuntur, liberi in servitutem rediguntur, agri vastantur ac desolantur, arboribus ipsis, tanquam hominibus illatæ reis injuriæ, haud temperatur; multi florente ætate jugulantur, rivique sanguinis a strage cadaverum miserabili fluunt atque volvuntur; facultates denique ac fortunæ eorum, qui victi fuerint, victoribus cedunt. Quid deinde? Viduarum lamenta, pupillorum fletus, cum parentes suos, tum amissam lugentium libertatem. Qui nudiustertius, multarum magnarumque divitiarum possessione pollebat, tum frustum panis dextera exporrecta mendicat. Qui plures servos textrinæ addictos, ædesque vestibus refertas habuerat, lacero detritoque tectus panniculo, servitutem ipse servit, aquam necessariis usibus convehit, ab equili stercora abradit, fœdisque mancipatur ejusmodi ministeriis. Alia sexcenta mala sunt, quæ non licet summatim oratione complecti. Horum autem omnium origo, causaque, ac radix, plus habendi cupiditas, ac iniquus bonorum alienorum amor. Hanc affectionem ut quis hominum exegerit animis, nihil erit quod vetet quin in alta pace ac tranquille vivamus, omneque ab humana vita bellum, ac turbatio exsulet. Quapropter etiam Dominus hanc sedulo ægritudinem suis monitis curat, dum alias quidem affirmat, non posse nos Deo servire et mammonæ [55]; alias autem, divitem illum miserum pronuntiat, qui in crastinum moriturus, diuturni temporis sibimet designabat delicias [56]; ac cum denique eum docet perfectum, qui sua omnia pauperibus erogans [57], ultro ad inopem philosophiam, matrem illam virtutis ac contubernalem, transit.

Verum hic mihi vel silentium consuetas eas voces audire videor, quibus plerumque doctoribus obstrepunt: Et quomodo, inquiunt, vitam sustentabimus, si nulla sit rei familiaris cura? Quomodo necessaria comparare valebimus? quomodo vel æs alienum dissolvetur, vel mutuum petenti dabitur, si tuo omnes obsecuti consilio, paupertatem amplexi fuerimus? Infidelis verbum hoc: insipientis vox, ac ejus qui nesciat, habere nos Dominum, Deum, vitæ gubernatorem ac dispensatorem, qui creatis abs se animantibus necessaria, cum alimenta suppeditet, tum tegumenta. Divina enim providentia fovet ac

A πλεονεξίας ἀποτελέσματα. Εἰ γὰρ μὴ εἰσήγαγεν εἰς τὸν βίον τὴν ἀνισότητα, οὐκ ἂν αὗται ἦσαν τῆς ἀνωμαλίας αἱ ἐξοχαὶ καὶ κοιλότητες, οὐδ' ἂν αἱ ποικίλαι συμφοραὶ ἀηδῆ καὶ πολύδακρυν τὴν ζωὴν ἡμῶν ἀπειργάζοντο.

variis adeo cladibus ac calamitatibus, injucunda

Ἐντεῦθεν τὴν φυσικὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν ἀπώλεσαν ἄνθρωποι, καὶ σίδηρον ἀκονῶσι, καὶ συγκροτοῦσι παρατάξεις, καὶ ὥσπερ τινὰ θηρία μετὰ πολλῆς τῆς ἀγριότητος ἀλλήλοις συνάπτουσι. Τὰ δὲ ἀκόλουθα τούτοις πῶς ἄν τις καὶ ἐξηγήσαιτο; Τείχη καρτερὰ τοῖς μηχανήμασι κατασείεται, καὶ πόλεις ἁλίσκονται, καὶ γυναῖκες ἄγονται, καὶ παῖδες ἀνδραποδίζονται· τέμνεται γῆ καὶ κείρεται, καὶ τὰ δένδρα
B πολεμοῦνται ὡς ἀδικήσαντες ἄνθρωποι· φόνος δὲ τῶν ἐν ἀκμῇ πολὺς, καὶ οἱ τοῦ αἵματος ῥύακες ἀπορρέουσι τῶν ἀθλίων σωμάτων· ὁ δὲ πλοῦτος τῶν ἡττηθέντων, ἄθλον τῶν κρατησάντων. Ἐπὶ τούτοις ὀδυρμοὶ χηρείας, ὀρφανῶν δάκρυα, καὶ πατέρας ὁμοῦ καὶ τὴν ἐλευθερίαν θρηνούντων· ὁ δὲ πρώην κύριος πλούτου πολλοῦ, ἄρτου μεταιτεῖ τέμαχος, προτείνων τὴν δεξιάν· καὶ ὁ πολλοὺς ἔχων δούλους ὑφάντας, καὶ οἰκίας γεμούσας ἐσθήτων, ῥάκια περιβεβλημένως δουλεύει, ὕδωρ πρὸς ἀνάγκην κομίζων, καὶ τοῦ ἵππωνος ἀποξύων τὴν κόπρον, καὶ ταῖς αἰσχραῖς ὑπηρεσίαις διακονούμενος· ἄλλα μυρία κακὰ, ἃ περιλαβεῖν ἀθρόως ἀδύνατον. Τούτων δὲ πάντων ἀρχὴ, καὶ αἰτία, καὶ ῥίζα, ἡ τοῦ πλείονος ἐπιθυμία, ἔρως
C ἄδικος τῶν ἀλλοτρίων κτημάτων. Εἰ δέ τις τοῦτο τὸ πάθος τῶν ἀνθρώπων ἐξέκοψεν, οὐδὲν ἐκώλυσεν εἰρήνην μὲν τῷ βίῳ βαθεῖαν ἐμπολιτεύεσθαι, πολέμους δὲ καὶ ταραχὰς ἐξ ἀνθρώπων φυγαδευθῆναι, ἐπανελθεῖν δὲ πάντας ἐπὶ τὴν κατὰ φύσιν στοργὴν καὶ φιλίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐπιμελῶς τοῖς παραγγέλμασι ταύτην ἐξιᾶται τὴν νόσον, ποτὲ μὲν ἀποφαινόμενος· Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν, καὶ τῷ μαμωνᾷ· ποτὲ δὲ τὸν πλούσιον ἐκεῖνον ἄθλιον ἀποφαίνων, τὸν τῇ ἑξῆς τελευτᾷν μέλλοντα, καὶ τὴν μακροχρόνιον ἀπόλαυσιν τὴν τρυφῆς ἑαυτῷ προτυποῦντα· καὶ ἀλλαχοῦ τὸν τέλειον ἐκεῖνον εἶναι διδάσκων, ὃς ἂν πάντων, ὧν ἔχει, τοῖς δεομένοις παραχωρήσας, πρὸς τὴν ἀκτήμονα φιλοσοφίαν αὐτομολήσει, τὴν μητέρα τῆς ἀρετῆς καὶ ὁμό-
D σκευον.

Ἀλλά μοι δοκῶ καὶ σιωπώντων ἀκούειν τῶν ἐν συνηθείας τὰ τοιαῦτα φθεγγομένων πρὸς τοὺς διδάσκοντας· Καὶ πῶς πρὸς τὸν βίον διατελέσομεν, εἰ ἡ κτῆσις τῶν χρημάτων ἀμεληθείη; πῶς δὲ ταῖς χρείαις ἐπαρκέσομεν; πῶς λυθήσεται δάνεισμα; πῶς δὲ καὶ δοθήσεται δάνος τῷ ζητοῦντι, ἂν πάντες ὦμεν διὰ τὴν σὴν παραίνεσιν ἄποροι; Ἀπίστου τὸ ῥῆμα, ἀσύνετος ἡ φωνὴ, οὐκ εἰδότος, ὅτι Δεσπότην ἔχομεν τὸν Θεὸν, οἰκονόμον τοῦ βίου, τῷ γενομένῳ ζώῳ παρ' ἑαυτοῦ χορηγοῦντα τὰ χρήσιμα, καὶ τοὺς ἀναγκαίους πορισμοὺς τῆς τροφῆς, καὶ τῶν σκεπασμάτων τὴν χρείαν. Ἡ γὰρ πρόνοια τοῦ Θεοῦ

[55] Luc. xvi, 13. [56] Luc. xii, 20. [57] Matth. xix, 21.

Digitized by Google

τῶν οἰκείων ποιημάτων ἐστὶν περιεκτική· καὶ τὸν πίστει πλουτοῦντα, πενίας οὐδεπώποτε κατέσχεν συμφορά. Ἐν δὲ τῶν θείων προκομίσας λόγων εἰς ἀπόδειξιν τοῦ προκειμένου, ἱκανὴν, ὡς οἶμαι, μαρτυρίαν παρέξω.

A tuetur sua opera; nec unquam in fide divitem oppressit paupertatis ærumna. Ubi autem exemplum unum ex Scriptura ad rei astruendam fidem protulero, satis, reor, testatam illam reddidero.

Ἐν τῇ τῶν Βασιλειῶν ἱστορίᾳ γυνή τις ἀναγέγραπται χήρα, βαρυνομένη λίαν τῇ συμφορᾷ τῆς μονώσεως. Ἐπολιόρκει δὲ αὐτὴν δανειστὴς φιλάργυρος καὶ μισάνθρωπος, ἐνέχυρον τοὺς υἱοὺς ἀφαιρούμενος, οὓς μόνους εἶχεν ἀντὶ πάντων ἡ μήτηρ. Ἐπεὶ δὲ εἰς ἀμηχανίαν αὐτῇ περιειστήκει τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδεὶς ἠλέει τῶν ἐχόντων χρυσίον, ἦλθεν πρὸς τὸν ἔχοντα φιλανθρωπίαν καὶ πίστιν. Ἐλισσαῖος δὲ οὗτος ἦν ὁ προφήτης, ἀνὴρ ἀκτήμων τῶν γηΐνων ὑλῶν, καὶ περισσευόμενος τῆς ἀσωμάτου περιουσίας· φιλόσοφος ἐξ ἀροτήρων, ἄοικος, ἀνέστιος, μονοείμων· νεωστὶ μὲν κληρονομήσας, τὴν δὲ κληρονομίαν λαβὼν μηλωτὴν εὔωνον, καὶ εὐλογίαν ἀόρατον, τοῦ πυρίνου ἅρματος ἐκπεσοῦσαν. Οὐ μὴν ἄπρακτον τὴν ἱκέτην ἀπέπεμψεν, οὐδὲ ἀπέγνω τῆς βοηθείας, ἐπειδὴ μὴ παρῆν τὸ ζητούμενον· οὐδὲ εἶπεν ἀγεννῆ τινα καὶ ἄπιστα ῥήματα, ὡς εἷς τῶν πολλῶν· Καὶ πόθεν ἐμοὶ ἀργύριον, ὥστε διαλῦσαι τὸ ὄφλημα; Ὥσπερ δὲ ἄριστος ἰατρὸς, καὶ φαρμάκων μὴ παρόντων, ἐξ ἐπινοιῶν παραδόξων εὗρε τῇ νόσῳ τὴν ἴασιν, καὶ, *Τί σοι*, φησὶν, *ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὦ γύναι;* Μνημόνευσον, εἴ τι καὶ ὀλίγον ἔνδον τυγχάνει. Οὐδεὶς γὰρ οὕτως πένης, ὡς καθάπαξ μηδενὸς κύριος εἶναι. Ὡς δὲ εἶπεν, ὅτι κεράμιόν ἐστιν, καὶ λείψανον ἐν αὐτῷ βραχὺ ἐλαίου· Παρασκεύασόν μοι, εἶπεν, πλῆθος ἀγγείων. Καὶ ἡ μὲν ἠτρέπισεν· ὁ δὲ δι' αὐτῆς ἐπλήρωσεν, καὶ τῷ δανειστῇ διελύθη τὸ ὄφλημα· ἡ δὲ γυνὴ ἀπῆλθεν, ἐξ ἀπόρων εὑροῦσα τὸν πόρον. Τὸ γὰρ ὀλίγιστον ἔλαιον, ὃ εἶναι παρ' αὐτῇ εἶπεν πρὸς τὸν προφήτην, ἐπήγασεν ἐκ τοῦ παραδόξου, καὶ πάντας τοὺς εὐτρεπισθέντας ἀμφορίσκους ἐπλήρωσεν· ἔστη δὲ τότε τῆς ῥύσεως, ὅτε ἀγγεῖον οὐκ ἔτι ἦν τὸ δεχόμενον· καὶ τῇ χρείᾳ συνεμετρήθη ἡ χάρις. Ἀληθῶς ἔλαιον ἐκεῖνο, ὃ φυτὸν οὐκ ἐκαρποφόρησεν, ἀλλ' οἱ τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμοὶ ἐγεώργησαν. Ταύτην ὠνήσασθε τὴν ἐπιστήμην, εἰ δύνασθε, οἱ ἀπὸ ἡλίου ἀνίσχοντος, μέχρι καὶ δυομένου, βασιλεῖς, δυνάσται, πλούσιοι. Οἱ σοφοὶ τῆς ἐγκοσμίου σοφίας, κτήσασθε τοῦ ἀπὸ ἀροτήρων προφήτου τὸ χάρισμα, ὃ ἀναφαίρετον τῷ λαβόντι συνῆν. Τὰ γὰρ τῆς ὑμετέρας σπουδῆς κτήματα μυρίους ἔχει παρακειμένους τῆς ἀπωλείας κινδύνους· ληστὰς τοιχωρυχοῦντας, τυράννους ἁρπάζοντας, καὶ συκοφάντας ἐπιβουλεύοντας· θάλασσαν καταποντίζουσαν, καὶ γῆν ὑπερρηγνυμένην τοῖς χάσμασιν. Ἔστω τοίνυν ἐλπὶς καὶ ταμιεῖον ἀνθρώπως ἡ τοῦ Θεοῦ δεξιὰ, ἡ τὸν λαὸν Αἰγύπτου ἐξαγαγοῦσα, καὶ ἐν ἐρήμῳ χώρᾳ τὴν εὐθηνίαν τῶν ἀγαθῶν χορηγήσασα· ἡ τῷ Δανιὴλ ἀγαγοῦσα τὸν Ἀμβα-

In Regnorum historia mulier quædam vidua descripta est, afflicta valde pro solitudine [88]. Hanc avarus ac inhumanus urgebat fenerator, ipsas quoque pignoris loco ablaturus proles, quas præter nihil miseræ reliquum erat. Itaque cum in extremas esset redacta angustias, ac nemo quisquam ditiorum miseratione tangeretur, ad hominem adiit humanitate ac fide ornatum. Eliseus hic erat propheta, terrenis quidem bonis carens, incorporeis autem ac cœlestibus copiose instructus; philosophus ab aratro, sine domo ac lare; veste una ac simplici utens; nuper quidem auctus hæreditate, ea tamen vilis duntaxat pretii melotæ, invisibilisque benedictionis igneo curru delapsæ [89]. Haud enimvero supplicem, re infecta, remisit, nec de auxilio continuo desperavit, quod non esset in promptu quod quærebatur; nec verba quædam degeneris ac diffidentis animi protulit, ac qualia unus quispiam e vulgo: Unde vero mihi pecunia ut solvendo sim? Ut autem peritissimus medicus, tametsi medicamenta ad manum non erant, subtili invento, morbi remedium novum excogitavit; et: *Quid habes*, inquit, *mulier, in domo tua* [89*]? Dic, sodes, si quid tibi in ea reliquum est. Nec enim quisquam adeo pauper, ut nullius plane rei dominus sit. Ubi vero respondit, vas esse fictile cum oleo pauxillo: Fac, ait, multa mihi vasa pares. Et ipsa quidem paravit; ille autem ejus ministerio implevit: ac debitum quidem fenératori persolutum est; mulier vero ex deploratis rebus iter secundis inveniens, discessit: nam pauxillum illud olei, quod se penes esse prophetæ dixerat, in modum fontis inopinato scaturivit, omnesque quotquot illa paraverat amphoras, replevit; ac tum demum fluere desiit, cum vasa defuissent ad recipiendum; Deique illud beneficium indigentiæ æquatum est. Vere oleum illud (26), quod non arbor ac olea produxit, sed Dei misericordia edidit! Hanc vobis, si licet, comparate scientiam, quicunque, quam late patet Oriens et Occidens, uspiam estis; reges, dynastæ, divites. Vos mundanæ sapientiæ consulti, prophetæ illud ab aratro donum acquirite, quod ab eo qui accepisset non poterat auferri, eique semper comes erat. Quæ enim bona comparare studetis, innumerabilibus periculis exposita sunt; latronibus parietum perfossoribus; tyrannis raptoribus; sycophantis insidiatoribus; mari hauriente fluctibus; terræ hiatibus dehiscenti. Spes ergo nostra ac penu, Dei sit dextera: quæ Judaicum po-

[88] IV Reg. iv, 1 sqq. [89] IV Reg. II, 14. [89*] IV Reg. iv, 2.

(26) *Vere oleum illud.* Allusio est ad vocem Ἔλεος, quod est *misericordia*, a qua τὸ ἔλαιον, quadam velut paronomasia dictum sit: ut istud esset eximie ἔλαιον· quia a Dei ipsa misericordia velut manasset, non ab olea esset ortum. Ubique Asterius divinum quid ac summe cultum præfert in descriptionibus suis. Interpres ita reddit, ut ne vestigium exprimat illius acuminis: ac ne sensus quidem in eo auctori constat ullus.

Digitized by Google

pulum ex Ægypto eduxit [60], atque in deserto affatim bona ei suppeditavit; quæ Danieli Habacuc stitit [61], abjectumque, ac maternis abdicatum ulnis, Ismaelem servavit [62]: quæ omnis ætatis hominibus (27) annonam subministravit, ac demum quinque hordeaceos panes instar messis immensæ [63], ut singuli millenorum hominum famem satiarint, singulosque præterea cophinos reliquiis adimpleverint, adauxit. Deo autem nostro sit laus et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A κοὺμ, καὶ τὸν Ἰσμαὴλ σώσασα, τῆς μητρικῆς ἀγκάλης ἀποῤῥιφέντα· καὶ τοῖς καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐπαρκέσασα· καὶ τελευταῖον πέντε κριθίνους ἄρτους, ὡς ἄπειρον γεωργίαν πληθύνασα, ἵνα ὁ εἷς ἄρτος χιλίων ἀνδρῶν πεινώντων πληρώσῃ γαστέρα, καὶ πρός γε κόφινον τῶν λειψάνων. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IV.

Sermo adversus Kalendarum festum (28).

Duo pariter, hesternus hodiernusque dies, festa conjungunt nihil inter se cognata ac congruentia; secusque omnino, diversa plane, atque contraria. Alterum enim externarum sordium est, multam mammonæ pecuniam colligens, sordidamque aliam ac illiberalem nundinationem convehens; alterum, sacræ ac veræ religionis, conjunctionem cum Deo, ac vitæ depurgatæ virtutem docens. Quia vero complures, inanis observantiæ delicias ac studia præhabentes, sacro in ecclesia conventui ac concioni non interfuere: age nunc, fatuam illam ac noxiam delectationem, phrenitidis instar inter risum ac jocum necantem, sermonis vi ex animis ejicere conemur. In quo Salomonis quidem dicendi modum et institutum opportune mihi videor posse me imitari: nam et ille monens juvenes, ut diligenter ab intemperantiæ sibi laqueis caveant, quo plus roboris ac nervorum orationi insit, intemperantiæ personam perditæ ac damnatæ vitæ mulieri tribuit; omnemque ejus improbitatem traducens, ac velut marmori insculpens, his qui ejus illecebris inescantur, dignam quam odio prosequantur, ostendit [64]. Quare et ego festi hujus humani profanique, ob oculos vanitatem dicendo ponens, ejus studiosos ac amatores, ab erroneo hoc studio deterrere ac revocare conabor.

Δ'.

Λόγος κατηγορικὸς τῆς ἑορτῆς τῶν Καλανδῶν.

Δύο κατὰ ταυτὸν ἑορταὶ συνέδραμον ἐπὶ τῆς χθιζῆς καὶ τῆς ἐνεστώσης ἡμέρας, οὐ σύμφωνοί τε καὶ ἀδελφοὶ, πᾶν δὲ τοὐναντίον ἐχθρῶς τε καὶ ἐναντίως B ἔχουσαι πρὸς ἀλλήλας. Ἡ μὲν γάρ ἐστιν τοῦ ἔξωθεν συρφετοῦ, πολὺ συνάγουσα τοῦ μαμωνᾶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὴν ἄλλην καπηλείαν ἐφελκομένη, τὴν ἀγοραῖόν τε καὶ ἀνελεύθερον· ἡ δὲ τῆς ἁγίας καὶ ἀληθοῦς θρησκείας, οἰκείωσιν τὴν πρὸς Θεὸν, καὶ τοῦ κεκαθαρμένου βίου τὴν ἀρετὴν ἐκπαιδεύουσα. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ προτιμῶντες τὴν ἐκ τῆς ματαιότητος τρυφὴν καὶ ἀσχολίαν, ἀπελείφθησαν τοῦ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν συλλόγου, φέρε, τὴν μωρὰν καὶ βλάπτουσαν τέρψιν λόγῳ τῶν ψυχῶν ἀπελάσωμεν, ὥσπερ τινὰ φρενῖτιν ἐν τῷ γελᾶν καὶ παίζειν τὸν θάνατον ἄγουσαν. Ἐν καιρῷ δ' ἂν τὸν Σολομῶντα ζηλώσαιμι τῆς τοῦ λόγου μεταχειρήσεως. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος συμβουλεύων τοῖς νέοις ἀσφαλῶς ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν παγίδων τῆς ἀκολα- C σίας τηρεῖν, ἵνα δραστήριον καὶ ἐνεργῆ ἑαυτοῦ νουθεσίαν ἐργάσηται, προσωποποιεῖ τὴν ἀκολασίαν εἰς γυναῖκα κατεγνωσμένην· πᾶσαν δὲ τὴν κακίαν αὐτῆς στηλιτεύων, οὕτως μίσους ἀξίαν ἀποφαίνει τοῖς δελεαζομένοις. Διὸ κἀγὼ τὴν ματαιότητα τῆς ἀνθρωπικῆς ἑορτῆς ὑποδείξας τῷ λόγῳ, πειράσομαι τοὺς ἐραστὰς ἐκείνης ἀποστῆσαι τῆς πεπλανημένης σπουδῆς.

[60] Exod. xiv, etc. [61] Dan. xiv, 35. [62] Gen. xxi, 19. [63] Joan. vi, 9. [64] Prov. v, 6, 7

(27) *Omnis ætatis hominibus*, etc. Ipsum est quod Augustinus ad eum Joannis locum universalis Dei providentiæ miraculum extollit, majus illud quam illa panum multiplicatio, tametsi nemo miretur, quia consuetum. Male prorsus interpres ad Judæos restringit, cum ita reddit: *Quæ Judæis per singulas ætates opitulata fuit.* Ubi etiam non bene expressa vox ἐπαρκέσασαν, juxta quod loci ratio exigit. Fuerat in istis exercendus Ducæi calamus, ut voluisset audire omni parte recognitor accuratus.

(28) Festum hoc can. 62 Trullano aboletur, cum ita Patres sanciunt: Τὰς οὕτω λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα Βοτὰ, καὶ τὰ καλούμενα Βρουμάλια, καὶ τὴν ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἡμέρᾳ ἐπιτελουμένην πανήγυριν, καθάπαξ ἐκ τῆς τῶν πιστῶν πολιτείας περιαιρεθῆναι βουλόμεθα· *Kalendas quæ dicuntur, et quæ dicuntur Vota, et Brumalia quæ vocantur, et qui in primo Martii mensis die fit, conventum, ex fidelium universitate omnino tolli volumus.* Id sane merito, ut profana festivitas, multa adeo fœda ac aliena a ratione haberet, quanta Asterius exaggerat. Nihil certe Christiana dignum pietate; plena omnia furore, avaritia, aliisque malis habebat. Balsamo, cum ad eum can. dicit, malum hoc οὐκ ἀρχαιοπαράδοτον, *non antiquæ esse traditionis*, sed indulgentia Theophylacti patriarchæ filii Romani Lecapeni imperatoris invectum; non potest de prima accipi institutione, sed de aboliti instauratione, cum ille nedum Asterio, sed et Trullano conventu multo junior sit. Fabulosa sunt, quæ tradit illic idem Balsamo, de tribus viris apud Romanos sapientiæ laude inclytis, quorum ii consilio ac prudentia liberati a fame, in eorum memoriam, D exque eorum nomine, Kalendas, Idus ac Nonas, consecraverint. Nullam ego aliam rationem primo celebrantium animis insedisse arbitror, præter insinuatam ab Asterio; nempe ut velut encænia ineuntis anni celebrarent, sibique mutuo fausta imprecarentur, atque adeo xeniis ac munusculis quibusdam vicissim se devincirent, iisque humanam ac civilem societatem foverent: quæ omnia bona erant, ut castigato usu constitissent: nec Hebræorum a Deo institutis Neomeniis admodum dissimilia, unde nec desunt pia monumenta Patrum in diem indictionis, qua novum annum antiquo ritu Græci ac fere Orientales auspicarentur mense Septembri: sive tunc abusu insolito perpetrarentur, quæ Asterius hic exagitat, sive potius Kalendis Januarii, aut etiam Martii, quas omnium celeberrimas gentilitio fere ritu in Oriente Trullani Patres speciatim damnant. De indictione ac Kalendis Ceramei interpres ac illustrator, ad ejus eo titulo homiliam.

Digitized by Google

Ἑορτῆς τοίνυν πανδήμου οὗτος ὁ θεσμὸς καὶ ὁ νόμος· πρῶτον μὲν φανερὸν σκοπὸν εἶναι πανηγύρεως· ἔπειτα κοινὴν εἶναι πάντων εὐφροσύνην, καὶ μὴ μέρος μὲν ἥδεσθαι, τὸ δὲ λειπόμενον ἐν λύπῃ καὶ κατηφείᾳ διάγειν. Τοῦτο γὰρ πολέμου μᾶλλον ἢ ἑορτῆς ἐξαίρετον· ἐπειδήπερ ἐπάναγκες τοὺς μὲν κρατήσαντας ἐμπομπεύειν τῇ νίκῃ, τοὺς δ' ἡττηθέντας δακρύειν τὴν συμφοράν. Ἐπειδή [65] γε τούτων τῶν ἡμερῶν, πρῶτον μὲν τὸ ἐπὶ τίσι τελεῖται ἡ πανήγυρις, ἄδηλον. Μῦθοι γὰρ λέγονται πολλοί, ἀλλήλων ἀνατρεπτικοί· ἀληθὲς δὲ οὐδέν. Εἶτα, ὀλίγους μὲν εὐφραινομένους βλέπω· ἀνιωμένους δὲ τοὺς πολλούς, κἂν εὐπρεπεῖ ἑτερότητι τὴν λύπην ἐπισκιάζωσιν· πάντα δὲ θορύβου γέμοντα καὶ ταραχῆς, καὶ τὸ πλῆθος πρὸς ἑαυτῷ εἰκῇ ὠθιζόμενον.

Ἀνάμνησίς ἐστιν καὶ εὐφροσύνη ἐνιαυτοῦ. Ποία εὐφροσύνη, ἄνθρωπε; Πρῶτον, ὅταν ἐννοήσω [66] τῆς συντυχίας τὸ σχῆμα, οἷόν ἐστιν, καὶ ὅπως ὕποπτον, καὶ οὐ φιλικόν! Ἀδρανεῖ τῇ φωνῇ καὶ λεπτῇ ἡ προσηγορία πρόεισι τῶν χειλέων· εἶτα ἀκολουθεῖ φίλημα, τοῦ λήμματος προοίμιον· καὶ φιλεῖται μὲν τὸ στόμα, ἀγαπᾶται δὲ τὸ νόμισμα· τὸ σχῆμα διαθέσεως, καὶ τὸ ἔργον πλεονεξίας. Ἔνθα δὲ καθαρὰ φιλία καὶ ἄδολος, ἄμισθοι καὶ ἀκερδεῖς εἰσιν αἱ φιλοφρονήσεις. Περιφέρεται γοῦν πολὺ πανταχοῦ, καὶ δίδοται τὸ χρυσίον· πρόφασις δὲ δικαία καὶ εὐπρεπὴς τοῦ λήμματος, οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται. Γάμος οὐκ ἔστιν, ἵνα νυμφίου τις γαύρου καλέσῃ φιλοτιμίαν. Ἐλεημοσύνην οὐκ ἔχω καλεῖν τὴν δαπάνην· οὐδεὶς γὰρ πένης ἀφίεται συμφορᾶς. Συνάλλαγμα οὐκ ἄν τις καλέσειεν τὸ γινόμενον· οὐδὲν γὰρ διαμείβουσι πρὸς ἀλλήλους τὸ πλῆθος. Δωρεὰν δὲ εἰπεῖν, οὐδὲ μέχρι ὅπου δίκαιον, ἔνθα συνέζευκται ἀνάγκη τῇ δόσει. Τί τοίνυν, ἢ τὴν ἑορτὴν καλέσωμεν, ἢ τὰ ἐν ταύτῃ δαπανώμενα; Ἐγὼ μὲν οὐχ εὑρίσκω. Εἴπατε δὲ, οἱ περὶ αὐτὴν ἐσπουδακότες· δότε λόγον, ὡς ἡμεῖς, τῶν ἀληθινῶν καὶ κατὰ Θεὸν πανηγύρεων. Γενέθλιον ἑορτάζομεν, ἐπειδὴ τὰ ἐν σαρκὶ Θεοφάνια κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἔδειξεν ἡμῖν ὁ Θεός. Φῶτα πανήγυριν ἄγομεν, ἐπειδὴ τῇ τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσει, οἷον ἐκ σκοτεινοῦ τινος δεσμωτηρίου τοῦ προτέρου βίου, πρὸς τὸν φωτεινὸν καὶ ἀνεύθυνον ἀναγόμεθα. Καλλωπιζόμεθα πάλιν, καὶ χαίροντες ἐμπομπεύομεν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀναστάσεως· τὴν γὰρ ἀφθαρσίαν ἡμῖν, καὶ τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον δηλοῖ μετακόσμησιν. Οὕτως ταύτας ἑορτάζομεν, οὕτως τὰς ἐφεξῆς· καὶ παντὸς ἀνθρωπικοῦ πράγματος λόγος ἡγεῖται· οὗ δὲ αἰτία καὶ σκοπὸς ἄπεστιν, λῆρος τοῦτο καὶ φλήναφος.

A Hæc itaque publici festi lex est: primum, ut certus sit ac manifestus ejus scopus; tum, ut sit omnium communis lætitia, non ut aliqui in gaudio sint, cæteri in mœrore ac luctu. Id enim bello magis, quam festo congruit; in quo necesse est victores exsultare, seque ex victoria magnifice efferre; victos vero cladem suam ac calamitatem deplorare. Enimvero, quod ad istos dies spectat, obscurum est ac incertum, qua ex causa celebritas instituta sit. Nam fabulæ, quæ multæ narrantur, sese invicem facile subvertunt, nec quidquam veri habent. Deinde, cum paucos admodum gaudii compotes, tum plures longe tristes animique ægros video, quanquam læta serenaque fronte dolorem tegunt atque obumbrant: omnia denique strepitu plena ac tumultu, turbamque mutuo se temere impellentem.

B At est anni ineuntis læta quædam recordatio. Quam læta, quæso, bone vir? Primum ut congressus imaginem cogitaverimus, qualis illa rogo; utque plena suspicionis, ac minime amica! Salutatio tenui inclinataque voce labiis profertur; succeditque osculum muneris initium; ac suavium quidem pangitur; pecunia autem expetitur: obtentuque charitatis, avaritiæ litatur. Nam pura ac sincera amicitia, humanitatis officia non vendit; gratis præstat ac citra mercedem. Circumfertur itaque passim ac donatur auri magna copia; nullo tamen justo aliquo vel specioso donationis titulo ac prætextu. Nuptiæ non sunt, nec superbientis ambitionem sponsi vocare potes. Nec est idem quod eleemosynam sumptum C illum appellemus, unde nullum pauperibus commodum aut levamentum; non etiam contractum, ubi mutuum non sit, aut ulla permutatio: donationem multo minus, cui necessitas adhæret. Quemadmodum igitur, cum festum, tum qui fiunt in eo sumptus, indigitemus, equidem non reperio. Vos agendum indicate, qui colitis et celebratis; reddite rationem, uti nos earum reddimus feriarum, quæ veræ sunt, Deoque congrua institutæ religione. Natalem enim celebramus, quod per hoc tempus sese Deus in carne mortalibus ostenderit. Luminum festum agitamus, quod peccatorum remissione donati, tanquam ex obscuro prioris vitæ ergastulo, ad lucidam ac a crimine liberam vitam subvehamur. Jam vero D die Resurrectionis ornatiorem cultum assumimus, magnamque lætitiam præferimus: quod ea dies, immortalitate donandos, inque melius transmutandos, perspicue indicio sit. Hunc in modum festa hæc colimus; inque eumdem deinceps cætera. Ad summam, humano omni negotio præit ratio; ac si quid forte ejusmodi est, ut ratione careat ac fine, id vero meræ nugæ est ac ineptiæ.

Ὢ τῆς ἀτοπίας! Πάντες κεχηνότες περινοστοῦσι, τὰ παρ' ἀλλήλων ἐλπίζοντες. Οἱ δόντες λυποῦνται· οἱ λαβόντες οὐ κατέχουσι. Μεταβαίνει γὰρ εἰς ἀλλήλους τὸ λῆμμα· καὶ ὁ παρὰ τοῦ ὑπευθύνου δεξάμενος, δίδωσι τῷ μείζονι. Ἄστατον δέ ἐστιν τὸ τῆς ἡμέρας ταύτης χρυσίον, ὥσπερ ἡ τῶν παιζόντων σφαῖρα,

O rem ineptam et absurdam! Omnes aliena sperantes ac iis inhiantes, discurrunt atque vagantur; qui munus dederunt, dolent; qui acceperunt, sibi non retinent, aut servant. Transmittitur enim ad alios; et quod quis a cliente donum accepit, eo suum ipse patronum aliquem muneratur. Fluxum et

[65] Leg. ἐπὶ δέ. [66] Ἴσ. ἐννοήσωμεν.

Digitized by Google

inconstans hujus lucis aurum est, et quasi sphæra lusoria ab alio statim ad alium transit. Novus hic munerandi modus; novum cultus obsequiique genus, cum indeprecabili pensitationis sive tributi necessitate conjunctum. Nam major et dignitate præstans ipsa vultus sui reverentia movet; minor petit; atque omnes velut gradibus in potentiorum sinus exhauriuntur. Quodque in aquarum confluentibus accidit, ipsum hoc inpræsentiarum videas. Illic enim tenuis minorque rivus in alium majorem influit, hicque alio rursus grandiori ac magis exundanti absconditur: atque adeo minores multi rivi conjuncti vicini fluminis accessio fiunt: quod et ipsum dein alterius mage majoris, atque ita deinceps, dum extremum lato profundoque mari misceatur. Festum hoc non festum, et mendaci prorsus nomine, plenum acerbitatis ac molestiæ; grave prodeuntibus in publicum, grave se domi continentibus. Viles enim de plebe homines, circulatores ac scenici præstigiatores in turmas discreti, cuique domui clamoribus ac plausibus, velut fausta precantes, molestiam exhibent. Ac circa quæstorum quidem januas pertinacius hærent, donec tandem qui intus obsidetur, tædio ac molestia expugnatus, pecuniam projiciat, quam habet, et quam non habet. Vicissimque alii alias aliasque adeunt fores, nec ulla ante seram vesperam mali remissio fit: quin turma turmam excipit, clamor clamorem, jactura jacturam.

Egregium hoc festum, æris alieni causa ac fenoris: paupertatis occasio, miseriarum initium. Si quis ob fortunarum tenuitatem fidem non habeat, quique mutuum det, inveniat neminem, trahitur ac vexatur, ut ille qui foro cedens, fiscum ac vectigalia regia deseruit: plorat, quasi bonorum proscriptione multetur: lamentatur, ac si in latronum manus inciderit; custoditur, verberatur. Si pauxillum aliquid in alimenta conjugis ac miserorum liberorum domi conditum sit, promitur id et projicitur; ac sedet ille cum domo tota, per festum hoc præclarum esuriens ac omnium indigus. Nova pravæ consuetudinis lex, molestias et affanias celebrare, pauperiemque ac indigentiam festum appellare.

Dies hæc teneris ac simplicioribus pueris argenti cupiditatem ac avaritiæ studium instillat; docetque ab una ad aliam transire domum, ac novo munere poma argenteis compacta offerre. Pro quibus duplum ipsum redditur, indeque teneræ mentes ad nundinationes et quæstum illiberalem informari incipiunt. Sacros autem optimosque agricolas quantis dies malis afficit! Abstinere publico, vicosque et plateas urbis fugere coguntur, magis quam retia lepores: nam si qui inveniuntur, verberantur, contumeliose habentur; si qua in manibus sunt, amittunt; in pace, hostium more incessuntur, subsannantur cum verbis, tum factis illuduntur; injuria omni afficiuntur optimi nostri prophetæ, malitiæ omnis expertes animantes, simplices Dei ima-

ὀξέως παρ' ἐμοῦ πεμπόμενον πρὸς τὸν ἕτερον. Καὶ καινὸς δωροφορίας καὶ λειτουργίας τρόπος, ἀπαραίτητον ἔχων τῆς ἀνάγκης τὴν εἰσφοράν. Ὁ γὰρ μείζων καὶ ἔνδοξος δυσωπεῖ· ὁ ἐλάττων αἰτεῖ· καὶ πάντες βαθμοῖς ἐπὶ τοὺς κόλπους τῶν ὑπερεχόντων κινοῦνται. Καὶ ὅπερ ἐπὶ τῆς συῤῥοίας τῶν ὑδάτων γίνεται, τοῦτο νῦν ἔστιν ἰδεῖν. Καὶ γὰρ ἐκεῖ λεπτὸς ῥύαξ ἀποῤῥεύσας τοὺς ῥοῦς, τῷ μετ' αὐτὸν καὶ μείζονι μίγνυται· κἀκεῖνος καλύπτεται πάλιν παρὰ τοῦ μᾶλλον πλημμυροῦντος· καὶ πολλὰ λεπτότερα ῥεύματα ἀθροισθέντα, ποταμοῦ γείτονος προσθήκη γίνονται· οὗτος πάλιν ἑτέρου τοῦ μείζονος, καὶ ἄλλος ἄλλου, μέχρις ἂν ὁ τελευταῖος τῷ βάθει καὶ τῷ πλάτει τῆς θαλάσσης ἐγκαθορμίσῃ τὸ ὕδωρ. Ἑορτὴ αὕτη ψευδώνυμος, ἐπαχθείας γέμουσα· καὶ γὰρ ἡ πρόοδος ἐπαχθὴς, καὶ ἡ ἔνδον μονὴ οὐκ ἀνενόχλητος. Δημόται γὰρ ἀγύρται, καὶ οἱ τῆς ὀρχήστρας θαυματοποιοὶ, εἰς τάξεις καὶ συστήματα ἑαυτοὺς καταμερίσαντες, ἑκάστην οἰκίαν διοχλοῦσιν· καὶ ὄῆθεν μὲν εὐφημοῦσι καὶ ἐπικροτοῦσιν, μένουσι δὲ πρὸς ταῖς πύλαις τῶν πρακτήρων εὐτονώτερον, μέχρις ἂν ἀποκναισθεὶς ὁ ἔνδον πολιορκούμενος, προῆται τὸ ἀργύριον ὅπερ ἔχει, καὶ ὃ οὐ κέκτηται. Ἀμοιβαδὸν δὲ προσιόντες ταῖς θύραις, ἀλλήλους διαδέχονται, καὶ μέχρις δείλης ὀψίας ἄνεσις οὐκ ἔστιν τοῦ κακοῦ· ἀλλὰ φατρία φατρίαν καταλαμβάνει, καὶ βοὴ βοὴν, καὶ ζημία ζημίαν.

Αὕτη ἡ βελτίστη ἑορτὴ, καὶ δανεισμάτων αἰτία γίνεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τούτων ἐντόκων· ἀφορμὴ πενίας, δυστυχημάτων ἀρχή. Ἂν δέ τις διὰ τὸ τῆς ἀξίας ἀναξιόπιστον μηδὲ τοῦ δανείζοντος εὐπορήσῃ, ἕλκεται, ὡς τοὺς φόρους τοὺς βασιλικοὺς ἐλλιπῶν, δακρύει ὡς ὁ δημευόμενος, ὀλοφύρεται ὡς ὁ ληστοῖς περιπεσών, φρουρεῖται, μαστίζεται. Ἂν δέ τι μικρὸν ὑπάρχῃ κατὰ τὴν οἰκίαν εἰς διατροφὴν γαμετῆς καὶ παίδων ἀθλίων, τοῦτο προῖεται· κάθηται δὲ λιμώττων παγγενεὶ ἐπὶ τῆς φαιδρᾶς ἑορτῆς. Καινὸς κακῆς συνηθείας νόμος, ἀηδίαν ἑορτάζεσθαι, καὶ ἀπορίαν ἀνθρώπων πανήγυριν λέγεσθαι.

Αὕτη ἡ ἡμέρα καὶ τοὺς μικροὺς παῖδας καὶ ἀφελεῖς καὶ ἁπλοϊκοὺς φιλαργύρους εἶναι διδάσκει, καὶ παρασκευάζει οἰκίαν ἀμείβειν ἐξ οἰκίας, καὶ δῶρα προσφέρειν καινὰ, ὀπώρας ἀργυρίῳ καθηλωμένας. Ἔστιν δὲ ἡ δόσις τοῦ διπλοῦ ἀντίδοσις, καὶ τὸ καπηλικὸν καὶ ἀνελεύθερον ἐντεῦθεν ἄρχεται ἀπαλοῖς τοῖς φρονήμασιν ἐντυποῦσθαι τῶν νέων. Τοὺς δὲ ἱεροὺς καὶ βελτίστους γεωργοὺς, οἷα διατίθησιν αὕτη ἡ ἡμέρα! Φευκτὴν αὐτοῖς καὶ ἄβατον τὴν πόλιν ἐργάζεται· καὶ μᾶλλον αὐτὴν ἀποδιδράσκουσιν, ἢ οἱ λαγωοὶ τὰ δίκτυα. Οἱ γὰρ εὑρισκόμενοι μαστίζονται, παροινοῦνται, ἀπολλύουσι τὰ ἐν χερσὶν, ἐν εἰρήνῃ πολεμοῦνται, ἐπιχλευάζονται, κωμῳδοῦνται λόγοις καὶ ἔργοις· πληροῦνται τῆς ὕβρεως οἱ βέλτιστοι ἡμῶν προφῆται, τὰ ἀπόνηρα ζῶα, αἱ ἁπλοϊκαὶ τοῦ

Digitized by Google

θεοῦ εἰκόνες, οἱ ἐν ἐλευθερίᾳ πιστοὶ δοῦλοι τῆς ἡμετέρας ζωῆς. Οὕτως μὲν οὖν οἱ ἐν τέλει, οὕτως πένητες, οὕτως παιδία, οὕτως ἄγροικοι. Οἱ μὲν γὰρ μοχθοῦσιν, οἱ δὲ γογγύζουσιν, οἱ δὲ μανθάνουσιν ἃ μὴ εἰδέναι καλόν.

A gines, fidi in libertate vitæ nostræ servi ac famuli. Sic igitur homines dignitate præstantes, sic pauperes, sic pueri, sic rustici: alii vexantur, alii murmurant, discunt alii quæ nescire præstaret.

Σκεψώμεθα δὲ ὅπως καὶ οἱ ἔνοπλοι στρατιῶται παρὰ ταύτης ὠφελοῦνται τῆς ἑορτῆς. Εἰς χρήματα ζημιοῦνται, καὶ ἑνὸς ἐκπτώματος μισθὸν προσφέρουσιν τὸν ἐπισιτισμὸν τοῦ πολέμου. Εἰς τρόπους καὶ ἤθη βλάπτονται. Μανθάνουσι γὰρ ἀνελευθερίαν, ἐπιτηδεύματα σκηνικῶν, ἔκλυσιν καὶ μαλακίαν ἠθῶν, παιδιὰν κατὰ τῶν νόμων, καὶ τῆς ἀρχῆς, ἧς ἐτάχθησαν φύλακες. Τὴν γὰρ μεγίστην ἀρχὴν κωμῳδοῦσιν καὶ διασύρουσιν, ἅρμα ὡς ἐπὶ σκηνῆς ἀναβαίνοντες, καὶ δορυφόρους πεπλασμένους χειροτονοῦντες, καὶ δημοσίᾳ ποιοῦντες τὰ τῶν ἐξυρημένων πρὸς κόνδυλον. Καὶ ταῦτ' ἔστιν τῆς πομπείας τὰ σεμνότερα. Τὰ δὲ ἄλλα πῶς ἄν τις εἴποι; Μὴ καὶ ἐκκαλυψάμενος γυναικίζεται ὁ ἀριστεὺς, ὁ τὸν θυμὸν λεοντώδης, ὁ μετὰ τὴν ὅπλισιν θαυματὸς ὀφθῆναι τοῖς οἰκείοις, καὶ φοβερὸς τοῖς ἐναντίοις· καὶ τὸν χιτῶνα μέχρι τῶν σφυρῶν ἀφῆσι, καὶ τοῖς στέρνοις περιελίττει τὴν ζώνην, καὶ ὑποδήματι κέχρηται γυναικείῳ, καὶ τὸν κρώβυλον ἐπιτίθεται τῇ κεφαλῇ, ᾗ γυναιξὶ νόμος· καὶ φέρει τὴν ἠλακάτην ἐρίου γέμουσαν, καὶ τῇ δεξιᾷ νῆμα κατάγει, τῇ ποτε φερούσῃ τὸ τρόπαιον· καὶ τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐναλλάττων, τὸ ὀξύτερον καὶ γυναικῶδες φθέγγεται; Ταῦτα τῆς πανηγύρεως τὰ χρηστά· ταῦτα τῆς πανδήμου ἑορτῆς τὰ συμφέροντα σήμερον.

Videamus jam quid merenti in armis militi hoc festum prosit. Pecuniam amittunt, uniusque luxationis mercedem, militaria sua stipendia tribuunt. Læduntur mores ac disciplina. Condiscunt enim sordes, inhonestas scenicorum artes ac studia, mollitiem ac morum dissolutionem, ludos denique legibus adversantes, ac imperio, cujus sunt constituti custodes. Velut enim in scena conscenso curru, ac fictitiis creatis satellitibus, majestati illudunt ac detrahunt, eaque palam ac publice agitant, quæ B propria sint mimorum ac histrionum (29). Sed illa tamen pompæ augustiora. Cætera quis enarret? Nonne nudatus, in meretricum ac feminarum morem vultum habitumque componit, ille strenuus, leonini ille pectoris ac roboris, ille in armis, cum suis aspectu mirabilis, tum formidabilis hostibus; ac ad talos usque tunicam demittit, zonam pectori circumvolvit, calceamenta muliebria sumit, et more feminarum, capiti crobylum ac plexura imponit; quin etiam lana plenam colum gestat, ac dextera filum ducit, qua tropæum ante tulit; animique tenorem immutans, in acutiorem ac muliebrem sonum vocem extenuat? Hæ celebritatis hujus utilitates, hæc hodierni publico conventu festi, commoda ac fructus.

Καὶ οἱ τῆς κορυφῆς τῶν ἀξιωμάτων ἀνθρωπικῶν C ἐπιβάντες, οἱ πολυθρύλλητοι ὕπατοι, τῇ ματαιότητι δαπανῶσι τὸν πλοῦτον, σωροὺς χρημάτων σκορπίζοντες, εἰς ἀκαρπίαν δικαιοσύνης, καὶ καρπὸν ἁμαρτίας· ὧν τοσοῦτον περιφανὴς ἡ ἀφροσύνη, ὅσον ὑψηλὸς ὁ θρόνος. Πολλοῖς γὰρ ἀνθρωπικοῖς ἐμβατεύσαντες θρόνοις, καὶ τὰς μεγίστας τῆς βασιλείας ἀρχὰς διοικήσαντες, λαμβάνουσιν ἀφειδῶς ἀπὸ πάσης τὰ πλεῖστα· οἱ μὲν πενήτων στρατιωτῶν τὸ σιτηρέσιον σφετερισάμενοι, ἄλλοι τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἀλήθειαν πολλάκις πωλήσαντες, καὶ τῶν βασιλικῶν ταμείων ἕτεροι ἄφατον ἐξαντλήσαντες πλοῦτον, καὶ τὰ πανταχόθεν σπουδαίως ἀθροίσαντες· φεισάμενοι δὲ οὐδενὸς λήμματος, οὐκ ἀπρεποῦς, οὐκ ἀδίκου· καὶ θεὸν παροξύνοντες προκάθηνται νῦν, καὶ μετ' ὀλίγον ἡνιόχοις μερίζοντες τὸν χρυσὸν, καὶ αὐλητᾶις κακοD δαίμοσι, καὶ μίμοις, καὶ ὀρχησταῖς, καὶ ἀνδρογύνοις, καὶ γυναιξὶ πόρναις, ὠνίον παρεχούσαις τῷ δημίῳ τὸ σῶμα· καὶ αὖθις θηριομάχοις μιαροῖς καὶ ἀνελπίστοις, καὶ αὐτοῖς τοῖς θηρίοις. Πρόδηλον γὰρ, ὡς καὶ τὰ θηρία τρέφει χρυσός· τοῖς μὲν τὰ κρέα, τοῖς δὲ τὴν μάζαν ὠνούμενος. Ταῦτα δὲ πάντα προῖενται

Quin et consules, inclyti illi, ac ad humanarum dignitatum fastigium evecti, inani profusione sparsis nummorum cumulis, opes exhauriunt, nedum nullo justitiæ fructu, verum etiam cum peccato: quorum quam sublimis thronus, tam insignem dicas dementiam. Multos enim magistratus capessentes, ac amplissimas imperii obtinentes præfecturas, quam plurimas opes ex re qualibet exstruere student: alii quidem pauperum militum stipendia in suam rem vertentes; alii jus verumque haud raro, pretio addicentes; alii thesauros gazamque regiam immenso ære depeculantes, ac omnia undique studio coacervantes, nullo, vel infami, vel iniquo neglecto lucro, divinumque exacerbantes numen, nunc præsident, ac brevi post in aurigas, miserosque tibicines, mimos, saltatores, spadones, vim auri congestam distribuunt: nec non in mulierculares propudia, vili cuique ac plebeio in rem turpem venalia: rursumque in scelestissimos profligatissimosque gladiatores, ipsasque adeo belluas. Liquet enim etiam iis alendis opus auro, sumptuque in carnes aut mazam. Ea porro omnia, ea dun-

(29) *Quæ propria sint mimorum ac histrionum.* Τῶν ἐξυρημένων πρὸς κόνδυλον· *Qui rasi sunt ad pugni ictum.* Videtur eos indicare, qui in gratiam aliorum abrasis pilis sese ictibus objiciebant, de quibus etiam auctor homiliæ *Περὶ πολιτείας*, nuper a nobis nomine Chrysostomi editæ. Quod statim sequitur: μὴ καὶ ἐκκαλυψάμενος· interpres legit, ἐγκαλυψάμενος· sed non ausim mutare: possit enim intelligi miles ejusmodi ἐκκαλύπτεσθαι, quia chlamydem ac militaria alia ornamenta exuat: vel etiam quia meretricia velut fronte ac impudenter, feminam induendo, agat. Ac nec feminæ domi lanificio intentæ os velant, quod Rubenius reddit eam vocem, quas Asterius agentes milites cum primis exagitat.

Digitized by Google

taxat ratione, promunt prodiguntque, ut ipsorum nomina contractibus ac diplomatis præscribantur. O stultitiam! o cæcitatem! Pollicetur Deus eorum, qui in pauperum cibos sua erogant, nomina libris vivis, immortalibus illis, ac nulli obnoxiis corruptioni, inscriptum iri, quos neque tineæ, neque tempus absument [67]; tu autem, ne hos libros affectas? nullam tantorum promissorum rationem habes? non memoriæ divinæ, is quippe liber ille vivus est, inscribi infigique studes? Sed contra magni facis a tabulariis exarari; a mangonibus prædicari; a vilibus adulatoribus plausu excipi; malus utilitatis arbiter, ineptus et imperitus rerum æstimator. Oblæsum pauperem munerare, non dissolutum musicum; viduæ impertire quæ scorto; secreta claustri silentia honeste colentem dona, præ prostibulo; inquire de sacra virgine quæ Deo psallat, sitque in ejus effusa laudes, odioque habe psaltriam inverecundam, quæ necdum conspecta oculis, modulata voce luxuriosos velut aucupio captet; necessaria victui orphano præbe, pauperem libera alieno ære, visurusque es sempiternam gloriam. At tu oculos evacuas in turpem ludum, risumque indecorum ac inconditum; neque consideras quam multas pauperum largiaris lacrymas, per quas opes illæ tuæ conflatæ sunt; quam multi in vincula conjecti fuerunt; quam multi verberati; quanti denique digito ad restim accesserunt, ut suppeteret, quod in scenicos hodie effunderes? Et quis, quæso, finis? Utique vanitas. Post omnia, exiguus tumulus; paucis obolis comparata vestis corpusculum obtegens: ac paulo post, necessarium temporis tenebris involvat. Ad hæc denique divinum judicium, ac malæ voluntatis indeprecabilis pœna.

Ubinam consules et fasces? Eos enumera ac recogita, qui heri ac nudiustertius exstitere. Nonne hic quidem (30), ut facinorosus aliquis, per repentinam armatæ multitudinis seditionem, capite truncatus est, ostentatusque majore post necem pompa, quam cum in curru sublimis pro magistratu ac honore gestiret? alter vero cum prætoris munere, eumdem ipse adeptus honorem, in Ægypti atque Libyæ extremis finibus, in locis arenosis, et humoris omnis humanique cultus expertibus, damnationis supplicium fugiens, miserrime exstinctus est? Quid de eo dicemus, qui et ipse exconsul ac exprætor, in terra nunc Colchide agens, ejusce regionis barbarorum humanitati vitam ac spiritum debet? Illum autem expræfectum, invictum illum, ut putabatur, ac leonini pectoris, qualis vitæ catastrophe excepit! Primum quidem filium suum vidit capite truncatum; tum et ipse capitali sententia

[67] Matth. vi, 20.

A ὑπερ μιᾶς σπουδῆς, ἵνα τὰ ὀνόματα αὐτῶν τῶν συναλλαγμάτων προγράφηται. Ὦ τῆς ἀνοίας! ὦ τῆς τυφλότητος! Θεὸς ἀπαγγέλλεται, τῶν πτωχοτρόφων τὰ ὀνόματα βίβλοις ζώσαις ἐγγράφειν, ταῖς ἀθανάτοις, ταῖς ἀδιαφθόροις, ἃς σὴς οὐκ ἀφανίζει, καὶ χρόνος οὐκ ἐξαλείφει· κἀκείνων τῶν γραμμάτων οὐκ ἐρᾷς. οὐδὲ λόγον τινὰ ποιῇ τῆς μακαρίας ἐπαγγελίας, οὐδὲ τῇ μνήμῃ τοῦ Θεοῦ ἐγγραφῆναι ζητεῖς; Τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ βίβλος ἡ ζῶσα. Περὶ πολλοῦ δὲ ποιῇ παρὰ τῶν συμβολαιογράφων γράφεσθαι, καὶ παρὰ τῶν ὠνουμένων τὰ ἀνδράποδα λαλεῖσθαι, καὶ κροτεῖσθαι παρὰ δημοτῶν κολάκων, κακὸς τῆς χρείας τῶν πραγμάτων κρίτης, ἀνόητος δοκιμαστὴς τοῦ συμφέροντος. Δὸς τῷ λελωβημένῳ πτωχῷ, καὶ μὴ τῷ λελυμένῳ μουσικῷ· χάρισαι πρὸ τῆς πόρνης τῇ B χήρᾳ· πρὸ τῆς δημοσίας, τῇ σεμνῶς κατακεκλεισμένῃ. Περιέργασαι ποῦ παρθένος ἁγία Θεῷ ψάλλουσα, καὶ μίσησον ψάλτριαν ἀναιδῆ, πρὸ τῆς ὄψεως τῷ μέλει τοὺς ἀκολάστους θηρεύουσαν· ἐπάρκεσον ὀρφανῷ, λῦσον δάνεισμα πένητος, καὶ ὄψει δόξαν διαιωνίζουσαν. Κενοῖς πλῆθος βαλαντίων ὑπὲρ παιδιᾶς ἀσχήμονος, καὶ ἀτάκτου γέλωτος, οὐκ εἰδὼς ὅσα πενήτων χαοίζῃ δάκρυα, ἐξ ὧν συνήχθη ἡ εὐπορία· πόσοι ἐδέθησαν, πόσοι ἐμαστιγώθησαν· πόσοι ἐγγὺς ἦλθον ἀγχόνης καὶ βρόχου, ἵνα σήμερον ὀρχούμενοι λάβωσιν. Καὶ τί τὸ τέλος; Ματαιότης. Μετὰ πάντα τάφος μικρός· ἐσθῆς ὀλίγων ὀβολῶν, τὸ σωμάτιον περιστέλλουσα· λήθη μετ' ὀλίγον, τὸ ἀναγκαῖον πάθος τοῦ χρόνου, πάντα τὰ σπουδασθέντα καλύπτουσα· κρίσις ἐπὶ τούτοις Θεοῦ, καὶ τῆς κακῆς C προαιρέσεως κόλασις ἀπαραίτητος.

Ποῦ οἱ ὕπατοι; Τοὺς χθὲς καὶ πρώην ἀρίθμησον. Οὐχ ὁ μὲν, ὡς οἱ κακοῦργοι, τῆς κεφαλῆς ἀπετμήθη, πλήθους ὁπλιτεύοντος ἀθρόᾳ κινήσει περιπεσών· ἐπομπεύθη δὲ μετὰ θάνατον μᾶλλον, ἢ ὅτε φερόμενος ἐπὶ τοῦ δίφρου ἐγαυρία τοῦ ἀξιώματος; Ἄλλος δὲ μετὰ στρατηγίας, τῆς αὐτῆς ταύτης ἐπιτυχὼν τιμῆς, κακῶς ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς Αἰγύπτου καὶ τῆς Λιβύης ἀπώλετο, φεύγων τῆς καταδίκης τὴν τιμωρίαν, εἶτα ταῖς ψάμμοις ἐντελευτήσας, ἐπειδὴ πᾶσα ἦν ἡ χώρα, δι' ἧς ἀπεδίδρασκεν ἄνυδρος καὶ ἀοίκητος; Τί δ' ἂν εἴπομεν πρὸς τὸν ἐκ στρατηγῶν καὶ ὑπάτων, ὁμοίως ἐπὶ τῆς Κολχίδος νῦν χώρας διάγοντα, καὶ τῇ τῶν ἐκεῖσε βαρβάρων φιλανθρωπίᾳ διασωζόμενον; Τὸν δὲ ἐξ ὑπάρχων ἐκεῖνον, τὸν, ὡς ᾤετο, ἄμαχον καὶ D λεοντώδη τὴν γνώμην, οἵα τοῦ βίου καταστροφὴ διεδέξατο! Πρῶτον μὲν γὰρ ἐπεῖδε τὸν ἑαυτοῦ παῖδα ἀποτμηθέντα τῆς κεφαλῆς· εἶτα καὶ αὐτὸς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ψῆφον ἐδέξατο, καὶ τῆς σχοίνου προσαχθεί-

(30) *Nonne hic quidem.* Quadrare videntur hic indicata ab Asterio in Ruffinum, qui principatum ambiens, ab Arcadio oppressus est, Olybrio atque Probino consulibus, ut ponit Baronius, nempe Christi anno 395, cujus caput in hasta sublime pompa elatum est. Vide apud eumdem plura. Ultimum ab Asterio indicatum, qui superiori anno ab homilia ista habita ex consule miserabiliter perierit, P. Sirmundus intellexit Eutropium: ac vere nullus alius videatur intelligi posse commodius; cum is, et eunuchum, et potentia ac divitiis maximum significet, qualem nobis historiæ repræsentant Eutropium. Proinde vixerit iste Asterius Joanne Chrysostomo episcopo, nihil commune habens cum nominatis aliis Asteriis Constantii tempore.

Digitized by Google

σης ἤδη τῷ στόματι, φιλανθρωπία βασιλικὴ ἐκώλυσεν ἐνεργῆσαι τὸν δήμιον. Ζήσας δὲ ὀλίγον ὀδύναις καὶ συμφοραῖς ὁ πρεσβύτης, καὶ τῇ αἰσθήσει τῶν κακῶν ἐπιχρονίσας, ἐν ἀτιμίᾳ ἀπῆλθεν τοῦ βίου, τοῦτο τῆς μεγάλης ὑπατείας τὸ τέλος εὑράμενος. Ὁ δὲ, τοῦ παρελθόντος ἐνιαυτοῦ πῶς ἐφρόντισεν μείζονα τῶν γιγάντων, γυναιξὶν ὢν καὶ ἀνδράσιν ἀμφισβητήσιμος; Ῥάβδους κυρίων φεύγων, ῥάβδων ὑπατικῶν ἐπεθύμησεν· ἐκτήσατο γῆν, ὅσην οὐδὲ εἰπεῖν εὔκολον· ἐτάφη δὲ ἐν τοσαύτῃ, ὅσης ὁ ἐλεήσας μετέδωκεν. Ἆρα οὖν κατὰ τὸν σοφὸν Ἐκκλησιαστὴν, οὐ πάντα, ὅσα τοιαῦτα, *Ματαιότης ματαιοτήτων*, καὶ φάσματά ἐστιν τὰ ἀξιώματα ἀνυποστάτων ὀνείρων, τέρψαντα πρὸς ὀλίγον, εἶτα παραδραμόντα, ἀνθήσαντα καὶ μαρανθέντα; Ἡμεῖς τοίνυν ἕως τούτου στήσαντες τὸν λόγον, δόξαν ἀναπέμψωμεν τῷ Σωτῆρι.

damnatus est, laqueoque jam gulæ admoto, clementia principis manibus carnificis exemptus est, ut quantulum ætati supererat, senex in dolore et calamitate sensuque malorum exigens, ac plenus dedecoris ac ignominiæ, tali magni consulatus exitu vita decederet. Ille autem superiori anno, gigantea prorsus facinora, atque etiam majora molitus, cujus sexus in dubium vocabatur, quique heriles effugiens virgas, consulares affectavit, ac tantum telluris possedit, quantum nec facile nominare; qui nunc exigua conditur humo, et quantulam ei non nemo miseratione motus impertiit? Nonne igitur vere, juxta sapientem illum Ecclesiastem, si qua talia, *Vanitas vanitatum* [68]? ac vel amplissimæ dignitates, inania quædam visa et ostenta somniorum? quæ cum ad breve oblectarint tempus, postmodum diffugiant; cumque aliquantum floruerint, subito marcescant? Nos itaque dicendi hic finem facientes, tribuamus Salvatori gloriam.

Ε'.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου εἰς τὸ, « Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. »

Καλὴ συνωρὶς τῶν δύο τούτων ἡμερῶν τοῖς Χριστιανοῖς καὶ φιλοπόνοις τυγχάνει, τοῦ Σαββάτου καὶ τῆς Κυριακῆς λέγω, ἣν καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα ὁ χρόνος ἀνακυκλῶν περιφέρει. Ὡς γὰρ μητέρες ἢ τροφοὶ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τὸν λαὸν ἀθροίζουσι, καὶ τοὺς ἱερεῖς παιδευτὰς προκαθίζουσιν· δημαγωγοῦσι δὲ καὶ τοὺς μαθητὰς καὶ τοὺς διδασκάλους εἰς τὴν τῶν ψυχῶν ἐπιμέλειαν. Ἐμοὶ τοίνυν ἔτι τῆς χθιζῆς ἡμέρας ὁ λόγος ἐνηχεῖ, καὶ ἐγκάθηται τῇ μνήμῃ τὰ πονηθέντα. Βλέπω τὸν σταυρὸν διὰ τῆς προφητείας παρὰ Ἡσαΐου πηγνύμενον, καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ Κυρίου, ὡς τὰ τοῦ ληνοβάτου, κεχρωσμένα τῷ αἵματι· καὶ τὸν Σωτῆρα τὸν μισθὸν πρόχειρον ἐπὶ τῆς δεξιᾶς φέροντα. Καὶ τὸν Σολομῶντα θεωρῶ τὰ ζυγὰ ἡμῖν καὶ τοὺς σταθμοὺς ἀκριβοῦντα εἰς δύναμιν. Καὶ τοῦ Εὐαγγελίου τὸν χρεωφειλέτην οἰκτείρω, μὴ μεταδοῦντα τῷ ὁμοδούλῳ τῆς φιλανθρωπίας, ἧς παρὰ τοῦ Δεσπότου μετέλαβεν· ἀλλ' ἐκ τῆς ἀβουλίας καὶ τῆς σκληρότητος, τὴν ἰδίαν συμφορὰν ἀνανεωσάμενον. Τούτοις γὰρ τοῖς κεφαλαίοις κατὰ τὴν παρελθοῦσαν ἐκάμομεν, ὡς ἴστε πάντες, οἱ οὐκ ἐν παοέργῳ τὴν ἀκοάσιν θέμενοι.

Σήμερον δὲ πάλιν ἡμῖν πολλὰ μὲν, καὶ καλὰ πάντα, ὅσα ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆ; ὁρωμένης, τὸ Πνεῦμα κατέθετο. Ἐπέστησα δὲ τὸν νοῦν τοῖς ἀδολέσχαις ὁμοῦ καὶ πειρασταῖς Φαρισαίοις· καὶ σφόδρα γε αὐτοὺς τῆς μοχθηρίας τῶν τρόπων ἠλέησα, ἐφ' οἷς καὶ τὴν πηγὴν τῆς σοφίας ταῖς ἑαυτῶν ἐρωτήσεσιν ἐπεχείρουν κατασοφίζεσθαι, καὶ τῆς ἐγχειρήσεως ἀπετύγ-

V.

Homilia in locum Evangelii secundum Matthæum, « An liceat homini dimittere uxorem suam (31) *quacunque ex causa* [69]. »

Præclara Christianis ac studiosis duarum harumce dierum copula ac concursus, Sabbati, inquam, ac Dominicæ, quas tempus in orbem recurrens, hebdomadis singulis reducit. Nam quasi matres aut nutrices Ecclesiæ, cum populum congregant, tum sacerdotes ad docendum consedere faciunt; atque adeo, discipulos pariter ac doctores ad animorum pelliciunt curam, ac blande impellunt. Mihi quidem adhuc auribus insonat diei hesternæ sermo, insidentque memoriæ prælecta tunc ac consideratione discussa. Video crucem ab Isaia prophetia fixam, ac Domini vestimenta, tanquam calcantis in torculari, cruore tincta [70]; denique Salvatorem, promptum dextera expeditumque præmium præferentem. Animi oculis Salomonem aspecto, æquam judicii librantem lutrinam [71]. Miseret me debitoris evangelici, qui Domini in ipsum lenitatem ac clementiam conservo non adhibens [72], pro stultitia ac duritie sua, sibi ipse instauratæ calamitatis ac miseriæ auctor fuit. In his enim capitibus die superiore proximo versabamur, ut nostis omnes, si qui non indiligenti auditu animum advertistis.

Hodie etiam multa nobis, eaque præclara, in mensa quam videtis, proposuit Spiritus. Adjeci autem animum ad garrulos istos Pharisæos, ac tentatores; plurimumque eorum misereor improbitatis, quod ipsum sapientiæ fontem suis interrogatiunculis circumvenire aggressi sunt; quanquam Unigeniti deitate eorum in contrarium semper quæstiones ver-

[68] Eccle. I, 2. [69] Matth. XIX, 3 sqq. [70] Isa. LXIII, 3. [71] III Reg. III, 24. [72] Matth. XVIII, 28.

(31) Tota moralis est, qua Asterius, excepto adulterio, alium omnem prætextum dimittendi uxores, ac dandi libellum repudii, excludit: nihil explicans, an sic dimissa aut dimittens, a prioris conjugii vinculo, liberi exsistant: quod amplius declaratum est ab Apostolo, excipiente solam mortem, ut non sit adultera mulier si fuerit cum alio viro; cui sanæ doctrinæ etiam concilii generalis decreto tandem sancitæ, audio Græciæ fæces consuescere. Indicat Asterius fuisse viros sua ætate admodum faciles repudiandis uxoribus, ac a se abdicandis; eumque merito abusum pius ecclesiastes exagitat.

Digitized by Google

tente, conatibus et ausis suis exciderunt. De quibus et Isaias in hæc verba prophetari videtur : *Avertens prudentes retrorsum, et consilium eorum stultum faciens, et statuens verba pueri sui* [73] ; ac rursus David : *Linguis suis dolose agebant ; judica illos, Deus ; decidant a cogitationibus suis* [74]. Verumtamen gratias illis, licet adversariis, quod Sapientiam ad respondendum provocaverint, quo nostrum in usum, qui ejus servi sumus, hæc litteris ac memoriæ proderentur. Ecce enim matrimonium, id est, res humanæ vitæ maxima, velut ad normam hic dirigitur, ejusque vel contrahendi vel dissolvendi certæ leges traduntur. Quibus diligenter uterque cœtus ac sexus attendat, quo tum feminæ, tum viri, quæ propria cujusque sint, condiscant.

An liceat homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa. Ita quidem habet Judæorum problema. Ego autem aliunde moveri ad interrogationem video. Quia enim feminarum sexus ad fidem facilior est, ac propensior videbatur in magnifica Christi miracula, utque ejus crederet ac admitteret deitatem (sic namque etiam postremo cum homicidæ proposito ad supplicii locum Dominum traherent, mulieres multæ passionem lamentabantur, fletuque miserabili Salvatorem sequebantur [75]) : ut eidem apud ipsum offensam ac odium importarent, dolosam istam interrogationem, atque hæc verborum velut retia fabricati sunt. Verum ille dolum sibi instructum divinitatis virtute animadvertens, tum leniora benignioraque mundo sanciens, tum eorum eludens insidias, secundum mulieribus responsum dedit, tanquam inanes lupos ac expertes prædæ, incassum quæstioni intentos inhiantesque, Pharisæos ablegans. Ipsa, inquit, creatio conjunctionis, non divortii scopum ostendit : primusque nuptiarum auspex ac conciliator ipse est rerum opifex, qui primos, quos finxerat, homines conjugali inter se vinculo copulans, necessarium posteris convivendi ac cohabitandi tradidit ordinem, quem ut Dei legem, sanctum ac inviolabilem habituri essent. Qui autem nexu tam arcto juncti sunt, *jam non sunt duo, sed una caro : quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.*

Sane quidem hæc Pharisæis tunc dicta fuere : verum nunc quoque, vos horum institores, audite, qui ceu vestes, subinde uxores mutatis ; qui thalamos tam sæpe ac facile atque nundinarum tabernulas struitis ; qui dotem ac bona ducitis, conjugesque ad quæstum ac negotiationem habetis : qui levi statim offensione, repudii libellum conscribitis ; qui in vivis hactenus agentes, viduas plures relinquitis. Hoc vero ratum ac omnino persuasum habete : exceptis morte ac adulterio, nulla ex causa matrimo-

χανον, τῆς τοῦ Μονογενοῦς θεοτήτος εἰς τοὐναντίον αὐτοῖς ἀεὶ περιτρεπούσης τὰ ἐρωτήματα. Περὶ ὧν, μοὶ δοκεῖ, καὶ Ἡσαΐας προφητεύων ἔλεγεν· *Ἀποστρέφων φρορίμους εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν μωραίνων, καὶ ἰστῶν ῥήματα παιδὸς αὐτοῦ·* καὶ πάλιν Δαβίδ· *Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· κρῖνον αὐτούς, ὁ Θεός· ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλίων αὐτῶν.* Πλὴν χάρις αὐτοῖς, καὶ πολεμίοις τυγχάνουσιν, ὅτι τὴν σοφίαν ἐκίνησαν πρὸς ἀπόκρισιν, ἵνα ἡμῖν τοῖς δούλοις ἀνάγραπτον καταλίπῃ τῶν συμφερόντων τὴν μάθησιν. Ἰδοὺ γὰρ ὁ γάμος κανονίζεται, πρᾶγμα τοῦ ἀνθρωπικοῦ βίου κεφάλαιον, καὶ τῆς συστάσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς διαλύσεως ἀκριβεῖς νομοθετοῦνται οἱ ὅροι. Ὧν λίαν ἐσπουδασμένως ἀκουσάτω τὰ δύο τάγματα· ἵνα καὶ ἡ γυναικωνῖτις παιδευθῇ τὰ ἴδια, καὶ ἡ ἀνδρωνῖτις ὠφεληθῇ τὰ ἐξαίρετα.

Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. Τοῦτο μὲν οὖν τῶν Ἑβραίων τὸ πρόβλημα. Ἐγὼ πρὸς τῶν ἄλλων τὸν σκοπὸν βλέπω τῆς ἐρωτήσεως. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ τῶν γυναικῶν γένος εὐκολώτερόν ἐστι πρὸς τὸ πείθεσθαι, καὶ μᾶλλον ἐπεκλίνετο πρός τε τὴν τῶν τεράτων μεγαλουργίαν, καὶ πρὸς τὴν συγκατάθεσιν καὶ πίστιν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ (οὕτω τοι καὶ τελευταῖον τῶν ἀνδροφόνων τῶν τῇ γνώμῃ πρὸς τὸν σταυρὸν ἑλκόντων τὸν Κύριον, τὸ πλῆθος τῶν γυναικῶν, καὶ τὸ πάθος ἀπεθρήνει, καὶ ἀκολουθοῦν τῷ Σωτῆρι ἐλεεινῶς ἀπεδάκρυεν)· ἵνα τινὰ προσκρουσμὸν καὶ δυσμένειαν αὐτῷ, πρὸς τὸ σύστημα τῶν γυναικῶν μηχανήσωνται διὰ τῆς δολερᾶς ἐρωτήσεως, αὐτοὶ μὲν τὰ θήρατρα, ὡς ἐνόμιζον, καὶ τοὺς βρόχους τοὺς διὰ τῶν λόγων ἐπήξαντο· ὁ δὲ Κύριος τῇ δυνάμει τῆς θεότητος βλέπων τοῦ κατασκευαζομένου τὴν κακουργίαν, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰ φιλάνθρωπα δογματίζων τῷ βίῳ, κἀκείνοις τὴν ἐνέδραν ματαίαν ἀπεργαζόμενος, συνηγοροῦσαν ταῖς γυναιξὶ προβάλλεται τὴν ἀπόκρισιν· λύκους κενοὺς ἀπυπέμψας τοὺς Φαρισαίους, διακενῆς τῷ ἐρωτήματι περιχήναντας. Αὐτὴ, φησὶ, ἡ κτίσις, συναφείας, καὶ οὐ διαλύσεως, ἐπιδείκνυται τὸν σκοπόν· καὶ τοῦ γάμου πρῶτος νυμφοστόλος ἐστὶν ὁ Δημιουργὸς, τοὺς πρωτοπλάστους ἀνθρώπους τῷ γαμικῷ συζεύξας δεσμῷ· δοὺς τοῖς γενησομένοις εἰς ἑπειτα τὴν ἀκολουθίαν τῆς συνοικήσεως ἀπαραίτητον, ἣν τιμᾷν προσῆκον ὡς νόμον Θεοῦ. Οἱ δὲ ἀλλήλοις συναφθέντες, *οὐκ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία· ὥστε, ὃ συνέζευξεν ὁ Θεὸς, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.*

Ἐλέχθη μὲν ταῦτα τοῖς Φαρισαίοις τότε· ἀκούσατε δὲ νῦν, οἱ τούτων κάπηλοι, καὶ τὰς γυναῖκας, ὡς ἱμάτια, εὐκόλως μετενδυόμενοι· οἱ τὰς παστάδας πολλάκις καὶ ῥᾳδίως πηγνύντες, ὡς πανηγύρεως ἐργαστήρια· οἱ τὰς εὐπορίας γαμοῦντες, καὶ τὰς γυναῖκας ἐμπορευόμενοι· οἱ μικρὸν παροξυνόμενοι, καὶ εὐθὺ, τὸ βιβλίον τῆς διαιρέσεως γράφοντες· οἱ πολλὰς χήρας ἐν τῷ ζῆν ἔτι καταλιμπάνοντες. Πείσθητε, ὅτι γάμος θανάτῳ μόνῳ καὶ μοιχείᾳ διακόπτεται. Οὐ γὰρ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἑταιρίδων, ὀλίγος ἡμερῶν ἀρι-

[73] Isa. xliv, 25. [74] Psal. v, 11. [75] Luc. xxiii, 27.

Digitized by Google

θμὸς πειράζει τὴν συμβίωσιν, καὶ μόνην θηρεύει ἡδονήν, οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν νόμῳ καὶ θεσμῷ τελουμένων· ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, ὦ ἄνθρωπε, μία τις ἕνωσις γίνεται καὶ σώματος καὶ ψυχῆς, ὡς καὶ τὸ ἦθος τῷ ἤθει συνανακιρνᾶσθαι, καὶ τὴν σάρκα τῇ σαρκὶ τρόπον τινὰ συνδεδέσθαι. Πῶς οὖν ἀπαθῶς διατέμνῃ; Πῶς εὐκόλως καὶ χωρὶς ἀλγηδόνος ἀναχωρεῖς, βίου κοινωνὸν λαβών, οὐκ ὀλίγων ἡμερῶν ὑπηρέτιν, τὴν ἀδελφὴν καὶ γυναῖκα; Ἀδελφὴν μὲν κατὰ τὸν λόγον τῆς πλάσεως καὶ τῆς δημιουργίας (ἀφ' ἑνὸς γὰρ αἰτίου[76] τῆς γῆς καὶ τῆς αὐτῆς ὕλης ὑπέστητε)· γυναῖκα δὲ, διὰ τὴν ἕνωσιν τῆς συζυγίας, διὰ τὸν νόμον τοῦ γάμου. Ποῖον οὖν διαῤῥήξεις δεσμὸν, καὶ νόμῳ δεδεμένος καὶ φύσει; Πῶς δὲ ἀθετήσεις τὰς ὁμολογίας, ἃς ἐπὶ τῷ γάμῳ κατέθου; Καὶ ποίας οἴει με λέγειν; Ἆρα τῆς προικὸς τῆς συγγραφείσης ἐνταῦθα, ὅτε τῇ σαυτοῦ χειρὶ ἐπεσημήνω τῷ βιβλίῳ, ἐπισφραγιζόμενος τὰ τελούμενα; Ἰσχυρὰ μὲν γὰρ κἀκεῖνα, καὶ ἱκανὴν τὴν ἀσφάλειαν ἔχοντα· πλὴν ἐγὼ πρὸς τὴν φωνὴν τοῦ Ἀδὰμ ἐμαυτὸν ἀναφέρω· *Τοῦτο σὰρξ ἐκ τῶν σαρκῶν μου, καὶ ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου· αὕτη κληθήσεται μου γυνή.* Αὕτη ἡ φωνὴ οὐ μάτην ἀνάγραπτος σώζεται· ἀλλὰ κοινή ἐστιν τῶν ἀνθρώπων ὁμολογία, δι' ἑνὸς προσώπου τοῦ πρώτου τούτου[77] κοινῷ πλήθει τῶν γυναικῶν ἐκτεθεῖσα, τῶν νόμῳ τοῖς ἀνδράσιν συναπτομένων. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ ἐξ ὧν ἄλλος εἶπεν, ἄλλος εὐθύνεται. Πάντα γὰρ ὅσα περὶ τῶν πρωτοπλάστων ἐν ἀρχαῖς συνέβη, ταῦτα τοῦ ἀκολούθου γένους φύσις ἐγένετο.

Ἂν οὖν λαβοῦσα τὸ τῆς Κοσμοποιίας βιβλίον ἡ μάτην ἀφιεμένη γυνὴ, ἑλκύσῃ σε πρὸς τὸν δικαστὴν (δικαστὴν τὸν αὐτὸν καὶ μάρτυρα), τί λέξεις, εἰπέ; Πῶς ἐξαλείψεις τὴν σαυτοῦ φωνὴν, ἣν ἐπὶ Θεοῦ ἐποιήσω, ἧς συγγραφεὺς, ἀντὶ εὐώνου συμβολαιογράφου, Μωϋσῆς ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων ἐγένετο; Ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα τὴν γυναῖκα ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ ἐξέδοτο· καὶ διὰ τοῦτο ὡς κηδεμὼν τὴν ὀρφανὴν ἠσφαλίσατο· τοῖς τῆς μητρὸς δὲ νῦν δικαιώμασιν ἰσχυρῶς αἱ θυγατέρες κέχρηνται κατὰ τῶν ἀγνωμόνων καὶ ἀπίστων ἀνδρῶν· ὥστε σοι πανταχόθεν ἡ καταφρόνησις τῆς γαμετῆς ἀδύνατος, καὶ ἀρχαίοις νόμοις τοῖς θείοις, καὶ νέοις ἀνθρωπικοῖς δεδεμένῳ. Δυσωπείτω δέ σε καὶ τὸ χρήσιμον τῆς γυναικὸς πρὸς τὸν βίον. Μέλος ὑπάρχει, βοηθός ἐστιν· συνεργὸς εἰς διαγωγὴν τοῦ βίου, εἰς παίδων γένεσιν· νόσου ἐπίκουρος, θλίψεων παραμυθία, φύλαξ τῆς ἑστίας, θησαυρὸς τῶν κτημάτων· τὰ αὐτὰ λυπουμένη, τὰ αὐτὰ χαίρουσα· κοινὸν κεκτημένη τὸν πλοῦτον, εἰ παρείη· τὴν μοχθηρὰν οἰκονομοῦσα πενίαν, εὐμηχάνως καὶ καρτερῶς ἀντέχουσα πρὸς τὰ παρ' ἐκείνης ὀδυνηρὰ, ἐπιμόχθου παιδοτροφίας ἀνεχομένη διὰ τὴν πρὸς σὲ συνοίκησιν. Ἂν δέ που περίστασις καταλάβῃ πραγμάτων, βαπτισθεὶς ἀφανίζεται· οἱ δὲ νομιζόμενοι φίλοι, τῷ καιρῷ τῆς εὐπραγίας τὴν φιλίαν μετροῦντες, ὑποχωροῦσιν ἐν τοῖς δεινοῖς· οἱ δοῦλοι καὶ τὸν δεσπότην ὁμοῦ καὶ τὰς συμφορὰς δραπετεύουσιν. Λείπεται λοιπὸν ἡ γυνὴ,

A nium dirimi. Non enim uti in meretricibus paucorum dierum numerus contubernium probat, ac solam venatur voluptatem, itidem in iis sese res habet, quæ rite et ex lege fiunt: sed plane contra, o bone! Una contrahitur corporis et animæ societas, ut et affectus affectibus commisceantur, et caro carni quodammodo colligetur. Qui ergo nihil affectus ac dolens divelleris? Quomodo facile ac sine molestia ægrimoniaque recedis, qui vitæ sociam (non ancillam ad breve tempus), sororem atque uxorem acceperis? Sororem quidem, ut creationem ac originem spectes; ex uno enim elemento terræ, eademque materia conditi estis: uxorem vero, propter conjugii copulam, propter nuptiarum legem. Quale illud quantumque abrupturus es vinculum,
B cum legis ratione astrictus, tum naturæ? Pacta nuptialia ac sponsiones quomodo rescindes? Quæ vero putas ex me pacta audire? An quibus scripta jam dote, et ipse manu propria subscripsisti, ac sigillum apposuisti tuum? Sunt equidem illa quoque valida ac firma satis: ego nihilominus ad Adami vocem provoco: *Hæc caro ex carnibus meis; hoc os ex ossibus meis; ipsa vocabitur uxor mea*[78]. Ea vox non frustra scriptorum monumentis consignata manet, sed ut virorum communis, unius primi hujus ore, feminarum viris jungendarum universo sexui edita, exstet confessio. Ac ne mireris, unius ex verbis cæteros obligari. Quæcunque enim circa protoplastos illos initio acciderunt, in naturam posteri abierunt.

C Quare si mulier temere dimissa, sumpto Geneseos libro, ad judicem (judicem illum eumdem ac testem) te pertraxerit, dic age, quid respondebis? Qui tuam ipse vocem defugies ac obliterabis, quam sub Deo ipso locutus es, quamque non vilis aliquis scriba, sed Dei famulus Moyses in commentarios redegit? Patris matrisque solatio destitutam mulierem Deus Adamo contradidit; eaque ratione, uti bonus curator, puellæ tutelæ prospexit: sed et maternis nunc juribus ac causæ firmamentis adversus infidos improbosque maritos sese puellæ tuentur; adeoque undequaque uxorem despicatui habere prohiberis, qui et antiquis Deique legibus, novisque ac humanis astrictus tenearis. Incutiant pudorem vel vitæ commoditates, quas uxor affert. Mem-
D brum est, adjutrix est, vitæ socia, ac communium genitrix liberorum, in morbis opitulatrix, in calamitate solamen, domus custos, ac bonorum thesaurus. Communes illi tristitiæ, communia gaudia; communes, si quæ sunt, possidet opes; rem tenuem et angustam sedulo sustentat, maloque paupertatis, quantum potest, occurrit ac resistit; laborem denique et molestiam educandis liberis ingentem tui causa contubernii subit. Quod si forte calamitas incidit, ille malis obrutus latet; amici qui censebantur, amicitiam felicitate metientes, rebus adversis sese subducunt; servi dominum pa-

[76] Ἰσ. στοιχείου. [77] Leg. τούτου. [78] Gen. II, 23.

Digitized by Google

riter ac miserias fugiunt. Sola adhæret uxor, ægræ partis membrum, et in malis serva ac ministra, maritique addicta obsequio, lacrymas abstergit; plagas ac vulnera, si quæ illi imposita sint, curat; si ad carcerem ducitur, adhæret comes; ac si quis ingressum liberum fecerit, libenter una cum eo concluditur: sin id prohibetur, sicut familiaris hero catellus, ad carceris januam assidet.

Novi ego mulierem, quæ, attonsa coma, vestem virilem, eamque floridam, induit, ut ne virum fugientem latentemque deserere cogeretur. Ita cum servitutem servire videatur, affectui vere servit: inque eo vitæ genere multos exegit annos, locum ex loco mutans, ac solitudinem ex solitudine. Talem etiam patientissimi Jobi reperimus conjugem. Nam et illum universi deseruerunt, unaque cum opibus adulatores defluxerunt, ac amici rebus secundis amicitiam æstimarunt. Quod si quando etiam adierunt, eorum præsentia contumeliæ quam officio propior, augendæ magis arumnæ quam solatio fuit [79]. Unde etiam qui malorum consolatores accesserant, toti in eum indignati sunt (32), ac queruli conclamarunt. Sola autem hæc paulo ante illustris ac clara, in sterquilinio marito assidebat, saniemque ac tabem abstergens, e plagis vermes extrahebat; vere illa quidem vitæ socia, non felicitatis contubernalis; individuæ cultrix amicitiæ, non assentatrix affectatrixque voluptatum; unum denique de tanta fortuna, ac tota charissimorum ac cognatorum cohorte reliquum marito bonum. Quocirca ex nimio conjugis amore in blasphemiæ scelus prolapsa est, ut nimirum, ne diutius ille conflictaretur, ipsaque in continuis eum doloribus videret, blasphemiæ verbum aliquod in Deum loqui, ac mortem accelerare, suaderet [80]. Sua namque secura viduitatis ac solitudinis, unum id cogitabat, quemadmodum e vita non vitali maritus exiret. Hæc talia cum recente experientia, memoria vetus adversus eos affert, qui erga conjuges injurii sunt ac iniqui.

Quid porro hujus criminis reus in contrarium respondeat? Quam saltem speciosam levitatis suæ defensionem proferet? Malum, ait, odiosumque mulieris ingenium, lingua temeraria ac præceps; mores a domo rebusque domesticis alieni, nec ipsa bona aut frugi rei familiaris administratrix. Sint hæc ita sane, persuaderi adhuc mihi patior, dictaque accipio, sicut unus eorum judicum qui parum exploratam aurem habent, ac facile accusatorum insectationibus transversi rapiuntur. Tu vero dic, obsecro: Cum eam inisio duceres, an nesciebas homini te conjungi? Hominem autem cum quis audit, non statim peccatum adhærere ac consequi

[79] Job xvi, 2. [80] Job II, 9.

(32) *Toti in eum indignati sunt*, etc., πάντες πρὸς ἐκεῖνον ἀπεσχετλίασαν. Liquet ex toto libro Job; quo amici tanquam scelerum exsolventem pœnas amicum exagitant specie consolandi. Scripserit forte Asterius πρὸς ἐκεῖνον· ut vicinæ litteræ facile permutantur. Minus dicit interpres, *coram co lamentati sunt*. Sic enim, ac ejus deflendo calamitatem probe consolati essent, juxta quod Paulus ait. *Flere cum flentibus* (*Rom.* XII, 15).

A τοῦ νοσοῦντος μέρους τὸ μέλος, καὶ τῶν κακῶν δούλη· καὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς θεραπείας· τὸ δάκρυον ἀποψῶσα· τὴν πληγήν, ἂν μαστιχθῇ, θεραπεύουσα· ἀκολουθοῦσα πρὸς δεσμωτήριον ἀγομένῳ· κἂν μέν τις ἀφῇ συνεισελθεῖν, ἡδέως τῆς καθείρξεως κοινωνεῖ· ἂν δὲ κωλυθῇ καὶ τοῦτο, ταῖς θύραις τοῦ δεσμωτηρίου, ὡς κυνίδιον τῷ δεσπότῃ σύνηθες, παραμένει.

Ἔγνων ἐγὼ γυναῖκα, καὶ τὴν κόμην κείρασαν, καὶ ἀνδρικὴν περιθεμένην ἐσθῆτα, καὶ ταύτην ἀνθεινὴν, ἵνα ἀνδρὸς φεύγοντος καὶ κρυπτομένου μὴ χωρισθῇ. Δοῦλος δὲ εἶναι δοκοῦσα, ἀληθῶς δουλεύει τῷ πόθῳ· καὶ τοῦτον τὸν βίον ἐν πολλοῖς ἔτεσιν διετέλεσεν, τόπον ἐκ τόπου, καὶ ἐρημίαν ἐξ ἐρημίας ἀμείβουσα. Τοιαύτην δὲ καὶ τοῦ καρτερωτάτου Ἰὼβ εὑρίσκομεν B τὴν γυναῖκα. Κατέλιπον γὰρ κἀκεῖνον οἱ πάντες, καὶ οἱ κόλακες τῷ πλούτῳ συναπερρύησαν· καὶ οἱ φίλοι τῷ καιρῷ τῆς εὐπραγίας τὴν φιλίαν ἐμέτρησαν. Εἰ δέ που καὶ παρεγένοντο, ὄνειδος ἦν ἡ παρουσία, καὶ οὐκ ἐπίσκεψις· ἐπιθήκη τῆς συμφορᾶς, οὐ παραμυθία. Διὸ δὴ καὶ οἱ παρακλήτορες κακῶν πάντες πρὸς ἐκείνου ἀπεσχετλίασαν· μόνη δὲ ἡ ποτὲ περιφανὴς ἐπὶ τῆς κοπρίας τῷ ἀνδρὶ συνεκάθητο, ἀποξέουσα τὸν ἰχῶρα, καὶ τοὺς σκώληκας τῶν τραυμάτων ἐξέλκουσα. Οὕτως τοῦ βίου κοινωνὸς, οὐ τῆς εὐπραγίας σύνοικος· ἀχώριστος φίλος, οὐ κόλαξ τῶν ἡδονῶν· πάσης εὐκληρίας καὶ πάντων φιλτάτων καὶ συγγενῶν μόνον ἀγαθὸν λείψανον. Διόπερ ἐκ τῆς ἄκρας καὶ καθ' ὑπερβολὴν φιλανδρίας, καὶ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τῆς βλασφημίας ἐξέπεσεν, ἵνα μὴ μακρὰ C κολάζηται ὁ ἀνὴρ, μηδὲ βλέπῃ αὐτὸν ἐν ταῖς ἀλήκτοις ὀδύναις, εἰπεῖν τι ῥῆμα βλάσφημον εἰς Θεὸν συμβουλεύουσα, καὶ ταχείαν τὴν τελευτὴν ὑπελθεῖν. Τὴν γὰρ ἰδίαν λοιπὸν συμφορὰν τὴν τῆς χηρείας οὐκ ἐλόγιζετο· ἓν δὲ μόνον ἐμερίμνα, ὅπως τὴν ἀβίωτον ζωὴν ὁ ἀνὴρ διαφύγοι. Ταῦτα μετὰ τῆς νέας πείρας καὶ ἡ μνήμη τῶν παλαιῶν παιδεύει τὸν τῶν γάμων ὑποστήν.

Τί δ' ἂν εἴποι πρὸς ταῦτα ὁ τῆς κατηγορίας ὑπεύθυνος; Ποίαν δὲ εὐπρόσωπον ἀπολογίαν τῆς ἑαυτοῦ εὐκολίας προβάλλοιτο; Φαῦλον, φησὶν, καὶ μίσους ἄξιον τὸ ἦθος τῆς γυναικὸς, καὶ ἡ γλῶσσα προ- D πετὴς, καὶ ὁ τρόπος οὐκ οἰκουρὸς, καὶ ἀνοικονόμητος ἡ διοίκησις. Ἔστω· διδόσθω. Πείθομαι τέως, καὶ δέχομαι, ὡς οἱ μὴ σφόδρα τὴν ἀκοὴν ἀκριβεῖς δικασταὶ, εὐκόλως δὲ ταῖς καταδρομαῖς τῶν κατηγόρων παρασυρόμενοι. Σὺ δὲ εἰπέ· Τὴν ἀρχὴν ἀγόμενος οὐκ ἐγίνωσκες ὡς ἀνθρώπῳ συνάπτῃ; Ἀνθρώπου δέ τις ἀκούσας, οὐκ εὐθὺς ὁρᾷ τὴν γοῦν ἁμαρτίαν ἀκολουθοῦσαν; Θεοῦ γὰρ μόνου τὸ ἀνεπίληπτον. Αὐτὸς δὲ ἆρα οὐχ ἁμαρτάνεις; Οὐ παρέχεις δὲ λύπας

ἐκ τοῦ τρόπου τῇ γυναικί; Ἀθῶος δὲ εἷ πάσης πλημ- A cogitat? Quippe Dei solius est, ut nulli culpæ ac
μελείας, καὶ τῇ συνοικήσει τὸν θεσμὸν τηρεῖς ἀδι- reprehensioni obnoxius sit. Tu ipse ne quidquam
άφθορον; Ὦ πόσας σου τυχὸν παροινίας ἤνεγκεν ἡ peccas? Non moribus ac ingenio tuo molestiam
γυνή! Πόσων δὲ προχείρων ὕβρεων καὶ λόγων ἀσέ- uxori præbes? An omnis omnino purus et expers
μνων ἠνέσχετο! Ὅσα δέ σου ἐλαττώματα σιγᾶται, culpæ, matrimonii legem inviolabiliter servas? Quo-
ἐπειδὴ οὐκ ἐδημοσίευσεν ἡ γυνή! Ἠνέσχετό σου καὶ ties ipsa forte a temulento contumelia affecta est!
μάτην ὀργιζομένου, καὶ τῷ θυμῷ ὑπερζέοντος· καὶ Quam multas ac magnas injurias; quam indigna
ἡ ἐλευθέρα καὶ ὁμότιμος ἐσιώπησεν ὡς δούλη τῶν verba sustinuit! Quot et quanta tua vitia in obscuro
ἐκ πωλητηρίου. Καὶ τὰ ἀναγκαῖα μὴ χορηγοῦντι sunt, quoniam uxor non in vulgus sparsit! Tole-
πρὸς τὴν τοῦ βίου μεταγωγὴν διὰ πενίαν, ἢ φειδω- ravit illa temere et sine causa irascentem atque
λίαν, οὐκ ὠνείδισεν λυπουμένη· οὐ μὴν οὐδὲ ἐκ debacchantem; et quamvis libera ac dignatione
συμποσίου ἐλθόντα ποτὲ καὶ οἰνωμένον καὶ ἔκφρονα par, conticuit sicut ancilla de foro empta. Necessa-
ἀπέῤῥιψε, τῆς μέθης μισήσασα· ἀλλὰ ὑπεδέξατο ria ad vitam et victum vel inopia, vel avaritia non
μετὰ συγγνώμης ἀνθρωπικῆς, καὶ ἐχειραγώγησέ σε suppeditanti, quanquam ægra animo, non male-
τὸν κολάζοντα, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐθεράπευσεν, τοῖς dixit: nec redeuntem a symposio, vino oneratum
ἀτμοῖς περιδονουμένην τοῦ οἴνου· ὠδήγησεν δὲ ἐπὶ B ac insanientem, ebrietatis odio non admisit aut
τὴν κοίτην τὴν γαμικὴν, μόνη συμπαθοῦσα, τῶν οἰ- rejecit; sed venia ac lenitate, quæ hominem de-
κετῶν γελώντων καὶ ἐπιχλευαζόντων τὴν ἐκ τῆς μέ- ceat, te suscepit, et reprimentem ac verberantem
θης παραφοράν. Σὺ δὲ τὰ ἄμφοδα περινοστεῖς, ἐπὶ demulsit; caputque ægrum ac meri vaporibus agi-
ψυχραῖς αἰτίαις ἐκτραγῳδῶν τὴν γυναῖκα, ἵνα σαυτῷ tatum, sedulo curavit, ac demum in torum conju-
τὴν συγγνώμην παρασκευάσῃς τῆς προχείρου διαιρέ- galem duxit: sola nimirum tui miserta, cum fa-
σεως. Σκληρὰ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἡ γνώμη, θη- muli ob errorem mentis ac agitationem, herum de-
ριώδης καὶ ἀμείλικτος, ἐκ δρυὸς ἢ πέτρας, κατὰ τὸ riderent atque subsannarent. At tu passim in com-
λεγόμενον, τὴν γέννησιν ἔχουσα. Πάντων γὰρ ὁμοῦ pitis et plateis oberrans, frigidis de causis uxorem
τὴν μνήμην ἐξαλείψαντες, ἀπαθῶς διατέμνονται. Τίς tragice turpiterque traducis, ut ad faciliorem cogi-
δὲ μέλος νοσῆσαν ἀντὶ τοῦ θεραπεύειν ἐκκόπτει, καὶ tati repudii veniam ac excusationem, viam tibi ac
ταῦτα οὐκ ἐπικινδύνου πάθους ἐνσκήψαντος, ἀλλὰ aditum munias. Duri, imminites ac belluini id genus
πολλὴν ἔχοντος καὶ ῥᾳδίαν τῆς ἰάσεως τὴν ἐλπίδα; homines, vereque geniti, quemadmodum ferunt, e
Ἐπεγένετο φλύκταινα τῇ χειρὶ, ἐπιμελῶς αὐτὴν θε- robore vel saxo (35). Quippe qui omnibus oblivioni
ραπεύσωμεν· φλεγμονὴ τὸν πόδα διενόχλησεν, φαρ- traditis, æquo animo nulloque doloris sensu segre-
μάκῳ τὴν ἐξοίδησιν καταστείλωμεν. Εἰ δὲ παρέντες C gentur. Quis autem ægrum sibi membrum, cura-
τὴν τῶν ἰατρῶν ἐπίσκεψιν, περὶ τὴν τομὴν καὶ τὸν tionis vice abscindat; cum et nullum fere periculum, et medelæ magna spes ac pene explorata ex-
σίδηρον ἀσχοληθείημεν, καθ' ἕκαστον τῶν λυπούντων, sistat? Exorta est in manu pustula, eam diligenter
ὠδὲ μικρὸν τῆς ζωῆς διαγενόμενοι χρόνον, πᾶσι τοῖς curemus; inflammatio pedi infesta incruduit, phar-
μέλεσιν ἑαυτοὺς ἀκροτηριάσωμεν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως, maco tumorem cohibeamus. Quod si prætermissa
ὦ ἄνδρες· ἔστω τις μνήμη καὶ τῶν κώλων· δυσ- medicorum inspectione et cura, quoties aliquid
ωπείτωσαν ὑμᾶς αἱ θεραπεῖαι τῶν γυναικῶν. Ὅσον doluerit, ad ferrum ac sectionem iverimus, exiguo
δ' ἂν παροξυνθῆτε, ἑνὸς τόκου τὴν ὠδῖνα ἀντιθέντες sane tempore membris nos omnibus mutilaverimus.
ταῖς μέμψεσιν, εὑρήσετε νικωμένην τὴν τῶν λυπούν- Verum non ita, o viri; concessum aliquid esto vel
των περίστασιν. memoriæ membrorum. Flectant vos ac injiciant pudorem obsequia ac ministeria uxorum. Quanta-
vis ira succensueritis, partus unius dolores cum iis contendite, quæ reprehenditis, multisque hæc parti-
bus vinci comperietis.

Ἀναφερέτω ὁ ἀναλογισμὸς εἰς μέσον καὶ τῆς εὐ- D Considerentur, inque medium proferantur benevo-
νοίας τὰ ἀγαθά· νόσων θεραπείας, συμφορῶν κοινω- lentiæ dona, morborum curationes, casuum ac
νίαν, δάκρυα τὰ ὑπὲρ ἀνδρὸς προσαχθέντα τισίν· τὸ calamitatum societas, lacrymæ mariti causa non-
καταλιπεῖν τοὺς γεννησαμένους, καὶ ἑστίαν γονικὴν, nullis oblatæ. Veniat in mentem, quod parentes
καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ ξένῳ· τὸ πωλῆσαί τι τῶν οἰ- suos, quod domum qua fuerat edita, extraneum
κείων, ἵνα ὕβριν καὶ ὄχλησιν τοῦ ἀνδρὸς ἐξωνήσῃ- secutura, reliquerit: quod forte aliquid rerum suarum, ut viri injuriam molestiamque redimeret, ab-
ται. Ταῦτα πάντα παιδαγωγείτω πρὸς τὴν διάθεσιν, alienaverit. Hæc omnia affectum concilient, amo-
καὶ γινέσθω σύνδεσμος τῆς στοργῆς, οἷον οἰκίαν τινὰ risque vinculum nectant; ac lubricum animum,
σαθροτέραν, τὴν εὐόλισθον ψυχὴν διεγείροντα καὶ συν- velut marcidam domum, contineant atque erigant.
έχοντα. Ἔλεος δὲ κρατείτω, καὶ συνήθεια, καὶ μα- Vincat misericordia, nec consuetudo ac longi tem-
κροῦ χρόνου συμβίωσις μὴ πατείτω, ἥτις καὶ τὰ

(33) *E robore aut quercu.* Homericum versum indicat *Iliad.* I, qui in proverbium ablit. Integrum profert Clemens Alexandrinus in *Admonit. ad Gentes*, p. 18:

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.
Annosa haudquaquam genitus quercuve petrave.

Theodoretus l. XII *De curatione Græcarum affectionum*: Ἴστε καὶ ὑμεῖς· οὐ γὰρ ἐκ δρυὸς, κατὰ τὸν ποιητικὸν λόγον, ἢ ἀπὸ πέτρης· *Ipsi non ignoratis: neque enim e quercu, ut poetæ verbis utar, aut saxo geniti prodiistis.*

Digitized by Google

poris convictus conculcentur, quibus brutis ipsis animantibus ægre separari accedit. Vidi certe bovem, quod aberrasset ab armento, solusque sibi relictus esset, miserabiliter mugientem; pecudem item in saltu balantem, montesque percurrentem, dum ad gregem rediisset, a quo inter pascendum recesserat. Sed et capra idem passa, quanquam in varios incidit greges, prætercurrit, nec ante cursum sistit, quam ubi suum, cui assuevisset, et gregem et caprarium reperit.

Ne nos ergo, qui ratione præditi sumus, duriores exsistamus brutis; neque minoris uxorem faciamus, quam viæ comitem aliquem, aliumve ex causa levi et subita leviter nobis notum. Vides quemadmodum ii quos via publica junxit, idemque tectum ac diversorium, aut umbrosa per æstum meridianum arbor excepit, fortuitum occursum in occasionem amicitiæ rapiant: et cum ad divortia viarum pervenerint, non sine ægrimonia divellantur; ac sublacrymantes, fixisque alter in alterum oculis consistant, ac symbola mutua largiantur: utque paululum progressi, sese rursus convertant, revocatisque fausta ac felicia apprecentur, ut denique brevis usura temporis tam arctam jungat amicitiam, ut ægre digredi, cogendique tantum non esse videantur? Tu vero comparem ac vitæ sociam sic despicatui habes, ut vasculum amissum, aut vile vestimentum itineris usu factum inutile, catellumve Melitæum qui domo clanculum se subduxit? Ubi simulatus initio affectus? Ubi tori unius societas ac communio? Ubi legitimum vinculum; diuturnæ illa vis consuetudinis, quam et in naturam transire tum ferunt, tum demonstrat experientia? Facilius cuncta abrupisti, quam Sampson hostium funes [81].

Atqui vir probus et in affectu constans, demortuæ ipsam memoriam conjugis ægre deponit: quin fovet liberos ac amanter habet, tanquam commune depositum matris ac naturæ, spirantemque in eis defunctam sibi videtur conspicere. Atque hic quidem liberorum, maternæ similitudinem vocis præfert; ille de forma ac lineamentis plurimum hausit; alius mores et ingenium parentis repræsentat. Atque ita pater multas habens vivas lucidasque conjugis imagines, perpetui consortii connubiique speciem animo suo informat: atque adeo nullam deinceps voluptatis cogitationem admittit: nec qui hodie struxit defunctæ tumulum, paulo post thalamum adornat: aut a lacrymis ac gemitibus, ad nuptialem iterum choream festinat: nec vestem atram ac lugubrem, festa sponsalique stola permutat; non in calentem etiamnum a priore matrimonio lectum, alteram inducit; autve liberis novercam, odiosum illud nomen, superinducit; sed turturum, non illam quidem a ratione profe-

ἄλογα ποιεῖ τῶν ζώων ἀχωρίστως ἔχειν ἀλλήλων. Ἐμπαθῶς γὰρ εἶδον ἐγὼ βοῦν μυκώμενον, ἐπειδὴ τῶν συννόμων ἀποπλανηθεὶς ἐμονώθη· καὶ πρόβατον ἐν νάπῃ βληχώμενον, καὶ διατρέχον τὰ ὄρη, μέχρι ἂν τῇ ἀγέλῃ συνάψῃ, ἧς ἐχωρίσθη νεμόμενον. Αἴξ δὲ ταυτὸ τοῦτο παθοῦσα, κἂν πολλὰς ἀγέλας αἰγῶν διατρέχουσα καταλάβῃ, οὐ πρότερον ἵσταται, πρὶν ἂν τὴν συνήθη εὕρῃ, καὶ τὸν αἰπόλον τὸν ἴδιον.

Μὴ ἀπαθέστεροι πρὸς φιλίαν εὑρεθῶμεν τῶν ἀλόγων οἱ λογικοί· μηδὲ ἀτιμωτέραν τὴν γαμετὴν κρίνωμεν συνοδοιπόρου τινός, ἢ τοῦ διὰ μικρὰν πρόφασιν ἐν ὀλίγῳ προσφιλιωθέντος. Ὁρᾷς, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς λεωφόρου ἀλλήλους συμμίξαντες ἄνθρωποι, δρυφὸν δὲ καταγωγίου τὸν αὐτὸν ὑπελθόντες, ἢ δένδρον ἀμφιλαφὲς, ὥρᾳ θέρους τὴν μεσημβρίαν ἀποσκιάσαν, ἀφορμὴν διαθέσεως γνησίας τὴν συντυχίαν ποιοῦνται· κἂν ἔλθωσιν ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν μερίζουσαν, ἀπαθῶς ἀλλήλων οὐκ ἀπαλλάττονται· ἀλλ' ἵστανται καὶ ὑποδακρύουσιν, βλέποντες ἀτενὲς εἰς ἀλλήλους, καὶ σύμβολα μνήμης ἕκαστος δίδωσιν φέρειν· καὶ μικρὸν προβάντες, πάλιν μεταστρέφονται, καὶ ἀνακαλοῦσιν· ἐπεύχεται δὲ ἕτερος τῷ ἑτέρῳ τὰ αἴσια· καὶ ὀλίγος χρόνος οὕτως ὀξυτάτην κίρνησι τὴν φιλίαν, ὡς δυσαπάλλακτον αὐτοῖς γίνεσθαι καὶ βεβιασμένην τὴν ἀναχώρησιν; Σὺ δὲ πρὸς τὴν τοῦ βίου κοινωνὸν οὕτως καταφρονητικῶς ἔχεις, ὡς πρὸς σκεῦος ἀποπεσὸν, ἢ ἱμάτιον εὐτελὲς ἐν ὁδοιπορίᾳ καταργηθὲν, ἢ κυνίδιον τῶν Μελιττέων [82] ὑποχωρῆσαν οἰκίας; Καὶ ποῦ ἡ ἐν ἀρχαῖς πεπλασμένη διάθεσις; ποῦ ἡ ἐπὶ τῆς μιᾶς κοίτης ἀνάπαυσις, ἡ τοῦ νόμου σύνειρξις, ἡ τῆς πολλῆς καὶ μακρᾶς συνηθείας δύναμις, ἣν καὶ εἰς φύσιν μεταποιεῖσθαι, καὶ λόγος ἔχει, καὶ ἡ πεῖρα ὑπέδειξεν; πάντα διέκοψας εὐκολώτερον, ἢ ὁ Σαμψὼν τὰ τῶν ἀλλοφύλων καλώδια.

Καίτοι ὄγε σώφρων καὶ τῆς διαθέσεως φύλαξ, οὐδὲ ἀναχωρησάσης τοῦ βίου τῆς γαμετῆς ῥᾳδίως ἐπιλανθάνεται· ἀλλὰ θάλπει τοὺς παῖδας, ὡς κοινὴν παρακαταθήκην τῆς μητέρος καὶ τῆς φύσεως, ἐν ἐκείνοις δὲ καθορᾷν δοκεῖ τὴν ἀπελθοῦσαν. Ὁ μὲν γὰρ τῶν παίδων τῆς μητρικῆς φωνῆς ὁμοιότητα σώζει, ἄλλος τὸ πολὺ τοῦ χαρακτῆρος ἐφέλκεται, ἕτερος τὴν τοῦ ἤθους κατάστασιν ἐμορφώθη πρὸς τὴν τεκοῦσαν· καὶ οὕτως ὁ πατὴρ, πολλὰς ἔχων τῆς γαμετῆς εἰκόνας ζώσας καὶ ἐναργεῖς, ἀθάνατον ὑποτυποῦται τὴν πρὸς ἐκείνην συνοίκησιν· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν φιλήδονον ἐννοεῖ· οὐ σήμερον χώσας τὸν τάφον, μετ' ὀλίγον χρόνον παστάδας κατασκευάζει· οὐδὲ μετὰ τὸ δάκρυον καὶ τοὺς στεναγμοὺς ἐπὶ γαμικὴν πάλιν χορείαν ἐπείγεται· οὐδὲ τὴν μέλαιναν ἐσθῆτα καὶ πενθικὴν εἰς νυμφικὴν διαμείβει στολήν· οὐδὲ θερμῇ τῇ κοίτῃ τῆς ἀπελθούσης τὴν δευτέραν γαμετὴν ἐπεισάγει· οὐδὲ μητρυιὰν δίδωσι τοῖς παισὶ, τὸ ἐπαχθὲς ὄνομα. Μιμεῖται δὲ τῶν τρυγόνων τὴν ἄλογον καὶ φυσικὴν σεμνότητα. Καὶ γὰρ ἐκείνην τὴν ὄρνιν

[81] Judic. xvi, 13 sqq. [82] Μελιταῖον κυνίδιον. Arist., IX *De nat. anim.*

Digitized by Google

φασὶν, τῆς ὁμοβίου διαζευχθεῖσαν, ἀγαπᾷν διηνεκῆ τὴν χηρείαν, καὶ ἐναντίως ἔχειν πρὸς τὴν περιστερὰν εἰς τὸ τῆς πολυγαμίας εὔκολον. Μέχρι τούτου πυκναῖς ὁ ἀνὴρ ταῖς κατηγορίαις βαλλέσθω, καὶ νιφάδων πυκνότερον αὐτὸν τιτρωσκέτω τὰ τῆς ἀγνωμοσύνης ἐγκλήματα.

A etiam, sed insitam a natura castitatem imitatur. Nam avem hanc ferunt, ubi semel a conjuge disjungitur, perpetuam colere viduitatem, ac secus plane atque columbam comparatam esse, quæ in polygamiam proclivis est. Hactenus quidem vapulet maritus, crebrisque densæ nivis instar ingratitudinis criminibus pulsetur.

Ἂν δέ που μοιχείας αἰτίαν προβάληται, καὶ τοιαύτην παράσχοι τοῦ χωρισμοῦ τὴν ἀπολογίαν, εὐθὺς τὴν συνηγορίαν μεταθήσομαι τοῦ ἀδικηθέντος, καὶ τὸν λόγον κατὰ τῆς μοιχαλίδος παρασκευάσας, ἀγαθὸς συνασπιστὴς ἀντὶ πολεμίου τῷ ἀνδρὶ παραστήσομαι· ἐπαινῶν τὸν φυγόντα τὴν ἐπίβουλον, τὸν διακόψαντα τὸν δεσμὸν, ᾧ πρὸς τὴν ἀσπίδα ἢ τὴν ἔχιδναν προσεδέδετο. Τούτῳ γὰρ δίδωσι τὴν συγγνώμην πρῶτος ὁ τοῦ παντὸς ποιητὴς, ὡς καὶ δικαίως ἀλγοῦντι, καὶ προσηκόντως τῆς οἰκίας ἀπελαύνοντι καὶ τῆς ἑστίας τὴν νόσον. Γάμος γὰρ τούτων χάριν τῶν δύο συνίσταται, διαθέσεως καὶ παιδοποιΐας· ὧν οὐδέτερον μετὰ μοιχείας σώζεται. Ἡ μὲν γὰρ διάθεσις οὐκ ἔστιν, πρὸς ἄλλον τῆς εὐνοίας ἀποκλινάσης· παιδοποιΐας δὲ τὸ καλὸν ἀνῄρηται, συγκεχυμένων τῶν τέκνων. Ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς τοῦτο φέροντα τὸ ἁμάρτημα εἴρηται ἐν ἄλλῃ ὑποθέσει συμμέτρως. Ἀμφότερα δέ μοι τὰ μέρη σωφροσύνην ἀσκησάτω, τὸν ἀῤῥαγῆ τῶν γάμων σύνδεσμον. Ὅπου γὰρ αὕτη τιμᾶται, ἐπάναγκες εἶναι καὶ εἰρήνην καὶ πόθον· οὐδεμίας πανδήμου καὶ νόθου ἐπιθυμίας τὴν ψυχὴν ἐπιθηγούσης, ἐμβαλούσης [83] δὲ τὴν νόμιμον καὶ δικαίαν στοργήν.

B Quod si forte adulterii culpam objicit eamque divortii rationem reddit, omnem statim accusationem a marito injuria hac affecto in adulteram transferam, ac pro hoste, probus illi posthac defensor ac propugnator assistam. Laudabo eum qui fugerit insidiatricem, qui abruperit vinculum quod eum aspidi, quod viperæ copulavit. Huic enim primus indulget ipse universorum auctor, tanquam justo dolore percito, meritoque domus pestem ac exitium domo exigenti. Nam cum duplici fine matrimonia contrahantur, benevolentiæ ac quærendorum liberorum, neutrum in adulterio obtinetur. Nec enim affectui locus, ubi in alterum animus inclinat; ac sobolis omne decus et gratia perit, quando liberi confunduntur. Sed quæ pertinent ad hoc peccatum, in alia satis quæstione tractata sunt. Cæterum utraque mihi pars castitatem cole, quod est indissolubile matrimonii vinculum. Ubi enim hæc colitur, illic necesse est locum habeat pax ac desiderium : quando vaga nulla ac spuria cupiditas instigans, justum legitimumque amorem extrudit.

C Οὗτος τῆς σωφροσύνης ὁ νόμος οὐ ταῖς γυναιξὶ μόνον παρὰ Θεοῦ ὥρισται, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνδράσιν. Οἱ δὲ τοῖς τοῦ βίου τούτου νομοθέταις προσέχοντες ἀνεύθυνον καταλείπουσι τῆς πορνείας τοῖς ἀνδράσι τὴν ἐξουσίαν, βαρεῖς μέν εἰσι κριταὶ καὶ διδάσκαλοι τῆς τῶν γυναικῶν σεμνότητος· οἱ δ' ἐν πολλοῖς ἀναίδην ἐπιμαίνοντες σώμασιν, ἄλλων ἰατροὶ, κατὰ τὴν παροιμίαν, μυρίοις βρύοντες ἕλκεσιν. Κἄν τις αὐτῶν ἐπὶ ταῖς πλημμελείαις ταύταις καθάψηται, κεκομψευμένην καὶ παίζουσαν ἀπολογίαν προΐσχονται. Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες, φασὶ, κἂν πάνυ πολλαῖς γυναιξὶ πλησιάσωσιν, οὐδὲν τῇ ἑστίᾳ λυμαίνονται· αἱ δὲ γυναῖκες, ἐξ ὧν ἁμαρτάνουσι, κληρονόμους ἀλλοτρίους ταῖς οἰκίαις καὶ τοῖς γένεσιν ἐπεισάγουσιν. Ἀκουσάτωσαν δὲ οἱ τῆς ἐμπλήκτου γνώμης σοφισταὶ καὶ εὑρεταὶ, ὅτι καὶ αὐτοὶ ἄλλας ἑστίας καὶ οἰκίας ἀνατρέπουσιν. Αἱ γὰρ γυναῖκες, αἷς ὁμιλοῦσι, πάντως τινῶν εἰσιν ἢ θυγατέρες, ἢ γαμεταί· καὶ παντὶ τρόπῳ εὑρεθήσεται ἢ γάμος ἐπιβουλευόμενος, ἢ γονεὺς ἀδικούμενος, ὃς ἐγεννήσατο, καὶ ἐξέθρεψε, καὶ παρθένον ἔξειν ἐπὶ παστάδα καὶ θάλαμον

Hæc porro continentiæ lex non feminis tantum, sed etiam viris a Deo lata est. Qui vero sæcularibus legislatoribus (34) adhærentes, liberam viris libidinandi facultatem relinquunt, nec rem crimini ducunt, severi quidem judices sunt et arbitri castitatis muliebris, ipsique nihilominus summa impudentia in multa insaniunt corpora, ac juxta proverbium, aliorum medici infinitis ulceribus scatent. Si quis autem ejuscemodi flagitiorum tales arguat, lepidam ac jocularem defensionem adhibent. Viri, inquiunt, etiamsi ad longe plures accesserint, nullum domui familiæque damnum inferunt; at mulieres ubi peccant, externos hæredes in domos ac familias inducunt. Verum audiant tam stolidæ sententiæ acuti inventores, ac discant per D ipsos quoque alienas domos everti. Nam feminæ, quibuscum consuetudinem habent, aliquorum vel filiæ vel uxores omnino sunt; et invenietur aut matrimonium insidiis petitum, aut pater injuria affectus; qui postquam susceperat, educaverat, virginemque perducturum ad thalamum speraverat,

[83] Leg. ἐκβαλούσης.

(34) *Sæcularibus legislatoribus.* Legibus Romanis, ut paulo post subdit. Hoc item virum inter ac uxorem humana lege discrimen in hunc modum exprimit Chrysost. libr. *De virginit.* c. 52 : Ὅταν δ' ἀληθὲς ὀνείδους τύχῃ τὸ δεινὸν, τὴν μὲν γυναῖκα οὐδεὶς ἐξαιρήσεται τῶν τοῦ ἠδικημένου χειρῶν· ἀλλ' ἔχων αὐτῷ βοηθοῦντας τοὺς νόμους, τὴν ἁπάντων αὐτῷ φιλτάτην εἰς δικαστήριον ἀγαγὼν, κατέσφαξεν· ὁ δὲ ἀνὴρ τὴν μὲν ἀπὸ τῶν νόμων διαφεύγει τιμωρίαν, τῇ δὲ ἄνωθεν καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ τετήρηται ψήφῳ· *Porro autem si malum hoc verum sit, talem uxorem nemo e læsi manibus eripiat, quin leges opitulantes nactus, omnium sibi charissimam in judicium adductam trucidet : cæterum vir legum pœnas effugit, supernæ ac divinæ sententiæ servatus.*

Digitized by Google

omni spe ac exspectatione per istos pudicitiæ prædones deturbatur. Quod si jam pater est qui flagitia hæc patrat, cogitet atque consideret, quid animi sit patri sic deluso; si maritus, sibi ipsi illatam injuriam reputet. Nam ita demum bene præclareque se res habent, cum ex alienis quisque judicat, qualem in ipsum alium esse velit. Si qui autem Romanis auscultantes legibus, permissam esse scortationem ac crimine vacare existimant, gravem sane errorem errant, ignorantque, leges divinas ab humanis nimium quantum distare doctrinis ac placitis. Audi Moysen divinæ nuntium atque præconem voluntatis, graviaque et amara adversus scortatores pronuntiantem [84]. Audi Paulum dicentem: *Scortatores et adulteros judicabit Deus* [85]. Alii isti nil quidquam ad salutem tibi proderunt in tempore retributionis; sed ipsi trepidantes ac æstuantes tabescent. Insipiens ac indoctus deprehendetur legum ille architectus Plato (35); quid vero humile, gravis illa orationis facultas ac robur, contra omnes legumlatores vim suam efforens: cum ad pœnam distrahi videbunt eos, quibus ipsi male scortandi licentiam indulserunt. Nam omnino qui non vetuerunt, sibi primum aliena peccata adsciverunt; et gemino obnoxii crimini invenientur, cum ob ea quæ perpetrarunt ipsi, tum quod aliis libidinosæ ac impudicæ vitæ facultatem fecerint. Qui igitur cum uxoribus quam potest maxime castis ac honestis vivere in animo habent, ipsi suos mores ita componant, ut conjugibus institutioni ac disciplinæ sint; hæque domesticis ad virtutem exemplis excitentur.

ἡλπισεν, ἀφηρέθη δὲ πάσης χρηστης προσδοκίας παρὰ τῶν τῆς σωφροσύνης ληστῶν. Εἰ πατήρ ἐστιν ὁ ἀκόλαστος, γνωριζέτω πατρὸς πάθος ἀποτυγχάνοντος· εἰ ἀνήρ, ἑαυτὸν ὑποτυπωσάσθω τὸν ἀδικούμενον. Καὶ γὰρ ἐπίπαν οὕτως ἔχει καλῶς, ἕκαστον τοῖς ἀλλοτρίοις δικάζειν, ὡς ἂν ἄλλον ἑαυτῷ βούληται. Εἰ δέ τι καὶ τοῖς νόμοις Ῥωμαίων τινὲς προσέχοντες ἀνεύθυνον τὴν πορνείαν εἶναι νομίζουσι, δεινὴν πλανῶνται πλάνην, οὐκ εἰδότες, ὡς ἄλλως θεὸς νομοθετεῖ, καὶ ἑτέρως ἄνθρωποι δογματίζουσιν. Ἄκουσον Μωϋσέως, τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ καταγγέλλοντος, καὶ πικρὰς τὰς κατὰ πόρνων ἀποφάσεις ἐκφέροντος. Ἄκουσον Παύλου, λέγοντος· *Πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός.* Οἱ δὲ ἄλλοι οὐκ ἀρκέσουσίν σοι πρὸς σωτηρίαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀνταποδόσεως· ἀλλὰ τρέμοντες καὶ ἰδροῦντες ἐκτήξονται. Ἄσοφός σοι καὶ ἀπαίδευτος ὀφθήσεται ὁ Πλάτων, τῶν νόμων σοφιστής· ταπεινὸς δὲ, ὁ βαρὺς τόνος ἐκεῖνος καὶ κατὰ πάντων νομοθετῶν ἀνῃρημένος τὸ κράτος, ὅταν βλέπωσιν τοὺς σωμεραστὰς διελκομένους, οἷς αὐτοὶ κακῶς ἐφῆκαν τὴν ἐξουσίαν. Πάντως δὲ οἱ τοὺς ἄλλους μὴ κωλύσαντες εἰς ἑαυτοὺς πρῶτον τὴν ἁμαρτίαν ἐπέστρεψαν, καὶ διπλῆς εὑρεθήσονται κατηγορίας ὑπαίτιοι, ἧς τε ἔπραξαν αὐτοὶ, καὶ ἧς τοὺς ἄλλους ἀκολασταίνειν ἀφῆκαν. Οἱ τοίνυν βουλευόμενοι κοσμίαις ὡς ἔνι μάλιστα γαμεταῖς συζῆν, αὐτοὶ τὸν ἴδιον τρόπον διδάσκαλον τῶν συνοίκων ποιησάτωσαν, ἵν' ἔχωσιν ἀγαθὸν ἀφ' ἑστίας τὸν ζῆλον.

VI.

Asterii Amaseæ episcopi, sermo in Danielem prophetam et Susannam [86] (36).

Nunquam doni supereffluentia dives, Spiritus gratia, sua, quando, ac quibus velit, exhibere cessat. Tanquam enim fluvius *aquis* plenus *salientibus in vitam* [86*], secus omnino ac visibilia hæc ac terram irrigantia flumina, emissiones virtutis subministratas habet. Neque enim, uti quandoque

Γ'.

Ἀστερίου, ἐπισκόπου Ἀμασείας, λόγος εἰς τὸν προφήτην Δανιὴλ, καὶ εἰς τὴν Σωσάνναν.

Ἀεὶ τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις, ὑπερχεόμενον ἔχουσα τὸν πλοῦτον τῆς δωρεᾶς, οὐκ ἀργεῖ τὰ ἑαυτῆς, ὁπηνίκα, καὶ οἷς ἂν ἐθέλῃ ἐπιδείκνυσθαι. Οἷα γὰρ ποταμὸς πεπληρωμένος τῶν εἰς ζωὴν ἀλλομένων ὑδάτων, ἀπεναντίας τοῖς ὁρωμένοις τούτοις καὶ κατὰ γῆν, τὰς τῆς ἐνεργείας ἀφέσεις ἔχει χορηγουμένας.

[84] Levit. XXIV, 11; Deut. XXII, 22. [85] Hebr. XIII, 4. [86] Dan. XIII, 45 sqq. [86*] Joan. IV, 14.

(35) *Legum ille architectus Plato, ὁ Πλάτων τῶν νόμων σοφιστής.* Notat Ducæus in utroque ms. legi, ὁ πλατὺς τῶν νόμων· *unde*, inquit, *suspicari quis possit legendum*, ὁ πλατὺς τὸν ὦμον σοφιστής, *ille qui latos humeros habuit sophista.* Lectionem admodum probo, ac probatiorem ea quæ est editis existimo: conjecturam non approbo; longe enim amplius e genio ac stylo Asterii, ut τὸ πλατὺς in sua reliquerit amplitudine, dictumque Platonem ἀπὸ τῆς πλατύτητος absolute indicaverit, quæcunque tandem illa esset, vel ἑρμηνείας, vel μετώπου, vel στέρνων, prout aliis ac aliis placuit; quam ut ad humerorum latitudinem jejune admodum ac παρέργως restrinxerit. Quid enim ad leges earumque vim, humerorum latitudo, ut hic ejus meminisse oportuerit? Multum vero orationis ubertas ac mira latitudo; quæ ipsa gravitatem servare videatur, quod utrumque auctor in eo connectit, ac ex utroque laudatum, utroque ridiculum fore, nec se quidquam, aut suos in extremo judicio adjuturum, ait. Laertius in ejus Vita: Ἔνιοι δὲ διὰ τὴν πλατύτητα τῆς ἑρμηνείας οὕτως ὀνομασθῆναι· ἢ ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον, ὥς φησιν Νεάνθης· *Sunt qui ob orationis ubertatem et miram latitudinem, sic appellatum putent; sive, quod ampla fuerit fronte.* Item cum vox σοφιστής sit quid confusius, debuit adjecto determinari; atque adeo scribendum fuit, τῶν νόμων σοφιστής, *legum architectus ac subtilis inventor;* nimirum legum reprobarum circa conjugia, quas auctor innuit; multisque graviter exagitat Chrysost., hom. 4 *in Act.*, ubi Petri ac Platonis in *Ethico* comparationem urget: cumque illud ad manum sit, non libet exscribere. Leges porro quas notat habentur in Platone, l. v *De republ.*

(36) Ut plura nobis Asterius eo charactere reliquisset exposita, quo hanc Danielis ac Susannæ historiam exponit, haud admodum necessarias haberemus aliorum ἐκφράσεις, ac μεταφράσεις, cum unus ipse omnium loco eo in genere satis videretur, sic clare paucis omnia edisserit, illustratque. Affinis hæc oratio relato ὑπομνήματι de S. Euphemia in VII synodo, quod ipsum ex Regio codice emendatius novum reddimus, prioribus versionibus, atque in primis Anastasiana, haud satis accuratis. Sic tersa omnia hoc Encomio, ut præstet attentius legere ac delectari, quam notas recensere. Parcam ergo operis, nec plura annotabo.

Digitized by Google

Οὐ γὰρ ἐπιλείπει τὸ ῥεῖθρον αὐτῇ, καθάπερ ἐκείνοις ἐνίοτε· οὐδ' ἀναβάσεις καὶ ὑποβάσεις, ὥσπερ αὐτοί, ἐπιδέχεται· οὐδὲ τὸ καὶ τὸ μέρος, κατὰ τούτους, περιλαμβάνει· ἀλλὰ καὶ πλήθει ἀεὶ, καὶ πᾶσιν ἀρκεῖ· καὶ εἰς τοὺς μετόχους ὑπορρέουσα τοῦ πληρώματος, οὐδὲν ἧττον μένει πεπληρωμένη, ἀλλὰ καὶ οὕτω τὴν χάριν ἔχουσα δαψιλῆ, οὐδὲ πρὸς ἡλικίας οἶδε διαδίδοσθαι καὶ μερίζεσθαι. Οὐ γὰρ ὄγκῳ σωμάτων τὰ ἀμέτρητα οἷδε μετρεῖσθαι, ἀλλὰ ψυχῆς εὐγενείᾳ καὶ καθαρότητι συνέρχεσθαι καὶ ἐπιφαίνεσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο νῦν μὲν συμπεριφέρεται ἀρτιγαλακτοτροφουμένῳ τῷ Σαμουὴλ, νῦν δὲ τὸν Δαβὶδ ἐκ τῶν ποιμνίων αὐτῶν προβάτων ἀναλαμβάνει· τῶν ἀδελφῶν, οἷς ἐδόκει παρεωρᾶσθαι διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς ἡλικίας, ἐκκρίνουσα. Ἄλλον ἐξ ἀροτῆρος τῷ χρίσματι τελειοῖ, καὶ μετ' ἐκείνους, τὸν νῦν κείμενον εἰς ὑπόθεσιν, μακάριον καὶ τῷ ὄντι σοφὸν Δανιὴλ, ἁπαλὸν ἔτι καὶ κομιδῇ νέον, ὁμοῦ καὶ πρεσβυτέρων κριτὴν, καὶ προφήτην καθίστησιν· ὃς εἰ καὶ τῆς βαρείας ἐκείνης ἔργον ἐγεγόνει αἰχμαλωσίας,[87] καὶ τῆς ἐνεγκούσης εἶχε τὴν Βαβυλῶνα, καὶ ἐν ἀδόξοις ἐδόκει διὰ τῆς ὥρας τὸ ἀτελὲς, καὶ ἀπαρρησίαστος διὰ τὸ ἐναπειλῆφθαι τοσούτοις κακοῖς· ἀλλ' ἐκ τοῦ τὴν ἀρετὴν ἐπιφέρεσθαι, καὶ φιλοσοφίᾳ στοιχειωθῆναι τὴν πρώτην αὔξησιν, καὶ καρτερὸς εἶναι τὴν γνώμην καὶ ἐμβριθὴς, ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας, τῶν γηραιῶν ἐκείνων καὶ καθεστηκότων ἔλεγχος ἐδείκνυτο καὶ κριτής. Ἀλλὰ μικρὸν, εἰ δοκεῖ, πρὸς ἀρχὴν ἀναγαγόντες τὸν λόγον, ἴδωμεν ὅπως ὑψηλὸν καὶ μακάριον, τὸ φίλον ὑπάρχειν Θεῷ.

Τῆς πόλεως τῆς Ἱερουσαλὴμ κατάκραν τῷ πολέμῳ παρὰ τῶν Ἀσσυρίων ληφθείσης, οἵ τε[88] λαοὶ τῶν Ἑβραίων ἐπὶ Βαβυλῶνα διήχθησαν. Εἶχε δὲ καὶ τὸν μακάριον Δανιὴλ τῶν δορυαλώτων μειρακίων τὸ πλῆθος, καὶ διήγετο ἐπὶ τῆς πολεμίας παῖς εὐκαταφρόνητος, κεκακωμένου δήμου μικρὸν καὶ πολλοστὸν ἐφόλκιον, οὔτε παρὰ τοῖς ὁμοφύλοις ἀφορμὴν ἔχων τοῦ φαίνεσθαι, οὔτε παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἀξιόλογον τοῦ πολέμου νομιζόμενος κέρδος· ἀφανὴς, ἄδοξος, διὰ τὴν ἡλικίαν, διὰ τὴν συμφοράν· μόνῳ τῷ καλῶς βλέποντι καθορώμενος.

Θεὸς γὰρ μόνος ἔβλεπε τὴν καθαρὰν τοῦ νεανίσκου ψυχὴν, ὥσπερ τινὰ μαργαρίτην ἐν θαλαττίοις ὀστράκοις ἐνδεδεμένον, ἢ χρυσὸν ἐν τοῖς κόλποις ἐνόντα τῆς γῆς· ὡς νύμφην εὐπρεπῆ, τοῖς παραπετάσμασι τῆς παστάδος καλυπτομένην. Ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν ὁ καθήκων καιρὸς, καὶ ἔδει τὸν κρυπτόμενον φανῆναι, γνώριμον γενέσθαι τὸν ἀφανῆ, περίβλεπτον τὸν καταφρονούμενον, λάμψαι τὸν τῷ σκότῳ τῆς συμφορᾶς κεκρυμμένον, ὀλίγη τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησις, καὶ πάντων ὁ ταπεινὸς ὑψηλότερος· σοφὸς, ὁ μὴ διαίρων τὸ στόμα· ἔλεγχος κρυπτομένων· κριτὴς δικαστῶν, ὁ ἀπαίδευτος· ἐπὶ θρόνου καθήμενος ὑψηλοῦ, ὁ μηδέπω μηδὲ ὑπηρέτης δικαστηρίων γενόμενος· σωφροσύνην συκοφαντουμένην ἐκδικῶν ὁ νέος, δῆμον πλανώμενον ἐπιστρέφων, ψῆφον πόλεως ὅλης κακῶς ἐνεχθεῖσαν ἀνακαλούμενος. Ἠκούσατε γὰρ ἀρτίως τοῦ

illa, eam profluens aqua deficit, neque illorum more, incrementa vel decrementa admittit; necve pro eorum ratione, hanc ac illam partem allambit: quin etiam abundat semper, ac omnibus sufficit inque eos effluens qui plenitudinis sunt participes, nihilominus plena consistit; sed et ita uberem habens gratiam, pro etiam ætatum modo distribui ac dividi nescit. Neque enim quæ sunt immensa, pro corporum molis ratione mensurari possunt, sed animi ingenuitatis ac puritatis socia, pariter elucent ac proluntur. Quocirca, nunc quidem cum Samuele nuper lactente versatur[89]; nunc vero Davidem ab ipsis assumit gregibus ovium; ac fratribus præfert, quibus ille ceu immaturiori ætate contemptus videbatur. Alium ab aratro assumens, unctione initiat[90]; postque illos, nobis nunc in argumenti partem propositum, beatum ac plane sapientem Danielem, tenerum adhuc, ac valde juvenem, seniorum judicem, ac prophetam creat. Quanquam enim ille res erat gravis illius captivitatis, ac patriæ loco Babylonem habebat, videbaturque ab immatura ætate despectior, atque a tot malis fiducia carens: quod tamen virtute præditus esset, fuissetque prima statim adolescente ætate philosophia eruditus, ac animo forti ac constanti polleret, in ipso ætatis flore, senum illorum ac perfectorum, redargutio ac judex effectus est. Cæterum modicum quid, si lubet, sermonem ad principium reducentes, videamus ut Deo amicum esse, sublimem ac beatum præstet.

Capta penitus ac bello expugnata ab Assyriis civitate Jerusalem, Hebræorum per id tempus populi Babylonem translati sunt. Porro, inter juvenum captivorum turmas, beatus quoque Daniel unus fuit, agebatque in terra hostium contemptibilis puer, afflicti populi exigua quædam ac multesima appendix, qui neque haberet quo apud sui generis homines clarus esset, nec apud hostes justum belli spolium videretur; obscurus, inglorius ætatis ac calamitatis præjudicio; quem solus probe videns oculus ille perspiceret.

Solus quippe Deus purum adolescentis cernebat animum, margariti instar marinis ostreis implexum, aut sicut aurum in terræ sinu repositum; ut denique ornatam sponsam arcanioris thalami abditam velo. Ubi autem opportunum appetiit tempus, oportuitque ut qui delitescebat in palam proferretur, ut obscurus ille notus evaderet, ut contemptus conspicuus fieret, ut denique qui in calamitatis tenebris absconditus fuerat claritatem acciperet; modico divini Spiritus afflatu atque illapsu, humilis ille universis sublimior evadit; sapiens, qui nec os aperire posset; occultorum redargutio, judicum judex, homo rudis; sublimi solio sedens, qui neque tribunalium unquam minister fuisset; juvenis castitatem calumnia appetitam ulciscens, convertens errantem populum, male latam civitatis universæ

[87] *Isc.* κάντεῦθεν. [88] *Isc.* οἱ τότε. [89] 1 Reg. I, 15 sqq. [90] 1 Reg. XVI, 11 sqq.

Digitized by Google

calculo sententiam revocans. Audistis enim recitatam modo lectionem, omninoque rei miraculum suspensos animo tenet. Ego quoque iis omissis quæ libri alii habent, si qua nobis psalmi conjuncta voluptate utiliter modulati sunt; si qua Apostolus consilio suggessit; si qua Dominus pro potestate in Evangeliis sanxit, huic potissimum narrationi animum adjeci. Video namque duplicem commendari juventutem, alteram quidem ferendo, alteram sustinendo sententiam : ac Danielem quidem, pro lata rite sententia plausum habere ac aggratulationem; Susannam vero, pro victoria castitatis obtinere coronam. Venite itaque, qui pulchrorum ac virtutis amantes estis; antiquum illud memoria instauremus judicium. Veteri castitate, novam in præsenti exscindamus incontinentiam, traducentes juvenilem senectutem, ac canam admirantes juventutem. O scelesti senes ac populi principes, innumeros ad emendationem necessarios habentes pædagogos, legitimo fœdere junctarum nuptiarum insidiatores, maligni castitatis aucupes, subtiles dolorum instructores, calumniæ prompti inventores! Scortationem labiorum tenus damnatis, et adornatis adulterium : aliorum medici, plenique ipsi morbo : sepulcra dealbata, intus immunditia plena, externa vero superficie ornata [91] : sublimes, ac in judicum sedibus præsidentes, tumque, cum scortari voluistis, inter arbustorum densa ac dumeta adrepentes. Risit cum videret prævaricationum doctor, ac malorum consiliarius, ut principes populi, ut viri proceres ac delecti, ceu sepulcrorum effossores quidam ac latrones, impudico reereandi spectaculo, ventrem traheretis, vulpiumque more latitaretis inter dumeta; quæ nimirum e nemorosis ac umbrosis locis, domesticis insiliantes avibus, in eas, dum incaute pascuntur insiliant. O similem illi malitiam, quam humanorum illa animorum lues, a principio in finem usque molitur! In horto primum corruit sublimis homo; nunc quoque in horto, viri senes a serpente acti, a prima illa ac principali gloria excidunt; quique judices erant, præjudicio damnati fiunt, alieni a vita, ac operarii peccati. Cæterum hoc certamine, vicit quidem viros, victoriæ autem palmam concessit feminæ, nec primæ hominis levitatem illam, in Babylonis adolescentula invenit. Ac merito dicat aliquis, haudquaquam Babylonem confusionem propter Susannam esse, sed mandatorum Dei observationem ac castitatis custodiam, virili pectore mulieris civitatem; lætæ pro victoria festivitatis locum.

Hanc ego, ut intermedia tantum excipias tempora, cum casto Joseph virtutis similitudine compono. Sisto autem honestam feminam secus castum virum, Deo amicam secus filium Israel; unam amborum ac eamdem pro castitate impono coronam, victorumque pedibus devictos substerno; Joseph quidem, impudicam Ægyptiam, servi liberi heram; Susannæ vero, infames senes. Castitatis eos insti-

[91] Matth. xxiii, 27.

A ἀναγνώσματος, καὶ τῷ θαύματι πάντως κατέχεσθε τὴν ψυχήν. Κἀγὼ δὲ τὰ τῶν ἄλλων βιβλίων ἀφεὶς, ὅσα οἱ ψαλμοὶ ἡμῖν ἐπωφελῶς μεθ' ἡδονῆς ἐμελῴδησαν, ὅσα συνεβούλευσεν ὁ Ἀπόστολος, ὅσα δεσποτικῶς ἐνομοθέτησεν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος, ταύτῃ προσεκλίθην τῇ ἱστορίᾳ. Ἐπειδὴ δύο νεότητας βλέπω εὐδοκιμούσας, τὴν μὲν ἐν τῷ δικάζειν, τὴν δὲ ἐν τῷ κρίνεσθαι· καὶ τὸν μὲν Δανιὴλ ἐπὶ ταῖς ψήφοις κροτούμενον· Σωσάνναν δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ στεφανουμένην τῆς σωφροσύνης. Δεῦτε τοίνυν, εἰ δοκεῖ, οἱ τῶν καλῶν ἐρασταὶ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἀνανεωσώμεθα τὴν παλαιὰν κρίσιν τῇ μνήμῃ· ἀρχαίᾳ σωφροσύνῃ τὴν νεάζουσαν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀκολασίαν ἐκκόψωμεν, στηλιτεύσαντες γῆρας μειρακιῶδες, καὶ νεότητα πεπολιωμένην θαυμάσαντες. Ὦ πρεσβῦται μιαροὶ B καὶ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, μυρίων παιδαγωγῶν εἰς ἐπανόρθωσιν χρῄζοντες, γάμων νόμῳ ζευχθέντων ἐπίβουλοι, σωφροσύνης ἐνεδρευταὶ, μηχανορράφοι δόλων, συκοφαντίας ταχεῖς εὑρεταί! Ὑμεῖς ἦτε οἱ τὴν πορνείαν τοῖς χείλεσι κρίνοντες, καὶ τὴν μοιχείαν κάζοντες· οἱ τῶν ἄλλων ἰατροὶ, καὶ τῆς νόσου γέμοντες· οἱ κεκονιασμένοι τάφοι, ἔνδον τῆς ἀκαθαρσίας πεπλησμένοι, καὶ τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν καλλωπίζοντες. Οἱ ὑψηλοὶ καὶ ἐπὶ τῶν θρόνων τῶν δικαστικῶν προκαθήμενοι, ὅτε δὲ ἀκολασταίνειν προείλεσθε, τοῖς λασίοις τῶν φυτῶν καὶ τοῖς θάμνοις ἐνέρποντες. Ἐγελᾶτο βλέπων ὑμᾶς ὁ τῶν παραβάσεων εἰσηγητὴς, καὶ τῶν κακῶν σύμβουλος, ὅπως οἱ ἐν κορυφῇ τοῦ λαοῦ, οἱ λοχάδες καὶ ἔκκριτοι, ὡς τοιχωρύχοι τινὲς ἢ λῃσταὶ τῇ γῇ προσεσύρεσθε, ἵνα βλέψητε θέαν ἀκόC λαστον· καὶ τοῖς θάμνοις ἐνεκρύπτεσθε κατὰ τὰς ἀλώπεκας, αἳ ἀπὸ τῶν συμφύτων καὶ ἐπισκίων τόπων τὰς κατοικιδίους ἐνεδρεύουσιν ὄρνιθας, καὶ νεμομένας ἀπροόπτως ἐπιπηδῶσιν. Ὦ τῆς ὁμοιοτρόπου κακίας, ἣν ὁ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ὀλοθρευτὴς ἀπαρχῆς εἰς τέλος ἐπιτηδεύει! Ἐν παραδείσῳ τὸ πρῶτον τοῦ ὑψηλοῦ ἀνθρώπου πτῶμα, ἐν παραδείσῳ καὶ νῦν οἱ γέροντες παρὰ τοῦ ὄφεως ἐνεργούμενοι, τῆς ἀρχικῆς δόξης ἐκπίπτουσι, γίνονται δὲ, ἀντὶ κριτῶν, καταδεδικασμένοι, τῆς ζωῆς ἀλλότριοι, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐργάται. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἀνδρῶν ἐκράτησε, τῆς δὲ γυναικὸς ἡττήθη, καὶ τὸ κοῦφον τῆς πρώτης ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας οὐχ εὗρε νεάνιδος. Καὶ καλῶς ἂν εἴποι τις, ὡς οὐκ ἔστι Βαβυλὼν σύγχυσις διὰ Σωσάνναν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν D Θεοῦ, φυλακὴ σωφροσύνης, πόλις ἀνδρικῆς γυναικὸς, τόπος ἑορτῆς ἐπινικίου.

Ταύτην ἐγὼ, τοὺς ἐν μέσῳ χρόνους ἀνελών, τῇ ὁμοιότητι τῆς ἀρετῆς, πρὸς τὸν κόσμον Ἰωσὴφ ἄγω· ἵστημι δὲ τὴν εὐσχήμονα παρὰ τὸν σώφρονα, τὴν τῷ Θεῷ φίλην παρὰ τὸν παῖδα τοῦ Ἰσραήλ. Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέροις, τὸν ὑπὲρ τῆς σωφροσύνης ἐπιτίθημι στέφανον· ὑποῤῥίπτω δὲ τοῖς ποσὶ τῶν νικησάντων τοὺς ἡττημένους· τῷ μὲν Ἰωσὴφ, τὴν ἀκόλαστον Αἰγυπτίαν, τὴν δέσποιναν τοῦ ἐλευθέρου δού-

Digitized by Google

λου· Σωσάννη δὲ, τους ατιμους γέροντας. Τίθημι τούτους παιδαγωγοὺς σωφροσύνης· τὴν μὲν, τῆς γυναικείας· τὸν δὲ, τῆς τῶν ἀνδρῶν νεότητος· λαμπτῆρας τῆς οἰκουμένης, ἄνθη τῆς ἀναστάσεως, μοιχῶν κριτὰς, γάμων ἐνθέσμων φύλακας. Τέως δὲ περὶ μόνην ἀσχολήσωμεν τὴν ἱερὰν γυναῖκα τὸν λόγον· νῦν γὰρ ὁ Ἰωσὴφ ἐπεισόδιόν ἐστι καὶ παρενθήκη σωφροσύνης, ὁ σώφρων.

Ἐπειδὴ γὰρ οἱ γέροντες, ὡς ἐνόμιζον, εἶχον τὴν θήραν εἴσω δικτύων, εἰσεπήδησαν δὲ ἐκ τῆς ἐνέδρας, ὡς αὐτίκα ληψόμενοι, οὐχ εὗρον δειλὴν τὴν βελτίστην ἔλαφον, ἀλλ' ἀνθισταμένην καὶ αὐτοῖς, καὶ τῷ δράκοντι τῷ τῶν γινομένων αἰτίῳ (ὀφιοκτόνον δὲ ζῶον ἡ Ἔλαφος· καὶ καλῶς εὗρεν ὁ λόγος τὴν εἰκόνα τοῦ ζώου)· παρεκάλεσαν, οὐκ ἠκούσθησαν· ἠπείλησαν, οὐ κατέπτηξαν. Ἀμηχανοῦσι λοιπὸν οἱ δυσέρωτες, καὶ δύο τοῖς μεγίστοις συνέχονται, ἀποτυχίᾳ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ φόβῳ τοῦ ἐλέγχου. Ῥάπτουσι δὲ συκοφαντίαν, μιαραὶ κεφαλαὶ, καὶ λύσιν τοῦ κακοῦ ἄλλο κακὸν ἐξευρίσκουσι, καὶ μοιχείας κάλυμμα σκευάζονται φόνον. Ἁμαρτωλὸς γὰρ, ὅταν εἰς ἀρχὰς ἐμπέσῃ πλημμελημάτων, ὥσπερ σχοίνῳ τῇ ἀρχῇ, καὶ τὰς ἀκολούθους ἀνομίας ἐφέλκεται. Καὶ γεννητικὰ τυγχάνει τῶν καλῶν τὰ καλὰ· τῶν δὲ φαύλων, τὰ ὅμοια. Διὸ καὶ νῦν φόνος ὁ καρπὸς τῆς μοιχείας ὑποβλαστάνει, καὶ συνέδριον κατὰ σπουδὴν κάθηται, ὡς ἐπὶ μεγάλῳ τῆς γυναικὸς ἀδικήματι, καὶ δημαγωγεῖται πλῆθος, θέαν ἔχον τὴν κρινομένην. Κατήγοροι δὲ καὶ δικασταὶ οἱ αὐτοί· καὶ πολιὰ συκοφαντοῦσα ἀξιόπιστος ἦν· καὶ νεότης συκοφαντουμένη ἐκ τῆς κρατούσης ἐπινοίας κατεδικάζετο. Δῆμος δὲ ἀναῤῥιπισθεὶς, καὶ παθὼν, ὃ δὴ πάσχειν ἀπὸ ὁρμῆς ἐμπλήκτου εἴωθε δῆμος, ἠγανάκτει πεπλανημένος, καὶ τῇ ὁρμῇ τῶν γερόντων συνεξεφέρετο· γονεῖς τῆς κρινομένης ἐθρήνουν· ἀνὴρ τὴν συμφορὰν ὠδύρετο· παῖδες ὠλόλυζον ἔνθεν καὶ ἔνθεν, τῆς μητρὸς κινδυνευούσης ἀπηρτημένοι· τὸ γένος τῇ αἰσχύνῃ κεκάλυπτο. Οἱ δὲ καλοὶ δικασταὶ, οἱ τῆς σωφροσύνης σύμμαχοι, σεμνῶς κεκαλυμμένην ἱματίῳ (οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῆς συγχύσεως τῶν κακῶν ἑαυτῆς ἐπελάθετο, ἕξιν τῆς κοσμιότητος ἔχουσα,) γυμνοῦσθαι τῆς εὐπρεποῦς σκέπης ἐκέλευσαν, ἵνα ἐν τῷ δικαστηρίῳ τὰ τῆς μοιχείας ἐνεργάσωνται, τῇ θέᾳ τῆς κρινομένης τὴν αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν προσαναπαύσαντες· ἐπετίθεσαν δὲ καὶ τὰς χεῖρας τῇ κεφαλῇ (ὃ δὴ σύμβολον τῆς κατακρίσεως ἦν), χραίνοντες σῶμα καθαρὸν, οἱ ἀκάθαστοι, τῇ ἁφῇ, καὶ κατ' αὐτῆς ἐδημηγόρουν τὸ ψεῦδος, οἱ καλοὶ τῆς ἀληθείας προστάται.

Ὡς δὲ ὁ λαὸς ὑπήχθη, καὶ ἡ ψῆφος ἠνέχθη, καὶ ἡ τιμωρία πλησίον ἦν, ἀνέβλεψεν τότε ἡ συκοφαντουμένη πρὸς τὸν δικαστὴν τῶν κριτῶν· ἐφέσιμον τὴν δίκην ἐξ ἀνθρώπων ἤγαγε πρὸς τὸν Θεόν· ἐπεκαλέσατο τὸ ἀπαραλόγιστον δικαστήριον, καὶ οὐκ ἐβράδυνεν ἡ ἀλήθεια. Ἀνάστηθί μοι λοιπὸν, ὦ μακάριε Δανιὴλ, καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ λόγου, ὡς διηγέρθης καὶ

A tutores constituo; hanc quidem, muliebris; illum autem, virorum juventutis: orbis terrarum luminaria, resurrectionis flores; adulterorum judices, legitimarum nuptiarum custodes. Interim vero, in sacra duntaxat femina, nostra versetur oratio. Nunc enim castus ille Joseph extra argumentum ac castitatis parenthesis est.

Ubi enim senes, quod quidem arbitrabantur, intra retia venationem tenentes, exque insidiis, ceu mox capturi, irruentes, nihil pulcherrimam cervam pavidam invenerunt [93], sed illis pariter ac fabulæ auctori draconi resistentem (porro ferunt cervam animal esse serpentibus noxium; pulchre vero invenit sermo animalis imaginem): ubi, inquam, obsecrarunt, nec fuerunt auditi; comminati sunt, nec perterruerunt; deinceps jam, malo œstro perciti homines, consilii inopes fiunt, ac utrinque duobus maximis anguntur, quod sint fraudati desiderio, quodque sceleris argui possint. Suunt autem calumniam, scelesta capita, ac mali solutionem aliud excogitant malum, velamenque mœchiæ necem instruunt. Peccator enim, postquam in prima delicta inciderit, ceu funi, primo peccato, reliquas consequenter iniquitates attrahit; ac vero bona bonis oriuntur, malis autem procreantur similia. Quocirca nunc quoque adulterii fructus cædes subgerminat, citoque ceu pro magno feminæ scelere, concilium sedet, ac multitudo judicium spectatura, in concionem vocatur. Porro, iidem ipsi accusatores ac judices erant; fideique calumniam struens canities habebat; juventus autem calumniam patiens ab obtinente opinione præjudicium ferebat. Ad hæc excitatus populus, idque patiens, quod ab stolido impetu populus pati solet, errore indignabatur, senumque impetum una sequebatur. Reæ actæ feminæ parentes lamentabantur, lugebat maritus tristem casum, filii hinc inde matri in periculo versanti hærentes, lugubre quid voeiferabantur; genus universum præ pudore abscondebatur. Præclari autem illi judices ac castitatis vindices, honeste pallio obtectam (neque enim vel in malorum confusione sui ipsa oblivisebatur, honestatis habitum habens,) honesto ejusmodi tegumento nudari jussere, quo pro mœchiæ tribunali, mœchiam operantes, judicandæ mulieris aspectu turpem cupiditatem sedarent; sed et manus capiti imponentes (pro latæ symbolo damnationis), mundum illud corpus, impudici homines contactu polluebant; ac contra eam, belli veritatis præsides, falsum pro concione orabant.

Ubi porro, persuaso populo, jam sententia lata esset, ac pœna instaret, tunc calumniam passa mulier ad judicum illum judicem aspexit: causæ remissionem ab hominibus in Deum transtulit. Invocavit tribunal illud quod falli nequit; nec veritas quidquam tardavit. Tu mihi jam quoque, o beate Daniel, qua tunc ratione a Spiritu excitatus es, in

[93] Prov. v, 19.

Digitized by Google

sermone exsurge. Dic tu etiam : *Innocens ego a sanguine hujus*, quomodo postea Pilatus adversus furentes Hebræos [93]. Voca iterum ad judicium populum, incipe litem male absolutam, reorum loco statue falsi nominis judices, commutetur præsidum ordo, videatque mulier viros senes, qua ipsa paulo ante ratione urbi spectaculo fuit. Tu captivus, cives judica ; hospes, viros indigenas ; juvenis, veteres. Commoda sacrum os Spiritui ; non enim habes labia immunda, uti se Isaias despiciens, ait [94] ; neque uno de seraphim aut purgatorio carbone indiges. Prudenter separa falsos judices, ut ne tuis quoque interrogationibus, uti mulieri in horto, consensione insiliant. Nam et illud prudenter intelligamus, quo ter beatus puer verborum tenore sit orsus sermonem : *Inveterate dierum malorum : nunc venerunt peccata tua quæ faciebas prius, condemnans quidem insontes, absolvens vero reos.* O miraculum, magnamque Spiritus libertatem ! *Ubi enim Spiritus erat, illic libertas* [95]. Videtis enim, ut neque in ipso exordio timeat ; sed ut in ima ipsa conscientiæ intendens, ac animos senum peccatorum apothecas videns, testes quidem ac probationes non quærat ; durius autem per contumeliam appellet, ut qui propheta, sententiam scriptam in pectore haberet. Ac quidem quod spectat ad ipsum, nec quidquam dixisset ; sed nulla mora abduci jussisset ; quia tamen suadendus erat insipiens populus, levesque judices, qui ex actorum potius canis, quam ex veritate sanxissent, etiam seorsim positis, interrogationis adhibet prolationem, exque dissona responsione mendacium arguit : ac lata sententia, non carnificibus tradit reos, sed ultores angelos adversus eos accersit : ic nimirum, eoque cumulo sanctorum provexit diguitas, ut et virtutes invisibiles illis obsequio ac ministræ adsint.

Quænam vero deinceps facta sunt scelestis senibus ? Mutato judicio, cum veterum iniquitatum, tum recentis peccati pœnas morte daturi ; tota vero Babylon gestarum rerum miraculum, ac rem sic novam in ore habens, Deum canticis celebrabant, qui latentium fabularum notitiam in publicum fecisset. Porro Helcias recepta filia, totus animo renovatus est ; Joachim, festum victoriæ diem cecinit pro uxore ; filii, veræ illius ac castæ pignora, vultibus blande ad risum compositis, circa matrem gestiebant, flebilisque ille luctus totus in lætitiam cessit. Vos autem, Christi populus, piissima ac salubri audita narratione, ne negligenter auditam prætereatis : quin imo doctrinæ ac exercitationis vitæ argumentum, sermonem assumatis. Vos feminæ, æmulamini Susannam, sic viris castitatem servate, uti suo illa servavit ; maluitque pati ac adire pericula, quam mœchia Deum provocare, viro probrum facere, domos ac

A τότε παρὰ τοῦ Πνεύματος· εἰπὲ καὶ σὺ, *Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος ταύτης*, ὡς καὶ Πιλᾶτος ὕστερον κατὰ τῶν μαινόμενων Ἑβραίων. Ἀνάλυσον τὸν λαὸν ἐπὶ τὸ κριτήριον· δὸς ἀρχὴν τῇ δίκῃ, κακῶς τελεσθείσῃ· στῆσον κρινομένους ψευδωνύμους κριτάς· ἐναλλαγήτω τῶν προστατῶν ἡ τάξις, καὶ θεωρείτω ἡ γυνὴ τοὺς γέροντας, ὡς αὐτὴ πρὸ ὀλίγου θέαμα τῆς πόλεως ἦν. Κρῖνον, ὁ αἰχμάλωτος, τοὺς πολίτας· ὁ ξένος, τοὺς ἐγχωρίους· ὁ νέος, τοὺς παλαιούς. Χρῆσον ἅγιον στόμα τῷ Πνεύματι· οὐ γὰρ ἀκάθαρτα χείλη ἔχεις, ὡς Ἡσαΐας αὐτὸν ἐξευτελίζων φησίν· οὐδὲ ἑνὸς τῶν σεραφεὶμ, καὶ τοῦ καθαρσίου ἄνθρακος χρῄζεις. Χώρησον σοφῶς τοὺς ψευδωνύμους κριτὰς, ἵνα μὴ καὶ ταῖς σαῖς ἐρωτήσεσι συμφώνως ἐπιπηδήσωσιν, ὡς ἐν τῷ παραδείσῳ τῇ
B γυναικί. Οἷα γὰρ καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν λόγων τοῦ τρισμακαρίου παιδὸς, συνετῶς καταμάθωμεν· *Πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν· νῦν ἥκασί σου αἱ ἁμαρτίαι, ἃς ἐποίεις τὸ πρότερον, τοὺς μὲν ἀθῴους κατακρίνων, ἀπολύων δὲ τοὺς αἰτίους.* Ὦ τοῦ θαύματος, καὶ τῆς μεγάλης ἐλευθερίας τοῦ Πνεύματος ! *Οὗ γὰρ τὸ πνεῦμα ἦν, ἐλευθερία.* Ὁρᾶτε γὰρ, ὡς οὐδὲ ἐν προοιμίοις ὑποστέλλεται· ἀλλ' εἰς τὸ βάθος τοῦ συνειδότος ἐνατενίσας, καὶ βλέπων τὰς ψυχὰς τῶν γερόντων ἀποθήκας ἁμαρτιῶν, μάρτυρας μὲν καὶ ἀποδείξεις οὐ ζητεῖ· ὑβρίζων δὲ ἐπαχθῶς προσκαλεῖται, ἐπειδὴ τὴν ἀπόφασιν ἔχει γεγραμμένην ἐπὶ τοῦ στήθους ὁ προφήτης. Καὶ ὅσον γε εἰς αὐτὸν ἦκεν, οὐκ ἂν οὐδὲ εἰπέ τι, ἀλλ' ἀνυπερθέτως τῇ τι-
C μωρίᾳ παρέπεμψεν· ἵνα δὲ πείσῃ λαὸν ἄφρονα, καὶ κριτὰς κούφους τῇ πολιᾷ τῶν κατηγόρων, οὐ τῇ ἀληθείᾳ δικάσαντας, καὶ τὴν πεῖραν τῆς ἐρωτήσεως κεχωρισμένοις προσάγει, καὶ τὸ ψεῦδος ἐκ τῆς διαφωνούσης ἀποκρίσεως διελέγχει· καὶ τὴν κρίσιν ἐξενεγκὼν, οὐ δημίοις δίδωσιν ὑπευθύνους, ἀλλ' ἀγγέλους κατ' αὐτῶν κολαστηρίους καλεῖ. Εἰς τοσοῦτον γὰρ ηὐξήθη τὸ τῶν ἁγίων ἀξίωμα, ὡς δυνάμεις ἀοράτους ἔχειν τὰς ὑπηρετουμένας αὐτοῖς.

Τίνα τὰ ἑξῆς τοῖς μιαροῖς γέρουσι ; Προετράπη ἡ κρίσις· ἀπῆλθον δὲ, καὶ τῶν παλαιῶν ἀνομοιῶν, καὶ τῆς νέας ἁμαρτίας, διδόντες διὰ θανάτου τὴν δίκην· Βαβυλὼν δὲ πᾶσα τὸ παράδοξον τῶν γενομένων διὰ στόματος εἶχον, καὶ ὕμνοις τὸν Θεὸν ἀνευφήμουν, τὸν τῶν λανθανόντων δραμάτων τὴν γνῶσιν δημο-
D σιεύσαντα. Καὶ Ἑλκίας ὑπὲρ τῆς παιδὸς ἀνενεώθη· Ἰωακεὶμ τὴν ἐπινίκιον ᾖσεν ὑπὲρ τῆς γυναικὸς ἑορτήν· παῖδες δὲ, γνησίας καὶ τῆς σώφρονος ἔκγονα, μειδιῶσι προσώποις τὴν μητέρα περιεσκίρτων, καὶ τὸ πολύδακρυ πένθος μετεσκευάσθη εἰς εὐφροσύνην. Ὑμεῖς δὲ, ὦ τοῦ Χριστοῦ λαὸς, εὐσεβεστάτης καὶ ψυχοφελοῦς ἱστορίας ἀκούσαντες, μὴ ἀδιαφόρως τὴν ἀκοὴν παραδράμητε· ἀλλὰ παιδείαν καὶ ἄσκησιν τοῦ ὑμετέρου βίου τὸν λόγον ποιήσασθε. Αἱ γυναῖκες, ζηλώσατε τὴν Σωσάνναν· οὕτω φυλάξατε τοῖς ἀνδράσι τὴν σωφροσύνην, ὡς ἐκείνη τῷ ἑαυτῆς· παθεῖν τε καὶ κινδυνεύειν καταδέξασθε μᾶλλον, ἢ μοιχείᾳ Θεὸν παροργίζειν, ἄνδρα καταισχύνειν, οἴκους καὶ ἑστίας

[93] Matth. xxvii, 24. [94] Isa. vi, 5. [95] II Cor. iii, 17.

Digitized by Google

ἐξαφανίζειν, παῖδας ἀμφιβόλους ἐργάζεσθαι. Οἱ πρεσβύται, τοὺς τοιούτους μισήσατε γέροντας· οἱ δυνάσται, φοβήθητε τῶν κριτῶν παρανόμων τὸ τέλος· οἱ νέοι, μιμήσασθε τὸν ἡλικιώτην τὸν νέον, ἵν' οὕτως ἑκάστης ἡλικίας εἰς τὸν τύπον τῶν καλῶν μορφωθείσης, τὸ πᾶν πλήρωμα τῆς Ἐκκλησίας ἅγιον καὶ εὐδόκιμον γένηται, ἐν Χριστῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν· ᾧ πρέπει δόξα, κράτος, τιμή, σὺν τῷ συνανάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A familias perdere, dubias proles facere. Vos senes, senes qui tales sint odio habete; magistratus, iniquorum judicum finem timete: juvenes, æqualem vobis juvenem imitamini, quo sic omni ætate in honorum formata typum, Ecclesiæ cœtus omnis sanctus ac probatus efficiatur, in Christo Salvatore nostro; quem decet gloria, potestas, honor, cum Patre coæterno, sanctissimoque ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ζ'.

Εἰς τὸν ἐκ κοιλίας τυφλόν.

Ἠκούσαμεν ἀρτίως τοῦ υἱοῦ τῆς βροντῆς Ἰωάννου, μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ τὸν ἁλιέα καὶ χειροτέχνην, συγγραφέα καὶ λογογράφον ἐργασαμένου θείων ὄντως καὶ ὑψηλῶν ὑποθέσεων. Ἐξηγήσαντο γὰρ ἡμῖν πολλὴν καὶ μακρὰν τοῦ Κυρίου διάλεξιν, δι' ἧς τὸν ἀπειθῆ λαὸν καὶ δυσήκοον, τὴν τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεογνωσίαν ἐπαίδευε, τῆς μοναρχικῆς ἐννοίας τῶν Ἑβραίων ἀπάγων τοὺς λογισμοὺς, ἀνοίγων δὲ αὐτοῖς τὴν θύραν τῆς χαρίτος ἐκ τῆς νομικῆς παραδόσεως, καὶ πρὸς τὴν Καινὴν Διαθήκην ἐκ τῆς Παλαιᾶς ἡρεμαίως ἄγων, ὡς τῆς ἐρήμου πρότερον ἐπὶ τὴν γῆν [τὴν] πλουσίαν καὶ εὔκαρπον. Ἀλλ' ὅμως δεικνύντος αὐτοῦ ποικίλως καὶ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν, ὡς προαιώνιος ὑπάρχει, καὶ ἀεὶ τῷ Πατρὶ συνημμένη, καὶ διαῤῥήδην τοῖς κωφοῖς ἐμβοῶντος· Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι· οὔτε τοῦ λόγου μαθόντες τὴν δύναμιν, οὔτε διά τινος ἐπιστήμονος ἀντιῤῥήσεως τὸ μὴ παραδεχθὲν διελέγξαντες, ἐπὶ τοὺς λίθους ἀντὶ τῶν λόγων ἐχώρουν· καὶ πόῤῥωθεν τοῦ σταυροῦ τὰς φονικὰς χεῖρας πρὸς τὴν μιαιφονίαν ἐγύμναζον. Ὁ δὲ κρίνας παντοχοῦ μακροθύμως ἔχειν πρὸς τὸν ὑβριστὴν δῆμον καὶ βλάσφημον, ἐξέκλινεν αὐτῶν τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θόρυβον· οὐ ταπεινῶς ἀποδιδράσκων, ἀλλὰ θεϊκῶς· ὃς ἐν μέσῳ τε εἱστήκει, καὶ ψηλαφώμενος οὐκ ἐβλέπετο, καὶ τοῖς φλεγμαίνουσι προστριβόμενος οὐχ ἑωρᾶτο· ἀλλ' εἱστήκεσαν ἐνεοὶ, τῇ μὲν προαιρέσει φονοῦντες, καθότου δὲ τὴν ὀργὴν ἐκπληρώσουσιν [96] οὐχ εὑρίσκοντες· ὁμοιοι θηρευταῖς ἀπείροις, οἳ, ἐπειδὰν πρὸ καιροῦ τὴν θήραν ἀποσοβήσουσιν [97], ὑποδραμούσης τῆς ἐλάφου λόχμην τινὰ, καὶ ἀφανῶς ἐξελθούσης, εἶτα πλανῶνται κατὰ τὴν νάπην, ἄχθος περίεργον τὰ δίκτυα φέροντες, καὶ μάτην τοὺς σκύλακας ἑφελκόμενοι.

Ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ τἆλλα φαῦλος οἰκέτης, τούτου γοῦν οὐκ ἐξελαθόμην, ὅτι δοῦλός εἰμι, καί με προσ-

VII.

In cæcum a nativitate [98] (37).

Audivimus modo divina plane ac sublimia argumenta tonitrui filii Joannis, seu potius Spiritus B sancti, qui eumdem ex piscatore ac manuali artifice, scriptorem ac oratorem effecit. Quippe multam nobis ac prolixam enarrarunt Domini disputationem, qua is, ab Hebræorum cogitata monarchia animos abducens, contumacem ac incredulum populum divina Patris ac Filii scientia erudiret; portam eis gratiæ a legali traditione aperiens, sensimque a Veteri ad Novum Testamentum, velut olim a deserto ad divitem illam ac frugibus uberem terram, ducens. Cæterum dum is varie prææternam suam exsistentiam, ac Patri semper conjunctam probat, ac diserte cæcis inclamat esse se ante Abraham [99]; nihil illi sermonis perspecta virtute, nullaque scita contradictione quod dictum improbabant coarguentes, verborum loco ad lapides C confugiebant, ac diu ante crucem manus homicidas ad cædem exercebant. Cui vero ubique constitutum esset ut ad contumeliosum ac blasphemum populum longanimiter haberet, eorum declinavit iram atque tumultum, non humili, sed divina quadam fugiens ratione: qui medius stans, ac cum palparetur, non cerneretur; versansque cum ira tumentibus, non videretur. Steterunt vero illi attoniti, animi quidem proposito in cædem intenti, haud tamen invenientes qua ratione iram explerent; nihil venatoribus imperitis absimiles, qui præmaturius suscitata ac submota præda, suffugiente cervo in lucum aliquem, ac clanculum egresso, temere per saltum errant, molestum onus retia fe- D rentes, frustraque secum catulos trahentes.

Equidem vero, quanquam alioqui sum manus servus, id tamen necdum oblitus sum, esse me ser-

[96] Seguier. ἐκπληρώσωσιν. [97] Seguier. ἀνασοβήσωσιν. [98] Joan. IX, 1 sqq. [99] Joan. VIII, 58.

(37) Ex R. P. Jac. Sirmundi societ. Jesu autographo multis emendato ex Seguieriano codice. — Hunc sermonem, plane luculentum suggessit, viri cum doctissimi, tum humanissimi R. P. Jac. Sirmundi autographum; sic nunquam communi bono consulere desinit, quibus vel ipse edit, vel studio olim collecta, aliis edenda impertit; ea maxime communicatione τὸ θεῖον imitatus, ac dignus, cujus memoria futuris omnibus temporibus doctiorum animis clara vigeat ac chara. Accessit vero, ac plurimum contulit Seguierianus codex bene antiquus, ad quem multis locis emendatus est alter ille Sirmundi codex ac autographum. Photius oculi totam descriptionem ex hoc tract. in suam transtulit myrobiblon, in qua aperte εὐσεβεῖν Asterium advertit, i. agere catholicum ac adversum Ariano dogmati: in quod, ac Eunomii dogma invehitur in Petri et Pauli apostolorum Encomio. Utinam alios eidem Photio relectos Asterii tractatus nancisci licuisset, quibus integris, sua illi justior moles nostris his adjectis constaret.

Digitized by Google

vum, quique pro Domino adversus injuriosos habeam insurgere. Quamobrem etiam clamabo in Hebræos, tanquam hodie præsentes, ac furore actos : Ergone, scelesti, lapidibus beneficium appetitis ? Quis enim vos e petra potavit? Appetitis eum lapidibus, qui, lapideis tabulis insculpta lege, vitam vestram formavit ? Appetitis, inquam, lapidem electum, pretiosum, quem Isaias prædixit [1] ? Appetitis spiritalem lapidem, nulla hominis manu, e prærupta petra, juxta quod docuit admirabilis Daniel [2], abscissum? Appetitis lapidibus summum angularem lapidem [3], qui parietes duos Novi ac Veteris Testamenti committit ? Tametsi enim non creditis, potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ [4]; hoc est, acceptabilem Christo populum, ex gentibus ac præputio congregare : in quo etiam promissionem suscepit Abraham, dicente ei Deo, fore in eo benedicendas omnes gentes [5]. Arcana enim Deus scientia futurum prævidens, omnes in posterum credituros fidei duci ac principi in filiorum sortem attribuit. Extunc enim contuebatur Hebræorum populi seditionem, ac videbat lapides, falsique nominis filios abdicatis accensebat. Cum autem sermone veritatem annuntians, haudquaquam persuaderet pietatem, tametsi aderat abscondebatur; ac apparens non videbatur, quo tali miraculo admittere cogeret, esse ipsum Christum, ac Deum parente Abraham seniorem. Audite, ergo, inquit, o vere cæci ac stulti : Quisnam iste, qui et versatur vobiscum, nec tamen videtur, num forte ille est qui ad Moysen loquens, minime conspiciebatur, ac tamen apparebat [6] ? Nam tunc quoque videbatur ignis ac rubus, ambo muta; nihilominusque audiebatur vox, ac sermo erudiebat, certoque, quod futurum erat prænuntiabatur : estque virorum prudentium, ut personam ex rerum cognatione intelligere.

Cum sic autem aliene a ratione ac stulte Hebræi haberent, Dominus noster ac Salvator, velut sedulus quidam ac sapiens medicus, non cedente morbo ad primum experimentum, modum alium curationis aggreditur. Statuit vero ut mente cæcos cæco curet, qui obvius inventus esset, non accidenti aliqua læsione cæcitatem passus, sed naturæ vitio, sic nimirum ex utero in lucem productus.

Hominem porro conspicatus, stetit, præstoque ad curationem fuit : curationem utique humana majorem ratione et arte. Quippe ars medica ac ejus ratio eorum morborum contemplationem tradit, qui jam a natura perfecto animali ac in lucem edito casu postmodum aliquo accidunt : congeniti autem corpori vitii minime curationem promittit : at neque universim morborum, si qui deinceps acciderunt : cujus rei abunde testes sunt mutilati homi-

ἦκεν ὑπὲρ τοῦ Δεσπότου κατὰ τῶν ὑβριστῶν ἐξανίστασθαι. Διὸ καὶ κεκράξομαι πρὸς τοὺς Ἑβραίους ὡς παρόντας σήμερον, καὶ παρὰ τῆς μανίας ἐνεργουμένους· Βάλλετε, μαροὶ, λίθοις τὸν εὐεργέτην ; [τίς γὰρ ὑμᾶς ἐκ πέτρας ἐπότισε ; βάλλετε τὴν πλαξὶ λιθίναις τὸν βίον ὑμῶν κανονίσαντα [7] ;] βάλλετε τὸν ἐκλεκτὸν λίθον καὶ ἔντιμον, ὃν Ἡσαΐας ὑμῖν προεφήτευσε; βάλλετε τὸν νοητὸν λίθον τὸν τῆς ἀκροτόμου πέτρας ἀπορραγέντα ἄνευ χειρὸς ἀνθρωπίνης, ὡς ὁ θεσπέσιος Δανιὴλ ὑμᾶς ἐδίδαξε ; βάλλετε λίθοις τὸν ἀκρογωνιαῖον, τὸν τοὺς δύο τοίχους τῆς Καινῆς καὶ τῆς Παλαίας Διαθήκης συνάγοντα ; Κἂν γὰρ ὑμεῖς μὴ πιστεύσητε, δυνατὸς ὁ Θεὸς ἐκ λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ· τουτέστιν, ἀθροῖσαι τῷ Χριστῷ λαὸν περιούσιον, τὸν ἐξ ἐθνῶν καὶ ἀκρόβυστον· ἐφ' ᾧ καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ὁ Ἀβραὰμ ἐδέξατο, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ, ὅτι Εὐλογισθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. Τῇ γὰρ ἀπορρήτῳ γνώσει [8] βλέπων ὁ Θεὸς τὸ μέλλον, τῷ ἀρχηγῷ τῆς πίστεως, πάντας τοὺς εἰς ὕστερον πιστεύειν μέλλοντας, εἰς τάξιν ἀπεκλήρωσε τέκνων. Ἐθεώρει γὰρ ἔκτοτε τῶν Ἑβραίων τὴν στάσιν, καὶ τοὺς λίθους ἔβλεπε, καὶ τοὺς ψευδωνύμους υἱοὺς ἐν τοῖς ἀποκηρύκτοις ἠρίθμει. Ἐπειδὴ δὲ, λόγῳ καταγγέλλων αὐτοῖς τὴν ἀλήθειαν, οὐκ ἔπειθεν εὐσεβεῖν, παρεστὼς ἀπεκρύβη, καὶ φαινόμενος οὐκ ἐβλέπετο, ἵν' ἐκ τῆς τοιαύτης αὐτοὺς [9] θαυματουργίας ἑλκύσῃ πρὸς συγκατάθεσιν τοῦ, ὅτι καὶ Χριστὸς [10] ἐτύγχανεν, καὶ Θεὸς Ἀβραὰμ πρεσβύτερος. Ἀκούσατε οὖν, φησὶν, ὦ ἀληθῶς τυφλοὶ καὶ ἀνόητοι· Τίς οὗτος, ὁ καὶ συμπαρὼν ὑμῖν καὶ μὴ βλεπόμενος [11] ; ἢ τάχα ἐκεῖνος ὁ καὶ πρὸς Μωϋσῆν λαλῶν, καὶ μὴ φαινόμενος [12] ; Ἑωρᾶτο γὰρ καὶ τότε πῦρ καὶ βάτος, ἀμφότερα ἄφωνα· ἀλλ' ὅμως καὶ φωνὴ ἠκούετο, καὶ λόγος ἐπαίδευε, καὶ ἀσφαλῶς τὸ μέλλον προηγορεύετο. Καὶ χρὴ τοὺς νοῦν ἔχοντας ἐκ τῆς συγγενείας τῶν πραγμάτων γνωρίσαι τὸ πρόσωπον.

Οὕτως δὲ ἀλόγως καὶ ἀνοήτως τῶν Ἑβραίων ἐχόντων, ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ, ὥσπερ τις ἰατρὸς ἐπιμελής τε [ὁμοῦ [13]] καὶ σοφὸς, πρὸς τὴν πρώτην πεῖραν οὐκ ἐκδόντος τοῦ πάθους, ἄλλον τρόπον τῆς θεραπείας μεταχειρίζεται. Τυφλῷ δὲ βούλεται θεραπεῦσαι τυφλοὺς τὴν διάνοιαν, ὃς ἐκ τοῦ προστυχόντος εὑρέθη, οὐ λώβῃ τινὶ συμβάσει παθὼν τὴν τυφλότητα, ἀλλὰ πταίσματι φύσεως, οὕτως ἐκ γαστρὸς παραχθεὶς εἰς τὸν βίον.

Θεασάμενος δὲ τὸν ἄνθρωπον, ἔστη, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν ἕτοιμος ἦν· Θεραπεία ἀνθρωπικοῦ λόγου [14] καὶ τέχνης κρείττονά. Ἰατρικὴ [μὲν [15]] γὰρ, καὶ ὁ κατ' αὐτὴν λόγος, ἐκείνων [16] τῶν νοσημάτων ἐπιβάλλει τὴν θεωρίαν, ὅσα τῆς φύσεως ἀπαρτισάσης τὸ ζῶον, καὶ προαγούσης εἰς φῶς, χρόνοις ὕστερον κατά τινας περιστάσεις ἐπισυμβαίνει· τῆς δὲ συντεχθείσης τῷ σώματι λώβης, οὐκ ἐπαγγέλλεται θεραπείαν. Οὐ μέντοι γε οὐδὲ τῶν παθῶν πάντων τῶν

[1] Isa. xxviii, 16. [2] Dan. ii, 45. [3] I Pet. i, 6. [4] Matth. iii, 9. [5] Gen. xviii, 18. [6] Exod. iii, 4. [7] Ex Seg. [8] Seg. προγνώσει. [9] Phot. αὐτοῦ. [10] Phot. ; Seg. Θεός. [11] Seg. βλεπόμενος. [12] Phot. καὶ φαινόμ. ex utrisque καὶ μὴ βλεπ. καὶ φαινόμ. [13] Ex Seg. [14] Phot. ἀνθρωπίνης σοφίας. [15] Ex Seg. [16] Phot. ἐκείνοις.

Digitized by Google

εἰς ὕστερον συμβαινόντων. Καὶ τούτου μάρτυρες οἱ ἐκχωρηθέντες τῶν ἀνθρώπων, οἷς οὐδεὶς ἰατρὸς τὴν τῶν μελῶν στέρησιν ἐπηνώρθωσε. Διόπερ καὶ οἱ μαθηταὶ τὸ πάθος κατελεήσαντες, καὶ βλέποντες ἄνθρωπον τῆς καλλίστης ἡδονῆς τοῦ φωτὸς οὐ γευσάμενον, τὴν αἰτίαν περιεργάζοντες τῆς κακώσεως, ἐπυνθάνοντο[17] παρὰ τοῦ Κυρίου, οὐ λίαν ἐπιστημόνως, εἴπερ ἐξ ἁμαρτίας οἰκείας, ἢ διὰ πλημμελήματα τῶν γονέων, τοιοῦτος εἰς τὸν βίον παρήχθη. Ἑκατέρωθεν δὲ ἡ ἐρώτησις ἔχει τὸ ἐπιλήψιμον· οὔτε γὰρ ἂν ὑπὲρ τῶν πατέρων [οὐδενὸς ὢν ἔνοχος[18.19]] κατεγνώσθη, ἄλλον ὑπὲρ ἄλλου τοῦ Θεοῦ μὴ κολάζοντος· οὔτε μὴν ἰδίων πλημμελημάτων [ὁ μήπω προελθὼν εἰς τὸν βίον[21],] ἀπέτισε δίκας, εἴγε οὕτως μὲν τυφλὸς ἐγεννήθη. Οὐδεὶς γὰρ ἁμαρτωλὸς πρὸ γεννήσεως. Ἡ μὲν πτέσις[22] οὐ λίαν δόκιμος· ὅπως δὲ ἡ Ἀλήθεια, ὁ Κύριος ἡμῶν, πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀπεκρίνατο, καταμάθωμεν. Τὸ γὰρ πάθος τοῦτο, φησὶν, ὦ μαθηταὶ, οὐχ ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἀντίδοσις, ἀλλ' ἑτοιμασία μελλούσης οἰκονομίας, ὅπως ἂν [ὁ τέως[23]] κοινὸς νομιζόμενος ἄνθρωπος, ἐνεργήσῃ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον· καὶ ὁ κτίστης τῶν ὅλων, μετὰ τὴν πρώτην ποίησιν, εὕρῃ καὶ νῦν τοῦ δημιουργεῖν ἀφορμάς· ἐκ δὲ τῶν μερικῶν καὶ τὰ καθόλου πιστώσηται· ὁ δὲ σκληρὸς λαὸς καὶ δυσάγωγος πεισθῇ προσκυνεῖν, βύψας τοὺς λίθους. Φωτισθήτωσαν τοίνυν ὀφθαλμοὶ μὴ βλέποντες, ἵνα καταλάμψῃ τὰς ψυχὰς τῶν ἀσυνέτων ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος. Γενέσθω πρᾶγμα παράδοξον, καὶ κτισθήτωσαν ὄψεις, ἵνα μάθωσιν οἱ στασιάζοντες, ὡς ὁ λεγόμενος υἱὸς τοῦ Ἰωσὴφ, εἰ ἦν ἀληθῶς τέκτονος υἱὸς, δίφρον μὲν ἐδύνατο διαῤῥαγέντα ἐπανορθοῦν, ἢ τὰ ξύλα συνάγειν τῆς ἁρμονίας ἀποζευχθέντα, ἢ τὴν κλασθεῖσαν ὑπερείδειν δοκὸν, [ἢ λεαίνειν τὸ τραχὺ τῶν σανίδων, ἢ ποιεῖν ὅλον ἐκεῖνα, ἃ χειροτέχνης πατὴρ κατὰ τὸν λόγον τοῦ ἐπιτηδεύματος διδάσκει τὸν παῖδα[24]] ἀνθρώπου δὲ μέρος, καὶ μέρος τὸ κάλλιστον τὸν ὀφθαλμὸν, τὸ μάλιστα παρὰ τῆς φύσεως φιλοπόνως δημιουργούμενον, οὐκ ἂν ἐποίησεν ἄλλος, εἰ μήγε ὁ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῆς κατὰ φύσεως ἔχων τὴν ἐξουσίαν.

Κἂν τις θελήσει προσεχῶς τοῖς ἀνθρωπικοῖς μέλεσιν ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν, ἐν τούτῳ δὴ μάλιστα τῷ μορίῳ τοῦ σώματος, τὴν παντοδύναμον, καὶ ποικίλην τοῦ Θεοῦ σοφίαν κατόψεται, ἐν μικρᾷ μορίου καὶ μέλους περιγραφῇ τοσαύτην ἐπιδειξαμένου τὴν φιλοτιμίαν τῆς τέχνης. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ χάρις τις ἐπικέχυται· καὶ ἔστιν ἁπαλώτατός τε καὶ ἄσαρκος,

nes, quibus nemo medicorum membrorum privationem sarcivit. Quamobrem etiam discipuli, morbum miserantes, videntesque hominem qui lucis jucundissimam voluptatem nequidem unquam gustasset, curiosius inquirentes ærumnæ causam, Dominum interrogabant, haud scite admodum, num ob propriam culpam, an propter parentum delicta, sic affecto corpore in lucem productus esset. Utrinque autem percontatio reprehensionem habet : neque enim filius, nullius ipse reus, pro parentibus reprobatus esset : cum Deus non puniat alium pro alio (38) : neque vero suorum ille criminum pœnas daret, qui necdum in vitam processisset, siquidem ita cæcus natus erat. Nemo siquidem necdum natus peccator est. Ipsa quidem interrogatio haud valde probata est. Videamus vero ut Veritas, Dominus noster, ita percontantibus responderit. Morbus iste, o discipuli, minime gentium, peccatorum retributio est, sed futuræ dispensationis præparatio, quo is, qui communis habetur homo, majora homine operetur : utque universorum auctor, post primam creationem, nunc quoque opificii argumenta inveniat, atque ex particularibus universis fidem astruat, ac denique durus populus intractabilisque adorare persuadeatur abjectis lapidibus. Illuminentur ergo oculi non videntes, ut justitiæ sol animos insipientium illustret. Fiat res nova, ac crecentur oculi, quo noverint seditiosi ut quem dicunt Josephi filium, si vere fabri filius esset, potuisset quidem confractum currum reficere, aut ligna a junctura disjuncta conserere, seu etiam fractam trabem fulcire, vel item asperos asseres complanare, aut omnino illa præstare quæ pater artifex pro artis ratione ac instituti filium doceat; ut tamen partem hominis, eamque pulcherrimam, nempe oculum, sic maxime a natura elaboratum, nemo alius quam qui a principio in naturam potestatem habet, condere potuerit.

Sane, ut quis attente humanis membris animum adjicere velit, in hac maxime parte corporis, omnipotentem ac variam Dei sapientiam, tantam artis magnificentiam in tantillo membri ambitu exhibentis, perspexerit. Nam primo quidem affusam habet quamdam gratiam, estque tenerrimus, ac carne vacans, ut ita dicam, in delicata substantia

[17] Seg. περιεργάζοντο τ. κ. καὶ ἐπυνθάνοντο. [18.19] Ex Phot. [21] Ex Phot. [22] Seg. πεῦσις. [23] Ex Seg. [24] Ex Seg.

(38) *Cum Deus non puniat alium pro alio.* Ita videtur tradi Ezech. xviii, *Filius non portabit iniquitatem patris*, etc. Cui tamen contrarium videri possit illud Deut. v : *Ego Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios, in tertiam et quartam generationem :* ac sane liquet, ita quandoque puniri filios, ac in filiis parentes; in iis tamen quæ iisdem parentibus accepta referunt, uti distinguunt nostri theologi. Quocirca possit discipulorum interrogatio ea parte non omnino videri absona, tametsi nonnihil imprudens ac temeraria : potius enim, cum nihil liqueret de parentum noxa, naturæ id vitium in Dei providentiam reducendum erat, qui vel parentes, vel ipsum cæcum, uti fere justos consuevit, eo exerceret ad patientiam. Ezechiel ad adultos loquitur, quos provocat, uti ipsi virtutem sectentur, suas ipsi salvaturi animas, quidquid patres peccaverint. Pro parte altera, ut jam tum Deus pro peccatis commissis punierit, errorem habet; ac nec vacat item errore ut punierit pro iis quæ postmodum ab eo committenda præviderit : alterum Origenianorum, alterum Pelagianorum postmodum error fuit, a quo utroque se Asterius alienissimum ostendit.

Digitized by Google

duritiem habens, inque molli contentionem quamdam, ac variis coloribus illustrius interfloret. Ejus itaque meditullium nigri delineationem habet, eamque non ejusdem per totum rationis, sed variis quibusdam circulis commissam; centro quidem ac meditullio nigriori; exteriori autem circumflexu paulatim in flaviorem desinente tincturam. Eam foris munit album, splendidum illud ac pellucidum; haud tamen summe ac nulla temperatione candidum, sed vitrea quadam ac pellucida specie formatum. Rubeus color circa pupillam affusus est, ut albo ac nigro contemperet gratiam. Ad hæc autem sic in denso pellucidus est atque levis, ut et propius accedentium formas exprimat, ac velut egregium speculum, eorum quibuscum sermonem miscemus, figuras repræsentet: quamobrem etiam ejus circuli summe medium centrum pupilla appellatum fuit, humanam semper exhibens speciem, ut quis e regione aspexerit. Ut enim nequit fieri ut quis aspectans in speculum non statim suam in materia figuram adumbret; sic neque ut quis adverso vultu alteri consistens, non suam formam oculo appingat. Sese ergo homines invicem aspicientes sibi mutuo specula efficiuntur.

Dignus itaque increatis admiratione oculus. Is enim Deum quoque mihi exponit, qui totam accurate creaturam perdiscat, exque operatione artificem ostendat. Hic, ex iis quæ visibilia sunt, invisibilia animæ explicat. Per eum solis habeo notitiam, ac cœli ornatum novi, lustroque stellarum pulchritudinem, et terræ basim, ac maris naturam, diversa semina arborumque varietatem, ac colorum variam tincturam, tenebrarum tristem faciem, ac lucis splendorem, omnia denique si qua laudavit Deus conditor [25]. Atque adeo, nisi esset oculus, creatorum universitas sine teste senuisset, cum nullus Dei sapientiam ac virtutem, quæ in ea elucet, aspecturus esset.

Ob eam ergo mirabilem visus structuram, nunc quoque oculi ceu extemporanea molitione conditi sunt, quo abjectiores de Unigenito cogitationes ex carnis nobis humilitate accendentes, submoveamus: ex gestorum magnificentia angustam omnem abjectamque opinionem ab animo ejicientes; sciamusque beatum deitatis lumen ac pulchritudinem vas testeum assumpsisse, quod nobis lucernæ instar splendorem subministret. Omnino autem ipse per se Dominus curat; nec solo sermone ad opus utitur, qui rerum ornatum universum præcepto produxisset [26], qui duobus verbulis membris solutum hominem curasset [27]; quin et ore, et manibus, omnique alia providentia cæcitatem curat, quo certam ex rebus fidem incredulis faciat. Spuit in terram, exque sputo lutum facit. Nimirum idcirco ad curandum terram adhibens, quo ostendat, ex eodem se

A ὡς ἂν εἴπῃ τις, ἐν τῷ τρυφερῷ τὸ στερεὸν ἔχων, καὶ ἐν τῷ μαλακῷ τὸ διατεταμένον· καὶ ποικίλαις διῄνθισται ταῖς χρόαις. Τὸ γοῦν μέσον αὐτοῦ τὴν περιγραφὴν ἔχει τοῦ μέλανος· καὶ ταύτην, οὐ δι' ὅλου μονοειδῆ, ἀλλὰ ποικίλοις τισὶ κύκλοις συνδεδεμένην· τοῦ κέντρου μὲν αὐτοῦ καὶ μέσου τὸ βαθύτερον [καὶ μελάντερον [28]] ἔχοντος· τῆς δὲ ἐξωτέρω περιφερείας πρὸς τὴν ξανθοτέραν κατὰ μέρος ἀπολῃγούσης βαφήν. Ταύτης ἔξωθεν τὸ λευκὸν περιβέβληται, στιλπνὸν καὶ διαυγὲς, οὐκ ἀκρότατον [29] ἔχον τὴν λευκότητα· ἀλλ' ἐν κρυσταλλοειδεῖ τινι καὶ διαυγαζούσῃ πεποιημένον τῇ μορφῇ. Τὸ ἐρυθρὸν κεῖται περὶ τὴν κρήνην [30], ἵνα τῷ λευκῷ καὶ τῷ μέλανι κεράσῃ τὴν χάριν. Ἐπὶ τούτοις, οὕτως ἐστὶ διαυγὴς καὶ λεῖος ἐν τῇ πυκνότητι, ὥστε καὶ τὰς τῶν ἐγγιζόντων εἰδωλο- B ποιεῖν μορφὰς, καὶ οἱονεὶ κάτοπτρον ἀκριβὲς τῶν προσδισλεγομένων ἐντυποῦσθαι τοὺς χαρακτῆρας, διὸ [δὴ] καὶ τὸ μεσαίτατον αὐτοῦ κύκλου κέντρον, προσηγόρευται κόρη, ἀεὶ τὴν μορφὴν τῷ καταντικρὺ βλέποντι δεικνύον ἀνθρωπικήν. Ὡς γὰρ οὐκ ἔστι τὸν ὁρῶντα εἰς κάτοπτρον μὴ εὐθὺς ἐνίσχασηται [31] τῇ ὕλῃ τὸν ἴδιον χαρακτῆρα· οὕτω τὸν ἀντιπρόσωπον ἑστῶτα τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἐγγράψαι τῷ ὀφθαλμῷ τὴν οἰκείαν μορφήν. Εἰς ἀλλήλους γοῦν ἄνθρωποι βλέποντες ἀλλήλων γίνονται κάτοπτρα.

Θαύματος τοίνυν ἄξιος ἐν τοῖς κτίσμασιν ὀφθαλμός. Οὗτος γάρ μοι καὶ Θεὸν ἑρμηνεύει, πᾶσαν ἀκριβῶς καταμανθάνων τὴν κτίσιν, κἀκ τῆς ἐνεργείας ὑποδεικνὺς τὸν τεχνίτην· οὗτος ἐκ τῶν ὁρατῶν ἑρμηνεύει [τῇ ψυχῇ [32]] τὰ ἀόρατα· διὰ τούτου ἔχω γνῶσιν C ἡλίου, καὶ οὐρανοῦ κόσμον ἔμαθον, καὶ κάλλος ἀστέρων ἱστόρησα, καὶ γῆς ὑπόστασιν, καὶ φύσιν θαλάσσης· σπερμάτων διαφοράν, καὶ φυτῶν ποικιλίαν, καὶ χρωμάτων ποικίλην βαφήν· σκότους τε κατήφειαν, καὶ φωτὸς λαμπηδόνα, καὶ πάντα ἁπλῶς ὅσα ὁ Θεὸς κτίσας ἐπῆνεσεν. Ὡς, εἴ γε ὀφθαλμὸς μὴ ὑπῆρχεν, ἀμάρτυρος ἂν ἡ κτίσις ἐγήρασεν· οὐδενὸς καθορῶντος τὴν ἑαυτῆς [33] σωζομένην τοῦ Θεοῦ σοφίαν καὶ δύναμιν.

Διὰ ταύτην τοίνυν τὴν θαυμαστὴν τὴν ὄψεων κατασκευὴν ὀφθαλμοὶ καὶ νῦν ἐκτίσθησαν αὐτοσχέδιοι, ἵνα τὰς μικροπρεπεῖς ἐννοίας, τὰς ἐκ τῆς σαρκὸς ἐγγινομένας ἡμῖν, περὶ τοῦ Μονογενοῦς, ἀποθώμεθα, τῇ μεγαλουργίᾳ τῶν γινομένων ἐκβάλλοντες τὴν ψυ- D χῆς πᾶσαν ὑπόληψιν μικροπρεπῆ καὶ χαμαίζηλον [34]· γνωρίσωμεν δὲ, ὅτι τὸ μακάριον φῶς καὶ κάλλος τῆς θεότητος ὀστράκινον σκεῦος ἐδέξατο, διακονοῦν ἡμῖν κατὰ τοὺς λύχνους τὴν λαμπηδόνα. Αὐτουργεῖ δὲ διόλου τὴν θεραπείαν ὁ Κύριος, καὶ οὐ λόγῳ μόνῳ χρῆται πρὸς τὴν ἐνέργειαν ὁ προστάγματι τὴν πᾶσαν ὑποστησάμενος διακόσμησιν, ὁ δύο λόγοις βραχέσι τὸν παραλυτικὸν [35] θεραπεύσας· ἀλλὰ καὶ στόματι, καὶ χερσὶ, καὶ ἄλλῃ πολλῇ προνοίᾳ θεραπεύει [νῦν [36]] τὴν τυφλότητα, ἵνα βεβαίαν διὰ τῶν πραγμάτων ἐμποιήσῃ τοῖς ἀπίστοις τὴν πίστιν. Πτύει ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, καὶ τῷ σιάλῳ πηλὸν ἐργάζεται, τῇ μὲν γῇ

[25] Gen. I, 31. [26] Psal. CXLVIII, 5. [27] Joan. V, 8. [28] Ex Phot. [29] Leg. ἐνσκιάσοι ex Seg. [30] Ex Phot. ὑπόλ. καὶ χαμαίζ. [31] Seg. παράλυτον. [32] Ex Seg. [33] Ex Seg. [34] Phot. Seg. ἄκρατον. [35] Leg. κόρην [36] Ἐν αὐτῇ ex Phot. et Seg. [37] Phot. ταπεινὴν

Digitized by Google

διὰ τοῦτο πρὸς τὴν θεραπείαν συγχρώμενος, ἵνα δείξῃ, ὡς ἐξ ἐκείνου τοῦ χοῦ, ὅθεν ἐν ἀρχῇ ὁλόκληρον ἐπλάσθη τὸ ζῶον, καὶ τὸ λοιπὸν ἀρτίως μέρος δημιουργεῖται. Σιάλῳ δὲ τοῦτο ἀναλαμβάνει, καὶ συνέχει τὸν ἐσκεδασμένον καὶ ἀκόλλητον, ἵνα φανερῶς ἡμῖν δείξῃ, ὅτι τῇ δυνάμει τοῦ στόματος αὐτοῦ ὁ Λόγος τὰ πάντα κατώρθωσε. *Τῷ λόγῳ γὰρ* [*Κυρίου* [37]] *οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.*

A luto, ex quo primitus totum animal formatum fuisset, nunc quoque reliquum membrum condere. Saliva autem illud sarcit, ac dissipatum expersque glutinis continet pulverem, quo nobis perspicue ostendat omnia Verbum virtute oris sui peregisse: Nam, *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [44].

Τάχα δὲ καὶ διὰ τοῦτο πτύων θεραπεύει, ἵνα κατανύξῃ πρὸς φόβον τοὺς μικρὸν ὕστερον ὑβρίζειν τοῖς ἐμπτύσμασι μέλλοντας· καὶ ὅμως οὐκ ἐδυσώπησε τῶν μαινομένων τὸ θράσος, ἀλλ' ἐνεπτύσθη πολλὰ, ὁ τοιαῦτα κατορθῶν διὰ τοῦ πτύσματος. Τῆς πρώτης ταύτης τάξεως τὴν δημιουργικὴν ὑποφαίνει δύναμιν καὶ διὰ μὲν τοῦ προστάξαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωὰμ νίψασθαι, τὴν δι' ὕδατος σωτηρίαν ἡμῖν ἐνδείκνυται, ἣν πᾶσιν ὁ ἀπεσταλμένος Σιλωὰμ ἐχαρίσατο. Τότε γὰρ καλῶς [38] βλέπομεν, ὅτ' ἂν τῷ μυστικῷ καταρθῶμεν ὕδατι· τότε φῶς ἡμᾶς περιλάμπει τῆς χάριτος, ὅτ' ἂν ἡ δύναμις τοῦ βαπτίσματος τὸν ῥύπον τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τὰς κηλῖδας ἐκνίψῃ. Καὶ πάντες ὅσοι τῇ ἐντολῇ τοῦ Σιλωὰμ ἀπολουόμεθα, τὸ πνευματικὸν ὁρῶμεν φῶς, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Ὦ τοῦ θαύματος καὶ τῆς μεγάλης ἐνεργείας! Ἀπῆλθεν ἐκ τῆς κολυμβήθρας ὁ πρὸ ὀλίγου τυφλὸς, κοσμηθεὶς τὸ πρόσωπον τῇ τῶν ὀφθαλμῶν προσθήκῃ, βλέπων ἀκριβῶς πρὸς τὸν ἡλιακὴν ἀκτῖνα. Ἐξέπληττε τοὺς γείτονας καὶ τοὺς γνωρίμους τὸ πρᾶγμα. Ἐθορύβει οὖν [39] ὁ καινὸς τῆς θεραπείας τρόπος· περιενόστει τὴν πόλιν ὁ ἄνθρωπος βλέπων, ἵνα βλέπηται παρὰ πάντων ἔργον γενόμενον καινὸν καὶ παράδοξον ὑπὸ τοῦ [Ἰησοῦ τοῦ [40]] ἐν Βηθλεὲμ γεννηθέντος, τοῦ μικροῦ βρέφους ἐκείνου, τοῦ ἐν τῇ φάτνῃ τοῖς σπαργάνοις ἀπιστεῖν ἐποίει τῇ θεότητι.

Forte autem idcirco etiam spuendo curat, quo eos ad metum compungat, qui brevi post exspuendo injuriam facturi erant. Nec sic tamen furentium inflexit audaciam; quin fuit multis oblitus sputis, qui sputo rem ejusmodi gessisset. Primi ordinis creatricem virtutem in eum modum ostendit. Ac quidem jubendo lavari in piscina Siloe, futuram nobis salutem per aquam innuit, quam Missus Siloe universis concessit. Tunc enim bene videmus, cum aqua mystica mundati fuerimus. Tunc nos gratiæ lumen circumfulget, cum baptismi virtus peccatorum sordes maculasque eluerit. Quotquot vero jubente Siloe lavamur, spiritale videmus lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum [45]. O miraculum, ac vim magnam! Discessit e piscina qui paulo ante cæcus erat, ornata facie oculorum auctario, solis probe radium videns. Vicinos ac notos res tanta in stuporem vertebat. Turbabat sane nova curationis ratio. Circuibat urbem homo videns, quo novum ac mirabile factum opus omnes viderent, a Jesu nato in Bethlehem; a pusillo illo infante, pannis involuto in præsepio. Hæc enim Judæos morabantur, ut ne deitati crederent.

Οὐκοῦν, ὦ ἀνόητοι καὶ παχυκάρδιοι, ἐπιβάλλετε τῷ λογισμῷ τοὺς ἐξ αἰῶνος ἀνθρώπους [41]. Ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἀρξάμενοι, τοὺς ἑξῆς πάντας διερευνήσατε, ἐὰν εὕρητε τὸ νῦν γενόμενον καὶ ἐπ' ἄλλων πραχθέν· ἐὰν ἔχοντα τὸν βίον τοιαύτης θεραπείας ὑπόδειγμα· καὶ πάλιν, ἐπὶ διασυρμῷ [42] τοῦ Κυρίου μου, τὸν τοῦ τέκτονος προφέρετε Παῖδα, οὗ τοὺς ἀδελφοὺς γνωρίζετε, οὗ τὴν οἰκίαν ἴστε. Ἀπαριθμεῖσθε πάντα τὰ ταπεινὰ, φιλονεικήσατε, πολλὴν ὑμῶν καταχέατε τὴν ἀλοξίαν. Εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον μήτε ἄνθρωπος ἔπραξε, μήτε ὁ βίος ἔσχε διήγημα, καταγνόντες ἑαυτῶν τῆς ἀγνοίας, λοιπὸν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀναβλέψατε. Νίψασθε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν Σιλωὰμ, ἵνα μὴ ἐναποθάνητε τῇ τυφλότητι.

Ergo stulti ac tardi corde, considerate animo quotquot a sæculo fuerunt homines: incipientes ab Adam, omnes deinceps investigate, num quod modo factum est, sub aliis quoque factum reperiatis; num sæculum curationis ejusmodi exemplo illustre occurrat; rursumque ad irrisionem Domini mei, proferte fabri Filium [46], cujus sciatis fratres, cujus domum ac familiam noveritis. Studentes humilia omnia percensere, multam vestram profundite incredulitatem. Quod si rem ejusmodi nec quisquam patravit homo, neque ætas ulla tale quid narratum audivit, vestram ipsi damnantes inscitiam, ad veritatem deinceps respicite. Vos quoque lavamini in Siloe, ut ne in vestra moriamini cæcitate.

Ἀλλ' οὐδὲν ὡς ἔοικεν ἐπ' ἐκείνων. Οὐ λόγος ἐπαίδευεν, οὐ πρᾶξις ἐδίδασκεν, οὐκ ἐνέργεια θαυμάτων [43] ἐδυσώπει· πάντα δὲ τοὐναντίον διὰ τὴν ἔντυφον ἀγνωμοσύνην μυρίοις τρόποις ἐπεχείρουν ἀφανίζειν καὶ διασύρειν· περιετρέπετο δὲ αὐτοῖς πρὸς τοὐναντίον ἡ κακουργία. Ὅσῳ γὰρ ἠπίστουν ἐκεῖνοι καὶ

Enimvero nihil illi quod operæ pretium esset. Non sermo erudiebat; non docebat actio, non miraculorum virtus flectebat: contra autem per improbam arrogantiam sexcentis modis obscurare omnia ac irridere tentabant. Porro eis in contrarium versutia cedebat. Quo enim magis erant increduli, aliisque

[37] Ex Seg. [38] Phot. ὡς ἀληθῶς. [39] Seg. τὸν βίον. [40] Ex Seg. [41] Seg. τὸν λογισμὸν τοῖς ἐξ αἰ. ἀνθρώποις. [42] Seg. διασυρισμῷ. [43] Seg. θαυμασίων. [44] Psal. xxxii, 6. [45] Joan. i, 9. [46] Matth. xiii, 55

Digitized by Google

ac aliis interrogationibus rem demoliri studebant, A eo amplius veritas confirmabatur : idemque eis, atque bestiis illis accidebat, quæ ab aliquo vulneratæ, necdumque tota cuspide ventri infixa, quo in hominem irruunt impetu, sibi ipsa totum adigunt ferrum.

προσερωτῶντες ἀνατρέπειν ἐσπούδαζον, τοσούτῳ πλέον ἐβεβαιοῦτο ἡ ἀλήθεια· καὶ ταυτὸ ἔπασχον τῶν θηρίων ἐκείνοις, ἃ πληγέντα παρά τινος, καὶ μηδέπω πᾶσαν τὴν αἰχμὴν ἐν τῇ γαστρὶ δεξάμενα, τῇ πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὁρμῇ καὶ φιλονεικίᾳ, ὅλον ἐφ' ἑαυτὰ συνωθεῖ τὸν σίδηρον.

Quod primum curiose quærunt, hoc est : Sitne hic ipse cæcus, nec ejus loco alius proditus sit, cum se palam homo ipsum contestaretur, ac totam curationis seriem enarraret, ut et lutum oblitum sit cæcitatis remedium; utque piscina lutum abluens, visum præbuerit. Hæc vicini curiosius indagabant, discebantque : requirebant Pharisæi, atque credebant.

Πρώτη πολυπραγμοσύνη· Εἰ οὗτος αὐτὸς ὁ τυφλὸς, καὶ μὴ ἕτερος ἀντ' ἐκείνου ἐδείχθη· τοῦτο σαφῶς τοῦ ἀνθρώπου διαμαρτυρομένου, καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς θεραπείας ἀπαγγέλλοντος[50], ὅτι καὶ πηλὸς κατεχρίσθη τὸ τῆς τυφλότητος φάρμακον, ὅτι καὶ κολυμβήθρα τὸν πηλὸν ἀπονίψασα, τὸ βλέπειν παρέσχεν. Ταῦτα περιεργάζοντο γείτονες, καὶ ἐμάνθανον· ἀνεζήτουν οἱ Φαρισαῖοι, [51] καὶ ἐπείθοντο.

Strues altera assumebatur ad convellendum quod factum esset, ut ostendere conarentur non esse B Christum, qui curasset. Quia vero homo sospitatorem clamabat, suaque confessione ac prædicatione, gratias rependebat, ac beneficium prodebat, obturatis auribus, ac animo perplexi, nec habentes quid agerent, ad morbi rursus inquisitionem recurrunt, diligenter scrutantur, sitne is cæcus a nativitate, hominisque parentes consulunt, ac singula accuratius exigunt, non ut rem gestam confirment, sed ut quovis modo labefactandi miraculi ansam arripiant, falsique aliquid commenti moliantur, quo fidelem plebem a studio avertant. O excellentem malitiam! Depugnare contra veritatem; nec adorare omnium conditorem; sed beneficio detrahere : non admirari potentiam, sed conari gesta elevare. Credite vel parentibus, o Pharisæi, sic natum esse cæcum hominem; rursumque ad cæcum recurrite, secundoque, ac tertio, certo ab eo docendi malos conatus ac insidias. Ubi vero primus conatus non successerit, ad secundum procedite; ubi nec secundus, ad tertium; ubi nec tertius, deinceps ad quartum. Astutæ vulpis cursus versate : ac quidem omni vos parte ceu indagine cingunt veritatis retia; nec fieri potest, ut a miraculo exitum inveniatis. Enimvero nullam omittite strophem, araneæ texentes telam, varie quidem, imbecilli tamen conatu ac inutili, insidias struentes. τῆς ἀληθείας περιστοίχισται· ἄρυκτος δὲ, ἡ ἀπὸ πλοκῆς, ἰστὸν ἀράχνης ὑφαίνοντες, ποικίλως μὲν,

Δευτέρα τέχνη εἰς ἀθέτησιν τοῦ γενομένου παρελαμβάνετο, τὸ πειρᾶσθαι δεικνύειν, ὡς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς ὁ ἐνεργήσας τὴν θεραπείαν. Ἐπειδὴ δὲ ἄνθρωπος τὸν Σωτῆρα ἐβόα, καὶ τῇ ὁμολογίᾳ, καὶ τῷ κηρύγματι ἀντεδίδου τὴν χάριν, καὶ τὸν εὐεργέτην ἐδημοσίευεν· ἀποφραττόμενοι τὰ στόματα, καὶ ἰλιγγιῶντες τὴν γνώμην, οὐκ ἔχοντες ὅ τι καὶ πράξωσιν, ἐπὶ τὴν τοῦ πάθους πάλιν ἀνατρέχουσι [ζήτησιν· καὶ εἰ ἐκ γενετῆς τυφλὸς, τοῦτο περιεργάζονται, καὶ τοὺς γονεῖς ἀναζητοῦσι τοῦ ἀνθρώπου[52]], καὶ ἀκριβεῖς ἐξετασταὶ γίνονται τῶν καθ' ἕκαστον, οὐχ ἵνα βεβαιώσωσι τὸ πραχθὲν, ἀλλ' ἵνα ἀνατροπήν ποθεν τοῦ θαυμασίου λάβωσι, καὶ ψευδῆ τινα σκευωρίαν κατασκευάσαντες τὸ πιστεῦον πλῆθος τῆς ὁρμῆς ἀνατρέψωσιν. Ὦ κακίας ὑπερβολή! Μάχεσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ προσκυνεῖν τὸν πάντα [53] ποιοῦντα, ἀλλὰ διασύρειν τὸν εὐεργέτην· μὴ θαυμάζειν τὴν δύναμιν, ἀλλ' εὐτελίζειν πειρᾶσθαι τὰ πράγματα. Πείσθητε καὶ παρὰ τῶν γονέων, ὦ Φαρισαῖοι, ὅτι μετὰ τῆς τυφλότητος ἐτέχθη ὁ ἄνθρωπος· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν τυφλὸν ἀνατρέχετε, ἐκ δευτέρου, καὶ τρίτου, παρ' ἐκείνου πληροφορούμενοι τῶν κακῶν ἐπιχειρημάτων καὶ τῶν ἐπιβουλῶν. Ἀλλ' ὅτ' ἂν τῆς πρώτης ἐκπέσητε πείρας, ἐπὶ τὴν δευτέραν χωρεῖτε· ὅτ' ἂν τῆς δευτέρας, ἐπὶ τὴν τρίτην· ὅτ' ἂν τῆς τρίτης, ἐπὶ τὸν καθεξῆς. Ἀλύπεκος κακουργούσης ἀναστρέφεσθε δρόμους· καὶ πανταχοῦ μὲν ὑμᾶς τὰ δίκτυα θαυμασίου διέξοδος. Ὅμως δὲ πάσης οὐκ ἀμελεῖτε ἀλλ' ἀσθενῶς καὶ ἀνηνύτως ἐπιβουλεύοντες.

Morbus hic a patribus in vos est derivatus. Incredulorum parentum, increduli filii. Eodem illi modo habuerunt, quod spectat ad Ægypti miracula. Novis modis præterque exspectationem ab hostibus salvabantur, ac salutis auctori increduli erant. Alebantur escis nobilioribus quam habeat naturæ usus [54], erantque famelicis ingratiores. Suscipiebant manna de cœlo missum [55], alliorumque Ægypti ac cepium tetrum desiderabant odorem. Columna nubis interdiu obumbrabantur [56], ut ne solis radiorum æstus molestiam faceret : ignisque columna per noctem illustrabantur, novum aliud præter lunam eximiumque consecuti luminare : ac quasi nihil divinæ vir-

Πατρικὸν ὑμῶν τὸ νόσημα. Ἀπίστων πατέρων ὅμοιοι παῖδες. Τοιοῦτοι κἀκεῖνοι τὸν τρόπον περὶ τὰ θαυμάσια τὰ κατ' Αἴγυπτον. Ἐκ πολέμων ἐσώζοντο καινῶς καὶ παρ' ἐλπίδας, καὶ τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν ἠπίστουν· ἐτρέφοντο τροφαῖς ὑπερβαινούσαις τὴν φύσιν, καὶ τῶν λιμωττόντων ἦσαν πλέον ἀχάριστοι· μάννα ὑπεδέχοντο οὐρανόθεν πεμπόμενον, καὶ τῶν Αἰγυπτιακῶν σκορόδων τε καὶ κρομμύων τὴν δυσωδίαν ἐπόθουν· στύλῳ νεφέλης τὴν ἡμέραν ὑπεσκιάζοντο, ἵνα μὴ τῇ θέρμῃ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ταλαιπωρήσωσι, καὶ στύλῳ πυρὸς ἐν νυκτὶ κατελάμποντο, ἄλλον φωστῆρα καινὸν παρὰ τὴν σελήνην λαβόντες ἐξαίρετον, καὶ ὡς οὐδεμιᾶς ἐνεργείας θεϊκῆς

[47] Exod. xvi, 13. [48] Ibid. 21. [49] Exod. xiii, 21. [50] Seg. κεκραγότος. [51] Isc. καὶ οὐκ. [52] Ex Seg. [53] Seg. ταῦτα.

Digitized by Google

ἀπολαύοντες, οὕτως καινοὺς καὶ μετεώρους ἐζήτουν θεοὺς εἰσπράττοντες, ἵνα μικρὸν ἐπὶ τοῦ ὄρους κατασχεθεὶς Μωϋσῆς ἐν τῇ δόσει τοῦ νόμου, τὴν ἐπάνοδον παρελκύσῃ. Ὑμεῖς ἀληθῶς κληρονόμοι τῆς ἐκείνων ἀγνωμοσύνης. καὶ τὸν νόμον οὐκ ἀγαπήσαντες, καὶ τὴν χάριν μισοῦντες, οὐ ῥάβδου καρυΐνης ἐπιστασίας, ἀλλὰ σιδηρᾶς χρῄζοντες.

Ἄνθρωπον ὁρᾶτε, παρελθόντα μὲν εἰς φῶς, ἐν σκότῳ δὲ μέχρι πόῤῥω τῆς ἡλικίας διατελέσαντα ἀνενέργητον τὰς ὄψεις, ἀλλοτρίοις ὀφθαλμοῖς ὁδηγούμενον, καθημέραν πρὸ τοῦ ἱεροῦ καθήμενον, δημοσιεύοντα τὴν συμφορὰν, ἵνα πολλοὺς εἰς ἔλεον ἐφελκύσηται, τὴν πόλιν ἔχοντα τοῦ πάθους μάρτυρα, βλέποντα νῦν καὶ ἰαθέντα ταχέως, οὐ φαρμάκων ποικίλων συνθέσει, οὐδὲ σιδήρου τομαῖς, ἀλλὰ πτυέλῳ μόνῳ, καὶ τούτου διὰ σιέλου γενόμενου, καὶ πῶς; οὐ τεθήπατε, οὐκ ἐκπλήττεσθε, οὐ καταβάλλοντες εἰς γῆν προσκυνεῖτε τὸν ἀπὸ γῆς ὀφθαλμοὺς κτίσαντα, καὶ σέβετε τὴν θεῖκὴν ἐνέργειαν; Οὐ φθόνῳ δὲ διαῤῥήγνυσθε, καὶ ζηλοῦτε τὸν Θεὸν ὡς ἀντίτεχνον, ὡς δημιουργοὶ Δημιουργὸν, ὡς ὁμόφυλοι τὸν ὁμότιμον;

Καὶ πάλαι ἐσμὲν [84] ἐντυγχάνοντες βίβλοις, ὅσαι ἐπὶ τῇ τοῦ λαοῦ οἰκονομίᾳ ἐγράφησαν, καὶ ὅσαι τὰς τῶν βασιλέων ἀρχὰς, καὶ τὴν ἐπ' ἐκείνοις ἱστορίαν ἐκδιδάσκουσιν· εὐπειθῶς περὶ ἑκάστου τὰ λεγόμενα παραδέχεσθε· ὡς Μωϋσέα μὲν μικροῦ δέοντος νομίζειν Θεὸν, καὶ Ἐλισσαῖον ὑπερθαυμάζειν, καὶ τὸν τούτου διδάσκαλον τὸν Θεσβίτην ὑμνεῖν· καὶ πάντας τοὺς καθ' ἑκάστην γενεὰν ἁγίους, τοὺς ἐνεργηθέντας παρὰ Θεοῦ καὶ τὰ μεγάλα καὶ ἀοίδιμα καταπραξαμένους, ἰσαγγέλους ἀνάγετε ταῖς τιμαῖς· οὐδὲν δὲ ζυγομαχεῖτε καὶ [85] τῶν ἀρχαίων, οὐδὲ ἀθετεῖτε τὴν τῶν πατέρων ἐξήγησιν, καὶ ταῦτα πεφυκότων ἀνθρώπων μὴ λίαν εὐκόλως ἀνάγεσθαι πρὸς τὴν πίστιν τῆς ἀκοῆς· ὃ δὲ ὀφθαλμοῖς ὑστέροις ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν εἴδετε, καὶ ἃ τοῖς δακτύλοις ἔξεστι ψηλαφῆσαι, καὶ ἀκριβῶς τῇ ἀκοῇ καταλαβεῖν, ταῦτα ἀπίστως καὶ ἀγωμόνως ὁμοῦ κακουργεῖτε, καὶ προφητείας καταπατοῦντες, καὶ τὴν ἔκβασιν τῶν προῤῥήσεων ἀνατρέποντες. Τὰ γὰρ νῦν ἐπὶ τῆς πείρας ὁρώμενα, καὶ πάλαι φθάσας Ἡσαΐας διὰ τῶν λόγων ἐδίδαξεν· *Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι καὶ ἀνταποδώσει· αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ἀνοιγήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τραχὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλου* [86]. Ταῦτα οὐ Πέτρου καὶ Ἰωάννου τὰ ῥήματα, οὐδέ τινος τῶν νέων καὶ ὑπόπτων προσώπων οἱ λόγοι, ἵνα κεχαρισμένην εὐφημίαν ὑπονοήσαντες, ἀθετήσητε τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ τῆς ὑμετέρας προφητείας οἱ λόγοι, εἰ τὸν Θηκουΐτην γνωρίτutis efficacitatem persentirent, ita novos ac sublimes dari quærebant deos [87], ubi parum quid Moyses accipienda lege in monte detentus, reditum protraxisset. Vere vos eorum hæredes improbitatis, qui neque legem dilexeritis, ac gratiam odio habeatis. Qui non amygdalina virga [88], sed ferrea regi habeatis.

Videtis hominem transeuntem ad lucem; ubi tota longe anteriori ætate, inutilibus luminibus in tenebris egisset, alienos oculos duces sequens; quotidie sedens pro templi foribus, ærumnam publicans quo plures ad miserendum pertraheret, cujus tota civitas ægritudinis testis esset, nunc autem videntem ac celeri curatum remedio: non variorum medicaminum compositione, aut ferri sectionibus, sed luto solo, eoque salivæ injectione confecto: qua vero ratione non admiratione defixi estis, non obstupuistis; non vosmet in terram abjicientes, eum adoratis qui oculos de terra creavit, divinamque virtutem colitis? Non autem livore disrumpimini, ac Deum tanquam artis socium æmulamini, tanquam opifices, rerum opificem, tanquam gentiles, æque vobis honoratum ac comparem?

Porro legentes Veteris Testamenti libros, si qui de Hebræorum populi regimine scripti sunt, quique regum principatus ac eorum docent historiam, facile quæ de singulis narrantur suscipitis, ut parum absit quin Moysen Deum existimetis; supraque modum admiramini Eliseum, ac ejus laudatis Thesbitem præceptorem; ac quotquot per singulas ætates divinitus afflati sancti exstiterunt, atque a Deo beneficia consecuti sunt, magnaque ac præclara patrarunt, æquales angelis augetis honoribus: nihilque quod spectat ad antiquos reluctamini; nec rejicitis quæ a patribus narrata accepistis, tametsi ita natura comparati sint homines, ut non facile fidem adhibeant auditis: quod autem novissime oculis in oculis exhibitum vidistis, quæque digitis contrectare potestis, ac diligenti auditu percipere, hæc incredule simul ac improbe depravatis, prophetias proculcantes, ac eorum quæ fuerunt prædicta exitum evertentes. Quæ enim modo, periculo facto, conspecta sunt, prius olim Isaias verbis docuit: *Ecce Deus noster judicium retribuit ac retribuet* [89]; *ipse veniet, et salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient. Tunc saliet, sicut cervus, claudus, et aperta erit lingua mutorum.* Sunt hæc non Petri ac Joannis verba, nec ullius recentiorum, aut suspectioris personæ sermones, ut suspicantes ad gratiam laudasse, respuatis veritatem, sed sermones sunt vestræ prophetiæ, si modo Thecuitem nostis filium Amos (39), prophetam prophetæ

[84] Leg. ex Seg. παλαιᾶς μέν. [85] Leg. ἐπί, seu περί. [86] μογιλάλων. [87] Exod. XXXII, 1. [88] Num. XVII, 8. [89] Isai. XXXV, 4 sqq.

(39) *Thecuitem filium Amos*, etc. Fecit nominis in Græco ac Latino æquivocatio, ut ita sentirent cum Asterius, tum aliquot alii: fuisse nimirum Isaiæ patrem prophetam Amos, unum de duodecim, qui est ille Asterii Thecuites, sive Thecua oriundus. quod Hieronymus oppidum, primo in Amos proœmio, sex millibus ait abesse a sancta Bethleem, ad meridianam plagam, ultra quod nullus sit vicinus, ne agrestes quidem casæ et furnorum similes, inquit, quas Afri appellant mapalia. In his fuerunt

Digitized by Google

natum; virum ex genere Israelitam, legalis institutionis caput. Sit Deo gloria, potestas, honor, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

σητε τὸν υἱὸν τοῦ Ἀμὼς, προφήτην προφήτου παῖδα, Ἰσραηλίτην ἐκ γένους ἄνδρα, τῆς κατὰ τὸν νόμον ἀγωγῆς τὸ κεφάλαιον. Τῷ δὲ Θεῷ δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VIII.

In sanctos principes apostolos Petrum et Paulum (40).

Hi sane omnes, consueta ac legitima ratione exhibiti, sacri martyrum honores, festi dies sunt, ac præclare e pietate gestorum tituli perpetui. In iis, ubi Ecclesiarum præsules dicturi accesserint, ad rerum in orationis argumentum propositarum magnitudinem suas exigentes vires, ipso statim exordio ad veniam remque a se amoliendam confugiunt, sermonisque exilitate minui rerum magnificentiam asserunt. Ut vero illi, singulos quosque martyres laudibus celebraturi, velut animum despondent, majusque aliquid quam pro sua facultate laudationem agnoscunt, ac liquido suam ipsi fatentur imbecillitatem, quid me fiet, cui hodierna die martyrum præceptores celebri laude prosequendos propositum sit? Veros, inquam, illos, primosque discipulos Christi, Ecclesiarum Patres, solos probatos fidelesque Evangelii præcones; qui cum Deo miscere colloquia, suisque ipsi auribus divinam suscipere vocem digni habiti sint. Haud enimvero, quod sit sublimis sermo, ac arduus conatus, idcirco operæ pretium videatur ut iners vanumque silentium eligamus, ignavorum more ac maris rudium, qui ad maris ipsum aspectum abjiciunt animum; ac neque principio sustinent navim conscendere, nec vel experiendi causa, extrema ipsa littora modicum obnavigantes lustrare: quin ter beatis viris, quo-

H'.

Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους κορυφαίους ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον.

Πᾶσαι μὲν αἱ συνήθεις αὗται καὶ κατὰ νόμον τελούμεναι τῶν μαρτύρων τιμαὶ ἱεραί, πανηγύρεις εἰσὶ, καὶ τῶν κατὰ Θεὸν ἀνδραγαθησάντων στῆλαι διαιωνίζουσαι· ἐν αἷς οἱ πρόεδροι τῶν ἐκκλησιῶν, ὅταν πρὸς τὸ λέγειν ἀφίκωνται, τὰς ἑαυτῶν δυνάμεις ἀντεξετάζοντες τῷ μεγέθει τῶν ὑποθέσεων, εὐθὺς ἐν προοιμίοις πρὸς τὴν συγγνώμην καὶ τὴν παραίτησιν καταφεύγουσιν· καί φασιν ἐλαττοῦν τὴν τῶν πραγμάτων μεγαλοπρέπειαν τῇ τοῦ λόγου σμικρότητι. Εἰ δ' ἐκεῖνοι, τοὺς καθ' ἕκαστον τῶν μαρτύρων ἐγκωμιάζειν μέλλοντες, ἀπαγορεύουσι πρὸς τὸν ἔπαινον, καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὴν σφῶν αὐτῶν ὁμολογοῦσιν ἀσθένειαν· τίς ἂν γενοίμην ἐγὼ σήμερον, ὁ τοὺς διδασκάλους τῶν μαρτύρων ἔχων προκειμένους εἰς εὐφημίαν, τοὺς γνησίους καὶ πρώτους μαθητὰς τοῦ Χριστοῦ, τοὺς Πατέρας τῶν ἐκκλησιῶν, τοὺς μόνους ἀξιοπίστους Εὐαγγελίου κήρυκας, τοὺς Θεῷ λαλήσαντας, καὶ τὴν παρὰ Θεοῦ φωνὴν δεξαμένους ταῖς ἀκοαῖς; Οὐ μὴν, ἐπειδὴ λίαν ὑψηλὸς ὁ λόγος, καὶ δυσέφικτος ἡ ἐγχείρησις, τὴν ἀργὴν καὶ ἄπρακτον σιωπὴν ἀγαπήσωμεν, ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ ἀπειροθάλαττοι, οἱ πρὸς μόνην τὴν ὄψιν τῆς θαλάττης ἀπαγορεύοντες, καὶ οὔτε τὴν ἀρχὴν ἐπιβῆναι τῆς νεὼς ἀνεχόμενοι, οὔτε πείρας ἕνεκεν μικρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς περιπλεῦσαι· αὐτοῖς δὲ τοῖς τρισμακαρίοις πιστεύσαντες τὴν ἐγχείρησιν, τοῖς ὑπὲρ ὧν συνελήλυθαμεν σήμερον,

Clemens l. 1 *Strom.*, pag. mihi 327. Epiphanius, seu quisquis auctor est libelli de vitis Prophetarum. Cedrenus, pag. 88. Aug. l. XVIII *Civit.*, c. 27, nonnihil dubius est. At magnus Hieronymus ex Hebraicis fontibus alium statim deprehendit Isaiæ patrem, alium prophetam Amos, quibuscum ne nomen quidem commune esset; sic ille proœmiis in utrumque prophetam, pro sua in sacris Scripturis exponendis eruditione maxima. Potest quivis adire. Non placet Gaspar Sanctius prolegomenis in Amos, qui mutasse eum sententiam dicat, ac eumdem existimasse utrumque Amos Isa. XXVIII, nihil enim ibi Hieronymus de ea re, quem olim ac antequam scriberet in utrumque prophetam oportuisset tenere eam sententiam, ut citatis proœmiis eam retractaturus esset. Est quidem illic apud eum, *Isaias filius Amos prophetæ:* sed palam mendum est, non Hieronymi, sed typographi, seu etiam exscribentis antiquarii: legendumque est, ut habent correcta quæque exemplaria Bibliorum, *filius Amos, propheta:* sic et LXX, ὁ προφήτης· quo articulo recte exprimunt ה emphaticum, quod habent Hebraica, potueruntque citati Græci per errorem accipere ut notam genitivi.

(40) Ex venerandæ antiquitatis Seguirianæ biblioth. cod., nuper allato ex celebri monasterio τῆς Ἐγκλείστρας Græciæ. — Videatur merito oratio hæc inter Asterianas palmam ferre, digna plane ut tandiu occultata, ac in Græcia latitans, in Occidente tandem, ubi apostolorum Petri et Pauli clarior gloria, lucem aspiceret: codex bene antiquus, nuper cl. Galliæ cancellarii Petri Seguierii, iis maxime inhiantis opibus, quibus Ecclesiam ditet, pia sollicitudine, in Galliam, quam præcipuis fulgoribus collustrat, illatus; proque humanitate, mihi modico, Asteriana aliaque Patrum cum exegetica tum exornativa, quodam velut spicilegio parturienti, communis factus; ut ex eo legerim alia ac exscripserim, alia mihi jam reposita contulerim ac emendaverim, in quibus altera ejusdem Asterii oratio in cæcum natum, cujus jam ex Romano codice vir humanissimus ac doctissimus R. P. Jac. Sirmundus, copiam fecerat. Plana sunt ac perspicua, suisque abunde fulgoribus clara, in utriusque hic apostoli, ac maxime Petri laudem, quam vere, tam culte et ex arte ab Asterio digesta; vixque alius Petri primatum ac excellentiam supra apostolos reliquos, Christique vicariam dignitatem ac officium in fundanda regendaque Ecclesia, illustrius illo explicaverit. Quam ut uni Petro individue annexam addictamque voluerit Dominus, haud satis Ecclesiæ suæ consuluerit. Sit plane et modo, ut constet a Christo bene instituta monachia, grex unus, nedum sub uno archipastore Christo nobis in carne absente, sed et sub uno pastore ac ejus vicario capite, novo nobis ac jugi per successionem, Petro. Testatam omnino sanam suam de Deo fidem facit, qua Arium ac Eunomium hæreticos, ac eorum pravum dogma ex Petri confessione refellit; ac satis indicat, etiam Spiritum sanctum, Patri ac Filio, in unam Trinitatem accenseri, in quam, cum Petrus triplici negatione peccasset, triplici nihilominus amoris professione faciat satis. Tu ipse lector auctorem adi.

Digitized by Google

τὰ κατὰ δύναμιν τῇ τῶν ἄλλων εὐφροσύνῃ παρασχέσθαι πειραθῶμεν. Οἶδα γὰρ, ὅτι τοσοῦτον ζητηθήσεται, οὐχ ὅσον ἐκείνοις ὀφείλεται, τοῖς μεγάλοις καὶ θαυμασίοις, ἀλλ' ὅσον παρ' ἡμῖν εὑρεθῆναι τοῖς πένησιν. Ἐβουλόμην μὲν οὖν ἐκείνης τῆς χάριτος ὀλίγον μέρος ἐμοὶ χορηθῆναι [60] σήμερον, ἧς ἑκάτερός τε τῶν ἁγίων τούτων μεταλαβὼν, ὁ μὲν ἐν Ἱεροσολύμοις τοὺς ἀπειθοῦντας ἐδίδασκεν, ὁ δὲ τὸν Ἄρειον πάγον ἐν Ἀθήναις καταλαβὼν, ἐκ τῆς ἀθέου πλάνης τοὺς δεισιδαιμονοῦντας ἐπέστρεψεν, ὑποδεικνὺς αὐτοῖς τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας καταγγείλας μυστήριον. Οὕτω γὰρ ἀνεδείξαμέν τι τῶν προκειμένων ἐπιτελεῖν, καὶ μὴ πολὺ τοῦ μεγάλου μεγέθους ἀπολιμπάνεσθαι.

A rum hodie celebrandorum gratia convenimus, conatum concredentes quod nostræ erit facultatis aliorum lætitiæ præstare studeamus. Novi siquidem a nobis exigendum, non quantum magnis illis ac admirandis merito debeatur; sed quantum pauperibus nobis in promptu sit. Utinam vero modicum quid ejus mihi gratiæ suppeditatum suppeteret, cujus ambo hi sancti participes, alter quidem Hierosolymis incredulos docuit; alter vero cum Athenis in Areopagum venisset, superstitiosos ab impietatis errore convertit, ostendens eis Christum, ac veræ pietatis ac religionis annuntians sacramentum. Sic enim liqueret, aliquid nos eorum præstare quæ sunt proposita: nec procul admodum ab argumenti tanta præstantia abesse.

Ἐπειδὴ δὲ αἱ μεγάλαι τοῦ Πνεύματος δωρεαὶ τῶν μεγάλων εἰσὶν, καὶ ἀνάξιος ἐγὼ τοιαύταις πλουτίζεσθαι χάρισιν· προσθήσω τὴν πενίαν μετὰ τῆς προθυμίας ὑμῖν, ὡς Ἐλισσαῖος μετὰ τῶν ἀλεύρων τὰ λάχανα, τῆς τοῦ προέχεσθαι πάντως τὸ καλὸν οὐκ ἀμοιρήσων τιμῆς. Μηδεὶς δέ με οἰηθείη τῶν ἀκουσομένων ὑμῶν, εὐφημίαν γενναίων ἀνδρῶν προελόμενον, τοῖς νόμοις ἀκολουθήσειν τῆς σοφίας τῆς ἔξωθεν. Οὐ γὰρ τέχνῃ συγκειμένῃ κολακείαν ἀπεργαζόμεθα· ἀλλὰ ψυχῶν φιλοθέων ἀρετὴν, μετὰ ἀληθείας ὑμῖν παραστῆσαι σπουδάζομεν. Διὸ σιωπηθήσεται γένος, καὶ πατέρων περιφάνεια οὐ διοχλήσει τὸν λόγον. *Σὰρξ γὰρ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.* Οὐδὲ ἀπὸ τῶν περιγείων καὶ ἐγκοσμίων τοὺς οὐρανοῦ πολίτας τιμήσομεν· ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, πατέρων ἀφανὴς βίος, καὶ τέχναι βάναυσοι, καὶ πενίας ὀνομαζόμενον δνειδος, ταῦτα τοῖς ἐπαίνοις μνημονευθήσεται. Δόξα γὰρ Χριστιανῶν, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τὸ ἡμέτερον, ταπεινότης ἐστίν. Ἐγὼ δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν ἐγκωμίων συνορῶν δεινῶς καταμέμφομαι· ὅτι σεμνύνειν βουλόμενοι οὓς ἂν ἕλωνται, ὡς μηδὲν ἐξαίρετον εἰπεῖν ἔχοντες ἀγαθὸν, μάτην τοῖς τάφοις προσφεύγουσιν, καὶ διοχλοῦσι τοὺς κειμένους εἰκῇ, καὶ τοὺς νεκροὺς ποιοῦσι κόσμον τῶν ζώντων· δι' ὧν ἐπικαλοῦνται τοὺς τελευτήσαντας, ὁμολογοῦντες οὐδὲν ἀγαθὸν τοῖς παρ' αὐτῶν ἐγκωμιαζομένοις προσεῖναι. Καὶ πρὸς τούτοις, εἰ μὲν ὁμολογούμενον ἦν, πάντως τοὺς ἐκ λαμπρῶν πατέρων κατάγοντας, καὶ αὐτοὺς ὑπάρχειν ἀγαθοὺς, καὶ ὥσπερ τινὰ φύσιν τὴν ἀρετὴν διαδέχεσθαι, εὔκαιρον ἦν ἴσως μνείαν τινὰ τῶν γονέων ποιεῖσθαι· ἐπειδὴ δὲ ψεύδεται τὰς τοῦ γένους διαδοχὰς ἐπὶ πλέον ἡ τῶν ἐπιτηδευμάτων διαφορὰ (γίνεται γὰρ ἄσωτος ὁ τοῦ φιλοσόφου, καὶ φιλόσοφος ὁ τοῦ φιληδόνου), μάταιος ὁ πόνος τῶν προπάππων μεμνῆσθαι· δέον ἐπιδεικνύειν, εἴπερ ἔχει τις ἀρετῆς κατορθώματα. Καὶ ταῦθ' ὅτι τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, οὐκ ἔστιν ἄλλοθεν πολυπραγμονοῦντας μαθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς ἱερᾶς ἡμῶν Γραφῆς, πολύτροπον ἐχούσης καὶ ποικίλην τὴν ὠφέλειαν.

B Quia vero præclara illa Spiritus dona magnorum sunt, ipseque, ejuscemodi gratiarum divitiis indignus exsisto, meam vobis alacri animo paupertatem, velut Eliseus [61] cum pulmento olera, appono: haudquaquam ea privandus laude, ut ne omnino prætendam quod bonum ac præclarum est. Ne quis autem me vestrum, auditores, qui viros strenuos laudandos susceperim, externæ putet ac profanæ sapientiæ sectaturum leges. Non enim composita arte assentamur atque blandimur; sed Dei amantium ac religiosorum animorum virtutem vera narratione repræsentare studemus. Quamobrem tacebitur genus, nec parentum illustris gloria, negotii aliquid dicturo præbebit. Quippe, *caro et sanguis regnum Dei non possidebunt* [62]; nec cœli cives a terrenis ac sæculi prærogativis honoraturi sumus; sed plane secus, obscuram parentum vitam, artes mechanicas, paupertatis denique appellatum probrum, hæc utique inter laudandum commemorabimus. Nam juxta Evangelium nostrum, Christiani humilitate gloriam habent. Sane quidem externorum encomia contuens, maxime vitupero, quod eos laudaturi quos sibi proposuerint in laudis argumentum, tanquam nihil peculiare dicendum suppetat, ad majorum frustra sepulcra confugiant, ac defunctis in cassum negotium facessant, mortuosque viventium ornamento asciscant: quibus vita functos invocant, nihil boni ac præclari apud eos exstare profitentes, quos laudibus celebrant. Præterea, ut quidem certum esset, sic omnino comparatum esse, ut qui claris majoribus procreati sunt, ipsi quoque probi exsisterent, ac virtutem, ceu quamdam naturam velut hæreditaria successione transmissam susciperent; esset fortasse haud incongruum parentum meminisse: cum vero studiorum diversitas plerumque generis successionem mentiatur (philosophi namque filius, luxuriosus ac ganeo evadit; ac philosophus, voluptarii ac libidinosi filius), frustra laboratur percensendis encomio proavis ac majoribus, cum sit ostendendum, quæ cujusque facinora ac res præclare gestæ sint. Quod hæc vero sic habeant, haud aliunde diligenti pervestigatione noverimus, quam ex sacris ipsis Christianorum Scripturis, quorum multiplex variaque utilitas exsistit.

[60] *Isc.* χορηγηθῆναι. [61] IV Reg. IV, 38. [62] I Cor. XV, 50.

Digitized by Google

Ἐνταῦθα δὲ, ὅπου Χριστὸς ὁ ἀποθανὼν κληρονόμον σε ἐνεστήσατο, ὅπου πλοῦτος ἀλήστευτος, καὶ κληρονομία οὐράνιος, καὶ διαθήκη ἀξήμιος, ὁ ψαλμὸς, πόσῳ μᾶλλον ὀφείλεις, ὡς διαθήκην ἐν χάρτῃ καθαρῷ, μεταγράψαι αὐτὸν ἐν τῇ ψυχῇ, ἵνα εἴδῃς εἴ σοι ἁρμόζει ἡ κληρονομία, ἢ οὔ! Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἡ κληρονομία καταλέλειπται, ἀλλ' ἐπὶ αἱρέσει φανερᾷ. Ἄκουσον καὶ τοῦ προφήτου ὡς συμβολαιογράφου παρανα-γινώσκοντος αὐτὴν τῷ Θεῷ ἐν τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ, καὶ λέγοντος περὶ τῶν ἀποκληρονόμων· *Ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ. Οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος, οὐδὲ διαμενοῦσιν παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. Ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.* Τοὺς Ἰουδαίους ὡς μισητοὺς ἀποκληρονόμους ἐποίησας, τοὺς Κυριοκτόνους· ὅτι μάρτυρας ψευδεῖς κατὰ σοῦ ἠγόρασαν. Ἰδοὺ οὗτος ἀποκληρονόμους εἶπας· εἰπὲ τίνες οἱ τῆς κληρονομίας ἀπολαύσαντες. Τίνες; Οἱ τῆς κληρονομίας συμμύσται. Καὶ τίνες οὗτοι; Μαθηταὶ πάντες, οἱ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλπίζοντες. *Καὶ εὐφραν-θήσονται πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σοί· εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται, καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐν σοί εἰσιν πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς γνώσεως καὶ τῆς σοφίας, ἐν αὐτοῖς δὲ κατασκηνοῖς, ἀγαλλιῶνται διόλου, ὡς ἐν σοὶ κληρονομοῦντες τοὺς μεγάλους θησαυρούς. *Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης.* Καὶ τίνες οἱ κληρονόμοι; Οἱ πραεῖς (87). Λέγει ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ ὁ Χριστός· *Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.* Εἰ πραεῖς κληρονόμοι, οἱ ὀργίλοι ξένοι τῆς κληρονομίας, καὶ οἱ θυμικοὶ καὶ πλῆκται. *Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης.* Καὶ τίς ἡ κληρονόμος ψυχή; Ἡ πένητας θρέψασα, καὶ διὰ τῶν πενήτων τὸν Χριστόν. Αὐτὸς λέγει· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν.* Τί γάρ

[79] Jerem. xxxi, 31, 32. [80] Col. II, 3. [81] Matth. v, 4.

(87) *Οἱ πραεῖς.* Quia, ut ait Cyrillus *ad Joan.* VII, 33, δεῖ θορύβου παντὸς καὶ τῶν ἔξ ὀργῆς ἀτιθάσσων κινημάτων ἔξω κεῖσθαι τὸν φιλόθεον νοῦν, καὶ ὥσπερ τινὰ κυμάτων ἀργίαν (malim ἀγρίαν) ἐπεισφορὰν παραιτεῖσθαι φιλεῖν τὰ ἐκ μικροψυχίας συμβαίνοντα, νηνέμοις δὲ ὥσπερ εὐδίαις ἐφήδεσθαι τοῖς ἐκ πραΰτητος λογισμοῖς. *Decet animum Dei amantem positum esse extra tumultum omnem, motusque iræ immites; ac veluti fluctuum ferocem quemdam impetum ea rejicere quæ præ mentis angustia contingunt, atque mansuetis cogitationibus, ceu tranquilla serenitate delectari.*

Digitized by Google

σοι ἐποιήσαμεν οἱ κληρονόμοι; Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Ὡς κληρονόμοι με ἐθρέψατε· τῆς κληρονομίας ἀπολαύσατε. Ὑπὲρ τῆς κληροροσύνης. Τίς ἡ κληρονόμος ψυχή; Ἡ δραμοῦσα τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ, ἡ λέγουσα· Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον· ἐκληρονόμησα τὰ μαρτύριά σου. — Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. Τίς ἡ κληρονομοῦσα; Ἡ Ἐκκλησία, ἡ διωκομένη, καὶ συμπάσχουσα τῷ Χριστῷ. Κληρονόμοι τοῦ Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ. Πῶς; Εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. — Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. Τίς ἡ κληρονόμος ψυχή; Ἡ τὰ τοῦ κόσμου τῷ κόσμῳ προσρίψασα, καὶ τὰ οὐράνια ἐπιποθήσασα.

A *fecistis.* Tanquam hæredes nutriistis me: hæreditate fruimini. *Pro ea quæ hæreditatem consequitur.* Quænam hæres anima? Quæ currit in via mandatorum Christi, quæ dicit: *Viam mandatorum tuorum cucurri: hæreditate acquisivi testimonia tua* [82]. —*Pro ea quæ hæreditatem consequitur.* Quæ est illa? Ecclesia, quæ persecutione vexatur, quæ cum Christo patitur. *Hæredes Dei, cohæredes autem Christi* [83]. Quo modo? *Si tamen compatimur, ut et conglorificemur* [84].—*Pro ea quæ hæreditatem consequitur.* Quæ hæres anima? Quæ ad mundum pertinentia una cum mundo abjecit, atque cœlestium desiderio tenetur.

Ὁ Χριστὸς λέγει· Πᾶς ὅστις ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, καὶ τὰ ἑξῆς, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Εἰπὲ καὶ οὗτος ἀποκληρονόμους. Παῦλος λέγει· Ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ. Καὶ πότε ἡ κληρονομία; Εἰς τὸ τέλος. Ἵνα ἕως τέλους εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ τῷ κληροδότῃ· ἵνα μὴ ἀρξάμενοι εὐαρεστεῖν, λιποτακτήσαντες ἀποβληθῶμεν. Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. — Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. Πᾶσα πρᾶξις ἀγαθὴ παντὶ τῷ ἱκανῷ τῇ χειρὶ (88). Ὁ γὰρ ἐναρξάμενος (89) ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας Χριστοῦ Ἰησοῦ. Οὐκ ἐθεάσασθε, ὅπως πολλοὶ διὰ κληρονομίαν χρημάτων, γέροντας πλουσίους ζητοῦσιν, καὶ ἀδυνάτους ὄντας νοσοκομοῦσιν, καὶ ἀνέχονται τῶν τοῦ γήρους ἐλαττωμάτων, βηχὸς καὶ τρισμοῦ θώρακος, καὶ κορύζης, καὶ ποδαλγίας, καὶ βοῆς, ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, καὶ νεότητα γήρει προσδαπανῶσιν, καὶ πρὸ τῶν (90) χρημάτων πολλάκις γίνονται κληρονόμοι; Καὶ μετὰ ταῦτα πάντα, ἄδηλος ἡ ἐλπὶς τῶν προσδοκηθέντων.

B Verba Christi sunt: *Omnis qui reliquerit domum vel fratres*, et quæ sequuntur, *centuplum accipiet, et vitam æternam pro hæreditate possidebit* [85]. Recita quoque exhæredes. Dicit Paulus: *Quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei* [86]. Et quando hæreditas? *In finem.* Ut ad finem usque gratias agamus Deo, qui hæreditatis dator est: ne cum cœperimus placere, postea desertores facti, abjiciamur. *Qui* enim *perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [87]. — *Psalmus Davidi.* Omnis bona actio, omni idoneo manu. Nam *qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu* [88]. Nonne vidistis, quemadmodum multi ob opum hæreditatem, senes divites quærunt, eorumque in morbi infirmitate C curam gerunt, patiuntur senectutis incommoda, tussim, stridorem stomachi, gravedinem, podagram, clamorem, nocte ac die; juventutem in toleranda senectute consumunt; et horum prius sæpenumero fiunt hæredes, quam bonorum; atque post hæc omnia, incerta spes est eorum quæ exspectata fuere.

Ἢ γὰρ ὁ νέος προλαβὼν ἀπέθανεν, ἢ ὁ γέρων μετανοήσας εἰς ἄλλον διέθετο, ἢ γάρτης τυραννίδα

Aut enim juvenis ante senem obiit, aut senex mutata voluntate alium hæredem reliquit, aut ty-

[82] Psal. CXVIII, 32, 111. [83] Rom. VIII, 17. [84] ibid. [85] Matth. XIX, 29. [86] Ephes. V, 5. [87] Matth. X, 22. [88] Philipp. I, 6.

(88) *Τῷ ἱκανῷ τῇ χειρὶ* et p. 54. Ex significatione nominis *David*, ὃς ἑρμηνεύεται ἱκανὸς χειρί, ait Origenes *ad Matth.* V, 9, in *Philocalia*; quem sequuntur Eusebius *in Canticum canticorum*, p. 11; Olympiodorus *ad caput* I *Ecclesiastis*; Elias Cretensis *in orationem* I Gregorii Nazianzeni, col. 182. Δυνατὸς χειρὶ vertitur ab Eusebio *Demonstrationis evangelicæ*, lib. VII, p. 358; ἱκανὸς χειρὶ καὶ ἰσχυρὸς ὁράσει in Commentariis trium Patrum Græcorum *ad Cant. cant. Bibliothecæ Patrum* t. II, p. 722; ἐξουδένωσις apud Maximum quæstione 53 et 65 *in Scripturam*, t. I, p. 147, 279, qui et in ultimo loco et p. 290 profert etymologiam ἰσχυρὸς ὁράσει. Auctor *Operis imperfecti in Matthæum*, ad vers. 6, cap. I: *David interpretatur* sufficiens manu, *vel* dilectus. Hieronymus *De nominibus Hebraicis*, Proœmio *in librum* XVII, Commentar. Esaiæ, *ad Is.* LXVI, 19, 20, *in Psalm.* XVI, XVII, XXXIII, L, LXI et sæpe: *fortis manu, sive desiderabilis.* In Galli sermone Barthianæ editionis, p. 18, *David, juxta nomen suum*, manu fortis. Unde tum lux verbis Cassiani collatione 24, cap. 8: *Ille manu fortis puer, bellicosissimo illi gi-* D *ganti in certamine comparatus.* Necnon Dorothei Monembasiensis in *Synopsi historiarum*, ὁ κὺρ Δαβὶδ ἦτον ἄνθρωπος ὡμὸς, ἄνανδρος, ἀνάξιος τοῦ ὀνόματος, *Dominus David erat homo crudelis, imbellis, indignus nomine suo.* Quanquam potuit Dorotheus alludere duntaxat ad Davidis regis prophetæ mansuetudinem et fortitudinem, non vero ad nomen etiam. Tum emendatio forsan apud Cyrillum in *Collectaneis*, t. VI, p. 51, Δαβὶδ ἑρμηνεύεται ἐξουδένωσις, καὶ ἱκανὸς ὁράσαι. Nam δράσαι malit quispiam, propter hunc locum, p. 68, Δαβὶδ ἑρμηνεύεται μὲν ἐξουδένωσις, ἑρμηνεύεται δὲ καὶ ἱκανὸς χειρί.

(89) *Ἐναρξάμενος. In Jonam* Cyrillus, num. 20, στέλλεται ὁ προφήτης, καὶ προθυμίας ἀμάχοις διεζωσμένος ἐξέρχεται τῶν πρακτέων. Legendum puto ἐξάρχεται. *Mittitur propheta, et invicta succinctus alacritate, incipit mandata exsequi.*

(90) *Καὶ πρὸ τῶν.* Videtur aliquid deesse. Porro ista in hæredipetas, ut et alia nonnulla Asteriana, conferre operæ pretium fuerit cum Chrysostomianis interpretationibus.

Digitized by Google

rannidem spirans charta evertit testamentum. Hic vero ubi est hæreditas firma et immutabilis, ubi testator Christus, testamentum Evangelium, testes apostoli; ubi cœlum cum bonis suis, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum* [89]; quanto magis debemus contendere ut hæreditatem adipiscamur. *Pro ea quæ hæreditatem consequitur.* Chorus prophetarum pro ea disceptat, dicens : 2. *Verba mea auribus percipe, Domine.* Qui supra rebellavit, infra sponsæ tuæ adversarius factus est : sicut Scriptura testatur, *Adversarius vester diabolus, tanquam leo circuit, quærens quem devoret* [90]. Sed quoniam adversarius ille multos exhæredes fecit ab initio, pro ipsa quæ hæreditatem consequitur interpello te. *Verba mea auribus percipe, Domine.* Hæres Noæ erat Cham, utpote filius; sed cum effecisset ut irrideret nuditatem patris, nudum ab hæreditate paterna reddidit, et libertate exutum induit servitute, eique benedictionem convertit in maledictum. *Maledictus Chanaan puer; famulus erit fratribus suis* [91].

Itaque cum idem nunc quoque velit denudari sponsam tuam; ut te instar Noæ nudum in passione intuita, rideat te; quo eam exhæredes, dicasque: *Discedite a me, maledicti. Nudus eram, et non operuistis me* [92]. Ut igitur adversarius ejus diabolus ignominia afficiatur, inveniaturque sponsa intra hæreditatem, doce illam, Domine Christe, non deridere nuditatem tuam; sed discat mundum tua nuditate esse indutum : quia sicut dives cum esses, propter nos egenus factus es, ut nos divites essemus [93]; ita qui cœlum et terram vestis, nudus factus es, quo mundum vestires. *Verba mea auribus percipe, Domine.* Ismaelem cum Ægyptia matre exhæredem ludibrium omnibus fecit. *Videns* enim *Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaaco filio suo,*

πνέων τὴν διαθήκην ἀνέτρεψεν. Ἐνταῦθα δὲ, ὅπου ἡ κληρονομία βεβαία καὶ ἀμετάθετος, ὅπου διατιθέμενος ὁ Χριστὸς, καὶ διαθήκη τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ μάρτυρες οἱ ἀπόστολοι· ὅπου οὐρανὸς καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καλὰ, *Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν·* πόσῳ μᾶλλον ὀφείλομεν σπουδάσαι κληρονομεῖν; *Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης.* Καὶ ὁ χορὸς τῶν προφητῶν ὑπὲρ αὐτῆς δικάζεται, λέγων· *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.* Ὁ ἀνωάντάρτης, κάτω ἀντίδικος τῆς νύμφης σου (91) γέγονεν· ὡς γέγραπται· *Ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ.* Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ἀντίδικος οὗτος πολλοὺς ἀποκληρονόμους ἐξαρχῆς ἐποίησεν, ὑπὲρ αὐτῆς τῆς κληρονομούσης ἐντυγχάνω σοι. *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.* Κληρονόμος τοῦ Νῶε ἦν ὁ Χάμ, ὡς Υἱός· ἀλλὰ ποιήσας αὐτὸν γελάσαι τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς, γυμνὸν τῆς κληρονομίας τοῦ πατρὸς ἐποίησεν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐκδύσας, δουλείαν ἐνέδυσεν, καὶ τὴν εὐλογίαν αὐτῷ εἰς κατάραν ἔτρεψεν. *Ἐπικατάρατος Χαναὰμ παῖς· οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ* (92).

Ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτὸς καὶ νῦν τὴν νύμφην σου γυμνωθῆναι βούλεται· ἵνα γυμνόν σε ὡς τὸν Νῶε ὁρῶσα ἐν τῷ πάθει, γελάσῃ σε· ἵνα ἀποκληρονόμον αὐτὸν ποιήσῃς, λέγων· *Ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι. Γυμνὸς ἤμην, καὶ οὐ περιεβάλετέ με.* Ἵνα οὖν ὁ ἀντίδικος αὐτῆς διάβολος αἰσχυνθῇ, καὶ ἡ νύμφη ἐντὸς τῆς κληρονομίας εὑρεθῇ, δίδαξον αὐτὴν, Δέσποτα Χριστὲ, μὴ γελάσαι τὴν γύμνωσίν σου· ἀλλ' ἵνα μάθῃ, ὅτι ἡ σὴ γύμνωσις τὸν κόσμον ἐνέδυσεν· ὅτι ὥσπερ πλούσιος ὢν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσας, ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν· οὕτως ὁ οὐρανὸν καὶ γῆν ἐνδυόμενος, ἐγυμνώθης ἵνα κόσμον ἐνδύσῃς. *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.* Τὸν Ἰσραὴλ μετὰ τῆς Αἰγυπτίας μητρὸς ἀποκληρονόμον παντὶ διαπαίγνιον ἐποίησεν. *Ἰδοῦσα γὰρ Σάῤῥα τὸν υἱὸν Ἄγαρ τῆς Αἰ-*

[89] I Cor. II, 9. [90] I Petr. V, 8. [91] Genes. IX, 25. [92] Matth. XXV, 41, 43. [93] II Cor. VIII, 9.

(91) *Ἀντίδικος. Adversarius, diabolus.* Vere nos beavit vir de litteris optime meritus Baluzius noster, edito ante hoc biennium aureo opusculo quod Lactantius de persecutione et persecutoribus scripsit. Sed dolendum est tot mendas remansisse, ut fere fit in primis editionibus, præsertim cum ex uno ms. quantumvis optimæ notæ prodeunt. Certe ab ipso limine depravatum est. Ita inchoat lacteus Pater, *Audivit Dominus orationes tuas, Donate charissime, quas in conspectu ejus per omnes horas tota die fundis, cæterorumque fratrum nostrorum qui gloriosa confessione sempiternam sibi coronam pro fidei suæ meritis quæsierunt. Ecce addetur his omnibus adversarius : et restituta per orbem tranquillitate, profligata nuper Ecclesia rursum exsurgit.* Quis enim non videt, *uddetur* hic non convenire? Proponent alii conjecturas suas, mea est, *Ecce atteritur his omnibus adversarius*, aperto sensu, et scita antithesi ex *atteritur et exsurgit.*

(92) *Ἐπικατάρατος Χαναὰμ παῖς· οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ.* Minima mutatione emaculo Philonis Judæi locum lib. III *Legis allegoriarum*, p. 1098, Ἐπειδὰν ἡ ψυχὴ τραπεῖσα μόνον ἐννοηθῇ τι τῶν ἀτόπων, καὶ μὴ ἐπεξέλθῃ, ὥστε αὐτὸ ἔργῳ τελειῶσαι, ἐν τῷ τῆς ψυχῆς χωρίῳ καὶ οἴκῳ γέγονε τὸ ἁμάρτημα. Ἐὰν δὲ πρὸς τὸ μόχθηρόν τι λογίσασθαι καὶ ἐπανύσηται ὥστε ἐργάσασθαι, κέχυται καὶ εἰς τὰ ἐκτὸς τὸ ἀδίκημα. Παρὸ καὶ τῷ Χαναὰν καταρᾶται, ὅτι τὴν τῆς ψυχῆς τροπὴν ἔξω ἀπήγγειλε· τουτέστι, καὶ εἰς τὰ ἐκτὸς ἔτεινε καὶ ἐπεξειργάσατο, προσθεὶς τῷ κακῷ βουλήματι κακὸν τὸ διὰ τῶν ἔργων ἀποτέλεσμα, legendo ἐτανύσηται, spretisque aliis conjecturis. *Cum anima mutata, tantum cogitaverit quid absurdi, et non superegressa fuerit, ut id opere perficiat, in ipso animæ loco et domicilio fuit peccatum. Si autem ad nefarium quid cogitandum extendatur, adeo ut ad effectum perducat, effusa est et in externa iniquitas. Quocirca Chanaano maledicit, quia animæ mutationem foras retulit : hoc est, et in externa extendit, et ad effectum perduxit, adjiciens pravæ voluntati malam per opera consummationem.* Idem Philo in voce etiam οἰκέτης depravatus est, in fine libri *Quod omnis probus*, liber, p. 888, ὡς γὰρ ἐπιστήμονας οὐ ποιεῖ τὸ κήρυγμα, οὕτως οὐδὲ ἐλευθέρους ἐπεὶ μακάριον ἦν ἀλλὰ μόνον οἰκέτας. Etenim sensus postulat, ἀλλὰ μόνον μὴ οἰκέτας. In Zachariæ quoque Disputatione a Tarino post Origenis Philocaliam edita, p. 550, contextus petit οἰκέτην et ἱκέτην rejicit.

Digitized by Google

γυπτίας παίζοντα μετὰ Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, εἶπεν τῷ Ἀβραάμ· Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ. Ἐπεὶ οὖν καὶ νῦν ἡ ἀποκληρονόμος τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ καταπαίζει τῆς Ἐκκλησίας, ἐκείνην ἔκβαλε, καὶ ταύτην εἰσάγαγε. *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.* Διὰ πορνείας βεβηλώσας τὸν Ἡσαῦ, ἀπολέσαι τὴν κληρονομίαν τῶν πρωτοτοκίων παρεσκεύασεν, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ δοῦλον τὸν υἱὸν ἐποίησεν, καὶ δεύτερον πόρρος, ἢ βέβηλος, ὡς Ἡσαῦ.

A *dixit Abrahæ : Ejice ancillam et filium ejus. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac* [94]. Quoniam ergo nunc etiam exhæres Judæorum Synagoga illudit Ecclesiam, illam ejice, atque hanc introduc. *Verba mea auribus percipe, Domine.* Per fornicationem profanatum Esau hæreditate primogenituræ privavit, filiumque effecit servum fratris, ac Esau Chanaamum secundum designavit. *Ne quis,* inquit, *sit fornicator aut profanus, ut Esau* [95].

Ἵνα μὴ οὖν πορνείᾳ σώματος καὶ λιχνείᾳ λόγων αἱρετικῶν, τὰ τέκνα τῆς νύμφης τὸν Ἡσαῦ μιμήσωνται (93), *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.* Τὸν Ναβουθὲ (94) διὰ τὴν κληρονομίαν τοῦ ἀμπελῶνος φονευθῆναι ἐποίησεν· ἀλλὰ καὶ ἔκραξεν ὁ Ναβουθὲ πρὸς τὸν Ἀχαάβ· *Οὐ δώσω κληρονομίαν πατέρων μού σοι.* Βλέπετε γὰρ τὸν Ναβουθὲ ὑπὲρ τῆς κληρονομίας φονευόμενον, ἵνα εἴδῃς τὸν Χριστὸν ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας σταυρούμενον. *Καὶ ἑαυτὸν,* φησὶν, *παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς· ἵνα παραστήσῃ αὐτῷ ἔνδοξον τὴν Ἐκκλησίαν.* Ὑπὲρ ἧς οὖν ἑαυτὸν παρέδωκας, Δέσποτα, ὑπὲρ ταύτης δέησιν προσφέρω σοι. *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.* Ὅθεν καὶ ὁ Ἀπόστολος μιμητὴς Χριστοῦ, ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας κακοπαθῶν, καὶ λέγων· *Μέχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν,* καὶ τὰ ἑξῆς· ὡς ἐρωτηθεὶς, Καὶ ὑπὲρ τίνος τὰ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κακὰ ὑπομένεις, Παῦλε; ἀποκρίνεται· Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. Καὶ ὅτι πάντα ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν ὁμογενῶν ἔπασχεν, μάρτυς αὐτὸς, λέγων· *Ηὐχόμην αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου.* — Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. Ῥήματα δὲ τοῦ προφήτου τίνα; Οὐ τὰ διὰ λόγων ἀπαγγελλόμενα, ἀλλὰ τὰ διὰ κατορθωμάτων γνωριζόμενα. *Σύνες τῆς κραυγῆς μου.* Κραυγὴ δὲ τοῦ δικαίου, οὐχ ἡ πληκτικὴ τοῦ ἀέρος φωνὴ, ἀλλ' ἡ οὐρανόφρων τῆς ψυχῆς διαγωγή.

Ne igitur fornicatione corporis et ingluvie hæreticorum sermonum, imitentur Esau, sponsæ filii, *Verba mea auribus percipe, Domine.* Nabothum propter vineæ hæreditatem interfici procuravit : sed clamavit Naboth ad Achaabum : *Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum* [96]. Aspice Nabothum pro hæreditate occisum, ut cognoscas Christum pro Ecclesia crucifixum. *Et semetipsum,* inquit, *tradidit pro ea, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam* [97]. Pro qua ergo teipsum tradidisti, Domine, pro ea orationem offero tibi. *Verba mea auribus percipe, Domine.* Unde et Apostolus imitator Christi, dum pro Ecclesia vexatur, ac dicit, *Usque in hanc horam et esurimus et sitimus* [98], et cætera ; tanquam interrogaretur : Cujus gratia talia tantaque mala sustines, Paule? respondet, *Pro ea quæ hæreditatem consequitur.* Et quod omnia pro salute congenerum suorum pateretur, ipsemet testis est, cum ait : *Optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis* [99].— *Pro ea quæ hæreditatem consequitur.* Quænam autem sunt verba prophetæ? Non quæ sermone proferuntur, sed quæ præclaris operibus agnoscuntur. *Intellige clamorem meum.* Clamor justi, non est vox quæ aerem percutit, sed animæ cœlestia sapiens institutio.

Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. Φωνὴν δὲ λέγει, οὐ τὸν σαλπιγγοφανῆ ἦχον (95), ἀλλὰ τὸν βαρύτατον τῆς καρδίας στεναγμόν. Οὕτω γὰρ γέγραπται· *Καὶ κατεστέναξαν υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἔργων· καὶ εἰσήκουσεν τῆς φωνῆς αὐτῶν ὁ Θεός.*

3. *Intende voci orationis meæ.* Vocem dicit, non sonum clangori tubæ similem, sed gravissimum cordis gemitum. Sic enim scriptum est : *Et ingemuerunt filii Israel ab operibus : et exaudivit Deus vocem eorum* [1]. Atque erat vox gemitus, hominibus

[94] Genes. xxi, 9, 10 ; Gal. iv, 31. [95] Hebr. xii, 16. iv, 11. [96] Rom. ix, 3. [1] Exod. ii, 23, 24. [96] III Reg. xxi, 3. [97] Ephes. v, 25, 27. [98] I Cor.

(93) *Μιμήσονται.* Permira est, imo perridicula Creyghoni hæsitatio, ad Syropulum suum, sect. 3, cap. 19. Εἰ τοὺς ἐπὶ σκηνῆς ἐμιμουμένους ἐν ἀγορᾷ, quoniam facillima correctio, ἐμιμούμην ἐν ἀγορᾷ, vel ἐμιμούμην τοὺς ἐν ἀγορᾷ.

(94) *Ναβουθέ.* In Theodorito, epist. 123, Ναουθέ, vitio typographico, pro Ναβουθέ, ut apud Proclum, Ambrosium, alios. Frequentius tamen scribitur Ναβουθαί, *Nabuthæ.* Unde Josepho, lib. viii, cap. 7 et 10, Νάβουθος et Ναβουθαῖος. Quanquam Suidas exscribens Josephum, Ναβουθᾶς habet. Et apud Luciferum *Nabutheus.* Ναβώθ etiam, quemadmodum Vulgata *Naboth*, profert Olympiodorus *in Ecclesiastem*, initio capitis vii. *Nabothæ sanguinem*, cap. 6 lib. *De pudicitia* Tertull. Corrige in *Chronographia* Syncelli, p. 190, τὸν Ναβουθοῦ θάνατον. Cæterum ad ea quæ olim ad *Homilias* Chrysostomi adnotabamus de voce Ἰσραηλίτου perperam dicta de Naboth, loco Ἰεζραηλίτου, vel Ἰεσραηλίτου, addi debet locus Nili, *De monastica exercitatione*, cap. 13, seu *Parallelórum* Damasceni, lib. ii, cap. 17, f. 68, cum duobus Luciferi, lib. i pro S. Athanasio, p. 36 et 37. Josephus, *Antiqu. Jud.* lib. viii, cap. 7, Νάβουθος δέ τις ἀπὸ πόλεως Ἀζάρης. In Suida Ἰζάρου pro Ἀζάρου, ex Josepho ibidem, μέχρι τῆς Ἰεσραήλας Ἀζάρου πόλεως, et ex antiquo Josephi interprete, qui vertit, *Quidam igitur Naboth, de Azari civitate.*

95) Ἦχον. Ineptissime in Cæsario, quæstione iii, *Adversus astrologos* : Εὐμετάδοτον γὰρ κριὸς, οὐκ ἐπειδὴ τοιούτου ἤχους ποιητικὸν ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐπεὶ τοιαύτης ἔλαχε τὸ πρόβατον φύσεως παρὰ τοῦ κτίσαντος, cum ἤθους veram lectionem docere debuisset interpretem, tum sensus, tum ἤθων quod mox sequitur : *Animal enim ad impartiendum facile aries est : non quod ea pars cœli effectrix sit hujusce moris, sed quod ovis a creatore talem accepit naturam.*

Digitized by Google

quidem occulta, Deo autem manifesta. *Intellige clamorem meum.* Quid loqueris, propheta? Deo præceptum imponis? Sapientiæ thesaurus est, et intelligentiæ ubertas, juxta illud Scripturæ : *Apud eum sapientia et intelligentia* [1] : tuque ei dicis, *Intellige*, animadverte? Atqui si eximio homini dixeris, Animadverte, irascitur ille, quod tanquam imperito locutus fueris, nec percipienti; Deo autem dicis, *Intellige?* Verum non imperat Domino : absit! neque mortalis immortalem ad intelligendum urget, nec quæ ebriorum sunt homo sobrius effutit; sed quod ait, hoc est : Multi eorum qui judices adeunt ut de magnis necessariisque capitibus interpellent, nesciunt ea de quibus agitur explicare, neque valent, quod cupiunt, evidenter ac perspicue declarare; deinde quia judex ad negotium intelligendum solertior est quam interpellator, novitque quale debeat reddere responsum : qui supplex est, orat ut non respiciat ad indigna verba, sed juxta prudentiam suam atque ex re proferat sententiam. Sic etiam propheta, quandoquidem homo Deo loquebatur, atque in stupore constitutus, instar gubernatoris in pelago, jactabatur, obsecrat Deum, *Intellige clamorem meum;* hoc est, Noli respicere ad indignitatem verborum, neque ad sermonis inopiam, sed legito in mente mea : quod deest in verbis, supple in edictis. Illud ergo, *Intellige*, positum est pro, Cerne cor meum, lege quas in animæ imo gero justificationes, quas verbis enarrare non possum.

Intende voci orationis meæ. Tanquam sol mihi exorere, ac statim calamitatum frigus a me expuleris. Nam si sensibilis sol, cœlestis oculus, quando in hieme exoritur, glaciem solvit, et solis aspectum nix non fert, sed dissolvitur; quanto magis tu, Domine, tanquam sol Justitiæ mihi exortus, instar pruinæ ac frigoris resolves tentationes! Sicut autem cum dicit Deo, *Intende*, non rogat eum ut aspiciat per sensum, at prout Deum decet; ita vocem suam dicit, loquelam in anima sono carentem, cujus solus auditor est Deus. *Ipse enim novit abscondita cordis* [2]. Deinde ut ostendat magnam et immensam neri dignitatem, quod Dominum eum vocaverit, non tanquam unum de multis, sed velut universorum herum et creatorem, subjicit, *Rex meus et Deus meus — Rex meus :* quia me militem cum delegeris, nomine tuo consignasti. *Deus meus :* quod cum antea non essem, in rerum naturam adduxisti. *Rex meus :* quoniam me, qui sub tyrannide peccati positus eram, velut captivum liberasti. *Deus meus :* quia naturam mutasti, et corruptibilem meum limum dum gestas, incorruptibilem effecisti. *Rex meus :*

[1] Job XII, 13. [2] Psal. XLIII, 22.

(96) *Ὀργίζεται.* Judæus Philo, *De somniis*, p. 1127, ubi de Josephi somnio ad Gen. XXXVII, τίνα ἕξει λόγον τὸ ὀργίζεσθαι καὶ ἐπιτιμᾷν τῷ τὴν καθ' ὕπνον φαντασίαν ἰδόντι; *Quamnam habebit rationem ira et objurgatione uti adversus eum qui visionem in somno viderit?* Ediderunt, ὁρίζεσθαι, nullo sensu.

(97) *Ἐν χειμῶνι. Brumalem circulum* vocat Rhabanus, cap. 41, lib. *De computo.* Ita enim ibi legendum, et *in brumalem*, non *prumalem* et *inprumalem.*

Καὶ ἦν ἡ φωνὴ τοῦ στεναγμοῦ ἀνθρώποις μὲν ἄδηλος, Θεῷ δὲ κατάδηλος. *Σύνες τῆς κραυγῆς μου.* Τί λέγεις, προφῆτα; Παρακελεύῃ Θεῷ; Σοφίας ἐστὶ θησαυρὸς καὶ συνέσεως πλοῦτος, ὡς γέγραπται· *Παρ' αὐτῷ σοφία καὶ σύνεσις·* καὶ αὐτῷ λέγεις, *Σύνες*, νόησον; Καὶ ἀνθρώπῳ μὲν ἐλλογίμῳ ἐὰν εἴπῃς, Νόησον, ὀργίζεται (96), ὅτι ὡς ἀπαιδεύτῳ, καὶ μὴ παρακολουθοῦντι ἐλάλησας· καὶ τῷ Θεῷ λέγεις· *Σύνες;* Ἀλλ' οὐκ ἐπιτάσσει τῷ Δεσπότῃ· μὴ γένοιτο! Οὐδὲ ὁ θνητὸς τὸν ἀθάνατον ἐφιστᾷ εἰς σύνεσιν, οὐδὲ τὰ τῶν μεθυόντων ὁ νήφων παραλαλεῖ· ἀλλ' ὃ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Πολλοὶ τῶν προσερχομένων τοῖς δικασταῖς περὶ μεγάλων καὶ ἀναγκαίων κεφαλαίων ἐντυγχάνοντες, οὐκ ἴσασιν ἀπαγγεῖλαι τὰ τῆς ὑποθέσεως, οὐδὲ σαφῆ καὶ εὐσύνοπτον τὴν ἑαυτῶν γνώμην παραστῆσαι δύνανται· εἶτα ἐπειδὴ ὁ δικαστὴς πρὸς τὸ νοῆσαι τὸ πρᾶγμα γοργότερός ἐστιν τοῦ ἐντυγχάνοντος, καὶ οἶδεν ποίαν ὀφείλῃ δοῦναι ἀπόκρισιν· παρακαλεῖ ὁ ἱκέτης μὴ ἀπιδεῖν πρὸς τὰ ἀνάξια ῥήματα, ἀλλὰ πρὸς τὴν αὐτοῦ φρόνησιν καὶ τὴν ὑπόθεσιν δοῦναι τὴν ἀπόφασιν. Οὕτως καὶ ὁ προφήτης, ἐπειδὴ ἄνθρωπος ὢν Θεῷ διελέγετο, καὶ ἐν ἐκστάσει γενόμενος, ὡς κυβερνήτης ἐν πελάγει ἐχειμάζετο, παρακαλεῖ τὸν Θεόν· *Σύνες τῆς κραυγῆς μου·* ἀντὶ τοῦ, Μὴ πρὸς τὴν τῶν ῥημάτων ἀπίδῃς ἀναξιότητα, μηδὲ πρὸς τὴν τῶν λόγων πτωχείαν, ἀλλὰ ἀνάγνωθί μου τὴν διάνοιαν· τὸ λεῖπον ἐν τοῖς ῥήμασιν, ἀναπλήρωσον ἐν ταῖς ἀποφάσεσιν. Τὸ οὖν, *Σύνες*, ἀντὶ τοῦ, Ἴδε τὴν ἐμὴν καρδίαν, ἀνάγνωθί μου τὰ ἐν τῷ βάθει τῆς ψυχῆς δικαιώματα, ἅπερ διὰ ῥημάτων ἐξειπεῖν οὐ δύναμαι.

Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. Ὡς ἥλιός μοι ἀνάτειλον, καὶ εὐθέως μοι τὸν χειμῶνα τῶν συμφορῶν ἔλυσας. Εἰ γὰρ ὁ αἰσθητὸς ἥλιος, ὁ οὐράνιος ὀφθαλμὸς, ἀνατείλας ἐν χειμῶνι (97), τὸν παγετὸν ἔλυσεν, καὶ βλέμμα τοῦ ἡλίου ἡ χιὼν μὴ φέρουσα λύεται· πόσῳ μᾶλλον αὐτὸς, Δέσποτα, ὡς ἥλιος δικαιοσύνης ἀνατείλας μοι, ὡς πάχνην καὶ χειμῶνα ἐκλύεις τοὺς πειρασμούς! Ὥσπερ δὲ λέγων τῷ Θεῷ, *Πρόσχες*, οὐκ αἰσθητῶς αὐτὸν παρακαλεῖ ἐπιβλέψαι, ἀλλὰ θεοπρεπῶς· οὕτως φωνὴν αὐτοῦ λέγει, τὴν ἄφθογγον ἐν τῇ ψυχῇ λαλιὰν, ἧς μόνος ἀκροατὴς ὁ Θεός. *Αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας.* Εἶτα ἵνα δείξῃ τὸ μέγα καὶ ὑπερμέγεθες τοῦ Δεσπότου ἀξίωμα· ὅτι Κύριον αὐτὸν ἐκάλεσεν, οὐχ ὡς ἕνα τῶν πολλῶν, ἀλλ' ὡς τῶν ὅλων. Δεσπότην καὶ Δημιουργὸν, ἐπάγει· *Ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου. — Ὁ βασιλεύς μου·* ὅτι με στρατολογήσας, τῷ ὀνόματί σου ἐσφράγισας. *Ὁ Θεός μου·* ὅτι μὴ ὄντα με πρότερον, εἰς τὸ εἶναι ἤγαγες. *Ὁ βασιλεύς μου·* ὅτι τυραννηθέντα με τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς αἰχμάλωτον ἠλευθέρωσας. *Ὁ Θεός μου·* ὅτι τὴν φύσιν μετέβαλες, καὶ τὸν φθαρτὸν πηλόν μου φορέσας, ἄφθαρτον

Digitized by Google

ἐποίησας. *Ὁ βασιλεύς μου·* ὅτι ὡς βασιλεὺς πορφύραν με, τὴν χάριν ἐνέδυσας. *Ὁ Θεός μου·* ὅτι μοι τοὺς οὐρανοὺς ὡς Θεὸς ἤνοιξας, καὶ τῶν ἐπουρανίων σου ἀγαθῶν μέτοχον ἐποίησας. *Καί σοι πρέπει ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ σαυτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Ἀμήν.

A quod tanquam rex me purpura, gratia videlicet, induisti. *Deus meus :* quoniam mihi cœlos tanquam Deus aperuisti, meque fecisti bonorum tuorum cœlestium participem. Atque te decet gloria et imperium, una cum sancto et vivifico tuo Spiritu, nunc et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

IZ'.

Εἰς τὸν αὐτὸν ε' ψαλμὸν, ἄλλως. Λόγος γ'.

Ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν λαμπρότεροι νυμφίοι, μετὰ τὸν θάλαμον καὶ τὴν κοίτην ἀναστάντες, ταῖς νύμφαις ὑποδεικνύουσιν τὸν πλοῦτον καὶ τὴν κληρονομίαν τὴν πατρῴαν· οὕτως ὁ Χριστὸς ὁ μονογενὴς νυμφίος, καὶ τοῦ Πατρὸς κληρονόμος, μετὰ τὸν θάνατον καὶ τὸν τάφον ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, τῇ αὐτοῦ νύμφῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἔδειξεν τὸν πλοῦτον καὶ τὴν κληρονομίαν, B τουτέστιν τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὴν βασιλείαν. Ἐπεὶ οὖν *εἰς τὸ τέλος*, τελευτήσαντος τοῦ νυμφίου, κληρονομεῖ ἡ νύμφη· διὰ τοῦτο, *Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης*, ὁ Δαβὶδ ἐπέγραψεν τὴν ψαλμῳδίαν. Ὅτε γὰρ τὸ τέλος καὶ ὁ ἐν σαρκὶ θάνατος τοῦ Χριστοῦ ἐτελέσθη, τότε εἰς τὰς νομὰς τῆς κληρονομίας ἡ νύμφη ἐκλήθη αὕτη. Διά τί, φησὶν, ἐσταυρώθη (98) ἢ παρεδόθη ὁ Χριστός ; *Ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος ηὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. — Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. — Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ αὐτῆς.* Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ ἀντίζηλος αὐτῆς ἡ Συναγωγὴ ἤριζεν διὰ τὴν κληρονομίαν, βιβλίον ἀποστασίου λαβοῦσα, ὡς κληρονόμος ἐδικάζετο (99) τῇ C Ἐκκλησίᾳ· ἦλθεν ὁ προφήτης ὡς δικόλογος· ἀναγινώσκει τὸ κατὰ τῆς Συναγωγῆς ἀποστάσιον. Εὗρεν τὴν ὑπογραφὴν τοῦ Θεοῦ περιέχουσαν· *Καὶ αὕτη οὐ γυνή μου, κἀγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς·* καὶ, *Ἔδωκα αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς·* Ἀναγινώσκει καὶ τὸ προικῷον τῆς Ἐκκλησίας· εὗρεν τὸν νυμφίον καὶ τὴν νύμφην· *Ὁ ἔχων τὴν νύμφην νυμφίος ἐστίν.* Ἐπεὶ οὖν, ὡς αὐτοῦ ἀποθανόντος τοῦ νυμφίου, ἐδικάζετο ἡ Συναγωγὴ τῇ Ἐκκλησίᾳ περὶ τῆς κληρονομίας, ἀνέστη Χριστὸς ὁ τοῦ Πατρὸς κληρονόμος· καὶ *ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης* νύμφης δέησις αὐτῷ εὐθέως προσηνέχθη. *Εἰς τὸ τέλος* γὰρ, φησὶν, *ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης*, τῷ κληρονόμῳ. Τίς ἡ κληρονομοῦσα ; Ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία. Λέγει Παῦλος *εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα. — Κληρονόμοι Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ.* Τίς ἡ κληρονομία ; Ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία. *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονο-*

XVII.

In eumdem quintum psalmum, aliter. Oratio tertia.

Quemadmodum inter nos sponsi illustriores, e thalamo et cubili cum surrexerint, sponsis suis ostendunt divitias et paternam hæreditatem : sic unigenitus sponsus Christus, atque Patris hæres, post mortem et sepulturam exsurgens a mortuis, sponsæ suæ Ecclesiæ ostendit divitias et hæreditatem, hoc est, Evangelium ac regnum. Quia ergo *in finem* mortuo sponso, hæreditatem capit sponsa : idcirco, *In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur*, David psalmo titulum feçit. Ubi enim finis et Christi mors per carnem facta advenit, tunc in bona hæreditatis ipsa vocata est sponsa. Quam ob rem, inquit, crucifixus aut traditus fuit Christus ? *Peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* [6].—*Pro ea quæ hæreditatem consequitur.— Sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et semetipsum tradidit pro ea* [5]. Verum quoniam pro hæreditate contendebat æmula illius Synagoga, quæ libellum repudii acceperat, et veluti hæres litigabat contra Ecclesiam, venit propheta tanquam causidicus, recitat repudium Synagogæ. Invenit suscriptionem Dei quæ hæc continet : *Et hæc non uxor mea, et ego non vir ejus* [6] ; et : *Dedi ei libellum repudii in manibus illius* [7]. Recitat etiam dotale Ecclesiæ ; nactus est sponsum et sponsam : *Qui habet sponsam, sponsus est* [8]. Quia igitur ut post mortem ipsius sponsi, litem movebat Ecclesiæ Synagoga ob hæreditatem, resurrexit Christus hæres Patris, et pro sponsa *quæ hæreditatem consequitur*, ipsi statim oblatæ sunt preces. Ait enim : *In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur*, hæredi. Quænam est quæ hæreditatem consequitur ? Ecclesia ex gentibus. Dicit Paulus *gentes esse cohæredes et concorporales* [9]. — *Hæredes Dei, cohæredes autem Christi* [10]. Quænam est hæreditas ? Regnum cœlorum. *Venite, benedicti Patris mei, possidete* D *paratum vobis regnum* [11]. Quænam est abdicata ? Synagoga et populus ejus. *Ejicite ancillam et filium ejus. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ* [12]. Judæus instar chartophylacis seu charta-

[6] I Petr. II, 22. [5] Ephes. v, 25. [6] Ose. II, 2. [7] Jerem. III, 8. [8] Joan. III, 29. [9] Ephes. III, 6. [10] Rom. VIII, 17. [11] Matth. XXV, 34. [12] Galat. IV, 30.

(98) *Ἐσταυρώθη.* Crucifixionem Theodoritus orat. *De charitate*, t. IV, p. 689, exprimit phrasi, τῷ ἰκρίῳ προσηλωθῆναι. Cujus priorem vocem cum non caperent imperiti exscriptores, ineptæ lectioni librorum editorum, τῷ ἰδίῳ, locum dedere, si non est mendum operarum, ut videtur. Apud Chrysostomum Savilii, t. VII, p. 295, ὑπόμεινον τὸ ὀλιγοχρόνιον τῆς πενίας ἴστριον vel ἰούριον, emendandum suspicor, ἴκριον, aut ἰκρίον. Sed et insigniter depravatus est versus Joannis Enchaitensis, p. 70, σταυροῦσί τε τρεῖς ἄνδρες ὁμῶς Ἀνδρέαν, cum genuina lectio sit, σταυροῦσι Πατρεῖς ἄνδρες ὡμῶς Ἀνδρέαν. *Crucifigunt viri Patrenses crudeliter Andream* apostolum.

(99) *Ἐδικάζετο.* Eloquenter, ut omnia, Chrysostomus homil. 5 *De pœnitentia*, disserens pro eleemosyna ex Proverb. XIX, 17, ὁ χρεώστης αἰδεῖται τὸν δανείσαντα, ὁ κριτὴς οὐ δυσωπεῖται τὸν δικαζόμενον. Eninvero sententiæ elegantia obscurabitur, si δανειζόμενον librorum vulgatorum remaneat, ut facile attentus lector deprehendet. *Debitor veneratur fenerantem, judex non suspicit eum qui judicatur.*

Digitized by Google

rum custodis servavit testamenta, et Christianus tanquam filius hæreditatem adeptus est. Illi litteram obsignatam tradidit lex, et mihi quæ inscripta sunt, gratia largita est.

μήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν. Τίς ἡ ἀποκληρονόμος; Ἡ Συναγωγὴ καὶ ὁ λαὸς αὐτῆς. Ἐκβάλετε τὴν παιδίσκην, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. Ὁ Ἰουδαῖος ὡς χαρτοφύλαξ τὰς διαθήκας ἐφύλαξεν, καὶ ὁ Χριστιανὸς ὡς υἱὸς ἐκληρονόμησεν. Ἐκείνῳ ἐσφραγισμένον τὸ γράμμα ὁ νόμος ἔδωκεν, καὶ ἐμοὶ τὰ ἐγγεγραμμένα ἡ χάρις δεδώρηται.

Quandoquidem igitur sponsus Christus, quia in uxorem olim habebat Synagogam Judæorum, illam hæredem instituit, eamque introduxit in possessiones hæreditatis, hoc testatur propheta, hisce verbis; *Ei qui percussit reges magnos, et occidit reges fortes, et dedit terram eorum hæreditatem Israel populo suo* [13].

Ἐπειδὴ οὖν ὁ νυμφίος Χριστὸς, γυναῖκα ἔχων ποτὲ τὴν τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴν (1), ταύτην κληρονόμον ἐνεστήσατο, καὶ εἰσήγαγεν αὐτὴν εἰς νομὰς τῆς κληρονομίας, μάρτυς ὁ προφήτης, εἰπών· Τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιοὺς, καὶ δόντι τὴν γῆν αὐτῶν τὴν κληρονομίαν Ἰσραὴλ τῷ λαῷ αὐτοῦ.

Sed misera, acceptis a sponso hæreditatis bonis, adulterum concertantem subsecuta est, et quæ sponsi erant obtulit dæmoni. Ipse sponsus Christus per Osee dicit: *Et ego dedi ei frumentum et vinum et oleum; et argentum et aurum multiplicavi ei: hæc autem argentea et aurea fecit Baal* [14]. Quia ergo quæ mariti erant adultero tribuit, et amatorem secuta, interfecit virum; et velut in figura Barabbam vindicans, sponsum cruci affixit; existimavit autem Synagoga se post mortem Christi hæredem fore, utpote quæ sciret se bona possidere; at ignoraret quod sponsus in morte Novum scripsit Testamentum, in quo Ecclesiam gentium instituit hæredem; atque subscripsit Testamento, dicens Judæis: Auferetur a vobis hæreditas, et dabitur genti facienti mandata ejus [15].

Ἀλλὰ ἡ τάλαινα λαβοῦσα παρὰ τοῦ νυμφίου τας νομὰς τῆς κληρονομίας, τῷ μοιχῷ ἐρίζοντι ἐπηκολούθει, καὶ τὰ τοῦ νυμφίου τῷ δαίμονι προσέφερεν. Αὐτὸς ὁ νυμφίος Χριστὸς διὰ Ὡσηὲ λέγει· Καὶ ἐγὼ δέδωκα αὐτῇ τὸν σῖτον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ ἀργύριον καὶ χρυσίον (2) ἐπλήθυνα αὐτῇ· αὕτη δὲ ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ ἐποίησεν τῇ Βαάλ. Ἐπεὶ οὖν τὰ τοῦ ἀνδρὸς τῷ μοιχῷ προσετίθη, καὶ τῷ ἐραστῇ ἀκολουθοῦσα, ἐφόνευσεν τὸν ἄνδρα· καὶ ὡς ἐν εἰκόνι τὸν Βαραββᾶν ἐκδικοῦσα, ἐσταύρωσεν τὸν νυμφίον· ἐνόμισεν δὲ ἡ Συναγωγὴ, ὅτι τοῦ Χριστοῦ ἀποθανόντος αὕτη κληρονόμος ἔσται· ὡς ἤδει τὰς νομὰς κρατοῦσα, καὶ οὐκ ἤδει, ὅτι ὁ νυμφίος ἀποθνήσκων νέαν διαθήκην ἔγραψεν, ἐν ᾗ κληρονόμον ἐνεστήσατο τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, καὶ ὑπέγραψεν τὴν Διαθήκην, εἰπὼν Ἰουδαίοις· Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ κληρονομία, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι προστάγματα αὐτοῦ.

Ut igitur mortuus est sponsus, et hæreditatem abdicata Synagoga occupavit, surgentem illum a mortuis, chorus prophetarum pro Ecclesia gentium interpellat. *In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur.* Quæ sponsum interemit, putavit se interempti hæredem fore: verum quæ non interemit, sed credidit, scripta fuit hæres. Hæredem Patris occidere voluit, ac hæreditatem adire, quæ legebat sententiam in Achabum prolatam, de Nabothi vinea; *Occidisti, et hæreditate possedisti* [16]. Ille occidit et hæreditatem accepit; sed tu occidisti, ac hæreditatem non es indepta; occidisti, et amisisti hæredi-

Ὡς οὖν ἀπέθανεν ὁ νυμφίος, καὶ τὴν κληρονομιαν ἡ ἀποκληρονόμος Συναγωγὴ κατεῖχεν, ἀναστάντι αὐτῷ ἐκ νεκρῶν ὁ χορὸς τῶν προφητῶν ὑπὲρ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας ἐντυγχάνει. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. Ἡ φονεύσασα τὸν νυμφίον, κληρονομῆσαι ἐνόμισεν τὸν φονευθέντα· ἀλλ' ἡ μὴ φονεύσασα, ἀλλὰ πιστεύσασα, κληρονόμος ἐγράφη. Τὸν τοῦ Πατρὸς κληρονόμον ἠθέλησεν φονεῦσαι, καὶ κληρονομῆσαι ἡ ἀναγινώσκουσα τὴν κατὰ τοῦ Ναβουθὲ [17] ἀπόφασιν, ἐπὶ τῷ Ναβουθὲ ἀμπελῶνι· Ἐφόνευσας, καὶ ἐκληρονόμησας. Ἐκεῖνος ἐφόνευσεν καὶ ἐκληρονόμησεν· ἀλλὰ σὺ ἐφόνευσας, καὶ οὐκ

[13] Psal. cxxxv, 17, 18, 21, 22. [14] Ose. II, 8. [15] Matth. xxi, 43. [16] III Reg. xxi, 19. [17] I. Achaàb.

(1) Ἰουδαίων συναγωγήν. Ad verba Leontii presbyteri CP. homilia *in Μεσοπεντηκοστὴν*, Καλῶς ὁ Σαλομὼν ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν βδελυρὰν προσηγόρευσε. Διατί; Ὡς ἀλλοτρίων αἱμάτων ἑλκύστριαν· *Bene jam olim Salomon, Judæorum Synagogam abominabilem appellavit. Quorsum vero? Quia haustrix sit alienorum sanguinum*, ait doctissimus Combefisius, Salomonis locum non occurrere, nisi forte alludatur ad Proverbiorum caput primum. Mihi autem videtur, cum loco Proverb. I, 10, etc., conjungendum hic esse versiculum 15, cap. XVII: Ὃς δίκαιον κρίνει τὸν ἄδικον, ἄδικον δὲ δίκαιον, ἀκάθαρτος καὶ βδελυκτὸς παρὰ Θεῷ. *Qui justum judicat eum qui injustus est, injustum autem eum qui justus, immundus est et abominabilis apud Deum.* Ex Vulgata: *Qui justificat impium, et qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Deum.*

(2) Καὶ χρυσίον. Ose. II, 8. Ita quoque codex Barberinus, Origenes *ad Cant.* I, 11. Ambrosius *De paradiso*, cap. 3. Hieronymus *in Ezechielem*, lib. I, 4, 7 et Theodoritus. Ab aliis tamen omittitur, ut a Cyrillo, necnon ipso Hieronymo, lib. V *in Ezechielem*. Quod superest, per occasionem hujus textus, verba Theodoriti ad ejusdem prophetæ, cap. X, 1, aperte mendosa ex conjectura restituam, τοῖς ἐμοῖς, φησὶν, ὑπερμαχήσαντες ἀγαθοῖς, στῆλας τοῖς εἰδώλοις ἀνέστησαν, scribendo ὑπερμαζήσαντες. *Meis, inquit, bonis luxuriantes, titulos et simulacra erexerunt.*

Digitized by Google

ἐκληρονόμησας· ἐφόνευσας, καὶ τὴν κληρονομίαν ἀπώλεσας· ἐφόνευσας τὴν ζωὴν, καὶ τὴν ζωὴν ἀπώλεσας· ἐφόνευσας, καὶ ᾔδεις ὃν ἐφόνευσας· ἐπέγνως γὰρ αὐτὸν ὅτε εἶπας· *Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε ἀποκτείνωμεν αὐτόν.* Καὶ εἰ αὐτὸς ὁ κληρονόμος, ὦ πονηρὲ Ἰουδαῖε, τὴν νομὴν τῷ κληρονόμῳ παράδως, τὴν δεσποτείαν ἀποκατάστησον τῷ δεσπότῃ· ἐντυχίαν αὐτῷ προσένεγκε, ἵνα σὺ τὰς λύπας παραχωρήσῃ. *Δύο* προσενέχθησαν αὐτῷ *χρεωφειλέται· ὁ εἷς ὤφειλεν δηνάρια πεντακόσια, καὶ ὁ ἕτερος πεντήκοντα· μὴ ἐχόντων δὲ ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο*, ὡς κεφαλαίου ἀπόδοσιν τὴν ὀρθὴν προαίρεσιν λογισάμενος. Καὶ σὺ πολλοῖς ἔτεσιν κατέσχες τὰ τοῦ κληρονόμου ὑπάρχοντα, καὶ οὐδὲν αὐτῷ προσήνεγκας. Ἀπέστειλεν δούλους ζητοῦντας, οὐκ ἀπαιτοῦντας, τοὺς καρποὺς· ὡς φίλοι ἐζήτησαν, ὡς ἐχθροὶ ἐφονεύθησαν. Αὐτὸς ἦλθεν ὁ κληρονόμος, οὐκ ὀργιζόμενος, ἀλλ' ἀγαθυνόμενος· οὐ τοὺς φονευθέντας ἐκδικῶν, ἀλλὰ τοὺς φονεύσαντας σωθῆναι παρακαλῶν· οὐχ ὡς κριτὴς ἐκδικῶν, ἀλλ' ὡς ἱερεὺς νουθετῶν. Αὐτὸς εἶπεν· *Οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον.* Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ αὐτὸν τὸν κληρονόμον ἀπέκτειναν (3), καὶ κληρονομεῖν ἐνόμισας, μάθε, ὅτι ἀνέστη ὁ κληρονόμος, καὶ τὴν κληρονομίαν εἰς τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν μετήγαγεν.

A tatem; occidisti vitam, et vitam perdidisti, occidisti, ac noveras quem interfecisti; agnovisti quippe illum quando dixisti: *Hic est hæres, venite, occidamus eum* [18]. Et ille si hæres est, o male Judæe, possessionem trade hæredi, dominium restitue domino, preces illi offer, ut tibi venia concedatur pro molestiis. *Duo* ei oblati sunt *debitores: unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta: non habentibus autem unde redderent, donavit utrisque* [19], dum velut redditionem summæ reputat bonam voluntatem. Tu vero multis annis obtinuisti hæredis bona, et nihil ei obtulisti. Misit servos ut requirerent [20], non exigerent fructus: velut amici quæsierunt, velut hostes interfecti sunt. Ipse venit hæres, non irascens, sed benigne agens; non occisos ul-
B ciscens, sed occisores ad salutem exhortans; non tanquam judex ultor, sed tanquam sacerdos monitor. Ipse dixit: *Non veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum* [21]. Sed quia ipsum quoque hæredem occidisti, et hæreditatem obire credidisti, disce surrexisse hæredem, atque hæreditatem transtulisse ad Ecclesiam quæ ex gentibus constat.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. Καὶ διὰ τί, *Εἰς τὸ τέλος;* Ἐπειδὴ πᾶσα ἡ κληρονομία μετὰ τὸ τέλος καὶ τὴν τελευτὴν τοῦ διατιθεμένου εἰς τοὺς κληρονόμους περιέρχεται. Λέγει ὁ Ἀπόστολος· *Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία· ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει, ὁ διατιθέμενος ὅτε ζῇ.* Ἐπεὶ οὖν διέθετο τῇ
C Ἐκκλησίᾳ ὁ Χριστὸς καὶ διαθήκην αὐτῇ ἔγραψεν τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ κληρονομίαν αὐτῇ τὴν βασιλείαν ἐπηγγείλατο, καὶ ἐτελεύτησεν, καὶ ἐτάφη· καὶ ἡ διαθήκη ἐβεβαιώθη. *Τῆς κληρονομούσης.* Τί εἶπεν· *Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ;* Εὐθυμίας καὶ χαρᾶς λόγος τῷ Δαβὶδ, ἐπὶ τῇ κληρονομίᾳ τῆς Ἐκκλησίας. *Εὐθυμεῖ τις; ψαλλέτω.* Πολλὰ προεφήτευσεν ὑπὲρ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας· καὶ ἰδὼν τὸ πέρας, ἐχάρη. *Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας. Εἶδον πάντα τὰ ἔθνη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη. Ἔδωκας κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου·* τοῖς ἐθνικοῖς. Ἢ καὶ, *Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.* Ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ Χριστοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ
D Χριστοῦ μνημονεύων, ἐν Ψαλμοῖς προλαβὼν ὁ Δαβὶδ, τὸν ἐπιτάφιον αὐτῷ ψαλμὸν εἶναι εἶπεν. *Εἰς τὸ τέλος ψαλμός.* Οὕτως καὶ ἡ πόρνη (4) εἰς τὸν ἐντα-

In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur. Et cur *In finem?* Quia omnis hæreditas post finem et mortem illius qui testamentum fecit, pervenit ad hæredes. Dicit Apostolus: *Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum vivit qui testatus est* [22]. Quoniam ergo Christus testatus est Ecclesiæ, eique scripsit testamentum, Evangelium videlicet, atque eidem pro hæreditate regnum promisit, et mortuus est, ac sepultus, eapropter testamentum confirmatum est. *Quæ hæreditatem consequitur.* Cur dixit: *Psalmus Davidi?* Hilaritatis et gaudii sermo Davidi, de hæreditate Ecclesiæ. *Æquo hilarique animo est aliquis? psallat* [23]. Multa prophetavit pro Ecclesia gentium, et cernens eventum, gavisus est. *Omnes gentes, plaudite manibus* [24]. *Viderunt omnes gentes salutare Dei nostri* [25]. *Laudate Dominum, omnes gentes* [26]. *Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum* [27]: gentilibus. Aut, *In finem psalmus Davidi.* In Christi morte. Quia enim non est in morte qui memor sit Christi [28], in Psalmis prævenies David, funebrem ei esse psalmum dixit. *In finem Psalmus.* Pari modo meretrix in sepulturam prævenit ungere corpus Chri-

[18] Matth. xxi, 38. [19] Luc. vii, 41, 42. [20] Matth. xxi, 34 seq. [21] Joan. xii, 47. [22] Hebr. ix, 17. [23] Jac. v, 13. [24] Psal. xlvi, 2. [25] Psal. xcvii, 3. [26] Psal. cxvi, 1. [27] Psal. lx, 6. [28] Psal. vi, 6.

(3) Ἀπέκτειναν. Menda insedit codices Macarii homil. 45, sub finem, ἢ παιδίον ἀγνοοῦν ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρὸς ὄφιν, καὶ βρωθὲν ὑπ' αὐτοῦ ἀποκαυθῇ. Lege ad fidem duorum codicum Regiorum ἀποκτανθῇ.

(4) Πόρνη. Quæsivit ex me vir doctissimus juxta atque amicissimus, quid sentirem de voce apodix, lib. I *De gestis Conwoionis*, etc., cap. 10, in Actis SS. Benedictinorum sæc. IV, p. 2: *Una apodix, id est meretrix.* Respondi ampliandum esse, cogitaturum me. Postea cum diu multumque considerassem, hæc venerunt in mentem, quæ possint utcunque satisfacere; *una apodia* vel *podia*, ab apodiare et podiare. *Una potix* seu *potia. Une pute* Gallice. Plura dicere vetat pudor: fientque, opinor, plerisque ista satis clara. Sed veritas forte petenda erit ex aliquo idiotismo linguæ Britonum. De cætero circa mulierem hanc quæ corpus Christi unxit, jocularis error est in Eusebii Opusculis, p. 117: *Toto mundo prædicabitur nomen meum, et illius mulieris lusus in memoriam erit.* Scilicet legebat interpres παῖγμα pro πρᾶγμα, nisi malis *usus* ex χρῆμα. Chrysostomo ascripta homilia *in Pharisæum et meretricem*, t. VII, Græcæ edit., p. 363, Χριστὸς μετέδωκε

Digitized by Google

sti [29]. Sic David quia non pervenit ad finem Christi, funebrem psalmum præcinit. Is enim Dominicidarum Judæorum calumniam, et falsum testimonium adversus Christum demonstrat inferius 10. *Quoniam non est in ore eorum veritas; cor eorum vanum est.* Pecuniam distribuerunt, ut calumniarentur resurrectionem. *Cor eorum vanum est.* Sepulcrum obsignarunt, ac in mortuis liberum nequaquam tenuerunt. Sigillum obtinent, et non habent thesaurum. *Cor eorum vanum est. Sepulcrum patens est guttur eorum.* Quare, David, sepulcrum vocasti guttur eorum qui Dominum interfecerunt? Respondet : Interroga filium meum Salomonem. *Fili, ne te seducant viri impii, neque velis. Si advocaverint, dicentes: Veni nobiscum, particeps esto sanguinis, occidamus virum justum; deglutiamus autem eum, sicut infernus viventem* [30]. Quia igitur tanquam infernus viventem, vitæ auctorem deglutierunt, *Sepulcrum patens est guttur eorum.*

Itaque quoniam psalmus iste funebris est, *pro ea quæ hæreditatem consequitur, in finem* et mortem Christi scriptus fuit. Unde etiam resurrectionem ipsius tanquam Dei Verbi significavit, dicens : 4. *Quoniam ad te orabo, Domine, mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi, et videbis me.—Quoniam ad te orabo.* Deus enim es, qui a mortuis resurgis, et ad te per noctem clamabat chorus prophetarum : *Surge, Deus, judica terram* [31]. Si homo sepultus est, quomodo Deus surrexit? Sepulcrum Deum constituere nescit. Sepulcrum damnum inferre potest, incrementum dare non potest. Angeli et milites sepulcro assistebant; et erat privatus qui sepultus fuerat? Milites custodiebant sepulcrum ; rex enim erat, qui erat sepultus. Sicut privati sepulcrum milites non servant, sic puri hominis sepulcro non assident angeli. *Mane exaudies vocem meam.* Quia mane resurgens dices beatis mulieribus : *Avete* [32]. Vos avete ; nam custodia turbata est. Vos gaudete; qui enim servant sepulcrum, depositum non habent, ideoque plorant. Igitur quandoquidem *Pro ea quæ hæreditatem consequitur psalmus*, continet et passionem et sepulcrum, et matutinum resurrectionis, eam ob rem, *In finem.* 2. *Verba mea auribus, percipe, Domine.* Qui portas omnia verbo virtutis tuæ [33]. *Verba mea auribus percipe, Domine.* Cujus verbum gladius : *Et gladium Spiritus, quod est verbum Dei* [34]. Vide, frater, qua ratione dicas Deo, *Verba mea auribus percipe, Domine.* Ac deinde: *Intellige clamorem meum.* 3. *Intende voci orationis meæ.* Primo enim verba tua scrutatur Dominus, quæ in universum loqueris, num turpiloquii, aut blasphemiæ, aut perjurii verba sint; num maledicentiæ, ac detractionis, atque calumniæ ; num sint verba demersionis, quæ per calumniam demergere

φιασμὸν προέλαβεν μυρίσαι Χριστοῦ τὸ σῶμα. Οὕτως μὴ φθάνων τὸ τέλος Χριστοῦ ὁ Δαβὶδ, τὸν ἐπιτάφιον προψάλλει ψαλμόν. Οὗτος γὰρ τῶν Κυριοκτόνων Ἰουδαίων συκοφαντίαν, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ ψευδομαρτυρίαν δηλοῖ ὑποκαταβάς· *Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια, ἡ καρδία αὐτῶν ματαία.* Ἀργύρια ἔσπειραν, ἵνα τὴν ἀνάστασιν συκοφαντήσωσιν. *Ἡ καρδία αὐτῶν ματαία.* Τὸν τάφον ἐσφράγισαν, καὶ τὸν ἐν νεκροῖς ἐλεύθερον οὐκ ἐκράτησαν. Τὴν σφαγίδα κατέχουσιν, καὶ τὸν θησαυρὸν οὐκ ἔχουσιν. *Ἡ καρδία αὐτῶν ματαία. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν.* Διὰ τί, ὦ Δαβὶδ, τάφον εἶπας τὸν λάρυγγα τῶν Κυριοκτόνων; Ἀποκρίνεται· Ἐπερώτησον τὸν ἐμὸν υἱὸν Σαλομῶντα. *Υἱέ, μή σε πλανήσωσιν ἄνδρες ἀσεβεῖς, μηδὲ βουληθῇς. Ἐὰν παρακαλέσωσιν λέγοντες· Ἐλθὲ μεθ' ἡμῶν, κοινώνησον αἵματος, ἀποκτείνωμεν ἄνδρα δίκαιον· καταπίωμεν δὲ αὐτὸν ὥσπερ ᾅδης ζῶντα.* Ἐπειδὴ οὖν ὡς ᾅδης ζῶντα τὸν ζωοποιὸν κατέπιον, *Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν.*

Ἐπεὶ οὖν ὁ ἐπιτάφιος οὗτος ψαλμὸς, *ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, εἰς τὸ τέλος* καὶ τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ ἐγράφη. Ὅθεν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ ὡς Θεοῦ Λόγου ἐσήμανεν, εἰπών· *Ὅτι πρός σὲ προσεύξομαι, Κύριε· τῷ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου. Τῷ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψῃ με.* — *Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι.* Θεὸς γὰρ εἶ ὁ ἐκ νεκρῶν ἀνιστάμενος· καὶ πρὸς σὲ διὰ τῆς νυκτὸς ἐβόα ὁ χορὸς τῶν προφητῶν· *Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν.* Εἰ ἄνθρωπος ἐτάφη, πῶς Θεὸς ἀνέστη; Τάφος Θεὸν χειροτονεῖν οὐκ ἔμαθεν· τάφος ζημιῶσαι δύναται, προσθεῖναι οὐ δύναται. Ἄγγελοι καὶ στρατιῶται τῷ τάφῳ παρέμενον, καὶ ἰδιώτης, ὁ ταφείς; Στρατιῶται ἐτήρουν τὸν τάφον· βασιλεὺς γὰρ ὁ ταφείς. Ὥσπερ ἰδιώτου τάφον στρατιῶται οὐ τηροῦσιν, οὕτως ἀνθρώπου ψιλοῦ τάφῳ ἄγγελοι οὐ παρακάθηνται. *Τῷ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου.* Ὅτι πρωῒ ἀναστὰς ἐρεῖς ταῖς μακαρίαις γυναιξίν· *Χαίρετε.* Ὑμεῖς χαίρετε· ἡ γὰρ κουστωδία τετάρακται. Ὑμεῖς χαίρετε· οἱ γὰρ τὸν τάφον τηροῦντες, τὴν ἐνθήκην μὴ ἔχοντες ὀλοφύρονται. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ πάθος καὶ τὸν τάφον καὶ τὴν πρωΐαν τῆς ἀναστάσεως περιέχει ὁ *Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης ψαλμός· διὰ τοῦτο Εἰς τὸ τέλος.— Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.* Ὁ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεώς σου. *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.* Οὗ τὸ ῥῆμα μάχαιρα· *Καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος· ὅ ἐστιν ῥῆμα Θεοῦ.* Βλέπε, πῶς λέγεις, ἀδελφὲ, τῷ Θεῷ· *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.* Καὶ εἶτα· *Σύνες τῇ κραυγῇ μου.—Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου.* Πρῶτον γὰρ τὰ ῥήματά σου ἐρευνᾷ ὁ Κύριος, ἅπερ διόλου λαλεῖς, εἰ μὴ αἰσχρολογίας, ἢ ἐπιορκίας εἰσὶν ῥήματα· εἰ μὴ λοιδορίας, καὶ καταλαλιᾶς, καὶ συκοφαντίας εἰσὶν ῥήματα· εἰ μή εἰσιν καταποντισμοῦ ῥήματα, τῇ συκοφαντίᾳ καταποντί-

[29] Marc. XIV, 8. [30] Prov. I, 10-12. [31] Psal. LXXXI, 8. [32] Matth. XXVIII, 9. [33] Hebr. I, 3. [34] Ephes. VI, 17.

τῇ περιεχουμένῃ βλέμματος καὶ φθέγματος ἡμέρου καὶ προσηνοῦς, καὶ πρὸς τὴν κατακεχρυμμένην καὶ δεομένην μικρὸν ἑαυτὸν ἐπικλίνας, etc., κατακεχυμμένην quis abnuet?

Digitized by Google

ζειν δυνάμενα τὸν συκοφαντούμενον. *Ἠγάπησας ῥήματα καταποντισμοῦ, γλῶσσαν δολίαν* (5). Εἰ μή εἰσιν ἀνομίας ῥήματα. *Τὰ ῥήματά μου.* Τουτέστιν, τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομία. Εἰ γὰρ ῥήματος ἀργοῦ λόγον ἀπαιτούμεθα· καθὼς λέγει· *Πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσιν λόγον·* πόσῳ μᾶλλον ὅτ' ἂν ῥήματα κακοποιὰ προφέρῃς, ἐπὶ βλάβῃ καὶ ἀπωλείᾳ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ταῦτα γίνονται; Εἶτα τὴν κραυγήν σου δοκιμάζει ὁ Θεός· εἰ μὴ ἀδίκως τινὸς κατέκραξας, εἰ μὴ θυμὸν ἄδικον τῇ κραυγῇ ἐσάλπισας, εἰ μὴ ἐπὶ τῷ καταπλῆξαι τὸν ἀθῶον ὡς ὀργίλος ἐκραξας, εἰ μὴ ὡς οἱ λιθάζοντες Στέφανον ἔκραξας. *Κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ, συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν.* Καὶ ἡ κραυγὴ ὄχημα τοῦ φόνου ἐγίνετο.

μαρτυροῦμεν. Εὐθέως ἡ Σουσάννα· *Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο.* Εἰ ἀληθεύει πολιὰ, καὶ νεότης σφάλλεται. Καὶ ὅτι ἀληθὴς ὁ λόγος, ἄκουσον· *Ἀνεβόησεν*, φησὶν, *ἡ Σουσάννα, καὶ ἀναστενάξασα εἶπεν· Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως, σὺ ἐπίστασαι, ὅτι ψευδῆ μου καταμαρτυροῦσιν· καὶ ἰδοὺ ἀποθνήσκω μὴ ποιήσασα μηδέν. — Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο.* Ἐπεὶ οὖν ἡ συκοφαντία τὴν τυραννίδα ἐνδέδυται, καὶ ἀναπτεροῖ πολλάκις τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς, ἐὰν συκοφαντηθῇς, ἐπειδὴ μόνος πεῖσαι πάντας οὐκ ἰσχύεις, ἄφες πάντας, καὶ δράμε πρὸς τὸν μόνον, καὶ μάρτυρα αὐτὸν τῆς σῆς ἀθωότητος καλῶν, εὑρήσεις βοηθοῦντά σοι, ὡς τῇ Σουσάννᾳ καὶ τῷ Ἰωσήφ. Ὧ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A sermo veritate nitatur, audi: *Exclamavit*, inquit, *Susanna, et ingemiscens dixit* [88]: *Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimonium ferunt contra me; et ecce morior, cum nihil fecerim. — Domine Deus meus, si feci istud.* Igitur quia calumnia tyrannidem induit, ac sæpenumero concitat multorum aures; si calumniam passus fueris, quandoquidem solus omnibus persuadere non vales, linque omnes, et ad solum curre; eumque testem innocentiæ tuæ si vocaveris, invenies succurrentem tibi, ut Susannæ ac Josepho. Illi convenit gloria, honor et adoratio, in sæcula sæculorum. Amen.

[88] Dan. XIII, 42, 43.

APPENDIX AD ASTERIUM.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΜΦΙΛΟΧΕΙΩΝ ΦΩΤΙΟΥ

ΠΟΣΟΙ ΑΣΤΕΡΙΟΙ ΓΕΓΟΝΑΣΙ, ΚΑΙ ΤΙΣ Η ΔΟΞΑ ΑΥΤΩΝ.

EX PHOTII AMPHILOCHIANIS

Quot Asterii fuerint, ac quam illi opinionem habuerint.

Συνήκμασαν μὲν Ἀστέριοι δύο, ὅ τε τῆς Ἀρείου λύσσης ὑπασπιστὴς, καὶ ὁ τῶν εὐσεβῶν δογμάτων τρόφιμος, ὃς καὶ τῷ μεγάλῳ μὲν Ἰουλιανῷ φοιτῶν, τοῖς μοναδικοῖς ἐγυμνάσθη παλαίσμασιν, ἔτι τὸ μειράκιον διεξιών· ὕστερον δὲ καὶ μονῆς ἀσκητικῆς καθηγήσατο· οὗ καὶ μαθητὴς μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν ἐπισήμων ἀνδρῶν ἐχρημάτισεν ὁ πολυθρύλλητος Ἀκάκιος ὁ Βερροίας· ὁ δὲ τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως ἐραστὴς, σοφιστικὴν μὲν ἐκ νέων μετήρχετο τέχνην, καὶ τῇ τῶν Ἑλλήνων ἀνετέθραπτο πλάνῃ· ὀψὲ δὲ τὸν Χριστιανισμὸν ὑποκρινάμενος, εἰς τὴν τῶν Ἀρειανῶν ἀπέκλινε μοῖραν· καὶ ὁ μὲν δίκην ἔδωκεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς ἀκολάστου γλώσσης, ἔργον γεγονὼς τῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ θαυμασίου προσευχῆς· ὁ δὲ, τὸν ὅσιον εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ δικαίαν τιμωρίαν διανέστησεν· ἕτερος οὖν τὸ θρέμμα τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ ἕτερος ὁ τῆς πλάνης κῆρυξ. Ἀλλ' οὐδ' ὁ τὴν ἔκφρασιν τῆς μάρτυρος Εὐφημίας ἀναταξάμενος κοινόν τι φέρει πρὸς τὸν τῆς δυσσεβείας ὑπέρμαχον· πρῶτον μὲν ἐξ ὧν θᾶττον ὁ δυσσεβὴς ἀπέτισε τὴν δίκην· ὁ γὰρ τῆς εἰρημένης εἰκόνος λογογραφήσας τὴν ἔκφρασιν, ὡς ἔνεισιν αὐτοῦ τῶν λόγων διαλαμβάνει, εἰς βαθὺ γῆρας

Pariter quidem floruerunt Asterii duo: is nimirum qui Arianorum furoris fautor ac defensor fuit; ac qui piorum dogmatum exstitit alumnus: qui et magni Juliani discipulus, a puerili ætate in monasticæ vitæ palæstra sese exercuit: postea vero etiam religiosorum monasterio præfuit: cujus et discipulus, præter plures alios conspicuos viros, celebratissimus ille Acacius Berrhœæ fuit. Porro Arianæ ille hæresis admirator, a puero ac adolescentia in gentilium errore educatus, sophisticam coluit; demumque simulato Christianismo, in Arianorum partem deflexit: atque is quidem Antiochiæ pœnas dedit petulantiæ linguæ, admirabilis Juliani precibus exstinctus; alter vero, virum sanctum ad justam vindictam provocavit. Alius ergo est orthodoxæ fidei alumnus, aliusque erroris præco. At neque is, qui Euphemiæ martyris enarrationem composuit, commune aliquid habet cum impietatis vindice: primum quidem, quod impius ille citius pœnas exsolverit: nam qui præfatæ imaginis enarrationem sermone prosecutus est, ut ipse in quibusdam orationum suarum locis disserit, ad decrepi-

Digitized by Google

tam senectutem pervenit. Item, alter quidem Arianorum furore plenus erat : hic vero in suis tractatibus, quæ sunt fidei orthodoxæ docet ac tradit ; non autem quod Dei Filius ac Verbum ex nihilo sit, uti insanus ille blasphemusque Asterius : quin potius semper esse, ac semper Patri coexsistere, Deum tradens, asserit. Tertio, Asterius ille hæreticus non urbis Amaseæ, sed alterius cujusdam haud longe Antiochia episcopatum impietatis mercede a sociis hæreticis accepit : unde etiam accersitus Antiochiam impietatis subsidio a suæ sectæ hominibus, admirabilis Juliani precibus, uti sumus præfati, miserabili exitu vitam finivit. Præterea, alter quidem gregem docet, inque virtutibus studiose laborat, ac religiosæ totius conversationis ac vitæ domicilium proditur : quorum nihil deprehendas in altero.

A τοῦ βίου κατήντησεν· δεύτερον, ὁ μὲν τῆς Ἀρειανικῆς λύσσης ἐπεπλήρωτο· οὗτος δὲ, ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις τὰ τῶν ὀρθοδόξων δογματίζει, οὐκ ἐκ μὴ ὄντων τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ, ὡς ὁ μεμηνὼς δυσφημῶν Ἀστέριος, ἀεὶ δὲ ὄντα θεολογῶν, καὶ ἀεὶ συνόντα τῷ Πατρί· τρίτον, ὁ μὲν αἱρετικὸς Ἀστέριος, οὐ τῆς Ἀμασείας, ἀλλ' ἄλλης τινὸς πόλεως πλησιαζούσης τῇ Ἀντιόχου, μισθὸν τῆς ἀσεβείας παρὰ τῶν συναιρεσιωτῶν τὴν ἐπισκοπὴν εἴληφεν· ἐξ ἧς καὶ μετάκλητος ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὰ τῶν ὁμοφρόνως γεγονὼς ἐπὶ συμμαχίᾳ τοῦ δυσσεβήματος, ταῖς τοῦ θαυμασίου Ἰουλιανοῦ προσευχαῖς, ὡς προείρηται, τὸν βίον ἀθλίως κατέστρεψεν· ἐπὶ τούτοις, ὁ μὲν διδάσκει τὸ ποίμνιον, καὶ φιλοπονεῖται περὶ τῶν ἀρετῶν, ἀπάσης δὲ δείκνυται θεαρέστου πολιτείας καταγώγιον· ὁ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐπιγινώσκεται. B

CIRCA ANNUM DOMINI CD.

NEMESIUS

EPISCOPUS EMESENUS

NOTITIA HISTORICA

(Ex *Bibliotheca Patrum* Gallandii, t. VII, Proleg. p. XI.)

I. Emesæ, quæ et Emisa, in Phœnicia secunda episcopus fuisse traditur Nemesius ; eique in episcoporum Emesenorum serie ordinanda quintum locum recte tribuisse videtur cl. Lequienius (*a*) : medium scilicet inter Paulum I, qui in Seleuciensi concilio Georgio Alexandrino, Acacio Cæsariensi aliisque Arianicæ factionis præsulibus adhærens, formulæ ipsorum fidei subscripsit ; et Cyriacum, qui, ut refert Palladius (*b*), Joannis Chrysostomi causæ patrocinium strenue suscepit. De Nemesii quidem episcopali sede Emesena, et de tempore quo floruerit dubitant nonnulli : quin et Caveus eo processit ut confidenter asseruerit (*c*), de Nemesio incerta esse omnia, cum de eo plane sileant veteres. At id immerito sane pronuntiatum. Nullum enim dubitandi locum relinquunt primum omnium complures mss. codices, qui sive integrum auctoris nostri opus *De natura hominis*, sive aliquas ex eo eclogas exhibeant, non solum Nemesii nomen, sed eum etiam fuisse episcopum, et Emesæ quidem sedisse, palam produnt : ut ex uno atque altero indice *Bibliothecæ bibliothecarum manuscriptorum* Montfauconianæ satis compertum habemus. Accedit præterea veterum scriptorum ecclesiasticorum auctoritas, Maximi confessoris et Anastasii Sinaitæ, necnon Mosis Bar-Cephæ ; quorum illi sæculo VII, hic autem IX desinente claruisse perhibentur. Et Maximus quidem in *Opusculis theologicis et polemicis* duo loca profert Nemesiana, quæ sic inscribit (*d*) : Τοῦ ἁγίου Νεμεσίου ἐπισκόπου Ἐμέσης, *Sancti Nemesii episcopi Emeseni*. Neque aliter Anastasius Sinaita, qui ex Nemesii opere duo item excerpta bene longa in medium adducens (*e*), alterum *De providentia* (*f*), alterum *De natura hominis* (*g*) ; ea se descripsisse pro-

C D

(*a*) Lequien. *Or. Christ.*, tom. II, pag. 839.
(*b*) Pallad. *Dial. de Vit. Chrysost.*, pag. 194.
(*c*) Cav. *Hist. litt.*, tom. I, pag. 276.
(*d*) Maxim. Opp. tom. II, pag. 153 edit. Combef. Paris. 1674.
(*e*) Anast. Sin., Quæstt. XVIII et XXIV. Opp. Gretz., tom. XIV, part. II, pag. 270, 294.
(*f*) Nemes. *De nat. hom.*, cap. 44.
(*g*) Id. ibid., cap. 1.

Digitized by Google

fuetur ex *Nemesio episcopo Emeseno*, Νεμεσίου ἐπισκόπου Ἐμέσης. Moses vero Bar-Cepha nonnulla ex eodem opere verba recitans, *Nemesium philosophum Christianum* nominat (*a*), operis potius argumentum scilicet, quam auctoris dignitatem respiciens. Præsulis demum nostri meminit, eadem inscriptione usus qua Maximus et Anastasius, scriptor anonymus apud Montfauconium (*b*) adhuc ineditus, in Eclogis ordine alphabetico digestis, quæ a *Parallelis* Damascenicis differunt. Ex quibus ergo intelligas, rectene an secus, de auctore nostro Caveus aliique censuerint.

II. Verum ut ea denuo magis confirmentur quæ superius obiter post Lequienium attigimus, de tempore quo in cathedra Emesena sederit Nemesius; observare primum juverit cum editore Oxoniensi, antistitem nostrum ea tempestate vixisse, qua Ecclesiæ pacem turbabant Apollinarius, Eunomius atque Origenistæ. Et de Apollinario quidem verba faciens Nemesius sub operis initium (*c*), ipsum deinceps studiose refellit (*d*). Alibi autem contra Eunomium palam disputat (*e*); quem nimirum a præcipuis quarti sæculi Ecclesiæ scriptoribus, Basilio præsertim et utroque Gregorio, fuisse impugnatum nemo nescit. Origenistarum autem insomnia de animarum descensu ac transmigratione tacite primum, postmodum vero apertissime respuit (*f*). Quod si Nemesius dum creationis opus secundum Scripturarum eloquia enarrare satagit, animarum præexsistentiam doceat (*g*), eum demum secus fuisse locutum, ut phrasi Augustiniana utar, existimaverim equidem; cum præsertim et eo vetustiores Patres ita quoque fuerint locuti, Pierius Alexandrinus (*h*), Methodius (*i*) aliique. Aliter enim procul dubio censuisset noster auctor, ac προϋπάρξεως dogma Origenianum impugnasset, si perspectum habuisset hujusmodi magni Leonis effatum (*j*) : *Catholica fides*, inquit, *constanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum, priusquam inspirarentur corporibus, non fuere, nec ab alio incorporantur nisi ab opifice Deo, qui et ipsarum est creator et corporum.* Advertendum præterea scripsisse Nemesium ante Nestorii atque Eutychetis tempora, ut pluribus arguit editor Oxoniensis : quin et ante Pelagium, cum in prolixa de libero arbitrio disputatione (*k*) Pelagianismi mentionem prorsus omittat. Ad hæc nullum memorat auctorem, qui post quadringentesimum a Christo annum inclaruerit. Omnia demum in auctore nostro si penitius introspiciantur, non suadere solum, sed etiam persuadere videntur, sæculo IV desinente ipsum floruisse.

III. Neque tamen propterea cum Lequienio affirmare ausim, Nemesium nostrum *Basilio et Gregorio Nazianzeno amicitia conjunctissimum fuisse, cui nempe*, inquit, Philocaliam *suam nuncuparunt* (*l*). Aliud nimirum agebat v. c. dum hæc scriberet. Neque enim Nemesio Emeseno, sed Theodoro Tyanensi episcopo a Basilio et Gregorio fuisse inscriptam, vel potius ad hunc simpliciter missam *Philocaliam* Origenianam, ex eodem Nazianzeno intelligimus (*m*). Sub idem tempus enimvero fuit Nemesius quidam Gregorii Nazianzeni familiaris, Cappadociæ præfectus atque a Christo alienus, ad quem exstant quatuor ejusdem Nazianzeni epistolæ (*n*), et carmen satis prolixum (*o*) quo ab idololatriæ vanitate ipsum avocare studet : quem tamen ab Emeseno distinguendum esse Fabricius (*p*) aliique contendunt. Atqui haud longe a vero abesse putat Tillemontius (*q*), si quis Nemesium Nazianzeni amicum qui Cappadociæ præfectum agebat, libri *De natura hominis* auctorem existimet. Quam sane sententiam ita luculenter exponit editor Oxoniensis (*r*) : « Billius, » inquit, « et alii nonnulli minime verisimile putant, Cappadociæ præfectum, hominem sæculi curis addictum et a Christiana pietate alienum, aut episcopum fieri, aut librum istiusmodi qualis hic noster est qui præ manibus habetur, scripsisse. Quod autem ad præfecturam attinet et nomen Christo nondum datum, facile erit reponere; rem eam non adeo incredibilem videri iis qui noverint, quales eo ipso in sæculo fuerunt Ambrosius, Nectarius et Synesius, cum ad sedes suas promoverentur. Nec certe Nemesius noster sacris infulis indignus prorsus habebitur, qui a Theologo Gregorio, *philosophiæ, probitatis, justitiæ, amicitiæ* demum nomine, non modo laudari, sed cum veneratione quadam suspici atque coli meruerat : quem etiam *utcunque olim charissimum, magis etiamnum charum futurum ejusque animo penitus ceu columna ærea inscribendum* spondet (*s*), ἐπειδὴ ἂν γένῃ, Θεοῦ καὶ σαφῶς ἡμέτερος· scilicet, cum pietati Christianæ se totum

(*a*) Moses B., *De parad.*, pag. 55 edit. Antwerp. 1569.
(*b*) Montfauc. *Bibl. Coisl.*, pag. 412.
(*c*) Nemes. *De nat. hom.*, cap. 1.
(*d*) Id. ibid., cap. 2.
(*e*) Id. ibid., cap. 3.
(*f*) Id. ibid., cap. 2, 3.
(*g*) Id. ibid., cap. 2.
(*h*) Pier. Alex. apud Phot. *Bibl.* cod. CXIX, pag. 289.
(*i*) Method. *Conviv. virg.* orat. II, § 5. [T. XVIII nostræ *Bibl. PP.*]
(*j*) Leo I, epist. XV, ad Turrib., cap. 10, Opp. tom. I, pag. 703 edit. Baller.
(*k*) Nemes., cap. 39, 40, 44.
(*l*) Lequien. *Or. Christ.*, tom. II, pag. 840.
(*m*) Greg. Naz. epist. LXXXVII [nunc CXV].
(*n*) Id. epist. 79, 183, 184, 185 [nunc CXCIV, CXCVIII, CC, CCI].
(*o*) Id. carm. LXI [nunc VII, lib. II, sect. 2, p. 1071].
(*p*) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VII, pag. 549. [Ed. Harles IX, 304.]
(*q*) Tillem. *Mém. eccl.*, tom. IX, pag. 541, 607.
(*r*) Oxon. Præfat. ad Nemes. pag. V.
(*s*) Greg. Naz. epist. CLXXXIV [nunc CC].

Digitized by Google

tradiderit. Quod in carminibus denuo vaticinatur, A et ceu entheo quodam furore percitus, poema suum his claudit (*a*) :

. . . . . Νεμέσσιος ὀβριμόθυμος
Καππαδόκησι τάλαντα Δίκης ἰθεῖα τανύσσας,
Οὐ χρυσὸν δολόεντα καὶ ἄργυρον, οὐδὲ μὲν ἵππους
Εὐγενέτας, πτερόεντας, ἀοίδιμον εὖχος ἔχοντας,
Ὤχετ' ἄγων· πλοῦτος γὰρ ἀνούτατος, ἀντὶ δὲ πάν-
[των,
Μάργαρον ἀγλαὸν μέγαν λῆσσατο Χριστόν.

En virtute gravis meritisque Nemesius altis,
Æqua Dices qui Cappadocum modo pondera librat,
Atque idem justo trutinæ se examine pensat.
Non auri vis, non argenti sacra fames hunc
Sollicitavit opum majorum; sed nec honores,
Præstantesque aliis genere et levitate caballos
Vesano appetiit fastu atque cupidine inani.
At pro divitiis et gazis deliciisque
Omnibus, hic baccam radiantem, numen Iesu. B

Hæc ille. Atque horum virorum doctorum judicio haud equidem repugnaverim; dummodo tamen admittant, Nemesium olim Cappadociæ præfectum, ab ethnica superstitione ad Christi fidem conversum, Emesenæ Ecclesiæ regimen deinceps suscepisse : his enim insignibus ornatum fuisse auctorem nostrum, cum ex pluribus vetustis codicibus mss., tum ex antiquis ecclesiasticis scriptoribus superius relatis comprobavimus.

IV. His positis, jure optimo recensendus videtur Nemesius noster inter præcipuos sæculi IV Ecclesiæ doctores, qui religionem Christianam summo studio defendendam suscepere. In suo enim libro *De natura hominis*, ut ex capitum elencho in primis colligitur, animæ immortalitatem adversus philosophorum errores solide probat atque confirmat; fati necessitatem acriter oppugnat; voluntatis libertatem strénue vindicat; Dei providentiam luculenter astruit ac tuetur; divinæque sapientiæ, bonitati atque potentiæ præclara passim testimonia perhibet. « Ipsius denique scripti character, » ut cum viro erudito loquar (*b*), « nobilissimorum ingeniorum feracissimum illud sæculum sapit; ubi ethnicismus jam exspiraturus ultimos suos conatus explicans, sub Hieroclis, Plotini, Jamblici, Porphyrii et reliquorum qui ab Eunapio memorantur, præsidiis philosophiam Christianismo opposuit : ut ex altera parte eadem tempestate auspiciis non minoribus, ab Athanasio, Basilio, Ephremo Syro, Nysseno, Nazianzeno, Epiphanio, idem Christianismus philosophiæ etiam suppetiis defendebatur. Ad hæc si lectionis varietas, verborum delectus, rationum pondus, judicii tenor, methodi ordo, disputandi acumen, argumenti demum dignitas tractatum aliquem lectoribus suis conciliare poterit; utique hic fuerit longe commendatissimus. » Hæc aliaque plura vir eruditus. Atque hinc proinde accidisse arbitror, ut celebres aliquot prisci ævi scriptores, Julianus Pomerius, Joannes Damascenus, Elias Cretensis, Meletius monachus, Joannes Grammaticus, operis Nemesiani præstantia permoti, dissimulato licet auctoris nomine, non modo periodos plurimas, sed solidas etiam paginas suis scriptis intexuerint : ut hic interim præteream, unam et alteram ejusdem operis laciniam inter Nysseni litterarum monimenta immerito etiamnum reperiri. C

(*a*) Id. carm. LXI [nunc VII, p. 1071].

(*b*) Oxon. Præfat. ad Nemes., pag. VII.

NEMESIUS EMESENUS

DE NATURA HOMINIS.

POST EDITIONEM ANTVERPIENSEM ET OXONIENSEM, ADHIBITIS TRIBUS CODD. AUGUSTANIS, DUOBUS DRESDENSIBUS, TOTIDEMQUE MONACHIENSIBUS, NEC NON DUABUS VETUSTIS VERSIONIBUS LATINIS, CONONIS ET VALLÆ, DENUO MULTO QUAM ANTEA EMENDATIUS EDIDIT ET ANIMADVERSIONES ADJECIT CHRISTIANUS FRIDERICUS MATTHÆI, PROFESSOR VITEMBERGENSIS ET COLLEGG. IMPERIALL. ROSSICORUM ASSESSOR.

(Halæ Magdeburgicæ, apud Joan. Jac. Gebauer, MDCCCII.)

PRÆFATIO.

LECTORIBUS DOCTIS ET BENEVOLIS S. P. D. CHR. FR. MATTHÆI.

Quæ de Nemesio post duos superiores editores dicta sunt a Fabricio (*a*), Bruckero (*b*), Hallero (*c*) et

(*a*) *Bibl. Gr.* vol. VII, pag. 549 sqq.
(*b*) *Hist. crit. philosoph.* t. III, p. 530.
(*c*) *Bibl. anatom.* t. I, p. 113, 114. Tiguri 1774, 4.

Digitized by Google

Schroeckhio (*a*), summis viris, ea hic, ut nota, prætermittenda judicavi. Solum hoc noto, me tribus codicibus Augustanis, duobus Dresdensibus, totidemque Monachiensibus, ac præterea duabus priscis Cononis et Vallæ Latinis versionibus instructum ad hanc editionem accessisse. His autem copiis, de quibus paulo inferius dixi latius, ita usus sum, ut *textum*, quem vocant, Græcum, ab Ellebodio ex duobus valde vitiosis codicibus editum, adeoque multis in locis corruptum, ab editore Oxoniensi vero vix quinquies correctum, quantum fieri posset, emendatiorem ederem. Eo ergo spectat animadversionum mearum pars maxima. Ut autem lectores scirent, quid in perpetua oratione mutaverim et correxerim, eam ob causam ubique ante animadversiones meas notavi lectiones Ellebodii a meis discrepantes. De singulis vocabulis ac formis dicendi non, nisi ubi necesse fuit, monui; nam dicendi genus Nemesii, in tanta etiam rerum et sententiarum subtilitate et difficultate, ad intelligendum valde est apertum atque expeditum. Priscorum enim sapientum quilibet ingeniosissimus et doctissimus tum demum arbitrabatur licere sibi nomen suum profiteri inter philosophos, si quæ ipse subtiliter et acute animadvertisset aut excogitasset, oratione posset exponere eleganti, culta et perspicua. Quodsi tamen acciderit, ut adolescentulorum aliquis in Græcis hæreat aut dubitet, eo in loco autem nihil a me monitum sit, Ellebodii interpretatione Latina pro commentario uti poterit. Eam igitur vel hanc ob causam immutatam servavi, nisi ubi ad *textum* Græcum, a me auctoritate codicum correctum, conformanda atque immutanda fuit. Scriptores veteres ab Nemesio laudatos sæpius ac diligentius in animadversionibus notassem, nisi ita eos laudasset, ut sententias potius, quam verba, retulerit. Inde etiam accidit, ut nec editor Oxoniensis accurate et definite loca ista indicare potuerit. Joannem Damascenum, qui multa ex Nemesio hausit, satis curiose videor notasse. Gregorium Nyssenum etiam, inter cujus opera caput secundum et tertium legitur, diligenter comparavi. Anastasium Sinaitam ex bibliotheca Noesseltii, *summi viri*, accepit et in usum meum duas quæstiones examinavit Gregorius Gottlieb Wernsdorfius, *vir eruditissimus*, qui nunc Halæ commoratur. Sed Juliano Pomerio, Elia Cretensi, Meletio Monacho et Joanne Philopono, qui in nonnullis locis adhiberi potuissent, hic Vitembergæ, ut credibile est, prorsus carui. Verumtamen nec Lipsiensis bibliotheca academica opem mihi ferre potuit. Viros doctos ergo, qui copiosioribus bibliothecis instructi mihi bene cupiunt et de hac editione mea palam judicium laturi sunt, humanissime rogo, ut saltem Joannis Philoponi Commentarium in tres libros Aristotelis *De anima* consulant propter locum Ammonii pag. 41, edit. Oxon. Locus iste fortasse reperietur in editione Veneta folio *o*, pag. 13, aut folio *q*, pag. 3. Hoc unum præterea addo, quod tamen nemo ita dictum putet, ut aut mihi aliquid ambitiosius arrogarem, aut Nemesio tenere gratificarer. Legi philosophorum Græcorum multas de his ipsis rebus tam veras, quam mirabiles sententias, item scriptores ecclesiasticos Græcos bene multos, in his Basilium M., Gregorium Nyssenum, Chrysostomum, Theodoretum, atque Origenem etiam, qui singulatim eadem argumenta ornate copioseque exposuerunt. Sed ista junctim omnia, multorum antiquiorum refutatis erroribus, uno hoc libello brevius, accuratius et subtilius a Nemesio explicata sunt. Quæ vero ea sunt? Scilicet ea, quæ homini, ut homini, scitu sunt maxime necessaria, quæque ad recte, tranquille, constanter, sapienter beateque vivendum permultum valent. Neque enim dubito quin is qui hunc libellum attentius legerit ac penitus intellexerit, multum se ad Christianam sapientiam, virtutem, pietatemque profecisse profiteatur. Quod quidem commodum ut ad lectores omnes redundet, ex animo opto. Scribebam Vitembergæ d. 6 Mart. 1801.

(*a*) *Christliche Kirchengeschichte.* Theil 7, Seite 147-151.

Digitized by Google

EXPLICATIO SIGLARUM

Et notitia editionum, codicum, versionum ac reliquorum operum, quæ in hac editione adhibita sunt.

Ant. Editio Antverpiensis anni 1565, 8. Hanc curavit Nicasius Ellebodius, Casletanus, vir doctissimus, qui primus Græca edidit ex duobus codicibus ac novam versionem Latinam adjecit. De utroque codice ita habet in præfatione : Μόλις ποτὲ δυσὶν ἐνετύχομεν ἀντιγράφοις, καὶ τούτοις ἀνηκέστως διεφθαρμένοις καὶ μυρίων ἁμαρτημάτων γέμουσιν. Οἷς ἐπιμελέστερον ἐπιβαλόντες, καὶ τῶν ἐν ἑκατέροις ἁμαρτημάτων ἐκ τῶν παρ' ἑκατέροις ὀρθῶς ἐχειν δοκούντων καταστοχασάμενοι, κἀκ τῶν ἑνόντων ἐπιδιορθώσαντες, ὑγιεστέραν παρὰ πολὺ τῆς προτέρας τὴν πραγματείαν παρεσκευάσαμεν. Ex his duobus ergo valde corruptis codicibus, ut ipse profitetur, orationem Græcam primus edidit ac pro viribus suis constituit. Discrepantes lectiones autem, certe notabiliores, margini editionis adjecit. Novam autem versionem Latinam addidit, quod versio Georgii Vallæ (*a*) minus ei probabatur. De ea enim ita censet in præfatione : Ὁ πρώην τὸ βιβλίον τοῦτο εἰς τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον μετενεγκεῖν ἐγχειρήσας Γεώργιος ὁ Βάλλης, οὐ μᾶλλον ἡρμήνευσεν ἢ συνέχεε καὶ κατήχυνε τὸν φιλόσοφον, καθ' ἑκάστην σχεδὸν περίοδον τῆς τοῦ Νεμεσίου διανοίας ἀποπίπτων, κἂν τοῖς κατημαξευμένοις τουτοισὶ τῶν λέξεων σχήμασιν ὑπ' ἀμαθείας γελοίως ἀπαλλάττων. Hujus editionis exempla vidi duplicis generis, quæ hoc solo inter se differunt, quod pagina 181 exempla, ut videtur, prius expressa, post finem orationis Græcæ solum paginarum *custodem*, ut vocant, habent, nimirum hunc M 3. In exemplis autem aliquantulum post expressis, omisso isto custode, continuo post vocabulum τέλος notati sunt errores typothetæ, quos in hac editione tacite correxi.

Variantes lectiones utriusque codicis hic infra inter reliquas notavi addita nota *Ant.*

Ab hac editione prorsus non differunt repetitæ editiones in *Auctario* Ducæno *Bibliothecæ Patrum* Paris, 1624, t. II, p. 466 sqq. et in *Bibliotheca Patrum* Morelliana, Paris, 1644, t. XII, p. 708 sqq.

Ox. Editio Oxoniensis e theatro Sheldoniano 1671, 8. Hujus editor, quem Fabricius putat fuisse Joannem Fellum, episcopum Oxoniensem, expressit editionem Ellebodii, paucissimis in textu, modo tacite, modo codicum auctoritate mutatis. Qui contulerit hanc editionem a pagina 82, et Ellebodii a p. 50, is inveniet, paginas utriusque editionis ab hoc loco ad finem convenire etiam in numero vocabulorum. Variantes lectiones editionis Antverpiensis prorsus neglexit, quod non debebat fieri. Ipse duos codices Oxonienses adhibuit, quos tamen octies (*b*) solum, quasi obiter, laudavit. Versionem Latinam Ellebodii pluribus in locis ac plerumque temere mutavit, nec ea de re lectores admonuit. Præterea in fine animadversiones nonnullas adjecit, in quibus fere notavit auctores a Nemesio laudatos. Singularia omnia hujus editionis suis locis indicavi in notis.

D. 1. Codex Dresdensis bibliothecæ Electoralis 1. Hunc ego bis examinavi ad editionem Antverpiensem et Oxoniensem. Est membranaceus sæc. XII, ut arbitror. Habet folia in-4° 81, seu, quaterniones decem et unum folium. Sed quaternio tertius temere insutus est post decimum. In secundo etiam dissuta sunt folia. In hoc a manu recentiori scriptum est : *Ex bibliotheca Loescheriana Clodius comparavit ;* ab alia manu : *Nemesii episcopi Tractatus de anima. Liber bonæ notæ* DC *annorum.* Item in charta separatim adjecta legitur : *Ex bibliotheca Seideliana Berol. redemit V. E. Loescherus D. constat* 8 thaleris 18 grossis. Ex his ergo constat, hunc codicem primo emptum esse ex bibliotheca Seidelii Berolinensis a Valentino Ernesto Loeschero, superintendente quondam Dresdensi, deinde ex bibliotheca Loe-

(*a*) Ante Vallam hunc libellum Latine interpretatus fuerat Richardus Burgundio, Pisanus, qui anno 1194 obiit, et Joannes Cono Norimbergenses. Vide Fabric. *Bibl. Gr.* vol. VII, p. 550, et p. 647 ; vol. VIII, p. 164, et ea quæ infra monui. Utramque versionem Ellebodius videtur ignorasse. Burgundionis versio, ut arbitror, nunquam formis typographicis fuit expressa. Burgundionem autem [*Græca verbum verbo reddidisse atque omnia barbaris vocabulis obscurasse ac fœdasse*, auctor est Cono in præfatione ad suam versionem Latinam

(*b*) Eam ob causam se excusat in præfatione pagina penultima : *Is certe erat auctor noster*, etc.

Digitized by Google

scheri a Clodio, bibliothecario quondam Dresdensi, in bibliothecam Electoralem. Marginibus codicis interdum ascripta sunt scholia, sed minoris pretii. Interdum etiam notantur variæ lectiones. Habet etiam correctiones a manu recentiori, nonnunquam valde ineptas. In nonnullis partibus adesus est putredine. Tamen vel sic hic codex inter optimos numerandus est.

D. 2. Codex Dresdensis Electoralis 2. Hic est chartaceus sæc. xv. Habet tantum quinque folia in 8°. Continet capita a 35 ad 38, in quibus de fato exponitur. Satis diligenter scriptus est. Usus utriusque codicis Dresdensis contigit mihi beneficio Adelungii, viri illustris atque eruditissimi.

A. 1. Illustris Augustanæ reipublicæ 1, in-folio. Is scriptus est in charta bombycina sæc., ut videtur, xiv aut xv. Hunc Reiserus in *Catalogo bibliothecæ Augustanæ* notavit pag. 75, num. 5. Codex est optimæ notæ. Deficit tamen in fine capitis 41.

A. 2. Codex Augustanus 2, ap. Reiserum, p. 54, n. 13. Membranaceus in-8°, sæc. xi aut xii. In hoc tamen folia in principio sunt chartacea xvii; item x, in fine capitis 33, uti in variis lectionibus notavi. Hæc scripta sunt sæc., ut videtur, xvi. Scriba fuit diligens, et Augustanum codicem 1, a quo fere non dissentit, diligenter expressit. In iis quæ scripta sunt a manu prima in membranis, sæpe peccatum est contra orthographiam. Tamen in hoc leguntur capita ultima, quæ desunt in Augustano 1. Quinimo post finem capitis 44, legitur etiam aliud cum indice hoc: *Ἐν τίνι τὸ ἡγεμονικὸν ἵδρυται.* Incipit: Στγάτω πᾶσα στοχαστικὴ ματαιολογία. Sed hoc sine ullo dubio auctorem habet Gregorium Nyssenum. Etsi autem hic codex nunc eumdem indicem habeat, quem Augustanus 1, tamen colligi possit hunc libellum in hoc codice olim tributum esse Gregorio Nysseno. Etenim post istud caput, quo auctior est hic codex, continuo a prima manu legitur libellus Gregorii Nysseni cum indice: *Τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου Νύσσης, Περὶ ψυχῆς* (*a*). Incipit: Ἐπειδὴ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου πρὸς τὸν Θεὸν μετέστη ὁ πολὺς ἐν ἁγίοις Βασίλειος. Accedit, quod tertia manu isti ultimo capiti, de quo dixi, ascripsit: Τὸ παρὸν κεφάλαιον ιβ' ἔστι τοῦ αὐτοῦ Νύσσης ἐν τῇ κατασκευῇ τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ ὧδε μὲν οὐκ ἐγράφη τελείως, ἀλλ' ἐλλείπει μέρος.

Hos duos codices Augustanos, quos mihi liberalissime commodavit Hieronymus Andreas Mertens, vir celeberrimus et doctissimus, ipse comparavi mense Maio anni 1796, cum essem Augustæ Vindelicorum. In eo tamen negotio multum adjutus sum opera Joannis Gottlob May, viri eruditissimi ac mihi amicissimi.

A. 3. Augustanus 3, secundum Reiserum pag. 88, num. 63. Hic codex propemodum me latuisset. A Reisero enim sic notatus erat: *Adamantionis capita philosophica.* Cum ergo scirem, hunc Nemesii libellum Adamantio etiam in nonnullis codicibus tribui, ut in altero Oxoniensi, continuo ea de re consului Mayum meum, qui sine ulla mora hujus quoque codicis varias lectiones, a se diligentissime notatas, ad me transmisit. Constat iste codex, uti ex Mayo didici, foliis lxx, quorum quælibet pagina habet versus 24. Forma est, ut vulgo vocant, 4 min., aut 8 maj. Scriptus videtur sæc. xiv aut xv in chartis. Indicem habet: *Ἀδαμαντίωνος λόγος κεφαλαιώδης.* In principio et ante singula capita habet indices capitum, quos suis locis repetii. Deficit in verbis ὑπό τινων, καὶ μηδένα. Vide edit. Antverp. pag. 161, med. Primum caput inscribitur: *Περὶ φύσεως ἀνθρώπου*, qui est index totius libri in aliis codd. Codex est bonæ notæ. Interdum convenit notabiliter cum M. 1, interdum cum D. 1. Hujusmodi codicem ad manus etiam habuit editor Oxoniensis, unde nonnulla tacite emendavit.

Præterea, cum anno 1796 Monachii versarer, vidi etiam in bibliotheca Electorali duos codices Nemesii (*b*), quos tamen, aliis negotiis impeditus, comparare non potui. Alter (*c*) est num. 29, chartaceus in-folio sæc. xvi. Continet a folio 108 ad 159: *Νεμεσίου ἐπισκόπου Ἐμέσης Περὶ φύσεως ἀνθρώπου.* Desinit capite 32, *Περὶ τοῦ ἐκθυσίου*, in verbis, ἐθῶν τὰ τοιαῦτα κατορθοῦται. Ejusdem nonnulla a capite 33 ad caput 37 verba ἐπιδέουσιν ἀπαράβατον, leguntur a folio 170 ad 175. Alter etiam chartaceus est in-folio sæc. xvi, num. 100. Continet Nemesii capita de fato, etc., a capite 35 ad finem libri, a folio 152 ad 170. Deinceps legitur etiam Nemesii nomine liber *De contemnenda morte*, quem novissime Demetrii Cydonii nomine edidit Kuinoel, vir eruditissimus, Lipsiæ 1786, 8. Equidem vero nullo modo mihi persuadere possum, ut credam, hunc quoque libellum esse Nemesii. Etenim et φράσις et συνθήκη et διάνοιαι sunt dissimillimæ. Sententiarum vero diversitas maxime intelligitur ex duobus argumentis, quæ uterque tractavit: alterum est, de immortalitate animi; alterum, de virtutibus et facultatibus, quibus homines cætera antecellunt animalia.

Con. notat versionem Latinam Joannis Cononis, quam hortante Beato Rhenano primum edidit Argentor. 1512, fol. Ego usus sum Gregorii Nysseni editione Latina Basil. 1562, ubi hic libellus legitur a pag. 471 ad 550. De indicibus et divisione totius operis, uti apud Cononem notantur, monui infra suis locis in notis. Cono nullum integrum exemplum Græcum habuit, sed tantum quædam capita et fragmenta ex bibliotheca cœnobii fratrum ord. divi Dominici Basileensi. Ergo versionem Burgundionis, quam haud dubie scriptam habuit, in multis pro arbitrio suo mutavit, adhibita tamen in nonnullis

(*a*. Vide tom. III, p. 181, edit. Paris. 1638.

(*b*) Postremo horum quoque variæ lectiones notatæ sunt, ut hic inferius monui.

(*c*) Hunc in notis appellavi M. 1, alterum M. 2

Digitized by Google

locis Græca oratione Basilii M. in *Hexaemero*, Eliæ Cretensis et Jo. Damasceni. Idem notat multa ex hoc libro hausisse Thomam Aquinatem et Albertum Magnum. Cononis versionem a principio ad finem cum Græco comparavi et notatu digna in variis lectionibus indicavi. Multis in locis mihi pro codice fuit, etsi haud pauca inepte reddiderit.

Vall. notat versionem Latinam Georgii Vallæ, Placentini, quæ prodiit Lugduni apud Seb. Gryphium 1533, 4. A principio hujus libri legitur Gaudentii Merulæ epistola, scripta Mediolani VIII Kal. Maii 1538, qua hunc libellum dedicavit D. Jacobo Philippo Saccho. In ea traditur, hunc Nemesium inventum esse in bibliotheca Georgii Merulæ. Valla ipse de sua versione ne verbum quidem addidit, nisi in indice libri: *Georgio Valla, Placentino, interprete.* Quot igitur ac quibus codicibus usus fuerit, prorsus latet. Vallam alium codicem ad manus habuisse, quam Cononem, vel ex divisione librorum et capitum apparet. Fuit autem codex Vallæ nostro A. 1 simillimus, qui est sane præstans. Hunc ipsum tamen nullo modo, certe non solum, potuit exprimere, quod codex A. 1 deficit in fine capitis 41. Etsi vero Ellebodius, Conone et Valla interpres sine ulla comparatione excellentior, hanc Vallæ versionem merito reprehenderit, tamen mihi contigit, ut plura loca ex ea in Græco emendare potuerim.

N. notat Gregorium Nyssenum, inter cujus opera caput 2 et 3 legitur. Vide edit. Paris. 1638, fol., tom. II, p. 90 seqq.

Joan. notat Joannis Damasceni tomum primum editionis Lequien. Damascenus enim in libris *De fide orthodoxa* multa ad verbum expressit ex Nemesio. Tamen omnia ita disjecta sunt, ut difficulter inveniantur.

Cum jam totum opus absolvissem, Pater Ignatius Hardt, electoralis Monachiensis bibliothecæ præfectus, *vir summe reverendus* atque *eruditissimus*, utriusque codicis Monachiensis varias lectiones diligentissime ac doctissime a se notatas, ad me transmisit, quas suis locis singulas animadversionibus meis inserui. Merito igitur *summi* illius *viri* tantum humanitatis, doctrinæ et erga me benevolentiæ beneficium cum grati animi significatione hic palam prædicandum censui.

Postremo etiam Franciscus Carolus Alter, philosophiæ doctor et litterarum Græcarum professor, *vir celeberrimus* atque *eruditissimus* die XVIII Jul. 1800, Vindobona de codd. Vindobonensibus Nemesii ita ad me scripsit: *Die k. k. Hofbibliothek besitzt diese Handschriften von Nemesius* De natura hominis. I, cod. Theolog. Græc. LXVIII *enthält* 41 *Capitel, von* 1563. II, cod. Theolog. Græc. CXCIX *enthält einige Fragmente, aus dem* 16 *sæculo.* III, cod. Philolog. Græc. XXXIV. *enthält* 38 *Capitel aus dem* 16 *Jahrhundert.* IV, cod. Philolog. Græc. CLXXXI *enthält einige Fragmente, aus dem* 17 *Jahrh. Da Herr Bolla und ich mit Holmeschen Arbeiten zu sehr über laden sind, so wußte ich wirklich Niemanden, der sich der Collation unterziehen kœnnte. Vielleicht verdienen es auch diese junge Handschriften nicht.*

PRÆFATIO EDITIONIS ANTVERPIENSIS.

Νικάσιος Ἐλλεβόδιος Κασλετάνος τῷ περιφανεστάτῳ καὶ αἰδεσιμωτάτῳ Καρδινάλει Ἀντωνίῳ Περρενόττῳ χαίρειν.

Τὸ *Περὶ φύσεως ἀνθρώπου* τοῦ Νεμεσίου βιβλίον προειλόμην σοι προσφωνῆσαι, κράτιστε Ἀντώνιε Καρδινάλι, οὐ τοσοῦτον εἰς τὴν τοῦ γένους σου λαμπρότητα καὶ τὴν δόξαν ἀποβλέψας, ἣν ἔχεις ἐπὶ φρονήσει καὶ πολιτικῇ δεινότητι, πλείστων τε καὶ μεγίστων ἀξιωμάτων μετασχών, καὶ τῶν πρώτην μὲν παρὰ Κάρλῳ τῷ αὐτοκράτορι, νυνὶ δὲ παρὰ βασιλεῖ Φιλίππῳ τῷ ἐκείνου υἱῷ μέγα δυναμένων ἐν τοῖς πρώτοις συνεξεταζόμενος, ὅσον ὑπὸ τῆς ἄλλης σου παιδείας καὶ τῆς περὶ τοὺς λόγους ἐμπειρίας εἰς τοῦτο προαχθείς· πρέπουσαν ταύτην ὑπόθεσιν τῇ φύσει σου πορίσασθαι νομίσας, εἰ τοῖς ἐπιτηδεύμασί σου κατάλληλον ἕξεις τὴν ἀπὸ τῶν ἀναγνωσμάτων ὠφέλειαν. Οὐδὲν γάρ, οἶμαι, χρήσιμον, οὔτε περισπούδαστον οὕτω τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἡ περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως θεωρία τε καὶ κατάληψις, δι' ἧς ἕκαστος οἷός τὴν φύσιν ἐστὶ καταμαθών, οἰκείως ἀνθρώπῳ καὶ πρεπόντως κοσμήσει τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν. Τῶν μὲν οὖν εἰς ταύτην ἑαυτοὺς καθέντων τὴν πραγματείαν, οὐδενὸς ἔχομεν τῶν ἀρχαίων ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον ὑπόμνημα, πλὴν Ἱπποκράτους. Οὗτος δὲ τῶν μὲν περὶ ψυχῆς λόγων οὐ πάνυ τι φαίνεται φροντίσας, περὶ δὲ τοῦ σώματος, ὅσπερ ἦν αὐτῷ τῆς περὶ τὴν ἰατρικὴν θεωρίας σκοπός, τὰ πλεῖστα πραγματεύεται. Νεμέσιος δὲ οὑτοσὶ, τὴν αὐτὴν Ἱπποκράτει ποιησάμενος ὑπόθεσιν, τῶν τε περὶ τοῦ σώματος ἅπτεται λόγων, ὅσον ἀπόχρη τῇ ὑποθέσει, καὶ τὸ κυριώτατον τῶν ἐν ἀνθρώπῳ προχειρισάμενος, τὴν ψυχὴν, καὶ ταύτην πολλαχῶς εἰς τὰ μόρια διελών, καὶ τούτων ἕκαστος ἀκριβῶς ἐπεξελθών, καὶ, ὡς ἐνῆν, μάλιστα ἐπεξεργασάμενος, τελεώτερόν τε ἅμα καὶ ἀληθέστερον τὸν ἀληθινὸν ὑπέγραψεν ἄνθρωπον. Ἐπειδὴ τῶν πρακτικῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἡ βούλησις

Digitized by Google

τὸ κυριώτατον, περὶ ἧς οἱ κλεινοὶ τῶν φιλοσόφων πολλὰς κατεβάλοντο πραγματείας, ἄνωθεν τὸν περὶ τοῦ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου, προαιρέσεώς τε καὶ τοῦ βουλεύεσθαι λόγον ἀναλαβὼν, περὶ ὧν ὅ τε Ἀριστοτέλης ἐν τῷ τρίτῳ τῶν *Ἠθικῶν*, καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν τῇ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἐκδόσει, σχεδὸν τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι διαλέγονται, ἐπὶ τὸ θρυλλούμενον μέτεισι ζήτημα. τὸ περὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν. Καὶ ταῦτα φιλαλήθως τε καὶ ἀκριβῶς ἐξετάσας καὶ διασκεψάμενος, τέλος ἄριστον ἐπέθηκε τῇ πραγματείᾳ, εἰς τὸν περὶ Προνοίας λόγον καταλήξας, καὶ νοῦν ἔφορον καὶ πρύτανιν ταῖς κατὰ τὸν βίον πράξεσιν ἐπιστήσας, καὶ, συνελόντι φάναι, ἅπαντα τῆς ἐκεῖθεν ἀναρτήσας κηδεμονίας τε καὶ διακοσμήσεως. Τοιοῦτος μὲν ὁ Νεμέσιος, οὐχ ἧττον τῆς τε μεθόδου τῶν θεωρημάτων καὶ τάξεως αὐτῶν καὶ εὐκρινείας, ἢ τῆς πολυμαθίας ἄξιος θαυμάζεσθαι. Φαίνεται γὰρ ὀλίγῳ μεταγενέστερος γεγονὼς τῶν περὶ Εὐνόμιον καὶ Ἀπολινάριον τὸν Σῦρον καὶ Βασίλειον καὶ Γρηγόριον τοὺς Καππαδόκας, ὅτε καὶ παντοδαπῶν ἦν εὐπορία συγγραμμάτων, αἵ τε κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεις ἔτι παρ' Ἕλλησιν ἐσώζοντο. Ὧν οὐδεμιᾷ φαίνεται προσέχων, οὔτε ταῖς ἑτέρων πιθανολογίαις ἀγόμενος, πανταχοῦ δὲ τὴν ἀλήθειαν προτιμῶν, ἐπ' ἀδείας πειρᾶται φιλοσοφεῖν, τὰ μὲν ἐλέγχων, ὅπη παρείκοι, τοῖς δ' ἐφιστάνων, τὰ δ' ἐγκρίνων τῶν δογμάτων. Γεγονώς τε τὴν θρησκείαν Χριστιανὸς, καὶ ταῦτα Ἐμέσης (ἔστι δὲ ἡ Ἔμεσα πόλις Φοινίκης) ἐπίσκοπος, πολλαχοῦ τοῦ συγγράμματος περὶ τῶν ἀρεσκόντων Χριστιανοῖς πρὸς τοὺς φιλοσόφους ἀγωνίζεται, ἀποδεικτικῶς πάνυ καὶ φιλοσόφως τὴν καθ' ἡμᾶς συνιστῶν θεολογίαν, οἷον ἐκεῖνο τὸ περὶ τῆς πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἑνώσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὸ περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, τὸ περὶ Προνοίας. Ἐν οἷς ἅπασιν ὀρθῶς φαίνεται θεολογῶν καὶ τῶν ἀκριβεστέρων ἐχόμενος δογμάτων. Πλὴν ὅσον εἰς τὴν τῶν ψυχῶν προϋπαρξιν ἥκει, δῆλός ἐστι τὴν Πλάτωνος καὶ Πυθαγόρου δόξαν εἰσάγων, οἷόν τ καὶ Ὠριγένης ἐπεπόνθει, καί τινες ἄλλοι τῶν κατ ἐκεῖνο καιροῦ Χριστιανῶν, ἄλλως τε τῶν περὶ φιλοσοφίαν διατριβόντων, οὕπω τότε τῆς αἱρέσεως ταύτης κοινῷ δόγματι τῆς Ἐκκλησίας κατεψηφισμένης· « Ἐξ ὧν καὶ δείκνυται ὁ φιλόσοφος οὗτος πρὸ τῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ χρόνων βεβιωκὼς, εἴγε ἐπὶ τούτοι πρῶτον τοῦ βασιλέως αἱ τοῦ Ὠριγένους θέσεις κατεψηφίσθησαν, ἐπὶ τούτῳ εἰς τὸ Βυζάντιον τῆς πέμπτης οἰκουμενικῆς συναχθείσης συνόδου. » Ἔδοξέ δέ μοι τὸ βιβλίον εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων διάλεκτον μεταφράσαι, τῶν φιλομαθῶν χάριν διπλῆν ποιησαμένῳ τὴν ἔκδοσιν, καὶ μηδὲ τὴν Ἑλληνικὴν ὑπ ἀρχαιότητος διαπεσεῖν κινδυνεύουσαν περιδεῖν· « μό λις γάρ ποτε δυσὶν ἐνετύχομεν ἀντιγράφοις, καὶ τούτοις ἀνηκέστως διεφθαρμένοις καὶ μυρίων ἁμαρτημάτων γέμουσιν· » οἷς ἐπιμελέστερον ἐπιβαλόντες. καὶ τῶν ἐν ἑκατέροις ἁμαρτημάτων ἐκ τῶν παρ' ἑκατέροις ὀρθῶς ἔχειν δοκούντων καταστοχασάμενοι, κἀκ τῶν ἑνόντων ἐπιδιορθώσαντες, ὑγιεστέραν παρὸ πολὺ τῆς προτέρας τὴν πραγματείαν παρεσκευάσαμεν. Ὁ μέντοι πρώην τὸ βιβλίον εἰς τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον μετενεγκεῖν ἐγχειρήσας, Γεώργιος ὁ Βάλλης, οὐ μᾶλλον ἡρμήνευσεν ἢ συνέχεε καὶ κατῄσχυνε τὸν φιλόσοφον, καθ' ἑκάστην σχεδὸν περίοδον τῆς τοῦ Νεμεσίου διανοίας ἀποπίπτων, κἀν τοῖς κατημαξευμένοις τουτοισὶ τῶν λέξεων σχήμασιν ὑπ' ἀμαθείας γελοίως ἀπαλλάττων. Ἡ μὲν οὖν ἡμετέρα σπουδή τε καὶ προαίρεσις αὕτη σοι, λαμπρότατε Καρδινάλι. Σὺ δὲ ταύτης ἡμᾶς ἀποδεξάμενος, δίκαιος ἂν εἴης τῶν μὲν κατωρθωμένων ἐπαινεῖν, τῶν δὲ παρειμένων συγγνώμην ἔχειν. Ἔρρωσο. Ἐκ Παταβίου, ,αφξδ', Μεταγειτνιῶνος μηνὸς τρίτῃ φθίνοντος.

Nicasius Ellebodius lectori.

Quæ me ratio ad Nemesii editionem adhortata sit, Lector optime, pluribus mihi verbis exponendum esse non arbitror. Nam si quis est, qui veteres scriptores e bibliothecarum latebris evocari et in aspectum luceinque proferri nolit; aut non magnum judicio suo fructum eorum laudi tribuendum existimet, quorum industriæ curriculum in hoc genere studiorum elaboret, huic, a judicio et omnino ab humanitate derelicto, studere probare se nemo debet. Sin producere veterum eruditorum libros, et ad omnium, qui litteris ducuntur, cognitionem propagare rectum inprimis et reipublicæ fructuosum omnes judicant, scilicet verbosius commemorandum mihi non est, cur eam rem susceperim, in qua versari præclarum esse, et hominum vitæ vehementer utile, inter omnes constat. Quanquam ego quidem cum omnium doctorum monumenta, quorum duntaxat ætas ab nostra memoria longius abfuerit, emi et illustrari volo; tum vero eorum maxime, qui de philosophia et quidem Græcis litteris aliquid prodidere. Nam neque præstantius esse quidquam philosophia potest, quippe cujus et præceptis omnis vita ad honestatem laudemque conformatur; et regulis omnium artium et scientiarum rationes nituntur; et sermo Græcus (fieri potest, ut fallar, dicam tamen quod sentio) ejusmodi est, ut hoc uno e·, quam probitatis magistram et omnium artium regulam diximus, philosophia se mortalibus explicari, ad omnemque posteritatem transmitti velit; cæterarum gentium linguis tractari nolit, vehementerque recuset. Hoc in genere cum viderem esse Nemesium, qui Græce de præcipua ac necessaria philosophiæ parte, et quæ proprie ad nos pertineat, hoc est, de natura hominis, apte, dilucide, erudite, et, in quo plus est positum, quam in cæteris omnibus, pie disserat, dedi operam, ut et Græcum exemplar prodiret in publicum, quod sexcentis locis, etsi in tam parvo opere credibile vix est, mirabiliter mendis inquinatum duorum vetustorum codicum ope expurgavimus: et Latina quoque inter-

Digitized by Google

pretatio, quo omnium intelligentiæ serviremus, adjungeretur. Hæc pauca de consilio meo et opera, quam probari tibi cupio, nescire te nolui. De cæteris, cum leges, pro arbitrio tuo existimabis. Vale.

A

C. Plantinus lectori s.

Non inutilem studiosis viris, neque ingratam rem facturus mihi videbar, si, quia Nemesium nunc primum in lucem producimus, paucula de ipso Nemesio adderem; non ut illum laudem, nam bona merx, ut dicitur, præcone non eget: quid autem hoc commentario in simili argumento exstat accuratius? sed, ut quis ille tandem fuerit, verbo indicem. Philosophum igitur fuisse et episcopum, liber ejusque index testantur: et ex epistola hac Nazianzeni (*a*), quam hic etiam adjiciendam putavi, facile intelligitur, quantæ fuerit auctoritatis ac nominis philosophus. Ex eadem perspicuum est, eum floruisse imperatore Gratiano ac Theodosio, quo tempore Maximus etiam philosophus, Libanius, Basilius, multique alii præstantissimi viri vivebant. Meminit ipse Origenis et Apolinarii quos adolescens vidisse fortasse potuit. De loco ἐπισκοπῆς nihil comperi. Nunc ad epistolam. Vale.

(*a*) Epistola Gregorii est 79, quæ incipit: Εἰ σοι δοκῶ φορτικός. Ea vero ita comparata est, ut eodem jure ad quemvis alium Nemesium scripta videri possit. Consulto ergo eam prætermisimus.

PRÆFATIO EDITORIS OXONIENSIS (*a*)

Auctorem hic damus veterem, eruditum, pium, qui in Lyceo pariter et Ecclesia dictaturam exercuit; naturæ juxta et pietatis antistes, in philosophiæ mysteriis epopta, fidei episcopus. Sed nescio quo fato, humanæ animæ ritu, quam felicissime enarrat, reliqua cuncta dum intelligit et perscrutatur, latet ipse, nec satis dignoscitur. Dissimulato ejus per quem plurimum profecerunt nomine, celebres aliquot prisci ævi scriptores, Julianus Pomerius (*b*), Joan. Damascenus, Elias Cretensis, Meletius, Eretrius (*c*), non modo periodos plurimas, sed solidas paginas schedasque voluminibus suis inseruere. Quin leviora hæc fuerint; per plura sæcula opus integrum titulo tenus immutatum, et philosophiæ elogio auctum, Gregorio accessit; et inter Præsulis Nysseni scripta passim evulgabatur: quod ita factum, ut Gregorius deinceps apud plerosque non Nyssenus ultra, sed Emesenus audiret; quasi ista cognominis permutatione cum nostro decideretur, et de plagii injuria satisfieret. Ita enim Gregorium appellatum esse, constat non modo e Trithemii lib. *De imagine et conditione hominis*; Honorii lib. *De ecclesiasticis scriptoribus*; Vincentio in *Spec. hist.* lib. XIV, c. 28; Bostono Buriensi in suo *Catal.*; Leunclavii *Pandectis Hist. Turcic.*, sed etiam nonnullis Hieronymi codicibus typis impressis, et plerisque mss. Revera tractatum edidit M. Basilii frater Nyssenus, *De opificio hominis*, qui cum idem videretur cum hoc nostro, qui *De natura hominis* inscribitur, promptissimo lapsu, præsertim apud librarios, qui id semper agunt, ut nominibus celebratissimis merces suas commendent, Nemesius illico in Gregorium transiit, et Nyssenus in Emesenum permutabatur.

B

Ut verbo dicam, quanquam vix quisquam est, cujus effata plures subinde citant et mutuantur, videre nondum contigit ex veteribus aliquem, præter Anastasium Nicænum in *Quæst. in S. Script.*, et Mosen Bar-Cepham in libro *De paradiso*, qui ipsum nominatim laudaverit. Superiori quidem sæculo, cum Græcæ litteræ pulsa barbarie Europæ postliminio redderentur, Vallæ et Ellebodii indiciis, et mss. plurimorum suffragio, appositis etiam criticorum calculis, diu oppressus Nemesius in integrum restituebatur. Quin et card. Bellarminus *De script. eccles.* ad annum 300, etc., observatione tertia *in Gregorium* ait: *libros octo* De philosophia *non videri esse S. Gregorii Nysseni*, rationem addens, satis futilem illam quidem, scil. *Quod in lib. secundo docet animam non creari in corpore, sed ante corpus fuisse creatam; qui est error Origenis.* Quasi vero non sub eadem invidia laboraret Nyssenus, cujus scripta ab Origenistis interpolata fuisse auctor est Nicephorus; imo adeo penitus Nysseno calumniæ labes ista adhæsit, ut Germano patriarchæ necesse esset librum integrum conscribere, ut ipsum ea de re excusaret; quod videre est tum alibi, tum in Photii *Myriobiblo*. At vero si libri octo *De philosophia* non sunt Gregorii, hanc saltem ob causam, quod docet animam non creari in corpore,

C

(*a*) Fabricius in *Bibliotheca Gr.* vol. VII, pag. 551, arbitratur, hunc fuisse Joannem Fellum, qui postea creatus est episcopus Oxoniensis.

(*b*) Juliani Pomerii libros habeo in *Bibliotheca Patrum*. Meletium beneficio Dangeri accepi ex bibliotheca Guelpherbytana. Ex neutro quidquam profeci. De quo autem libro Eliæ Cretensis hic dicatur expiscari non potui, etsi plura Eliæ scripta, quæ in codicibus Mosquensibus reperiuntur, tractaverim.

D

(*c*) Eretrius nomen est gentile, non proprium viri. Puto ergo corrigendum esse: Meletius iatrosophista, qui librum *De homine* scripsit. Vid. Fabr. *Bibl. Gr* vol. VIII, p. 405.

Digitized by Google

mirari satis non possum, quid in mentem venerit A niorum feracissimum illud sæculum sapit, ubi ethnicismus jam exspiraturus ultimos suos conatus videtur edidisse, et sub Hieroclis, Plotini, Jamblichii, Porphyrii et reliquorum, qui ab Eunapio memorantur, præsidiis, philosophiam Christianismo opposuit, ut ex altera parte eadem tempestate auspiciis non minoribus, ab Athanasio, Basilio, Ephræmo Syro, Nysseno, Nazianzeno, Epiphanio idem Christianismus philosophiæ etiam suppetiis defendebatur. Sed in re tam lubrica certi aliquid statuere, nimiæ esset audaciæ; præsertim quando nihil prohibet, plures fuisse Nemesios, eosque philosophos et Christianos circa Nazianzeni tempora. Certe in Isidori Pelusiotæ scriptis Nemesii etiam cujusdam mentionem occurrere, et quinque epistolas nomini B isti dicatas reperiri, satis constat; scil. Νεμεσίῳ, lib. II, epist. 134, lib. IV, epist. 33, et lib. V, epist. 36; Νεμεσίῳ Πραίτωρι, lib. I, epist. 44, et demum Νεμεσίῳ Μαστριανῷ, lib. IV, epist. 81. Quæ quidem utrum unum aliquem, an diversos designent, an ad auctorem nostrum ullatenus spectent, aliorum sit judicium. Mihi quidem, ut, quæ sentiam, libere eloquar, verisimillimum prorsus videtur, Nemesium hunc nostrum vixisse demum appetente quarto sæculo, scil. ante aut Nestorii, aut Eutychetis tempora, hoc est, antequam Paulus Emesi sedisset, eum intelligo, qui adversus Nestorium re strenue gesta eo nomine a Cyrillo Alexandrino cumulatissime laudari meruit, et ab historicis ecclesiasticis passim celebrari. Hujus rei indicium non leve statuo, C quod cum cap. 3, *Περὶ ἑνώσεως ψυχῆς καὶ σώματος* verba facturo, de hypostatica unione deitatis cum humanitate in persona Servatoris nostri mentio incidisset, contra Eunomium aperte disputat his verbis: Καθαρῶς ἀσώματος φύσις χωρεῖ μὲν ἀκωλύτως διὰ πάντων, δι' αὐτῆς δὲ οὐδὲν, ὥστε τῷ μὲν χωρεῖν διὰ πάντων ἡνῶσθαι, τῷ δὲ μηδὲν δι' αὐτῆς, μένειν ἄμικτον καὶ ἀσύγχυτον· quæ quidem, si ea tempestate Nestorius aut Eutyches dogmata sua evulgassent, multo opportunius adversus ipsos fuissent intentata; quippe qui altioris longe subsellii hæresiarchæ, et Eunomium multis parasangis antegressi, totum fere Christianum orbem, orientem præsertim, turbavere. Et quidem pauculis istis, quæ laudavi, verbis, utriusque istius nefariæ D hæreseos jugulum ipsum manifeste petitur. Cum enim Nestorii venenum in hoc poni asserebat Ephesina synodus, quod naturam humanam divinæ ἑνωθῆναι κατὰ σχέσιν dixerit, ait Nemesius, reali intimoque nexu conjungi, τῷ μὲν χωρεῖν διὰ πάντων ἡνῶσθαι. Quinimo quando e contra Eutyches Domini nostri naturas omnino confunderet, ipsissimis Nemesii verbis synodus Chalcedonensis decrevit, quod sit ἄμικτος καὶ ἀσύγχυτος· quod pariter dicendum de omissa penitus in longa de libero arbitrio disputatione Pelagianismi mentione. Quanquam enim in Occidente potissimum grassata est illa pestis, reliquas tamen orbis Christiani regiones utique afflaverat; siquidem anno Christi 415, syno-

operis omnibus Nysseni editoribus, ut integrum secundum caput, quod operis Nemesii non contemnendam partem efficit, et illum ipsum de animarum præexsistentia errorem in se habet, postquam totum opus Gregorio justissimo judicio dudum ereptum Emeseno nostro addictum fuisset, etiamnum tanquam Gregorii genuinum fetum inter opera ejus evulgarent. Quin et pariter mirari subit, quare tractatum prædictum caput continentem a Burgundione Latine editum, nec non Cononis, Rhenani, Vallæ, Ellebodii curis elucubratum, denuo Fredericus Morellus interpretaretur, nulla laboris tam supervacui ratione reddita.

In editione Ellebodii, ut et Bignæi etiam, in *Biblioth. Patr.* vol. XII, hic noster Nemesius Gregorii Nazianzeni familiaris et Cappadociæ præfectus fusse dicitur; in cujus sententiæ firmamentum epistola 79 a Nazianzeno ad eumdem scripta in medium producitur. Debuissent quidem pari omnino jure tres aliæ epistolæ, nimirum 183, 184, 185, nec non et carmen satis prolixum, ad eumdem scripta, in testimonium citari. Billius quidem, ut et alii nonnulli, minime verisimile putant, Cappadociæ præfectum, hominem sæculi curis addictum et a Christiana pietate alienum, aut episcopum fieri, aut librum istiusmodi, qualis hic noster est, qui præ manibus habetur, scripsisse. Quod autem ad præfecturam attinet, et nomen Christo nondum datum, facile erit reponere: rem eam non adeo incredibilem videri iis qui noverint, quales eo ipso in sæculo fuerunt Ambrosius, Nectarius et Synesius, cum ad sedes suas promoverentur. Nec certe Nemesius noster sacris infulis indignus prorsus habebitur, qui a Theologo Gregorio philosophiæ, probitatis, justitiæ, amicitiæ demum nomine, non modo laudari, sed cum veneratione quadam suspici atque coli meruerat; quem etiam utcunque olim charissimum, magis etiamnum charum futurum, ejusque animo penitus ceu columna ærea inscribendum spondet, ἐπειδὴ ἂν γένῃ Θεοῦ καὶ σαφῶς ἡμέτερος· scil. pietati Christianæ se totum tradiderit; quod in carminibus denuo vaticinatur, et ceu entheo quodam furore percitus, poema suum claudit:

Νεμέσσιος ὀβριμόθυμος
Καππαδόκῃσι τάλαντα δίκης ἰθεῖα τανύσσας,
Οὐ χρυσὸν δολόεντα καὶ ἄργυρον, οὐδὲ μὲν ἵππους
Εὐγενέτας, πτερόεντας, ἀοίδιμον εὖχος ἔχοντας,
Ὤχετ' ἄγων· πλοῦτος γὰρ ἀνούτατος· ἀντὶ δὲ πάντων
Μάργαρον αἰγλήεντα μέγαν λῆσατο Χριστόν.

Iis addere licebit, plurima esse indicia eaque non contemnenda, quæ scriptorem hunc Nazianzeni sæculo addixerint: nimirum primo in loco totus fere est in controversiis, quæ ea tempestate in Ecclesia versabantur, Origenistarum intelligo, Apollinariorum et Eunomianorum hæresibus refellendis Secundo auctores solum citat, qui ante quadringentesimum annum a Christo inclaruere. Demum scripti ipsius character nobilissimorum inge-

Digitized by Google

dus in Pelagii et Cælestii causa Diospoli Palæstinæ celebrabatur : maturius etiam Hierosolymis, si Orosio fides in libello *De arbitrii libertate* ita testanti.

Quin et mantissæ loco addere licebit, siquidem post quartum sæculum προϋπάρξεως dogma male in Ecclesia audire cœpit, et tandem Justiniani ævo a synodo Constantinopolitana prorsus damnabatur, fieri non potest, ut ita secure de illo philosopharetur Nemesius, si quidquam ea ex parte, illa tempestate, qua is scripserat, fuisset definitum.

Sed de auctore nostro hactenus ; de scripto ipso nonnulla supersunt dicenda. Et quidem si lectionis varietas, verborum delectus, rationum pondus, judicii tenor, methodi ordo, disputandi acumen, argumenti demum dignitas, et (quod ad gratiam inB eundam non levis est momenti) summa cum rebus nostris necessitudo, tractatum aliquem lectoribus suis conciliare poterit ; utique hic fuerit longe commendatissimus.

Unicum vel adhuc omisi, hoc tamen sæculo minime prætereundum : si in philosophia naturali, medicina et anatome inventa nova ad palatum faciant, nec hac ex parte destituimur. Habemus hic præsto, et jure merito pro nostris vindicamus ea, propter quæ pridiani aliquot in re litteraria heroes cristas erigunt, et æternitatem nominibus suis spondent postulantque. Doctissimus Sylvius, in disputationibus medicis non ita pridem editis, cum adversariis quibusdam satis acriter contendit, utri ex iis hypotheseos cujusdam laus et decus, de C usu bilis in corporibus animantium, debeatur. Ut pax deinceps inter eos componi possit, sciant, velim, rem totam ab auctore nostro, ante mille et tercentum fere annos, non propositam modo, sed et accurate enarratam, capite nimirum 28, p. 225. Si hæc autem leviora videantur, quid demum dicemus, si ratio circulationis sanguinis, in quo uno invento sæculum hoc tantopere se effert, Nemesio dudum sit agnita, verbisque satis signantibus adumbrata ? Consulat lector cap. 24, p. 209, et dijudicet, num temere hæc dicantur. A pluribus recensendis supersedeo ; hoc tantum nunc agimus, quod propolæ faciunt, qui Attalicas vestes et Milesia peristromata venalia proponunt : tapetis alicujus oras fimbriamque ostendimus, non volumina omnia objicimus et explicamus.

Audacter dixerim, quisquis hypomnema hoc non prorsus negligenter evolverit, eum plurima repertu- rum, *eaque non levis momenti, quæ apud neotericos magistros, quibus solemne habetur scribere semper, nunquam legere, omnino nova videbuntur.*

Quod ad editionem ipsam attinet, breviter profiteor, me id egisse, ut librum egregium, paucis admodum cognitum, et aut situ tenebrisque obsitum, aut saltem in *Patrum Bibliotheca* sub arcta custodia habitum, et servilem in morem catenatum, libertate donarem, et studiosæ juventutis familiari convictui commendatum redderem. Quinimo luxatum eum, sæpiusque mutilum, duorum mss. ope, nec non auctorum collatione, quos aut ipse passim laudat, aut qui ipsum compilarunt, subinde restituerem ; recensita aliquando, ubi res id maxime postulabat, et per otium licuit, Latina versione, adjectis etiam quibusdam annotationibus ; quæ omnia quanti sint pretii, nostrum non fuerit pronuntiare.

Is certe erat auctor noster, qui editoris diligentissimi curas exigeret : non quales meæ fuerant, aliorum arbitriis perpetuo obnoxiæ, et proinde intercisæ semper, et desultoriæ.

At æqui bonique consulat amicus lector, et inter legendum sæpius meminerit, suam hic ubique rem agi ; scil. hic loci exhiberi, non Cartesianum automaton, fictilem testam, ligneamve machinam, quæ sæculi hujus Promethei et fabriles Dædali finxere ; sed vivam Dei viventis imaginem, numinis omnipotentis ectypum ; quæ mundi architectum condere, virumque Christianum describere, non dedeceret. Alii ad speculum se contemplentur, palpebras intingant, dentes instaurent, faciem medi centur, capillitium, duplici nomine alienum, vexent torqueantque ; tu interim, bonæ mentis Candidate, ad politissimum hoc κάτοπτρον teipsum exigas, corporis opes, animæ prærogativas, naturæ universæ dotem, in tabulas atque censum referas : pudeatque divinum animal, summi numinis, mundi universi, quodque illis proximum, sui ipsius contemplationi natum, ad brutorum studia et delectamenta descendere. Quin dignam natalibus sumas superbiam ; divitiis, honoribus, voluptatibus, corporisque illecebris quibuscunque insuper habitis, veritatem et virtutem ambias unice et consecteris. Tantum te in scientia profecisse credas, quantum in moribus fueris emendatior ; eo usque doctum, in quantum bonum, ita philosophum, ut Christianum. Parentes quidem nostri præpostera gula, priusquam vitæ arborem delibassent, scientiæ fructus devorantes, mortem sibi posterisque suis arcessivere ; nos vice versa scientiarum surculos vitæ arbori inserentes, non innocuas modo, sed et salutares dapes, imo æternitatem ipsam epulabimur.

Digitized by Google

JO. ALBERTUS FABRICIUS DE NEMESIO.

(Ex *Bibl. Græcæ* vol. VII, pag. 549 seqq.)

Nemesius (*a*) Emesenus in Phœnicia episcopus non confundendus cum Nemesio, qui antea a Christo alienus Cappadociæ præfectum egit, ad quem Gregorii Nazianzeni epistolæ 79, 183, 184, 185 et carmen LXI, tom. II, pag. 140, ubi eum tanquam legum peritum celebrat, atque, ut desinat idola colere, hortatur: tamen sub idem tempus (*b*), antequam adhuc Pelagii, Nestorii et Eutychis hæreses Ecclesiam turbarent, scripsisse videtur librum, qui exstat, certe insignem et præclarum *De natura hominis*, *Περὶ φύσεως ἀνθρώπου*. Nemesio eum episcopo Emeseno tribuunt codices plures mss., Anastasius item Nicænus *Quæstionibus in S. Scripturam*, et Moses Barcepha, cap. 20 libri *De paradiso*. Multa ex illo ad verbum, licet haud nominato, Julianus Pomerius, Joan. Damascenus, Elias Cretensis, Meletius monachus, Adamantius sive Adamantion in *Λόγῳ κεφαλαιώδει* ms. et Joan. grammaticus ad Aristot. *De anima*. Turrianus in scholiis ad Joan. Cyparissiotæ decad. v, cap. 9, citat Nemesium Adamantium lib. II *De homine*. Et sub Adamantii Nemesii nomine exstat ms. in bibl. Bodleiana cod. 82, Barocc. Gregorio Nysseno a nonnullis ascribi contigit, quod Nyssenus etiam librum hujus argumenti composuisset. Hinc vicissim Gregorius pro Nysseno quibusdam Emesenus. Feruntur etiam inter Nysseni scripta in editionibus antiquis libri octo *De philosophia*, quos post Burgundionem Pisanum (*c*), qui a. C. 1194 obiit, Latine interpretatus est Basileæ a. 1512 Beato Rhenano hortante Joannes Cono Norimbergensis. Neque hi octo libri tantummodo idem cum Nemesii scripto opus sunt, sed etiam λόγοι sive libelli duo *De animo*, quos cum Frederici Morelli versione exhibent Græco-Latinæ Nysseni editiones, nihil sunt aliud, quam cap. 2 et 3 libri Nemesiani. Quam peritus physices et anatomes fuerit Nemesius, satis hoc libro prodit, quo de usu bilis (*d*), de splene, renibus, glandulis, et de admiranda sanguinis periodo ac (*e*) circuitu, ea etiam tradit, in quibus veluti eximiis inventis placuerunt sibi recentium temporum ingenia.

Editiones Nemesii.

Latine, Georgio Valla interprete apud Seb. Gryphium 1538, 4. Ellebodio judice Valla οὐ μᾶλλον ἡρμήνευσεν ἢ συνέχεεν καὶ κατήσχυνε τὸν φιλόσοφον, καθ' ἑκάστην σχεδὸν *περίοδον* τῆς τοῦ Νεμεσίου διανοίας ἀποπίπτων.

Ex Nicasii Ellebodii Casletani meliore versione sæpius prodiit in *Bibliothecis Patrum*; ut in novissima Lugdunensi tom. VIII, pag. 619.

Græce primus edidit e duobus mss. et ad calcem voluminis Latinam versionem suam adjunxit Nicasius Ellebodius, Antverp. apud Christoph. Plantinum 1565, 8.

Inde Græce et Latine prodiit in *Auctario* Ducæano *Bibliothecæ Patrum* Paris. 1624, tom. II, pag. 466, et in *Bibliotheca Patrum* Morelliana, a. 1654, tom. XII, pag. 748.

Denique cum eadem Ellebodii versione, ad duos mss. castigatus et docta præfatione notisque auctior nitide recusus est Oxonii e theatro Scheldoniano 1671, 8, curante, ni fallor, Joan. Fello, Oxoniensi deinde episcopo. Confer Martini Kempii *Bibl. theologicam Anglor.* pag. 514. In notis illis Nemesius subinde defenditur ut pag. 42, adversus Pelagianismi, et pag. 20 Origeniani de animarum προϋπάρξει erroris criminationem. Joan. Launoius *De varia Aristotelis fortuna*, pag. 24: *Videtur Nemesius Origenianæ de animarum ortu sententiæ nonnihil favere. Quidquid id est, nævus in candidissimo pectore non multum deformitatis importat.*

Ex Nemesii Emeseni episcopi sermone *De providentia* vide quæ affert Anastasius Sinaita quæst. 18.

(*a*) Alii Nemesii duo vel tres, ad quos Isidori Pelusiotæ epistolæ. Nemesii etiam legum periti mentio apud Æneam Gazæum epistola 20. Fuit et Nemesius presbyter Alexandrinus, qui depositioni Arii subscripsit. Nemesius Ægyptius martyr, quem memorant Martyrologia 19 Nov. In Eusebii codicibus VI, 41, *Hist.*, pag. 240, est Nemesion.

(*b*) Confer eruditam præfationem editioni Nemesii Oxoniensi præmissam. Pamelium, qui ad Tertull., *De anima*, cap. 5, Nysseno hunc librum tribuere mavult, quo inclinare etiam videtur Mich. le Quien *ad Damascenum*, tom. I, pag. 196, refellit Theophilus Raynaudus erotematibus *De bonis et malis libris*, pag. 120. Vide et Hieron. Mercurialem IV, 4, Var. lect., Rob. Coci Censuram vet. scriptorum, pag. 150, Casp. Barthium *ad Claudian.*, pag. 859, et *ad Zach. Mytilenæum*, pag. 257, 270.

(*c*) De hoc Burgundione, qui Chrysostomi etiam nonnulla et Damascenum *De fide orthodoxa* Latine vertit, dixi infra pag. 647.

(*d*) Cap. 28, ἡ δὲ ξανθὴ χολή, etc. Adde, si placet, quæ ibi sequuntur.

(*e*) Cap. 24. Confer clariss. Almeloveenii inventa novantiqua § 28: unde patet minus æquum fuisse, ingeniosum licet, illum antiquæ ætatis detractorem, quo judice, antequam Guil. Harvei oriretur ingenium,

on ignorait jusqu'aux routes certaines
Du Mœandre vivant qui coule dans les veines.

Digitized by Google

ΝΕΜΕΣΙΟΥ [1], ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΜΕΣΗΣ,

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ.

NEMESII,

EPISCOPI EMESÆ,

DE NATURA HOMINIS.

CAP. I.

Hominem ex animo intelligente, et corpore, rectissime constructum esse, atque ita quidem recte, ut aliter fieri et cohærere non possit, multi iique boni viri existimarunt. Sed cum hoc habeat controversiam, quod intelligens animus dicatur, utrum intelligendi vis, ad animum, velut dispar quædam natura, ad disparem naturam accedens, intelligentem eum efficiat, an intelligentiam a seipso atque suapte natura habeat, atque, ut corporis oculus, ita hæc ejus pulcherrima pars sit : aliqui, in quibus est Plotinus, aliud esse animum, aliud intelligentiam statuentes, ex tribus hominem constare volunt, corpore, animo, intelligentia. Quos etiam Apolinarius secutus est, Laodiceæ episcopus; nam hoc opinionis suæ jacto fundamento, reliqua suo dogmati convenienter astruxit. Nonnulli non separarunt ab animo intelligentiam, sed in ea principatum esse

1-9 ΚΕΦ. Α.

Τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος ἄριστα κατεσκευάσθαι (2) καὶ οὕτω καλῶς, ὡς οὐκ ἐνεδέχετο ἄλλως (3) γενέσθαι καὶ συνεστάναι (4), πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἔδοξε. Τοῦ δὲ νοερὰν (5) λέγεσθαι τὴν ψυχὴν ἀμφιβολίαν ἔχοντος, πότερον (6) προσελθὼν ὁ νοῦς τῇ ψυχῇ, ὡς ἄλλος ἄλλῃ (7), νοερὰν αὐτὴν ἐποίησεν, ἢ τὸ νοερὸν ἀφ' ἑαυτῆς ἡ ψυχὴ καὶ φύσει κέκτηται, καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτῆς τὸ κάλλιστον μέρος, ὡς ὀφθαλμὸς ἐν σώματι (8)· τινὲς μὲν, ὧν ἐστι καὶ Πλωτῖνος, ἄλλην εἶναι τὴν ψυχὴν καὶ ἄλλον τὸν νοῦν δογματίσαντες, ἐκ τριῶν τὸν ἄνθρωπον συνεστάναι (9) βούλονται, σώματος, καὶ ψυχῆς, καὶ νοῦ. Οἷς ἠκολούθησε καὶ Ἀπολινάριος (10) ὁ τῆς Λαοδικείας γενόμενος ἐπίσκοπος. Τοῦτον γὰρ πηξάμενος (11) τὸν θεμέλιον τῆς ἰδίας δόξης (12), καὶ τὰ λοιπὰ προσῳκοδόμησε κατὰ τὸ οἰκεῖον δόγμα. Τινὲς δὲ οὐ διέστειλαν (13) ἀπὸ τῆς ψυ-

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(1) *Νεμεσίου περὶ φύσεως ἀνθρώπου.* Editio Ant. Νεμεσίου ἐπισκόπου Ἐμέσης περὶ φύσεως ἀνθρώπου. Ox. Ἀδαμαντίωνος τοῦ καὶ Νεμεσίου, ἐπισκόπου Ἐμέσης. Et : λόγος κεφαλαιώδης, Cod. unus Ox. Νεμεσίου ἐπισκόπου Ἐμέσης περὶ φύσεως ἀνθρώπου λόγος κεφαλαιώδης, A. 1. De codice A. 2 et 3 vide notitiam codicum. Νεμεσίου ἐπισκόπου περὶ φύσεως ἀνθρώπου λόγος κεφαλαιώδης, D. 1. Νεμεσίου Ἐμέσης περὶ εἱμαρμένης, (Nam hic habet sola capita de fato.) D. 2. D. Gregorii Nysseni episcopi philosophiæ libri octo, Joanne Conone Norimontano interprete. Liber primus de homine. Cap. 1. De homine, ex quibus sit compositus, tum de ordine et communione ad cæteras creaturas, Con. Nemesii philosophi clarissimi *De natura hominis* liber. Cap. 1. De anima et corpore, Vall. Nomen urbis est Ἔμισα et Ἔμεσα. Inde Ἐμισαῖος et Ἐμεσηνός. Vide Steph. de urbibus in Ἔμισα. Occurrit etiam Ἔμισσα. Sic est in epistola Libanii 766, in codice Mosquensi, ad quem locum vide Wolfium pag. 363.

(2) *Κατεσκευάσθαι.* Κατεσκευασμένον, M. 1, D. 1, A. 2, 3. *Definitum*, Vall. Etsi ita intelligi possit εἶναι, tamen lectio vulgata præferenda propter proximos infinitivos, qui particula καὶ junguntur. Mox, καὶ οὕτως καλῶς, D. 1. Sed hujusmodi postea neglexi. In pluribus autem aliis codd. reperi οὕτω; ante consonam.

(3) *Ἐνεδέχετο ἄλλως.* Ἐνεδέχετο καλῶς ἄλλως. Sed ἐνεδ. ex correctione primæ, ut videtur, manus. Antea, credo, fuerat ἐνδέχετο, D. 1. Ἐνδέχεται ἄλλως, M. 1, Οὐκ ἐνδέχετο (sic). A. 3. Additum καλῶς mihi non displicet. Sic infra pag. 65, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐνδέχοιτο καλῶς, et pag. 163, ὡς οὐχ οἷόν τε ἄλλως καλῶς ἔχειν, pag. 166, ὡς ἂν μόνως καλῶς ἔχοι.

(4) *Καὶ συνεστάναι.* Ἢ συνεστάναι, A. 1, 2. Καὶ συνεστάναι, D. 1. Malim ἤ. Est enim aliquid discriminis inter γενέσθαι et συνεστάναι.

(5) *Ἔδοξε. Τοῦ δὲ νοερὰν.* Ἔδοξεν. Ἐκ τοῦ δὲ νοερὰν, D. 1.

(6) *Ἔχοντος, πότερον.* Ἔτχον, πότερον, D. 1. Προσελθὼν, *subiens*, Vall.

(7) *Ὡς ἄλλος ἄλλῃ.* Ὡς ἄλλῳ ἄλλη, A. 2. Paulo post ἡ, ante ψυχή, abest, M. 1.

(8) *Ὀφθαλμὸς ἐν σώματι.* Ἐν abest, A. 2. Paulo post δογματίσωνται, loco δογματίσαντες, M. 1. Idem mox post τριῶν addit δέ.

(9) *Συνεστᾶναι.* Συνεστάναι, uti paulo ante. Idem.

(10) *Ἀπολλινάριος.* Ἀπολινάριος, D. 1, A. 1, 2. Atque ita alibi etiam in optimis codd. reperi. Mox. Λαοδικίας, A. 2.

(11) *Τοῦτον γὰρ πηξάμενος.* Πρότερον γὰρ πηξ., A. 1.

(12) *Τῆς οἰκείας δόξης.* Τῆς ἰδίας δόξης, D. 1, A. 2, M. 1. Idem utrumque valet. Sed ita bis est οἰκεῖος.

(13) *Διέστειλαν.* Διεστέλλοντο, A. 1, 2. Nemesius p. 21, ἵνα καὶ ἀπὸ τούτων διαστείλωσι τὸν ἄνθρω-

Digitized by Google

χῆς τὸν νοῦν· ἀλλὰ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἡγεμονικὸν εἶναι τὸ νοερὸν ἡγοῦνται. Ἀριστοτέλης δὲ τὸν μὲν δυνάμει νοῦν συγκατεσκευάσθαι (14) τῷ ἀνθρώπῳ, τὸν δὲ ἐνεργείᾳ θύραθεν ἡμῖν ἐπεισιέναι δοξάζει, οὐκ εἰς τὸ εἶναι καὶ τὴν ὕπαρξιν τοῦ ἀνθρώπου συντελοῦντα, ἀλλ' εἰς προκοπὴν τῆς τῶν φυσικῶν γνώσεως καὶ θεωρίας συμβαλλόμενον. **10** Κομιδῇ γοῦν ὀλίγους τῶν ἀνθρώπων, καὶ μόνους τοὺς φιλοσοφήσαντας, τὸν ἐνεργείᾳ νοῦν ἔχειν διαβεβαιοῦται (15). Πλάτων δὲ οὐ δοκεῖ λέγειν (16) τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸ συναμφότερον, ψυχὴν καὶ σῶμα, ἀλλὰ ψυχὴν σώματι τοιῷδε χρωμένην, ἀξιοπρεπέστερον (17) φανταζόμενος τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον (18), καὶ αὐτόθεν ἡμᾶς ἐπιστρέφων ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς (19) μόνης θειότητα (20) καὶ ἐπιμέλειαν, ἵνα τὴν ψυχὴν ἑαυτοὺς εἶναι (21) πιστεύοντες, τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ μόνα διώκωμεν (22), τὰς ἀρετὰς καὶ τὴν εὐσέβειαν, καὶ μὴ τὰς τοῦ σώματος ἐπιθυμίας ἀγαπήσωμεν (23), ὡς οὐκ οὔσας ἀνθρώπου, ᾗ ἄνθρωπος (24), ἀλλὰ ζώου μὲν προηγουμένως, ἀνθρώπου δὲ ἑπομένως, ἐπειδὴ καὶ ζῶον ὁ ἄνθρωπος.

A animæ opinantur. Aristoteles vero eam quidem intelligentiam, quæ potestate est, una cum homine fabricatam putat; sed eam, quæ actu est, extrinsecus se insinuare nobis, neque ad essentiam hominis, sed ad progressionem cognitionis et contemplationis rerum naturalium conferre. Nam paucos admodum homines, et eos solos, qui se philosophiæ dediderunt, intelligentiam actu habere confirmat. At Plato, quod in homine præstantissimum est, intuens, eoque nos ad unius animi divinitatem curamque convertens, non, quod ex corpore et animo junctum est, sed animum ipsum, tali corpore utentem, hominem esse dicit: scilicet, ut animum nos esse credentes, spretis et contemptis cupiditatibus corporis, utpote quæ hominis non sint, qua B homo est, sed primario loco animalis, secundario hominis (quoniam et animal homo est), sola animi bona, virtutes, et pietatem persequamur.

Καὶ ἄλλως δὲ (25) κυριωτέρα τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι καθωμολόγηται. Ὑπὸ ταύτης γὰρ (26), ὡς ὄργανον, κινεῖται τὸ σῶμα. Δηλοῖ δὲ ὁ θάνατος (27). Χωρισθείσης γὰρ τῆς ψυχῆς, ἀκίνητον μένει τὸ σῶμα παντελῶς καὶ ἀνενέργητον, ὡς, τεχνίτου χωρισθέντος, ἀκίνητα μένει τὰ ὄργανα. Γνώριμον δὲ, ὅτι καὶ τοῖς ἀψύχοις (28) κοινωνεῖ, καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ζώων μετέχει ζωῆς (29), καὶ τῆς τῶν λογικῶν μετείληφε νοήσεως. Κοινωνεῖ γὰρ (30) τοῖς μὲν ἀψύχοις κατὰ τὸ σῶμα καὶ τὴν ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων κρᾶσιν (31)· τοῖς δὲ φυτοῖς κατά τε ταῦτα καὶ τὴν θρεπτικὴν καὶ σπερματικὴν (32) δύναμιν· τοῖς δὲ ἀλόγοις καὶ ἐν τούτοις μὲν, ἐξ ἐπιμέτρου δὲ κατά τε (33) τὴν **11** καθ' ὁρμὴν κίνησιν καὶ

Neque tamen certe inter omnes non constat, animum corpore potiorem esse, cum ab hoc corpus, velut instrumentum, moveatur. Declarat hoc perspicue mors, siquidem, anima sejuncta, omnis motus et muneris expers corpus manet, non aliter atque, artifice remoto, nullo motu cieri possunt instrumenta. Jam vero illud nemo est qui ignoret, hominem et cum inanimis convenire, et bestiarum vitæ esse participem, et cum ratione præditorum mente quadantenus conjungi. Nam cum inanimis quidem convenit in corpore, et quatuor elementorum temperatione; cum stirpibus, et in his ipsis, et in altrice et procreatrice anima; cum rationis expertibus non solum in his omnibus, sed etiam in

VAR. LECT. ET ANIMADV.

πον· p. 49, διαστέλλουσι τὴν ἑκάστου φύσιν. Philo p. 100, C, πραγμάτων διαφορὰς διαστέλλειν.

(14) *Συγκατεσκευάσθαι.* Συγκατεσκευᾶσθαι, D. 1. Συγκατασκευάσθαι, A. 2. Paulo post τῶν φυσικῶν reddidit *naturarum* Con.

(15) *Διαβεβαιοῦται.* Διαβεβαιοῦνται, D. 1, A. 1. *Confirmentur*, Vall.

(16) *Οὐ λέγει.* Οὐ δοκεῖ λέγειν, D. 1, A. 1, 2. *Visus est dicere*, Vall.

(17) *Τὸ ἀξιοπρεπέστερον.* Τό abest, D. 1, A. 1, 2. Ἀξιοπρεπέστερον τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον, in marg. Ant. *Præstantiora*, Vall. Vide mox.

(18) *Τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον.* Τὰ κατὰ τὸν ἄνθρ., D. 1, A. 1, 2, 3.

(19) *Πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς.* Ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς. D. 1, A. 1, 2, 3, M. 1. Mox, μόνην, A. 2.

(20) *Θειότητα.* Non videtur esse hujus loci. Conjicio, οἰκειότητα, quod συνάφεια videtur postulare. Con. reddidit, *curam et sollicitudinem.* Forte ergo θεραπείαν legit. *Solius animæ divinitatem*, Vall. M. 1, exhibet θειοτάτην ἐπιμέλειαν.

(21) *Ἑαυτοὺς εἶναι.* Syllaba ους ex correct., D. 1.

(22) *Μόνα διώκωμεν.* Μόνα καταδιώκωμεν, M. 1; μόνα μεταδιώκωμεν, A. 1, 2. Post μόνα ab alio insertum τα. Haud dubie voluit μετα, D. 1. Μεταδιώκωμεν probandum videtur, etsi alterum idem exprimat.

(23) *Ἀγαπήσωμεν.* Ἀναπείσωμεν, M. 1.

(24) *Ἀνθρώπου, ᾗ ἄνθρωπος.* Ἀνθρώπου ἢ (id est ᾗ, nam iota subscriptum omittit) ἄνθρωπος, D. 1. Ἀνθρώπου ἢ ἄνθρωπον, A. 1, 2, 3. Hæc pessime corrupta et turbata apud Con. *Utpote quæ hominis aut hominem constituentia non sunt*, Vall. Mox δέ abest, A. 3.

(25) *Καὶ ἄλλως δέ.* Καὶ ἄλλω δε, vitiose, D. 1. Mox vitiose καθωμολογεῖται, M. 1.

(26) *Ὑπὸ ταύτης γάρ.* Ἀπό, loco ὑπό, D. 1, M. 1. Non male. Ita enim evidentius initium motus notatur.

(27) *Δηλοῖ δὲ ὁ θάνατος.* In marg. ab alia manu additum, D. 1. Mox μένει Vall. reddidit *jacet*, et altero loco *jacent*.

(28) *Καὶ τοῖς ἀψύχοις.* V. Joan. p. 179, D.

(29) *Ἀλόγων μετέχει ζωῆς.* Ἀλόγων ζώων μετέχει ζωῆς, D. 1, A. 1, 2, 3. *Animalibus* habet etiam Con. *Animantibus*, Vall. Paulo ante post κοινωνεῖ videtur excidisse, καὶ τοῖς φυτοῖς. Mox enim separatim notat ἄψυχα et φυτά.

(30) *Κοινωνεῖ γάρ.* Κοινωνεῖ μὲν γάρ. Sed μέν punctis notatum, A. 2.

(31) *Στοιχείων κρᾶσιν.* Sic, sed ex correct. κράσιν, D. 1.

(32) *Καὶ σπερματικήν.* Καὶ τὴν σπερματικήν, A. 1, 2. Θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν καὶ σπερματικὴν ἡγοῦν γεννητικὴν δύναμιν, Joan. p. 180.

(33) *Ἐπιμέτρου δὲ κατά τε.* Ἐπιμέτρου δέ· κατά τε, D. 1; γε, loco τε, M. 1; ἐξ ἐπιμέτρου, id est, πολὺ πλέον, μᾶλλον. Post ἐπιμέτρου δέ pergit Joan. p. 180, ita: κατὰ τὴν ὄρεξιν, ἡγοῦν θυμὸν

Digitized by Google

motu interiore, in appetitu, in ira, denique in sentiendi spirandique facultate; hæc enim omnia communia sunt hominum et rationis expertium, etsi non omnia omnium. Mente porro et ratione cum corporis expertibus et intelligentibus naturis conjungitur, cum ratiocinetur et intelligat et judicet omnia, et cum cæteras virtutes sequatur, tum pietatem, in qua virtutum omnium summa est, amplexetur. Quapropter velut in confinio est sensum moventis, et quæ mente comprehenditur, naturæ, quod (ut jam explicatum est) corpore et corporis facultatibus ad cætera animalia et inanima, ratione ad corpore vacantes substantias accedat. Nam hujus pulcherrimæ fabricæ opifex et sator videtur sensim dispares invicem naturas aptasse, ut unum essent omnia et inter se cognatione quadam tenerentur.

Ex quo maxime unum esse, qui universitatem rerum procreaverit, ostenditur. Non enim solum junxit singulatim individua, sed etiam omnia, quæ ubique sunt, apte inter se composuit. Sicut enim in unoquoque animali, quæ sensu carent, os, adipem, pilos et alia ejusdem generis, cum iis quæ sensum habent, nervis, carnibus et similibus conjunxit, et ex his utrisque animal conflavit, neque conflavit solum, sed etiam unum effecit: sic in reliquis rebus, cujuscunque sint speciei, fecit, easque naturæ cum similitudine, tum discrepantia, pedetentim procedente, inter se construxit, ut neque multum, quæ prorsus sunt inanima, a stirpibus, quæ nutrientem habent animam, dissideant; neque rursus hæ a bestiis et reliquis animantibus, quæ anima sentiente instructa sunt; neque porro bestiæ ab intelligentibus naturis plane dejungantur, nullo-que cum eis fœdere et insito naturalique vinculo colligentur. Lapis enim a lapide differt vi quadam, sed magnes lapis a natura et vi cæterorum lapidum discessisse videtur, cum ferrum ad se perspicue trahat et contineat, idque velut alendi sui causa facere videatur; neque id in uno ferro efficiat, sed

κατὰ τὴν ὄρεξιν καὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν αἰσθητικὴν καὶ ἀναπνευστικὴν δύναμιν· ταῦτα γὰρ ἅπαντα (34) κοινὰ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐστὶν, εἰ καὶ μὴ πᾶσι πάντα. Συνάπτεται δὲ διὰ τοῦ λογικοῦ (35) ταῖς ἀσωμάτοις καὶ νοεραῖς φύσεσι, λογιζόμενος καὶ νοῶν καὶ κρίνων ἕκαστα, καὶ τὰς ἀρετὰς μεταδιώκων, καὶ τῶν ἀρετῶν τὸν κολοφῶνα τὴν εὐσέβειαν ἀσπαζόμενος. Δι' ὃ καὶ (36) ὥσπερ ἐν μεθορίοις ἐστὶ νοητῆς καὶ αἰσθητῆς (37) οὐσίας, συναπτόμενος κατὰ μὲν τὸ σῶμα (38) καὶ τὰς σωματικὰς δυνάμεις τοῖς ἀλόγοις ζώοις τε καὶ τοῖς ἀψύχοις (39), κατὰ δὲ τὸ λογικὸν ταῖς ἀσωμάτοις οὐσίαις, ὡς εἴρηται πρότερον. Ὁ γὰρ Δημιουργὸς ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον (40) ἔοικεν ἐπισυνάπτειν ἀλλήλαις τὰς διαφόρους φύσεις, ὥστε μίαν εἶναι καὶ συγγενῆ τὴν πᾶσαν κτίσιν.

Ἐξ οὗ μάλιστα δείκνυται εἷς ὢν ὁ πάντων τῶν ὄντων Δημιουργός. Οὐ γὰρ μόνον ἥνωσε τὴν ὕπαρξιν τῶν κατὰ μέρος ἀτόμων, ἀλλὰ καὶ ἕκαστα πρὸς ἄλληλα συνήρμοσεν οἰκείως. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἑκάστῳ τῶν ζώων ἥνωσε τὰ ἀναίσθητα τοῖς αἰσθητικοῖς (41), ὀστοῦν καὶ πιμελὴν καὶ τρίχας καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀναίσθητα (42) τοῖς αἰσθητικοῖς νεύροις [καὶ σαρξὶ καὶ τοῖς ὁμοίοις (43)], καὶ ἐποίησεν ἐξ ἀναισθήτων καὶ αἰσθητικῶν συγκείμενον τὸ ζῶον (44), καὶ οὐ μόνον συγκείμενον, ἀλλὰ καὶ ἓν ὂν ἀπέδειξεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλης κατ' εἶδος κτίσεως πεποίηκε, συνάπτων ἀλλήλοις (45) τῇ κατ' ὀλίγον οἰκειότητι καὶ παραλλαγῇ τῆς φύσεως, ὡς μὴ κατὰ πολὺ διεστάναι τὰ πάντη ἄψυχα τῶν 12 ἐχόντων φυτῶν τὴν θρεπτικὴν δύναμιν, μηδ' αὖ ταῦτα τῶν ἀλόγων καὶ αἰσθητικῶν ζώων, μήτε μὴν τὰ ἄλογα τῶν λογικῶν ἀπηλλοτριῶσθαι πάντη καὶ ἀσύμβατα (46) καὶ ἄνευ δεσμοῦ τινος εἶναι συμφυοῦς καὶ φυσικοῦ. Διαλλάττει μὲν γὰρ καὶ λίθος (47) λίθου δυνάμει τινὶ, ἀλλ' ἡ μαγνῆτις λίθος ἐξεληλυθέναι δοκεῖ τὴν τῶν ἄλλων λίθων (48) φύσιν τε καὶ δύναμιν, ἐν τῷ προφανῶς ἕλκειν πρὸς ἑαυτὴν καὶ κατέχειν τὸν σίδηρον, ὥσπερ τροφὴν αὐτὸν ποιήσασθαι βουλομένη, καὶ μὴ μόνον (49) ἐφ' ἑνὸς σιδή-

VAR. LECT. ET ANIMADV.

καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν, καὶ κατὰ τὴν καθ' ὁρμὴν κίνησιν. Vall. καθ' ὁρμὴν κίνησιν reddidit, *motu, impulsu.*

(34) *Ταῦτα γὰρ ἅπαντα.* T. γ. πάντα, D. 1. Paulo post συνάπτεσθαι, M. 1.

(35) *Διὰ τοῦ λογικοῦ.* Διὰ μὲν τοῦ λογικοῦ, D. 1. Ἀσωμάτους φύσεις, ut alii, appellat angelos. Laudat hæc Joan. p. 180.

(36) *Δι' ὃ καί.* Διὸ καί, D. 1, A. 3. Καί, post ὥσπερ, habet M. 1.

(37) *Ἐστὶν αἰσθητῆς καὶ νοερᾶς.* Ἐστὶ νοητῆς καὶ αἰσθητῆς, D. 1, A. 1, 2, Con. Post αἰσθητῆς addit, καὶ αἰσθητικῆς, M. 1, A. 3. Interpres haud dubie voluit, *sensum habentis*, loco *moventis.*

(38) *Κατὰ τὸ σῶμα.* Κατὰ μὲν τὸ σῶμα, D. 1, A. 1, 2, 3, M. 1. *Corpore quidem*, Vall.

(39) *Τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ τοῖς ἀψύχοις.* Τοῖς ἀλόγοις ζώοις τε καὶ ἀψύχοις, D. 1, A. 2. Ita saltem τοῖς, ante ἀψύχοις, addendum. Atque ita habet M. 1, A. 3. Distingui etiam possit, τοῖς ἄλλοις ζώοις τε καὶ ἀψύχοις. Sic A. 2. *Rationis expertibus*, Con. *Aliis animantibus*, Vall.

(40) *Ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον*, id est paulatim, gradatim. Con. ita: *conditor enim Deus decenter.* Ac si legerit, Θεὸς ἐκ τοῦ κατὰ λόγον. Male! *Rerum omnium creator Deus*, Vall.

(41) *Ἀναίσθητα τοῖς αἰσθητικοῖς.* Ἀν. τοῖς αἰσθητοῖς, A. 3.

(42) *Καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀναίσθητα.* Omittit D. 1. Paulo ante ὀστᾶ, *ossa*, Con., Vall. Ὀστοῦν ἔτι καί, M. 1.

(43) *Καὶ σαρξὶ καὶ τοῖς ὁμοίοις.* Omittit D. 1, A. 1, 2, Con., Vall.

(44) *Συγκείμενον τὸ ζῶον.* Τό abest, D. 1.

(45) *Συνάπτων ἀλλήλοις.* Συνάπτων ἄλληλα, D. 1, A. 1, 2, 3, M. 1. Forte scripserat, ἄλληλα ἀλλήλοις, aut, ἄλλα ἄλλοις. *Inter ipsa invicem*, Vall. Mox διεστάναι, uti supra συνεστάναι. Deinde πάντα, loco πάντη, M. 1. Mox malim ἐχόντων φυτῶν ponere post δύναμιν. Paulo post, τὰ ἄλλα ἄλογα, M. 1.

(46) *Ἀσύμβατα.* Disjuncta, quasi dicas, *disconvenientia.*

(47) *Γὰρ λίθος.* Γὰρ καὶ λίθος, D. 1, A. 2, Vall Mox, μαγνῆτις, D. 1, ex correct., antea ἡ.

(48) *Ἄλλων λίθων.* Λίθων abest, A. 2. Mox, *occulte*, Con. Ergo ἀφανῶς, loco προφανῶς.

(49) *Καὶ μὴ μόνον.* Aut ex superioribus repetendum ἐν τῷ, aut corrigendum ποιεῖ et κατέχει, ut Con. reddidit. Mox, ἄλλου δι' ἄλλου, A. 3.

Digitized by Google

ρου τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἄλλον δι' ἄλλου κατέχειν τῷ μεταδιδόναι τοῖς ἐχομένοις πᾶσι τῆς δυνάμεως ἑαυτῆς (50).

Κατέχει γοῦν καὶ ὁ σίδηρος σίδηρον, ὅταν ὑπὸ τῆς μαγνήτιδος ἔχηται (51). Εἶτα πάλιν ἐξῆς ἀπὸ τῶν φυτῶν ἐπὶ τὰ ζῶα μετιὼν, οὐκ ἀθρόως ἐπὶ τὴν μεταβατικὴν (52) καὶ αἰσθητικὴν ὥρμησε φύσιν· ἀλλ' ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἐπὶ ταύτην ἐμμελῶς (53) προῆλθε (54). Τὰς γὰρ πίννας καὶ τὰς ἀκαλύφας (55) ὥσπερ αἰσθητικὰ δένδρα κατεσκεύασεν (56). Ἐρρίζωσε μὲν γὰρ αὐτὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ δίκην φυτῶν, καὶ ὥσπερ ξύλα τὰ ὄστρακα περιέθηκε καὶ ἔστησεν ὥσπερ φυτά (57). Αἴσθησιν δὲ αὐταῖς ἐνέθηκε (58) τὴν ἁπτικὴν, τὴν κοινὴν πάντων ζώων αἴσθησιν, ὡς κοινωνεῖν τοῖς μὲν φυτοῖς κατὰ τὸ ἐρρίζῶσθαι καὶ ἑστάναι (59), τοῖς δὲ ζώοις κατὰ τὴν ἁφὴν (60) [καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι]. Τὸν γοῦν σπόγγον, καίτοι προσπεφυκότα ταῖς πέτραις καὶ συστέλλεσθαι καὶ ἀνοίγεσθαι ἢ μᾶλλον ἐκτείνεσθαι (61) [καὶ ἀμύνεσθαι], ὅταν προσιόντος αἴσθηταί τινος, Ἀριστοτέλης ἱστόρησε (62). Διὸ τὰ τοιαῦτα πάντα, ζωόφυτα καλεῖν **13** ἔθος ἔχουσιν οἱ παλαιοὶ τῶν σοφῶν (63). Πάλιν δὲ ταῖς πίνναις καὶ τοῖς τοιούτοις συνῆψε τὴν τῶν μεταβατικῶν μὲν ζώων γένεσιν, μακρὰν δὲ προελθεῖν μὴ δυναμένων, ἀλλ' αὐτόθεν αὐτοῦ που (64) κινουμένων. Τοιαῦτα δέ ἐστι τὰ πλεῖστα τῶν ὀστρακοδέρμων καὶ τὰ καλούμενα γῆς ἔντερα (65). Εἶθ' οὕτω κατὰ μέρος προστιθεὶς τοῖς μὲν αἰσθήσεις (66) πλείους, τοῖς δὲ τὸ μεταβατικὸν ἐπιπλεῖστον, εἰς τὰ τελειότερα (67) τῶν ἀλόγων ζώων κατήντησε. Λέγω δὲ τελειότερα τὰ πάσας ἔχοντα τὰς (68) αἰσθήσεις καὶ προϊέναι μακρὰν δυνάμενα. Πάλιν δὲ μεταβαίνων ἀπὸ τῶν ἀλόγων ἐπὶ τὸ

etiam aliud per aliud cohibeat, quod omnibus sibi adhærescentibus vim suam impertiat.

Itaque etiam ferrum tenetur a ferro, cum ipsum a magnete continetur. Deinceps ædificator mundi D us a stirpibus ad animalia transiens, non protinus ad gradiendi sentiendique vim devenit sed gradatim eo et concinne progressus est. Pinnas enim et urticas marinas velut sentientes arbores effecit, quoniam eas in mari, instar stirpium, suis radicibus defixit, et testis, quasi lignis, circumdedit, et non secus, ac si stirpes essent, immobiles jussit consistere : tangendi tamen sensum iis largitus est, qui communis est omnium animalium, ut eum stirpibus, hoc ipso, quod fixæ et stabiles sunt, B cum animalibus, ob tangendi sensum, societate teneantur. Nam spongiam, etsi ad saxa inhæret, et contrahi, et aperiri, aut potius dilatari, cum senserit aliquid accedere, ab Aristotele est traditum. Quocirca hæc omnia eruditi, juncto ex animali et stirpibus nomine, ζωόφυτα nuncupant. Porro autem ad pinnas et id genus alia adjunxit ea quæ commeant quidem de uno loco in alium, at longe procedere nequeunt, sed circa unum eumdemque locum volutantur. Hujus generis sunt pleraque, quibus testa pro tegmine est, et quæ terræ intestina nominantur. Atque ita paulatim, aliis plures sensus, aliis vim progrediendi longius, tribuens, ad bestias perfectiores pervenit : dico autem perfectiores, quæ omnes habent sensus, et longe possunt procedere. C Inde a bestiis ad animal rationis compos, hoc est, hominem, progrediens, non continuo eum genuit,

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(50) *Τῆς δυνάμεως ἑαυτῆς.* Τῆς δυν. αὐτῆς, D. 1. In versione Latina correxi *impertiat*, loco *impetrat*.

(51) *Ὑπὸ — ἔχηται.* Ἔχεσθαι ὑπό τινος, teneri re aliqua ; ἔχεσθαί τινος, pendere ex re aliqua.

(52) *Μεταβατικήν.* Μεταβατικόν, quod habet facultatem progrediendi et mutandi loci. Sic Philo p. 168, memorat φυτὰ μεταβατικῶς κινητά et μεταβατικῇ κινήσει χρώμενα.

(53) *Ἐμμελῶς ἐπὶ ταύτην.* Ἐπὶ ταύτην ἐμμελῶς, D. 1, A. 1, 2, 3. *Ad hanc ordinateque*, Con. *Et* interposuit etiam Ellebodius. *Ad ipsam concinne perrenit*, Vall.

(54) *Προῆλθε.* Διῆλθε, A. 2.

(55) *Τὰς ἀκαλύφας.* Τὰς ἀκαλύφους, A. 1. Τὰς ἀκαλίφους, A. 2. Τὰς ἀκαλίφας, A. 3. Alibi scribitur ἀκαλήφη. V. Aristot. *Hist. animal.* IV, 6 ; Alciphron p. 10, 11.

(56) *Παρεσκεύασεν.* Κατεσκεύασεν, D. 1, A. 1, 2, M. 1. Sic mox p. 13, 15. *Comparavit.*, Vall. Κατασκεύασεν, A. 3.

(57) *Ὥσπερ φυτά.* Ὡς φυτά, D. 1, A. 1, 2, M. 1. Et in margine : Τὰ ζωόφυτα λέγει, D. 1 ; ἔθησεν (sic) ὡς φυτά, A. 3.

(58) *Αὐτοῖς ἐνέθηκε.* Αὐταῖς ἐνέδωκε, A. 1, 2. Αὐταῖς habet etiam A. 3. Sic antea est αὐτάς, id est, πίννας ἀκαλύφας. *Dedit*, Vall. Ἐνέστηκε, loco ἐνέθηκε, M. 1.

(59) *Καὶ ἑστάναι.* Omittit D. 1, Vall.

(60) *Κατὰ τὴν ἁφήν.* D. 1, addit : καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι. Non agnoscit Con. Nec Vall.

(61) *Ἀνοίγεσθαι ἢ μᾶλλον ἐκτείνεσθαι.* Horum loco solum ἀμύνεσθαι habet D. 1, A. 1, 2. Aristot. *Hist. animal.* V, 16, habet διοίγειν et συνάγειν. Forte tamen in Vulgata lectione addendum est in fine, καὶ ἀμύνεσθαι. *Ut contrahat se et defendat, cum læsionem aliquam senserit*, Con. Intellexit autem ex superioribus κατεσκεύασε, *produxit*, et ante Ἀριστοτέλης inculcavit : *Ejusmodi autem de his.* Vall. habet solum, *contrahi ac obluctari*, quo expressit τὸ ἀμύνεσθαι.

(62) *Ἱστόρησε.* Ἤνωσεν ἐν τῇ ἱστορίᾳ, M. 1.

(63) *Οἱ σοφοί.* Οἱ παλαιοὶ τῶν σοφῶν, D. 1, A. 1, 2, et in marg. Ant. *Veterum sapientissimi*, Con. *Veterum sapientum*, Vall. Mox, τὴν τῶν μεταβατικῶν δὲ ζώων, A. 2. Τῶν, loco τόν, quod vitiosum est. D habent etiam reliqui. Mox, γέννεσιν, A. 3. In versione loco *usurpant*, correxi *nuncupant*. Istud tamen editor Oxoniensis retinuit. Mox etiam *pinnas*, loco *primas* dedi.

(64) *Αὐτόθεν αὐτοῦ που.* Hinc illinc, hinc alicubi in vicino, id est, exiguo intervallo. Opponitur enim μακράν *procul*.

(65) *Τῆς γῆς ἔντερα.* Τῆς abest, D. 1. A. 1, 2, 3. Aristot. *De gener. animal.* III, 11 : Τὰ δὲ καλούμενα γῆς ἔντερα σκώληκος ἔχει φύσιν. Mox, εἶθ' οὕτω κατά, D. 1. *Ostraceas et* osseas *cutes possidentia.* Deinde : *intestina, id est, vermes*, Con.

(66) *Τοῖς μὲν αἰσθήσεις.* Τοῖς μὲν τὰς αἰσθήσεις, A. 2.

(67) *Τελειώτερα.* Τελειότερα, D. 1, M. 1, A. 3. Sic et mox. Ita alibi etiam variant mss. ut Hebr. IX, 11.

(68) *Ἔχοντα τας.* Τάς abest, M. 1.

Digitized by Google

sed prius etiam cæteris animantibus naturalem quamdam prudentiam et artificium et calliditatem, incolumitatis ipsorum causa, dedit, ut propinqua viderentur ratione utentibus animalibus. Ac tum demum illud animal, quod vere rationis esset particeps, hominem procreavit. Eamdem progressionis rationem in sonis vocum, si quis quærat, inveniet, ex simplici scilicet et uniusmodi equorum et boum voce minutatim ad variam et differentem corvorum et imitatricium avium vocem esse deductos, quoad explanato et perfecto sunt hominum sermone terminati. Explanatam autem et distinctam vocem ex cogitatione et ratione aptam esse voluit, quod eam, ut animi sensus interpretaretur, effinxit.

A λογικὸν ζῶον, τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ τοῦτο ἀθρόως (69) κατεσκεύασεν, ἀλλὰ πρότερον καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις φυσικάς τινας συνέσεις καὶ μηχανὰς καὶ πανουργίας πρὸς σωτηρίαν ἐνέθηκεν, ὡς ἐγγὺς λογικῶν αὐτὰ φαίνεσθαι, καὶ οὕτω τὸ ἀληθῶς λογικὸν (70) ζῶον τὸν ἄνθρωπον προεβάλετο (71). Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς φωνῆς [κατὰ μέρος] ζητῶν εὑρήσεις (72), ἐξ ἁπλῆς καὶ μονοειδοῦς (73) τῆς ἵππων καὶ βοῶν ἐκφωνήσεως κατὰ μέρος εἰς ποικίλην καὶ διάφορον παραχθεῖσαν (74) τὴν τῶν κοράκων (75) καὶ μιμηλῶν ὀρνέων φωνὴν, ἕως εἰς τὴν ἔναρθρον καὶ τελείαν τὴν ἀνθρώπου (76) κατέληξε· πάλιν τε τὴν ἔναρθρον διάλεκτον ἐξῆψε τῆς διανοίας καὶ τοῦ λογισμοῦ, ἐξάγγελον ποιήσας αὐτὴν τῶν κατὰ νοῦν κινημάτων (77)

Ita omnia omnibus concinne aptavit et colligavit, et per hominis procreationem ea quæ intelligentia comprehenduntur et quæ sensu accipiuntur, in unum contraxit atque conjunxit. Quare recte Moyses, mundi ædificationem exponens, ultimo dixit hominem esse factum, non solum, quod, cum omnia propter ipsum essent condita, oportebat primum, quæ ad usum illius pertinebant, parata esse, deinde cum, qui eis usurus esset, produci; sed etiam, quoniam, cum et quæ ratione, et quæ cernendi sensu natura percipitur, facta esset, oportebat esse quoddam vinculum utriusque, ut unum esset hoc universum sibique consentiens, nec a seipso alienum. Proinde homo genitus est, animal, quod utramque naturam conjungeret. Ac sapientia quidem ejus, qui hunc orbem molitus est, Dei, ut brevissime exponi potuit, hæc est. Itaque homo inter utriusque naturæ, utentis ratione et expertis, fines interjectus, si corporis voluptatibus delinitus eas præoptaverit, bestiarum vitam amplectetur, et in illis numerabitur, et terrenus, ut loquitur Paulus [1], vocabitur, audietque illud : *Terra es, et in*

B Καὶ οὕτω πᾶσι πάντα μουσικῶς συνήρμοσε καὶ συνέδησε καὶ εἰς ἓν συνήγαγε τά τε νοητὰ καὶ τὰ ὁρατὰ διὰ μέσου τῆς (78) 14 τῶν ἀνθρώπων γενέσεως. Διὸ καὶ καλῶς ὁ Μωϋσῆς (79), τὴν δημιουργίαν ἐκτιθέμενος, τελευταῖον ἔφησε τὸν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, οὐ μόνον ὅτι, πάντων δι' αὐτὸν γενομένων (80), ἀκόλουθον ἦν, πρῶτον τὰ πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ παρασκευασθῆναι, καὶ οὕτως αὐτὸν τὸν χρησόμενον παραχθῆναι, ἀλλ' ὅτι, νοητῆς (81) γενομένης οὐσίας καὶ πάλιν ὁρατῆς, ἔδει γενέσθαι τινὰ καὶ σύνδεσμον ἀμφοτέρων, ἵνα ἓν ᾖ τὸ πᾶν καὶ συμπαθὲς ἑαυτῷ, καὶ μὴ ἀλλότριον αὐτὸ ἑαυτοῦ. Ἐγένετο οὖν τὸ συνδέον ἀμφοτέρας τὰς φύσεις ζῶον, ὁ ἄνθρωπος. Τὰ μὲν οὖν τῆς σοφίας (82) τοῦ Δημιουργοῦ, συντόμως C εἰπεῖν, τοιαῦτα. Ἐν μεθορίοις οὖν τῆς ἀλόγου καὶ λογικῆς φύσεως ὁ ἄνθρωπος ταχθείς, ἐὰν μὲν ἐπὶ τὸ σῶμα ῥέψῃ καὶ τὰ τοῦ σώματος πλέον ἀγαπήσῃ, τὸν τῶν ἀλόγων ἀσπάζεται (83) βίον, καὶ τούτοις συναριθμηθήσεται (84) καὶ χοϊκὸς κληθήσεται, κατὰ Παῦλον, καὶ ἀκούσεται· *Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*· καὶ, *Παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς* (85). Ἐὰν δὲ ἐπὶ τὸ λογικὸν

[1] I Cor. xv, 47.

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(69) *Οὐδὲ τοῦτο ἀθρόως.* Οὔτε τοῦτο ἀθρόως, D. 1. Ἀθρόως, *sine ordine quodam*, Con.

(70) *Τὸ ἀληθὲς λογικόν.* Τὸ ἀληθῶς λογικόν, D. 1, A. 1, 2, 3, M. 1.

(71) *Προεβάλετο.* Προεβάλλετο, A. 1, 3.

(72) *Φωνῆς ζητῶν εὑρήσεις.* Φωνῆς κατὰ μέρος εὑρήσεις ζητῶν, D. 1; κατὰ μέρος non agnoscit Con.

(73) *Μονοειδοῦς.* Ὁμοειδοῦς, D. 1. *Uniformi*, Con., Vall. Paulo post τῆς, ante διανοίας, correxit etiam Ox. Nam τοῖς est error manifestus.

(74) *Παραχθεῖσαν* conjungendum cum εὑρήσεις. Mox dubito de vocabulo κοράκων. Quis enim corvis tribuat φωνὴν ποικίλην καὶ διάφορον? Propter μιμηλῶν conjici possit ᾠδικῶν. ὨΙδικοὶ ὄρνιθες, *aves cantatrices*, sæpe memorantur. Μιμηλοί sunt *imitatrices*.

(75) Loco κοράκων mihi etiam in mentem veniebat κωτίλων. Basilius M. homil. VII *in Hexaem.*, t. I, p. 75, de avibus ita habet : Οἱ μὲν γὰρ κωτίλοι καὶ λάλοι, τῶν ὀρνίθων εἰσίν. Ibidem etiam ᾠδικοί et μιμηλοί memorantur. Paulo post ἐξάγγελος est *nuncius, index, interpres*., Vall. *Avium corvorum ac luscinarum*.

(76) *Τὴν ἀνθρώπου.* Τοῦ ἀνθρώπου, A. 3.

(77) *Κινημάτων.* Κυμάτων, M. 1. Idem paulo post τε, ante νοητά, omittit. Sic et A. 3.

(78) *Διὰ μέσης τῆς.* Διὰ μέσου τῆς, A. 2. Hoc perplacet, id est, interveniente, seu, *mediante*, ut dicunt. Aliud est διὰ μέσου τινός, quod opponitur τῷ ἀμέσως· aliud est, διὰ μέσης v. c. ὁδοῦ, *per mediam viam*. In codicibus recentioribus, quod notum est, ultimæ syllabæ terminatio frequenter in his negligitur. D

(79) *Μωϋσῆς.* Μωσῆς, A. 1. Mox τελευταῖον, *perfectum*, Vall.

(80) *Πάντων δι' αὐτὸν γενομένων.* Πάντων τῶν δι' αὐτὸν γινομένων, D. 1.

(81) *Νοητῆς.* Angelos intelligit. Mox τινὰ δὲ σύνδεσμον, M. 1.

(82) *Τῆς σοφίας.* Τὰς συφίας, A. 2. Idem mox vitiose, τοῖς ἀλόγοις καὶ λογικῆς. *Rationalis et irrationalis*, Vall.

(83) Ἀσπάζεται. *Sequetur*, Vall. Ergo ἀσπάσεται. Male!

(84) *Συναριθμήσεται.* Συναριθμηθήσεται, D. 1, A. 1, 2, M. 1, Ox. Mox correxi vitiosum ἀπελεύσει. Vall. id reddidit, *dissolveris*.

(85) *Καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.* Desunt, D. 1. Forte additum ex ps. XLVIII, 20. Cæterum non alienum est. *Comparabitur atque assimilabitur*, Vall.

Digitized by Google

χωρήσῃ, καταφρονήσας τῶν σωματικῶν πασῶν ἡδονῶν, τὴν θείαν τε καὶ θεοφιλεστάτην (86) ζωὴν μετέρχεται (87) καὶ τὴν ὡς ἀνθρώπου (88) προηγουμένως, καὶ ἔσται, οἷος ὁ ἐπουράνιος (89), κατὰ τὸ εἰρημένον, *Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί, καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι.* Τῆς δὲ λογικῆς φύσεως τὸ κεφάλαιόν (90) ἐστι φεύγειν μὲν καὶ (91) ἀποστρέφεσθαι τὰ κακὰ, μετιέναι δὲ καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλά (92). Τῶν δὲ καλῶν τὰ μέν ἐστι κατὰ κοινωνίαν ψυχῆς καὶ σώματος, ἐχόντων καὶ τούτων ἐπὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἀναφοράν, οἷον ψυχῆς προσχρωμένης σώματι, ὡς αἱ ἀρεταί· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν μόνης (93), μὴ προσδεομένης σώματος, ὡς ἡ εὐσέβεια καὶ ἡ τῶν ὄντων (94) θεωρία. Ὅσοι τοίνυν τὸν ἀνθρώπου (95) βίον, ὡς ἀνθρώπου (96), ζῆν προαιροῦνται, καὶ μὴ ὡς ζώου μόνου (97), τὰς ἀρετὰς μετέρχονται καὶ τὴν εὐσέβειαν. Τίνα δέ ἐστι τὰ τῶν ἀρετῶν καὶ τίνα τῆς εὐσεβείας, ἐν τοῖς ἑξῆς διακριθήσεται, ὅταν τὸν περὶ τῆς ψυχῆς (98) καὶ τοῦ σώματος ἀποδῶμεν (99) λόγον.

Οὐδέπω γὰρ ἐγνωσμένου, τί ποτε ἡμῶν ἐστιν ἡ ψυχὴ κατ' οὐσίαν, οὐκ ἔστιν ἀκόλουθον περὶ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς διαλαμβάνειν (1). Ἑβραῖοι δὲ (2) τὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀρχῆς οὔτε θνητὸν ὁμολογουμένως, οὔτε ἀθάνατον γεγενῆσθαί φασιν· ἀλλ' ἐν μεθορίοις ἑκατέρας φύσεως, ἵνα ἂν μὲν τοῖς σωματικοῖς ἀκολουθήσῃ (3) πάθεσι, περιπέσῃ καὶ ταῖς σωματικαῖς μεταβολαῖς· ἂν δὲ τὰ τῆς ψυχῆς (4) προτιμήσῃ καλὰ, τῆς ἀθανασίας ἀξιωθῇ. Εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν θνητὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, οὐκ ἂν ἁμαρτόντα (5) θανάτῳ κατεδίκασε· τοῦ γὰρ θνητοῦ θνητότητα οὐδεὶς καταδικάζει· εἰ δ' αὖ πάλιν ἀθάνατον, οὐδ' ἂν τροφῆς αὐτὸν (6) ἐνδεᾶ κατεσκεύασεν· οὐδὲν γὰρ τῶν ἀθανάτων τροφῆς σωματικῆς δεῖται· οὐδ' ἂν οὕτω ῥᾳδίως μετενόησε, καὶ τὸν γενόμενον ἀθάνατον θνητὸν εὐθέως ἐποίησεν (7)· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἁμαρτησάντων ἀγγέλων τοῦτο φαίνεται πεποιηκὼς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν ἀθάνατοι διέμειναν, ἄλλην τῶν

A *terram reverteris* [2]; et: *Comparatus est cum jumentis insipientibus, et illorum similis est effectus* [3]: sin despectis et pro nihilo ductis omnibus voluptatibus corporis, rationi paruerit, divinam et Deo acceptissimam, eamque, quæ ad hominem præcipue pertineat, vitam sequitur, et erit velut cœlestis, ut Litteris sanctis est proditum [4]: *Qualis terrenus, tales terreni; qualis cœlestis, tales cœlestes.* Est autem naturæ, ratione utentis, hoc caput: fugere et aversari quæ mala sunt; sequi et expetere contraria. Bonorum porro alia in animi et corporis societate cernuntur (nam et hæc ad animum, velut utentem corpore, referuntur), ut virtutes; alia animi ipsius per se, nec egentis corpore, sunt propria, ut pietas in Deum et rerum cognitio. Itaque, qui hominis,
B qua homo est, non animal tantum, vitam volunt degere, virtutes et religionem colunt. Quæ autem ad virtutes et religionem pertineant, postea perspicietur, cum de anima et corpore disseruerimus.

Cum enim nondum sit cognitum, quænam vis sit et essentia animi nostri, non convenit de usu ejus agere et munere. Hebræi hominem ab initio, neque plane mortalem, neque plane immortalem genitum esse aiunt, sed veluti in confinio cadentis et sempiternæ naturæ esse positum, sic ut, si corporis affectionibus se dederet, sub corporis mutationes subjiceretur; sin animi bona anteponeret, ad immortalitatem traduceretur. Nam si hominem a primo ortu Deus mortalem procreasset, profecto non,
C postquam se peccato obstrinxerat, mortis eum condemnasset. Nam mortalem quidem quis mortalitatis condemnat? Contra, si immortalem, neque alimenti egentem fecisset; nihil enim, quod immortale est, corporeum alimentum desiderat; neque ita facile pœnitentia ductus eum, qui creatus esset immortalis, continuo mortalem effecisset. Nequa enim in angelis, qui peccarunt, hoc fecit, sed ut

[2] Gen. III, 19. [3] Psal. LXVIII, 13. [4] I Cor. XV, 48.

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(86) *Μακαριωτάτην.* Θεοφιλεστάτην, M. 1, D. 1, A. 1, 2, 3. Utrumque probum. Sed hoc postulant codd. *Deo amabilem*, Con. *Deo dilectissimam*, Vall.

(87) *Μετέρχεται.* Μετέρχηται, D. 1. Sed antea etiam est ἀσπάζεται.

(88) *Τὴν ὡς ἀνθρώπου.* Τὴν ὡς ἄνθρωπον, A. 1, 2.

(89) *Οἷος ὁ ἐπουράνιος.* Hoc priori loco omittit Con.; τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι, ut paulo post, addit A. 1.

(90) *Τὸ κεφάλαιον.* Κεφαλή, M. 1.

(91) *Ἐστι τὸ φεύγειν καί.* Ἔστι φεύγειν μὲν καί, D. 1, M. 1, A. 1, 2, 3. *Quidem*, Vall.

(92) *Αἱρεῖσθαι τὰ καλά.* Μετέρχεσθαι τὰ καλά, D. 1, et in marg. ab alia manu: περὶ καλῶν. Probo αἱρεῖσθαι. Nam μετιέναι et μετέρχεσθαι prorsus non differunt. *Eligere* habet etiam Con. *Deligere*, Vall.

(93) *Καθ' ἑαυτὴν μόνης.* Καθ' ἑαυτὴν μόνην, A. 1, 2.

(94) *Τῶν ὄντων. Supramundanarum rerum*, Con.

(95) *Τὸν ἀνθρώπου.* Τὸν τοῦ ἀνθρώπου, D. 1.

(96) *Ὡς ἀνθρώπου.* In marg. ab alia manu additum, D. 1; ὡς ἄνθρωπον, A. 2.

(97) *Ζώου μόνον.* Ζώου μόνου, D. 1, A. 1, 2, 3.

(98) *Τὸν περὶ τῆς ψυχῆς.* Τῆς abest, D. 1.

(99) *Ἀποδῶμεν.* Ἀποδώσωμεν, A. 2. *Cum eum, qui de anima et corpore est, dicemus sermonem*, Con.

(1) *Διαλαμβάνειν.* Διαλαβεῖν, D. 1.

(2) *Ἑβραῖοι δέ.* Hic incipit libri I cap. 2, cum indice: An mortalis vel immortalis sit conditus et de ejus cibo, et cur nudus sit creatus, et cur homo homine opus habeat, Con. Mox, ὁμολογούμενον, M. 1.

(3) *Ἀκολουθήσῃ.* Συνακολουθήσῃ, A. 2. Paulo ante, ἵνα ἐάν, A. 3.

(4) *Ἐὰν δὲ τὰ τῆς ψυχῆς.* Ἄν, loco ἐάν, D. 1, A. 1, 2.

(5) *Ἁμαρτόντα.* Ἁμαρτῶντα (sic), D. 1.

(6) *Οὐδ' ἂν τροφῆς αὐτόν.* Οὐκ ἂν πάλιν τροφῆς αὐτόν, D. 1. Ita πάλιν bis occurrit. Paulo ante οὖν, loco αὖ, M. 1, et hic, οὐδέν, loco οὐδ'.

(7) *Εὐθέως ἐποίησεν.* Εὐθέως ἐποίει, D. 1, A. 1, 2, 3. Istud magis respondet τῷ μετενόησε. Mox omittit ἐπί A. 3.

Digitized by Google

ab initio natura immortales sunt creati, ita manserunt, neque peccatorum suorum pœnam mortem, sed aliud supplicii genus exspectant. Quare vel hæc probanda sententia est, vel dicendum, mortalem quidem factum esse hominem, sed qui ad perfectionem procedere ac immortalitatem tandem consequi posset; quod hanc habet sententiam, potestate hominem esse immortalem procreatum. Quoniam vero non conducebat illi, ante partam perfectionem, nosse naturam suam, ligno illi cognitionis interdixit. Erant enim, et vero sunt etiam nunc, vires in his, quæ e terra oriuntur, maximæ; verum tunc, ut in exordio mundi, cum puræ et incorruptæ essent, erant efficacissimæ. Erat igitur fructus quidam, qui delibatus illi naturæ suæ cognitionem afferret. Nolebat autem Deus ipsum, antequam perfectus et absolutus esset, nosse naturam suam, ne, ubi multa sibi deesse cognosset, animi curam sui cultuique corporis posthaberet. Hanc ob causam, ne cognitionis lignum attingeret, prohibuit. Verum, ubi non obtemperasset, seque ipse cognovisset, et a perfectione remotus est, et, quæ ad corpus usui essent, desideravit. Itaque statim, quo se tegeret, quæsivit. Ait enim Moyses, illum se esse nudum cognovisse. Prius enim apud se non erat, et in sui ipsius ignoratione versabatur. Cum igitur a perfectione esset rejectus, item ab immortalitate depulsus est: quæ tamen postea Dei beneficio recipietur. Post hunc casum concessum est, ut carnibus vesceretur, cum prius solis iis quæ e terra nascerentur, contentum esse jussisset. Ea enim in paradiso erant. At, desperata perfectione, de cætero, ut quibus vellet frueretur, indulsit.

Cum autem ex corpore homo constet, omne porro corpus ex quatuor elementis conflatum sit necesse est, quæ affectiones elementis conveniunt, easdem in hominem cadere, sectionem, commutationem, fluxum, quæ sunt solius corporis. Ac commutatio

A ἡμαρτημένων (8) ἀπεκδεχόμενοι δίκην, **16** ἀλλ' οὐ τὸν θάνατον. Βέλτιον οὖν ἦ τοῦτον τὸν τρόπον νοεῖν (9) τὸ προκείμενον, ἦ ὅτι θνητὸς μὲν κατεσκευάσθη (10), δυνάμενος δὲ, ἐκ προκοπῆς τελειούμενος, ἀθάνατος γενέσθαι, τουτέστι, δυνάμει ἀθάνατος. Ἐπειδὴ δὲ οὐ συνέφερεν αὐτῷ (11) πρὸ τῆς τελειώσεως γνῶναι τὴν φύσιν ἑαυτοῦ (12), ἀπηγόρευσεν αὐτῷ μὴ γεύσασθαι (13) τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως. Ἦσαν γὰρ, μᾶλλον δέ εἰσιν ἔτι καὶ νῦν δυνάμεις ἐν τοῖς φυτοῖς μέγισται· τότε δὲ, ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, ἀκραιφνεῖς οὖσαι, ἰσχυροτάτην εἶχον τὴν ἐνέργειαν. Ἦν οὖν καὶ ἀπόγευσίς τινος καρποῦ, γνῶσιν ἐμποιοῦσα τῆς οἰκείας φύσεως. Οὐκ ἠβούλετο (14) δὲ αὐτὸν ὁ Θεὸς πρὸ τῆς τελειώσεως γνῶναι τὴν οἰκείαν φύσιν, ἵνα μὴ, γνοὺς ἑαυτὸν ἐνδεᾶ πολλῶν ὄντα, τῆς

B σωματικῆς ἐπιμεληθῇ χρείας, καταλιπὼν τὴν τῆς ψυχῆς πρόνοιαν. Καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐκώλυσεν αὐτὸν μεταλαβεῖν (15) τοῦ καρποῦ τῆς γνώσεως. Παρακούσας δὲ καὶ γνοὺς ἑαυτὸν, τῆς μὲν τελειώσεως ἐξέπεσε, τῆς δὲ σωματικῆς χρείας ἐγένετο. Σκέπασμα γοῦν εὐθέως ἐπεζήτει (16). Φησὶ γὰρ ὁ Μωϋσῆς, ὅτι γυμνὸς ὢν ἔγνω (17). Πρότερον δὲ ἐν ἐκστάσει αὐτὸν ἐποίησε καὶ ἐν ἀγνωσίᾳ ἑαυτοῦ (18). Ἐκπεσὼν οὖν (19) τῆς τελειώσεως, ἐξέπεσεν ὁμοίως (20) καὶ τῆς ἀθανασίας, ἣν ὕστερον ἀναλήψεται χάριτι τοῦ ποιήσαντος αὐτόν. Μετὰ δὲ τὴν ἔκπτωσιν καὶ ἡ τῶν κρεῶν ἀπόλαυσις αὐτῷ συνεχωρήθη (21). Πρότερον μὲν γὰρ (22) τοῖς ἀπὸ τῆς γῆς (23) μόνοις ἐκέλευσεν αὐτὸν ἄρχεῖσθαι· ταῦτα γὰρ ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ·

C ἀπεγνωσμένης δὲ τῆς τελειώσεως, τῇ συγκαταβάσει **17** λοιπὸν (24) συνεχωρήθη τὰ τῆς ἀπολαύσεως.

Ἐπειδὴ δὲ ἐκ σώματός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, πᾶν δὲ σῶμα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συνέστηκεν, ἀνάγκη τούτοις τοῖς (25) πάθεσι περιπίπτειν αὐτὸν, οἷς καὶ τὰ στοιχεῖα, τομῇ καὶ μεταβολῇ καὶ ῥεύσει, ἅπερ ἐστὶ μόνου τοῦ σώματος· μεταβολῇ μὲν (26), τῇ κατὰ

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(8) *Ἡμαρτημενων.* Αμαρτησάντων, M. 1.

(9) *Τοῦτον τὸν τρόπον νοεῖν.* Nimirum, ὅτι ἐν μεθορίοις ἑκατέρας φύσεως γεγένηται. Ἦ, ante τοῦτον, non agnoscit Con. Habet Vall.

(10) *Κατεσκεύαστο.* Κατεσκευάσθη, D. 1, A. 1, 2, in marg. Ant. Κατεσκεύασται, A. 3.

(11) *Συνέφερεν αὐτῷ.* Συνέφ. ἑαυτῷ, M. 1, A. 3.

(12) *Τὴν φύσιν ἑαυτοῦ.* Τὴν φύσιν αὐτοῦ, D 1, Moses Barcepha t. 1, p. 39 c, magnæ *Bibliothecæ Patrum* edit. Paris. 1644, laudat quidem Numysium philosophum Christianum, sed ea, quæ ibi recitat, nec hic, nec alibi apud Nemesium leguntur.

(13) *Ἀπηγόρευσεν αὐτῷ μὴ γεύσασθαι.* Αὐτῷ omittunt A. 1, 2, Vall. Μὴ omittit D. 1. Μὴ post ἀπαγορεύω modo additur, modo omittitur, sensu eodem. Ælian. *Var. Hist.* 14, 31, ἀπηγόρευσέ μοι — λόγον δέξασθαι. Demosth. pag. 1371, ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι — μὴ εἰσιέναι. Loco γεύσασθαι habet γενέσθαι, M. 1.

(14) *Οὐκ ἠβούλετο.* Οὐκ ἐβούλετο, D. 1, A. 1, 2.

(15) *Μεταλαμβάνειν.* Μεταλαβεῖν, D. 1, A. 1, 2, 3, M. 1, Sic supra διαλαβεῖν, loco διαλαμβάνειν, p. 15.

(16) *Ἐπεζήτει.* Ἐπεζήτησε, A. 1, 2. *Exquisivit*, Vall.

(17) *Γυμνὸς ὢν ἔγνω.* Γυμνός ἐστιν ἔγνω, A. 1, 2. Mox πρῶτον, loco πρότερον, M. 1.

(18) *Καὶ ἐν ἀγνωσίᾳ ἑαυτοῦ. Et in sui cognitionem convertit*, Vall.

D (19) *Ἐκπεσὼν οὖν.* Γάρ, loco οὖν, D. 1.

(20) *Ἐξέπεσεν ὁμοίως.* Ὁμοίως abest, D. 1. Mox μετὰ δὲ τὴν ἔκπτωσιν omittit Vall. Καί, ante ἡ τῶν κρεῶν, abest A. 3. Obiter noto, in eo exemplo editionis Antverpiensis, quod Mayus ad me misit, legi κρεῖον, loco κρεῶν, quod est in meo exemplo. Ergo quædam exempla inter imprimendum sunt correcta. Id tamen rarissime factum est.

(21) *Αὐτῷ συνεχωρήθη.* Αὐτῷ deest, A. 1, 2.

(22) *Πρότερον μὲν γάρ.* Μέν omittit D. 1.

(23) *Ἀπὸ τῆς γῆς.* Ἀπὸ τῆς γῆς, A, 1, 2. M. 1. Paulo post deest ἐν ante τῷ, M. 1.

(24) *Τῇ συγκαταβάσει λοιπόν.* Κατὰ βασίλειον. Sic. Mira varietas, D. 1. Τῇ συγκαταβάσει est *ex indulgentia Dei.*

(25) *Ἀνάγκη τούτοις τοῖς.* Ἀνάγκη τούτους τοῖς, A. 1. Et mox, αὐτὸν περιπίπτειν. Idem. *In easdem passiones*, Con.

(26) *Μεταβολῇ μέν.* Καὶ μεταβ. μέν, A. 3.

Digitized by Google

ποιότητα· ῥεύσει δὲ, τῇ κατὰ κένωσιν (27). Κενοῦται γὰρ ἀεὶ τὸ ζῶον διά τε τῶν προδήλων πόρων καὶ τῶν ἀδήλων (28), περὶ ὧν ὕστερον ἐροῦμεν. Ἀνάγκη οὖν, ἢ τοῖς κενουμένοις (29) ἀντεισφέρεσθαι τὰ ἴσα, ἢ διαλύεσθαι τὸ ζῶον ἐνδείᾳ τῶν ἐπεισιόντων. Ξηρῶν δὲ ὄντων καὶ ὑγρῶν καὶ πνεύματος τῶν κενουμένων (30), ἀνάγκη καὶ ξηρᾶς καὶ ὑγρᾶς τροφῆς δεῖσθαι (31) τὸ ζῶον καὶ πνεύματος. Ἔστι δὲ ἡμῖν ἡ τροφὴ καὶ τὸ ποτὸν διὰ τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν καὶ συνέστημεν (32). Ἕκαστον γὰρ τῷ μὲν οἰκείῳ καὶ ὁμοίῳ τρέφεται, τῷ δὲ ἐναντίῳ θεραπεύεται (33). Τῶν δὲ στοιχείων τὰ μὲν προσεχῶς (34) τε ἅμα, τὰ δὲ καὶ διὰ μέσου (35) τινῶν προσφερόμεθα, ὡς ὕδωρ ποτὲ μὲν καθ' ἑαυτὸ (36), ποτὲ δὲ καὶ διὰ μέσου τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ἐλαίου καὶ πάντων τῶν καλουμένων ὑγρῶν καρπῶν (37). Οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν οἶνος (38), ἢ ὕδωρ ὑπ' ἀμπέλου (39) πεποιωμένον· ὁμοίως δὲ καὶ πυρὸς μεταλαμβάνομεν, ποτὲ μὲν προσεχῶς ὑπ' αὐτοῦ θαλπόμενοι, ποτὲ δὲ διὰ μέσου ὧν ἐσθίομεν ἢ πίνομεν (40). Ἐν πᾶσι γὰρ ἢ πλείων ἢ ἐλάττων μοῖρα τοῦ πυρὸς ἐγκατέσπαρται. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοῦ ἀέρος· προσεχῶς μὲν ἀναπνέοντες καὶ περικεχυμένον (41) ἡμῖν ἔχοντες, καὶ ἐν τῷ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕλκοντες· **18** διὰ μέσου δὲ τῶν ἄλλων πάντων (42), ὧν προσφερόμεθα. Τὴν δὲ γῆν προσεχῶς μὲν ἡμεῖς οὐδαμῶς, διὰ μέσου δέ τινων (43). Γῇ μὲν γὰρ σῖτος γίνεται· σῖτον δὲ ἡμεῖς ἐσθίομεν. Κόρυδοι (44) μὲν γὰρ καὶ περιστεραὶ πολλάκις καὶ πέρδικες τὴν γῆν σιτοῦνται (45)· ἄνθρωπος δὲ, διὰ μέσου τῶν σπερμάτων, καὶ τῶν ἀκροδρύων, καὶ τῶν σαρκῶν (46). Ἐπειδὴ δὲ οὐ μόνον δι' εὐπρέπειαν, ἀλλὰ καὶ δι' εὐαισθησίαν τὴν κατὰ τὴν ἁφὴν, ᾗ μάλιστα πλεονεκτεῖ πάντα (47) τὰ ζῶα

quidem in qualitate, fluxus in exinanitione perspicitur. Exhauritur enim semper animal, cum per aperta, tum per occulta foramina, qui pori dicuntur, de quibus posterius dicemus. Necesse igitur est, paria iis quæ exhauriuntur, summitti, aut morte dissolvi animal, inopia eorum quæ sufficiantur. Quoniam autem sicca sunt et humida, et spiritus, quæ exhauriuntur, necesse est, et sicco et humido cibo indigeat animal, et spiritu. Cibus autem et potus per elementa nobis comparantur, ex quibus etiam concreti sumus. Alitur enim unumquodque naturæ suæ accommodato et simili, curatur contrario. Elementorum vero alia proxime, alia, aliis quibusdam naturis intercedentibus, assumimus, ut aquam aliquando per se, aliquando per vinum, oleum, et omnia, quæ humidi fructus appellantur. Nihil enim aliud est vinum, quam aqua e vite certa quadam qualitate affecta. Similiter igne utimur, aliquando proxime, dum ab eo calefimus, aliquando per ea quæ edimus, vel bibimus. In omnibus enim, vel magna, vel parva ignis pars inspersa est. De aere idem sentiendum est. Nam proxime quidem eo fruimur, quod respiramus, quod circumfusum nobis habemus, quod in comedendo et bibendo ducimus, per alias vero naturas omnes, quibus alimur. Terra autem per se nos quidem nullo modo, sed semper, aliis quibusdam interpositis, vescimur. Terra enim frumentum fit, frumentum autem nobis cibus est. Galeritæ enim, et columbæ, sæpe etiam perdices, terram edunt. At homo, per semina, arborum baccas, carnes. Sed quoniam, non solum propter decentiam, sed etiam propter tangendi sensus excellentiam, quo maxime omnibus

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(27) *Τῇ κατὰ κένωσιν.* Τῇ κενώσει, D. 1. Post κένωσιν de suo quædam, ut videtur, explicandi causa addidit Con. Mox ἀεὶ omittit Vall.

(28) *Καὶ διὰ τῶν ἀδήλων.* Διά abest, D. 1, A. 1, 2.

(29) *Ἢ τοῖς κενουμένοις.* Τοὺς κενουμένους, A. 1, 2. Ἢ abest, Vall. Mox, τὰ ἴσα, D. 1.

(30) *Καὶ πνεύματος τῶν κενουμένων.* Καὶ πνευμάτων τῶν κενουμένων, D. 1. *Spiritibus*, Con. Κενουμένων vitiose, A. 3.

(31) *Προσδεῖσθαι τροφῆς.* Τροφῆς δεῖσθαι, D. 1, A. 1, 2, 3. Δεῖσθαι habet etiam M. 1.

(32) *Ἐξ ὧν καὶ συνέστημεν.* Ἐξ ὧν καὶ συνεστήκαμεν, D. 1, quod eodem redit. Ἐξ ὧν καὶ συνετέθημεν, A. 1, 2. Συνέσταμεν habet M. 1. Idem paulo post θεραπεύεσθαι.

(33) *Τρέφεται... θεραπεύεται.* Veluti, ὑγρὰ ὑγροῖς τρέφεται, ὑγρὰ ξηροῖς θεραπεύεται.

(34) *Προσεχῶς.* Ex opposito τοῦ διὰ μέσου apparet, προσεχῶς hoc loco esse idem, quod ἀμέσως. Reddi possit, solide, pure, nulla alia re mistum et temperatum, seu contigue, ut ita dicam, et proxime. Compara infra pag. 21, 63, ubi ipse explicat ἀμέσως. In versione loco *partim proxime, partim*, dedi, *alia proxime, alia.*

(35) *Τὰ δὲ καὶ διὰ μέσων.* Τὰ δέ omittit, et μέσου, loco μέσων, habet D. 1, μέσου et hic præfero. Τὰ δέ servat etiam Vall, Con. *Et simul*, quod habet Con. et, *ac simul*, quod habet Vall., omisit Ellebodius. Hic locus autem ita videtur esse : Τῶν δὲ στοιχείων τὰ μὲν (aquam, ignem, aerem) προσεχῶς τε ἅμα καὶ διὰ μέσου τινῶν· τὸ δὲ (terram) διὰ μέσου τινῶν μόνον προσφερόμεθα. Hoc enim mox per partes docet. M. 1 habet προσφερόμενα.

(36) *Καθ' ἑαυτό.* Καθαυτό, D. 1.

(37) *Ὑγρῶν καρπῶν.* Quod *fructus humidi*, ut mala, cucumeres, etc., aquam continent.

(38) *Ἕτερόν ἐστιν οἶνος.* Ἕτερον οἰνός ἐστιν, A. 1, 2.

(39) *Ἐξ ἀμπέλου.* Ὑπ' ἀμπέλου, D. 1, A. 2, et in marg. Ant. *Aqua ex vite* facta, Con. Aqua per vitem et palmites in acinos diffusa, Vall.

(40) *Διὰ μέσων ὧν ἐσθίομεν ἢ πίνομεν.* Μέσου, loco μέσον, D. 1; καί, loco ἤ, A. 1. Mox, μοῖρα, D. 1, et κατέσπαρται, M. 1, A. 3.

(41) *Καὶ περικεχυμένον.* Καί omittit Con. et mox reliqua, omisso δέ, conjungit. Καί istud reddit *aut*, seu ἤ, Vall. Sic et proximum καί reddit. Mox etiam ante διά addit *aut*.

(42) *Διὰ μέσων δὲ τῶν ἄλλων πάντων.* Διὰ μέσου δὲ τῶν πάντων ἄλλων. Sed ἄλλων πάντων revocata sunt in sua loca per litteras α, β, D. 1. Πάντως, loco πάντων, M. 1, A. 3.

(43) *Διὰ μέσων δέ τινων.* Μέσου, loco μέσων, D. 1.

(44) *Κόρυδοι.* Appellatur etiam κορυδαλός, κορυδαλλός et κορυδαλλίς. Latine *galerita, cassita, alauda*. Aristot. *Hist. animal.* IX, 25, VI, 1; Theocrit. *Idyl.* VII, 23, 141, X, 50.

(45) *Τὴν γῆν σιτοῦνται.* Τήν abest, D. 1. Abesse potest.

(46) *Καὶ τῶν σαρκῶν.* Τῶν abest, A. 1, 2.

(47) *Ἧ μάλιστα πλεονεκτεῖ πάντα.* Ἧ μάλιστα, A. 1.

Digitized by Google

animalibus homo præstat, neque corio nos obduxit, ut boves et cætera, quæ crassa cute vestita sunt; neque pilis magnis et densis, ut capras, oves, lepores; neque cortice, ut serpentes, et pisces; neque testa molliore, ut carabos; neque pennis, ut aves: necessario vestitu opus habuimus, qui cum iis, quæ cæteris animantibus tribuit, compensaretur.

Atque hæ quidem causæ sunt, cur alimento et amictu nobis opus sit. Tectum vero, cum iisdem de causis, ob quas et vestitu et victu indiguimus, tum maxime ad fugiendum ferarum impetum opus est. Medicos autem et curationem, propter malas temperationes qualitatum, et dissolutionem continuationis corporis, requirimus. Mutatio autem cum in qualitate fiat, necesse est, per contrariam qualitatem ad aptam compositionem humorum constitutionem corporis redigere. Non enim, ut opinantur quidam, medicis propositum est, corpus concalefactum refrigerare, sed ad bonam temperationem traducere. Si enim refrigerarent, in contrarium morbum habitus corporis verteretur. Quare concluditur, homini cibo et potione opus esse, propter exinanitiones et discussiones; vestitu, quoniam a natura nullo valido amictu munitus est; domo, propter malas temperationes aeris et feras; curatione, ob mutationes qualitatum, et sensum, qui corpori ingeneratus est. Si enim sensus nobis non adesset, neque doleremus, neque curationis indigeremus; si autem non doleremus, utique periremus, neque in ignoratione mali morbum curaremus. Jam vero propter artes et scientias, et utilitates, quæ ab his manant, indigemus alter alterius opera, et idcirco unum in locum multi convenimus, et ad vitæ usus res inter nos, rationesque contrahimus.

ὁ ἄνθρωπος, οὐ περιέθηκεν ἡμῖν, οὔτε δέρμα παχὺ ὡς τοῖς βουσὶ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς παχυδέρμοις, οὔτε τρίχας μεγάλας καὶ πυκνὰς, ὡς ταῖς αἰξὶ (48) καὶ τοῖς προβάτοις καὶ λαγωοῖς, οὔτε φολίδας, ὡς τοῖς ὄφεσι καὶ τοῖς ἰχθύσι (49), οὔτε ὄστρακα, ὡς ταῖς χελώναις καὶ τοῖς ὀστρέοις, οὔτε ἀπαλόστρακα (50), ὡς τοῖς καράβοις (51), οὔτε πτέρυγας, ὡς τοῖς ὀρνέοις· ἀναγκαίως ἐσθῆτος ἐδεήθημεν, τῆς ἀναπληρούσης ἐν ἡμῖν, ὅπερ ἡ φύσις τοῖς ἄλλοις (52) ἐδωρήσατο.

Διὰ ταῦτα μὲν οὖν τροφῆς καὶ ἐσθῆτος δεόμεθα· οἰκήσεως δὲ (53), καὶ διὰ ταῦτα μὲν, δι' ἃ καὶ τροφῆς καὶ ἐσθῆτος (54) ἐδεήθημεν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὰς τῶν θηρίων ἀποφυγάς (55) διὰ δὲ τὰς δυσκρασίας τῶν ποιοτήτων καὶ τὴν λύσιν τῆς συνεχείας τοῦ σώματος (56), ἰατρῶν καὶ θεραπείας ἐν χρείᾳ κατέστημεν· τῆς δὲ μεταβολῆς κατὰ ποιότητα γινομένης, ἀνάγκη διὰ τῆς ἀντικειμένης ποιότητος εἰς τὸ σύμμετρον ἀγαγεῖν τὴν κατάστασιν τοῦ σώματος. Οὐ γὰρ, ὡς οἴονταί τινες, τὸ θερμανθὲν σῶμα καταψύξαι πρόκειται τοῖς ἰατροῖς, ἀλλ' εἰς τὸ εὔκρατον μεταστῆσαι (57). **19** Εἰ γὰρ καταψύξειαν, εἰς τὴν ἐναντίαν περιίσταται νόσον (58) ἡ διάθεσις. Χρεία τοίνυν ἀνθρώπῳ τροφῆς μὲν καὶ ποτοῦ, διὰ τὰς κενώσεις καὶ διαφορήσεις· ἐσθῆτος δὲ, διὰ τὴ μηδεμίαν ἔχειν ἐκ φύσεως ἰσχυρὰν περιβολήν· οἴκου δὲ, διά τε τὰς δυσκρασίας (59) τοῦ περιέχοντος καὶ διὰ τὰ θηρία· θεραπείας δὲ, διὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ποιοτήτων καὶ τὴν αἴσθησιν τὴν ἐνδοθεῖσαν (60) τῷ σώματι. Εἰ γὰρ μὴ προσῆν ἡμῖν αἴσθησις (61), οὔτ' ἂν ἠλγοῦμεν, οὔτ' ἂν θεραπείας ἐδεήθημεν μὴ ἀλγοῦντες, καὶ διεφθάρημεν (62) ἄν, ἐν ἀγνωσίᾳ τοῦ κακοῦ (63) τὸ πάθος οὐκ ἰώμενοι. Διὰ δὲ τὰς τέχνας καὶ ἐπιστήμας καὶ τὰς ἀπὸ τούτων χρείας, ἀλλήλων δεόμεθα. Διὰ δὲ τὸ (64) δεῖσθαι ἀλλήλων, εἰς ταυτὸ πολλοὶ συνελθόντες, κοινωνοῦμεν ἀλλήλοις κατὰ τὰς τοῦ βίου χρείας (65) ἐν τοῖς συναλλάγμα-

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(48) *Ταῖς αἰξί.* Abest M. 1, ταῖς αἰξὶ καὶ omittit A. 3.

(49) *Καὶ τοῖς ἰχθύσιν.* Καὶ τοῖς ἰχθῦσιν, D. 1.

(50) *Ἀπαλόστρακα.* Ἀπαλόσαρκα, A. 1. 2. *Tenerum carnem*, Vall. Aristot. *Hist. animal.* IV, 2: Τῶν δὲ μαλακοστράκων ἓν μέν ἐστι τὸ γένος τὸ τῶν καράβων. Erotianus in glossis Hippocrat. p. 46: Τοῖς ὀστρακοδέρμοις, οἷον καράβοις, καρκίνοις, κήρυξι. Con. qui interdum Græca verba retinet, hæc ita reddidit: *Neque* (nos circumdedit) *mollibus ostracis, ut cancros et* ἀλεπιδώτους. Conjicere ergo aliquis possit, οὔτε λεπίδας, ὡς τοῖς λεπιδωτοῖς. Λεπιδωτοί sunt pisces squamosi. Est et species piscis. Herodot. II, 72.

(51) *Ὡς τοῖς καράβοις. Ὡς ταῖς καράβοις*, D. 1.

(52) *Τοῖς ἄλλοις. Cæteris animalibus*, Vall.

(53) *Οἰκήσεως δέ.* Ante οἰκήσεως insertum καί, A. 2.

(54) *Ἐσθῆτος καὶ τροφῆς.* Τροφῆς καὶ ἐσθῆτος, D. 1, A. 2, Vall. Ab δι' ἃ ad ἐδεήθημεν omittit Con.

(55) *Τῶν θηρίων ἀποφυγάς.* Τῶν θηρῶν ἀποφυγάς, D. 1. *Ut impetum ferarum possimus effugere.*

(56) *Τῆς συνεχείας τοῦ σώματος.* Con., *Contemperati corporis.* Ac si legerit, τοῦ συγκεχυμένου σώματος. Συνέχειαν, id est σύσφιγξιν, συνοχήν. *Compositionis*, Vall. Mox idem loco δέ habet γάρ.

(57) *Θερμανθὲν... μεταστῆσαι.* Θερμαθὲν... καταστῆσαι, A. 3.

(58) *Περίσταται νόσον.* Περιστᾷ νόσον, A. 1, 2. *Perducetur*, Vall. Equidem conjiciebam, περίστατο ἄν, aut περίσταιτο ἂν νόσον.

(59) *Διά τε τὰς δυσκρασίας.* Τε abest, D. 1. Τὸ περιέχον modo *aerem*, modo *cælum* notat, quæ vocabula interdum etiam adduntur. *Circumfusi aeris*, Vall.

(60) *Τὴν ἐνδοθεῖσαν.* Forte, τὴν ἐντεθεῖσαν. Sensum autem h. l. dicit eum, quo dolores ex affectis corporis membris percipimus.

(61) *Ἦμῖν ἡ αἴσθησις.* Ἡ abest, D. 1, A. 1, 2, 3. Articulus hoc quidem loco abesse et adesse potest.

(62) *Ἐδεήθημεν· μὴ ἀλγοῦντες δὲ διεφθάρημεν.* Ἐδεήθημεν μὴ ἀλγοῦντες, καὶ διεφθάρημεν, D. 1, 2, 3. Ita quoque Vall. videtur legisse.

(63) *Τοῦ κακοῦ*, h. e. τῆς νόσου. Mox deest οὐκ, M. 1, A. 3.

(64) *Χρείας, ἀλλήλων δεόμεθα· διὰ δὲ τό.* Χρείας ἀλλήλων ἐδεήθημεν καὶ δεόμεθα· διὰ δὲ τό, D. 1. Ἀλλήλων abest, Con.

(65) *Τὰς τοῦ βίου χρείας.* Ita D. 1, A. 2. Sed, τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας, A. 1, et marg. Ant. Συναλλάγματα sunt omnis generis commercia, quæ inter-

Digitized by Google

σιν, ἥντινα σύνοδον καὶ συνοικίαν (66) πόλιν ὠνομάσαμεν (67), ἵνα ἐγγύθεν, καὶ μὴ πόρρωθεν, τὰς παρ' ἀλλήλων ὠφελείας (68) καρπώμεθα. Φύσει γὰρ συναγελαστικὸν (69) καὶ πολιτικὸν ζῶον γέγονεν ὁ ἄνθρωπος (70). Εἷς γὰρ οὐδεὶς αὐτάρκης ἑαυτῷ πρὸς ἅπαντα.

Δῆλον οὖν, ὡς αἱ πόλεις διὰ τὰ συναλλάγματα καὶ τὰ μαθήματα συνέστησαν. Δύο δὲ τούτων (71) πρεσβείων ὁ ἄνθρωπος ἐξαιρέτων (72) ἔτυχε. Καὶ γὰρ μόνος οὗτος συγγνώμης τυγχάνει μετανοῶν, καὶ τὸ σῶμα τούτου μόνου θνητὸν ὂν ἀπαθανατίζεται, καὶ τοῦ μὲν σωματικοῦ, διὰ τὴν ψυχήν, τοῦ δὲ ψυχικοῦ, διὰ τὸ σῶμα. Μόνος γὰρ ὁ ἄνθρωπος (73) τῶν λογικῶν ἐξαίρετον ἔσχε τὸ συγγνώμης ἐν τῷ μετανοεῖν **20** ἀξιοῦσθαι. Οὔτε γὰρ δαίμονες, οὔτε ἄγγελοι μετανοήσαντες (74) συγγνώμης ἀξιοῦνται. Καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα καὶ δίκαιος καὶ ἐλεήμων (75) ὁ Θεὸς δείκνυταί τε καὶ (76) λέγεται. Τοῖς μὲν γὰρ ἀγγέλοις, μηδὲν ἔχουσιν ἐπανάγκασμα περιέλκον εἰς ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐλευθέροις οὖσιν ἐκ φύσεως τῶν σωματικῶν παθῶν τε καὶ χρειῶν καὶ ἡδονῶν, εἰκότως οὐδεμία δίδοται συγγνώμη μετανοοῦσιν· ὁ δὲ ἄνθρωπος, οὐ μόνον ἐστὶ λογικὸν, ἀλλὰ καὶ ζῶον. Αἱ δὲ χρεῖαι (77) τοῦ ζώου καὶ τὰ πάθη πολλάκις περιέλκουσι τὸν λογισμόν. Ὅταν οὖν ἀνανήψας ἀποφύγῃ μὲν ταῦτα, χωρήσῃ δὲ ἐπὶ τὰς ἀρετὰς, ἐλέου ἔικαίου (78) τυγχάνει, τῆς συγγνώμης. Καὶ ὥσπερ ἴδιόν ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ γελαστικὸν, ἐπειδὴ καὶ μόνῳ τούτῳ πρόσεστι καὶ παντὶ (79) καὶ ἀεί· οὕτως ἐν τοῖς κατὰ χάριν ἴδιον ἀνθρώπου παρὰ πᾶσαν τὴν λογικὴν κτίσιν, τὸ διὰ τῆς μετανοίας (80) ἀποδύεσθαι τῶν προημαρτημένων τὰς αἰτίας (81). Καὶ γὰρ μόνῳ ἀνθρώπῳ τοῦτο δεδώρηται καὶ παντὶ καὶ ἀεὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐγκοσμίου ζωῆς· μετὰ δὲ τὸν θάνατον (82) οὐκέτι. Οὕτω δέ τινες καὶ τοὺς ἀγγέλους (83) βούλονται μηκέτι μετὰ τὴν ἔκπτωσιν

A Quem conventum et conjunctionem ædium, civitatem vocavimus, ut e propinquo, non longe, mutua commoda caperentur. Natura enim animal congregabile et civile homo factus est. Nam in nemine uno ad omnia satis præsidii est.

Itaque perspicuum est, civitates propter commercia et disciplinas esse constitutas. Est autem duplici honoris et muneris genere homo affectus, quod et ipse solus pœnitentia veniam peccatorum impetrat, et ejus unius corpus, quamvis mortale et caducum, æternum et immortale redditur: quorum alterum, quod ad corpus pertinet, propter animum, alterum, quod ad animum, propter corpus consecutus est. Solus enim homo inter omnia, quæ ratione sunt prædita, habet hoc præcipuum, ut ejus erratum pœnitentiæ condonetur. Nam neque dæmones, neque angeli, per pœnitentiam delictorum veniam impetrare possunt. In quo maxime justus et misericors Deus, et ostenditur, et dicitur. Nam angeli cum nullam habeant causam necessariam, quæ ad peccandum impellat; sed natura omni affectione corporis et inopia et voluptate vacent, merito per pœnitentiam ad veniam aspirare non possunt. At homo non modo rationis particeps, sed etiam animal est, et necessarii vitæ usus animalis, motusque turbidi persæpe rationem attentant atque labefactant. Quare, cum ad sanitatem redit, et, declinatis turbulentis animi motionibus, virtutem complectitur, justa illi misericordia, id est venia, tribuitur. Atque, ut proprium ejus naturæ ridere est; nam et soli adest, et omni, et semper: ita in rebus, non naturæ lege, sed Dei erga nos beneficio constitutis, proprium est hominis, præ omnibus, quæ ratione sunt prædita, ut per pœnitentiam omni culpa liberetur. Nam soli homini, et omni, et semper,

B

C

D

VAR. LECT. ET ANIMADV.

cedunt inter homines. Alibi *contractus* notat. Sic reddidit Vall.

(66) *Συνοικίαν.* Πολιτικὴν συνοικίαν, M. 1.

(67) *Ὠνομάσαμεν.* Ὠνόμασαν, A. 1, 2, et marg. Ant. Mox, ἵν' ἐγγύθεν, D. 1. *Majores nostri nominarunt*, Vall.

(68) *Πόρρωθεν τὰς ὠφελείας.* Πόρρωθεν τὰς παρ' ἀλλήλων ὠφελείας, D. 1, A. 1, 2. *Mutuas* habet Con., *invicem inter nos*, Vall.

(69) *Συναγελαστικόν. Risibile*, Vall. Γελαστικὸν prorsus alienum. Sed infra occurrit p. 20.

(70) *Ζῶον γέγονεν ὁ ἄνθρ.* Γέγονεν abest, D. 1.

(71) *Δύο δὲ τούτων.* Hic incipit cap. 3, lib. 1, apud Con. Index est: «De prærogativis duabus hominis, quibus præditus est. Reparari per pœnitentiam in animo. Et corpus mortale tandem fieri immortale. Et de finitione hominis.» Δύο, *ideo*, Vall. Ergo διό.

(72) *Ἐξαιρέτως.* Ἐξαιρέτων, D. 1, A. 1, 2, et marg. Ant. *Consolationibus præcipuis*, Con. Ac si legerit, παραμυθίων. Πρεσβεῖα sunt *Vorzüge*, *Præcipuas dignitates*, Vall.

(73) *Μόνος γὰρ ὁ ἄνθρωπος.* Ὁ abest, D. 1, A. 3.

(74) *Μετανοήσαντες.* Μετενοήσαντο ἢ, M. 1, μετανοοῦντες, A. 1, 2, et marg. Ant.

(75) *Δίκαιος καὶ ἐλεήμων.* Ἐλεήμων καὶ δίκαιος, D. 1.

(76) *Δείκνυταί τε καί.* Τε abest, D. 1, A. 1, 2.

(77) *Αἱ δὲ χρεῖαι.* Αἱ δὲ χρεῖαι, D. 1. Mox πολλάς, loco πολλάκις, M. 1. Αἱ δὲ χρείαι τοῦ ζώου καὶ τὰ πάθη πολλὰ (intelligе ἐστι) καὶ περιέλκ., A. 3. Sic fortasse voluit etiam M. 1.

(78) *Ἔλεοῦς* (sic. voluit ἐλέους) *δικαίου.* Ἐλέου δικαίου, D. 1, A. 1, 2. *Ex misericordia juste petitur venia*, Con. Τυγχάνειν μετανοίας συγγνώμης, M. 1.

(79) *Πρόσεστι καὶ παντί.* Καὶ abest, A. 1, punctis notatum, A. 2.

(80) *Διὰ τῆς μετανοίας.* Τῆς abest, A. 2.

(81) *Ἀπολύεσθαι τῶν προημαρτημένων τῆς αἰτίας.* Ἀποδύεσθαι τῶν προημ. τὰς αἰτίας, A. 1, 2, 3. Τὰς αἰτίας habet etiam D. 1. *Exui*, Con. *Causas exuere*, Vall. Mox, τούτῳ δεδώρηται, A. 2. Τὰς αἰτίας ἀπολύεσθαι habet Dionys. Halicarn. t. II, p. 87, v. 15; Maximus Tyr. p. 498. Sed nec minus usitatum est ἀποδύεσθαι τὴν αἰτίαν, τὰ ἐγκλήματα. Vide Alciphr. p. 444; Chrysost. *De sacerdot.* p. 70. Atque ita infra Nemesius p. 61. Τῆς αἰτίας etiam habere locum potest, si ἀπολύεσθαι passive accipiatur. Isocrat. p. 7, σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύειν, et p. 105, ἀπολύειν τινὰ τῶν ἁμαρτιῶν.

(82) *Μετὰ δὲ θάνατον.* Μετὰ δὲ τὸν θάνατον, D. 1.

(83) *Καὶ τοὺς ἀγγέλους.* Καὶ τοῖς ἀγγέλοις, A. 1, 2.

Digitized by Google

quoad in terris vivit, hoc datum est. Nam morte obita, non item. Quo modo etiam angelos nonnulli volunt non amplius, postquam lapsi sunt, consequi veniam per pœnitentiam. Mors enim illorum lapsus est : sed ante lapsum, ad similitudinem vitæ hominum, etiam ipsis veniam Deum daturum fuisse : nunc vero, cum non pœnituerit eos erratorum suorum, æternis, nec ulla venia remittendis suppliciis, suisque meritis congruentibus mulctantur.

A τυγχάνειν τῆς ἐκ μετανοίας συγγνώμης· θάνατος (84) γὰρ τούτων ἡ ἔκπτωσις· πρὸ δὲ τῆς ἐκπτώσεως, καθ' ὁμοιότητα τῆς ζωῆς τῆς τῶν ἀνθρώπων (85), καὶ αὐτοὺς ἀξιοῦσθαι συγγνώμης· ὅπερ μὴ ποιήσαντες (86), ἀσύγγνωστον καὶ διαιωνίζουσαν ἔχουσι τὸ λοιπὸν (87) τῆς τιμωρίας τὴν προσήκουσαν δίκην.

Quapropter hinc intelligitur, qui pœnitentiam respuunt, eos præcipuum munus et proprium hominis tollere. Est hoc quoque in homine proprium et eximium, quod in omni genere animantium, ejus unius corpus a morte excitatur ad vitam, et ad immortalitatem contendit. Quod quidem, propter animi immortalitatem, ut illud alterum, propter corporis imbecillitatem et perturbationes, quibus plurimis jactatur, adeptus est. Solius quoque hominis est artium et scientiarum cognitio, et harum ipsarum artium exercitatio. Quamobrem hominem definiunt sic : animal rationis particeps, mortale, mentis et scientiæ capax. Animal, quoniam homo substantia est animata, sentiens; quæ animalis definitio est : rationis particeps, ut separetur ab his, quæ ratione carent : mortale, ut ab immortalibus, quæ ratione utuntur, sejungatur : mentis et scientiæ capax, quoniam discendo artes et scientiæ parantur. Etsi enim naturalis facultas in nobis est, mentis artiumque capax, earum tamen usum et exercitationem disciplina acquirimus. Quanquam hanc partem, additamentum definitionis aiunt esse, quod nihilominus, ut ea absit, definitio consistat. Sed quoniam sunt, qui nymphas et alia quædam dæmonum genera inducant, viventia quidem illa ad longum tempus, non tamen immortalia, ut ab his

Δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὡς οἱ τὴν μετάνοιαν οὐ δεχόμενοι, τὴν ἐξαίρετον δωρεὰν καὶ τὴν ἰδίαν ἀνθρώπου περιγράφουσιν. **21** Ἴδιον δὲ αὐτοῦ καὶ ἐξαίρετον καὶ τὸ μόνον τῶν ἄλλων (88) ζώων τὸ τούτου σῶμα μετὰ θάνατον ἀνίστασθαι καὶ εἰς ἀθανασίαν B χωρεῖν· τυγχάνει δὲ τούτου, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν, ὥσπερ ἐκείνου (89), διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειάν τε καὶ πολυπάθειαν. Ἴδια δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν τεχνῶν τε καὶ ἐπιστημῶν μαθήματα, καὶ ἡ κατὰ τὰς τέχνας ταύτας ἐνέργεια. Διʼ ὃ καὶ τὸν (90) ἄνθρωπον ὁρίζονται, ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν (91)· ζῶον μὲν, ὅτι καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐσία ἐστὶν ἔμψυχος, αἰσθητική (92)· οὗτος γὰρ ὅρος (93) ζώου. Λογικὸν δὲ, ἵνα χωρισθῇ τῶν ἀλόγων· καὶ θνητὸν, ἵνα χωρισθῇ τῶν ἀθανάτων λογικῶν. Τὸ δὲ, νοῦ καὶ ἐπιστήμης (94) δεκτικὸν, ὅτι διὰ μαθήσεως προσγίνονται ἡμῖν αἱ τέχναι καὶ αἱ ἐπιστῆμαι, ἔχουσι μὲν δύναμιν δεκτικὴν καὶ τοῦ νοῦ καὶ τῶν τεχνῶν, τὴν δὲ ἐνέργειαν κτωμένοις ἐκ τῶν μαθημάτων. Λέγουσι δὲ τοῦτο (95) τῷ ὅρῳ προστεθῆναι ὕστερον. C Ἐῤῥῶσθαι μὲν γὰρ (96) καὶ χωρὶς τούτου τὸν ὅρον· ἀλλʼ ἐπειδὴ καὶ νύμφας καὶ ἄλλα τινὰ γένη δαιμόνων τινὲς εἰσάγουσι, πολυχρόνια μὲν, οὐ μὴν ἀθάνατα, ἵνα καὶ ἀπὸ τούτων διαστείλωσι τὸν ἄνθρωπον, προσέθηκαν τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Οὐδὲν γὰρ ἐκείνων μανθάνει, ἀλλὰ φύσει οἶδεν, ἃ οἶδεν.

VAR. LECT. ET ANIMADV.

84) *Θάνατος*. Ἀθάνατος, M. 1, A. 3. Sententia valde impedita est. Id autem apparet, Nemesium nunc non suam, sed aliorum sententiam exponere. Illi ergo ita statuebant : Homines post mortem nullam veniam consequuntur : atqui angelorum ἔκπτωσις mors est, nimirum ψυχικὴ ἤτοι ἠθική· ergo nullam veniam consequuntur. Hoc ergo firmat lectionem θάνατος. Nemesius ipse hactenus docuit, angelos omni omnino venia carere. Liberi enim sunt corporis vinculis, nec rerum externarum vicissitudinibus afficiuntur. Nulla ergo eis ab his ad D peccatum sunt incitamenta. Supra vero etiam (p. 15 fin.) docuit, mori eos non posse (Ἄλλην τῶν ἡμ... οὐ τὸν θάνατον). Qui tamen hic ἀθάνατος probant, ii explicare debent ἀμετανόητος. Sed alia contra hanc lectionem et interpretationem oritur disputatio, quod paulo post additur : Πρὸ δὲ τῆς ἐκπτώσεως, κ. τ. λ. Nam δέ disturbat hanc sententiam, adeo, ut aut alii, aut Nemesius hic videatur incepisse loqui. Sed neutrum est. Iidem enim pergunt. Modo ergo, loco δέ, legatur γάρ, quæ, quod siglis in codicibus scribuntur, facile confunduntur. Pergunt ergo isti sic : Mortem diximus angelorum ἔκπτωσιν. Etenim ante istam ἔκπτωσιν, cum solum essent ἐν πτώσει, simili modo, sicuti homines διὰ τὴν μετάνοιαν peccatorum poterant consequi veniam. Cum vero hoc non fecissent, hoc est διότι δὲ οὐ μετενόησαν, æternam pœnam seu mortem sustinent.

(85) *Τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων*. Τῆς ζωῆς τῆς τῶν ἀνθρώπων, D. 1. A. 1, 2.

(86) *Ὅπερ μὴ ποιήσαντες*. Hoc est, μὴ μετανοήσαντες.

(87) *Διαιωνίζουσαν ἔχουσι τὸ λοιπόν*. Διαιων. τὸ λυπηρόν, A. 2; paulo post, ante δεχόμενοι, deest οὐ, M. 1.

(88) *Καὶ μόνον τῶν ἄλλων*. Καὶ τὸ μόνον τῶν ἄλλων, D. 1, A. 1, 2, 3, M. 1. Τό refertur ad ἀνίστασθαι et χωρεῖν.

(89) *Τυγχάνει δὲ τούτου... ὥσπερ ἐκείνου*. Τούτου, id est, τῆς ἀθανασίας· ἐκείνου, id est, τῆς συγγνώμης.

(90) *Διʼ ὃ καὶ τόν*. Διὸ καὶ τόν, D. 1, M. 1, A. 3.

(91) Hanc eamdem hominis definitionem cum aliis notat Sextus Empir. *Pyrrh. hypotyp.* lib. II, cap. 5.

(92) *Ἔμψυχος αἰσθητική*. Post ἔμψυχος credo deletum esse καί, D. 1.

(93) *Οὗτος γὰρ ὅρος*. Οὗτος γὰρ ὁ ὅρος, A. 2. Paulo post, τῶν ἄλλων ἀλόγων, M. 1.

(94) *Ἐπιστῆμαι*. Ἐπιστῆμαι, D. 1, A, 1, 2. Αἱ ante ἐπιστῆμαι abest, A. 3. Mox idem : δεκτικόν.

(95) *Λέγουσι δὲ τοῦτο*. Λέγουσί τε τούτῳ. Sic A. 1, λέγουσι μὲν τούτῳ, M. 1.

(96) *Ἐῤῥῶσθαι μὲν γάρ*. Μέν abest, D. 1. Mox post *nymphas* addit, *Faunosque*, Con. Δαιμόνων omittit Vall. Τῶν, ante δαιμόνων, addit M. 1.

Digitized by Google

Ἑβραίων δὲ (97) δόγμα, τὸ πᾶν τοῦτο διὰ τὸν ἄν- A hominem secernant, addiderunt ad definitionem :
θρωπον γεγενῆσθαι· προσεχῶς μὲν δι' αὐτὸν, οἷον mentis capax atque scientiæ. Nihil enim illa discunt,
νωτοφόρα (98) καὶ βόας τοὺς πρὸς γεωργίαν· χόρτον sed natura sciunt, quæ sciunt. Porro autem He-
δὲ, διὰ ταῦτα. Τῶν γὰρ γενομένων (99) τὰ μὲν δι' bræorum dogma est, hanc rerum universitatem ho-
ἑαυτὰ γέγονε, τὰ δὲ δι' ἄλλα (1). Δι' ἑαυτὰ μὲν, τὰ minis causa ædificatam esse, ut, quæ tergo gestan-
22 λογικὰ πάντα· δι' ἕτερα δὲ, τά τε ἄλογα καὶ τὰ dis oneribus apta sunt, et boves, qui ad agri cul-
ἄψυχα. Εἰ δὲ ταῦτα δι' ἄλλα γέγονε, διὰ ποῖα γέ- tionem sunt utiles, proxime hominum causa, fe-
γονε (2), σκοπήσωμεν. Ἆρ' οὖν δι' ἀγγέλους; Ἀλλ' num illorum. Quæ enim facta sunt, alia propter se,
οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν εἴποι δι' ἀγγέλους αὐτὰ γεγε- alia aliorum causa facta sunt : propter se, omnia,
νῆσθαι (3). Τὰ γὰρ δι' ἄλλα γενόμενα, πρὸς σύστασιν quæ ratione utuntur : aliorum causa, cum quæ
ἐκείνων καὶ διαμονὴν καὶ ἄνεσιν (4) γέγονεν· ἢ γὰρ ratione, tum quæ anima carent. Quodsi hæc aliorum
τῆς διαδοχῆς τοῦ γένους ἕνεκεν, ἢ τροφῆς, ἢ σκέπης, causa sunt genita, age, quorum causa sint genita
ἢ θεραπείας, ἢ διαγωγῆς καὶ ἀναπαύσεως (5). Ἄγ- videamus. An igitur angelorum? at hoc quidem
γελος δὲ τούτων οὐδενὸς (6) δεῖται. Οὔτε γὰρ διαδοχὴν nemo, qui sapiat, dixerit : quæ enim propter alia
ἔχει γένους, οὔτε τροφῆς ἐνδεής ἐστι σωματικῆς, sunt effecta, propter eorum cohærentiam et perma-
οὔτε σκέπης, οὔτε τῶν ἄλλων· εἰ δὲ μὴ ἄγγελος (7), B nentiam et oblectationem comparata sunt : aut
δῆλον, ὡς οὐδὲ ἄλλη (8) τις φύσις ὑπεραναβεβηκυῖα enim propagandi generis gratia, aut cibi, aut tegu-
τὸν ἄγγελον (9). Ὅσῳ γὰρ ὑπέρκειται, τοσούτῳ μᾶλλον menti, aut curationis, aut voluptatis et requietis.
αὐτῇ καὶ τὸ ἀνενδεὲς (10) πρόσεστι. Ζητητέον οὖν At vero angelus nihil horum desiderat. Neque enim
φύσιν, λογικὴν μὲν, ἐνδεᾶ δὲ τῶν προειρημένων. genus suum propagat, neque corporeo alimento,
neque tegumento, neque reliquis opus habet : sin autem horum angeli non indigent, equidem multo
minus alia ulla natura, quæ angelis sit præstantior. Ut enim quidque excellit maxime, ita ab inopia et
indigentia est remotissimum. Itaque quærenda natura est, quæ et rationis sit particeps, et his, quæ
jam enumeravimus, opus habeat.

Τίς οὖν ἑτέρα τοιαύτη φανείη, παραλιπόντων (11) Quæ igitur alia, si hominem prætermittamus, ta-
ἡμῶν τὸν ἄνθρωπον; Οὐκοῦν συνάγεται, διὰ τοῦτον lis queat exsistere? Quare efficitur, hominis causa,
τά τε ἄλογα καὶ τὰ ἄψυχα (12) γεγενῆσθαι. Ἐπειδὴ et quæ inanima sunt', et quæ ratione carent, esse
τοίνυν δι' αὐτὸν, ὡς ἐδείχθη, γέγονε, διὰ τοῦτο καὶ procreata. Quod quoniam ita est, ei imperium in
ἄρχων αὐτῶν (13) κατέστη. Ἄρχοντος δὲ ἔργον, πρὸς illa omnia mandatum est. Officium autem ejus, qui
μέτρον χρείας τοῖς ἀρχομένοις κεχρῆσθαι (14), καὶ C imperat, est, pro modo suæ inopiæ uti iis, quibus
μὴ πρὸς ἡδυπάθειαν ἀκολάστως ἐξυβρίζειν, μηδὲ imperet; neque intemperanter et contumeliose ad
φορτικῶς (15) καὶ ἐπαχθῶς προσφέρεσθαι τοῖς ἀρχο- luxum abuti, aut iis gravem esse atque molestum.
μένοις. Ἁμαρτάνουσι τοίνυν (16), ὅσοι τοῖς ἀλόγοις οὐκ Ergo in vitio sunt, qui bestiis non recte utuntur.
εὖ κέχρηνται. Οὐ γὰρ ποιοῦσιν (17) ἄρχοντος ἔργον, Non enim imperantis, aut omnino justi hominis

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(97) *Ἑβραίων δέ.* Hic incipit libri I cap 4, apud Con. Index est : « Omnia propter hominem facta, alia vero aliorum gratia, ad usum tamen hominis. »

(98) *Νωτοφόρα.* Id est, ζῶα, ut equi, asini. *Dossuaria animalia.* Mox διὰ ταῦτα refertur ad ζῶα.

(99) *Τῶν γὰρ γενομένων.* Antea, credo, fuerat γοῦν, loco γάρ, D. 1. Χόρτον δὲ διὰ ταῦτα absunt., Con.

(1) *Τὰ δὲ δι' ἄλλα.* Τὰ δὲ δι' ἕτερα, ut mox, D. 1.

(2) *Διὰ ποῖα γέγονε.* Absunt A. 1, 2. Habet Con.

(3) *Αὐτὰ γεγενῆσθαι.* Ταῦτα γεγενῆσθαι, D. 1. D Mox idem et M. 1, γινόμενα.

(4) *Καὶ ἄνεσιν.* Ab hoc loco ita habet Cono : *et successionem constituta sunt, escæ videlicet, tegminis, curationis aut motus et quietis aut successionis secundum genus gratia.* Διαδοχῆς ergo bis, διαγωγῆς vero et ἀναπαύσεως inepte reddidit. Vocabulis διαγωγῆς et ἀναπαύσεως Nemesius explicat superius ἄνεσιν. Διαγωγὴ enim hoc loco *vitæ oblectamenta* notat, *angenehmen Umgang, angenehme Unterhaltung, Zeitvertreib, Ergötzungen.* Infra p. 25, τέρψιν καὶ ἄνεσιν jungit. Aristot. *Eth. ad Nicomach.* IV, 8 · Οὔσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ καὶ ἐν ταύτῃ διαγωγῆς μετὰ παιδιᾶς· et X, 6 : Καταφεύγουσι δ' ἐπὶ τὰς τοιαύτας διαγωγὰς τῶν εὐδαιμονιζομένων οἱ πολλοί. Διὸ παρὰ τοῖς τυράννοις εὐδοκιμοῦσιν οἱ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς εὐτράπελοι.

(5) *Καὶ ἀναπαύσεως. Aut* requiei, Vall.

(6) *Τούτων οὐδενός.* Οὐδενὸς τούτων, A. 1, 2.

(7) *Εἰ δὲ μὴ ἄγγελος.* Intellige, τούτων δεῖται.

(8) *Δῆλον, ὡς οὐδὲ ἄλλη.* Οὐδ', loco οὐδέ, D. 1.

(9) *Τῶν ἀγγέλων.* Τὸν ἄγγελον, D. 1, A. 1, 2, 3. *Angelum*, Con. Vall. Ὑπεραναβεβηκώς est *superior, excellentior.* Sensu proprio Zosimus p. 229, τὰς Ἄλπεις ὑπεραναβῆναι. Gregor. Nazianz. p. 234, τὴν κτίσιν ὑπεραναβῆναι et ὑπεραναβὰς τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, p. 176, ὑπεραναβεβηκότες τὴν τῶν πολλῶν ταπεινότητα. Cinnamus p. 72, κόμητα δοὺξ ὑπεραναβέβηκεν, *Dux comite est superior.*

(10) *Μᾶλλον καὶ τὸ ἀνενδεὲς αὐτῇ.* Μᾶλλον αὐτῇ καὶ τὸ ἀνενδεές, D. 1, A. 1, 2.

(11) *Παραλιπόντων.* Παραλειπόντων, D. 1. Mox idem, οὐκ οὖν, loco οὐκοῦν, male. *An non*, Vall.

(12) *Ἄψυχα καὶ τὰ ἄλογα.* Ἄλογα καὶ τὰ ἄψυχα, D. 1, A. 1, 2, Con. Vall.

(13) *Ἄρχων αὐτῶν.* Ἄρχων τῶν αὐτῶν, M. 1.

(14) *Τοῖς ἀρχομένοις χρῆσθαι.* Τοῖς ἀρχ. κεχρῆσθαι, D. 1, A. 1, 2, M. 1, κεχρεῖσθαι vitiose, A. 3.

(15) *Μηδὲ φορτικῶς.* Μήτε φορτικῶς, D. 1.

(16) *Ἀρχομένοις. Ἁμαρτάνουσι τοίνυν.* Ἀρχομένοις ἁμαρτάνουσι. Τοίνυν. Et in marg. a man. rec. : Γράφεται καὶ οὕτω· Μήτε φορτικῶς καὶ ἐπαχθῶς προσφέρεσθαι τοῖς ἀρχομένοις. Ἁμαρτάνουσ τοίνυν, ὅσοι τοῖς ἀλόγοις οὐκ εὖ κέχρηνται. Οὐ γὰρ ποιοῦσι, καὶ τὰ ἑξῆς, D. 1.

(17) *Οὐ γὰρ ποιοῦσιν.* Γάρ rasura deletum credo, certe spatium vacuum est, D. 1. *Nec faciunt*, Vall. Mox οὐδὲ δικαίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον omittit, A. 3.

Digitized by Google

munere funguntur, quando, ut traditur divinis Literis; justus miseretur animarum jumentorum suorum. Sed fortasse dicet quis, nihil alterius causa, sed quodque propter se factum esse. Quocirca, sejunctis primum animatis ab inanimis, consideremus, an fieri possit, ut inanima suam ob causam creata sint. Si enim propter seipsa, quomodo, aut unde nutrientur animalia? Videmus enim naturam suppeditare animalibus pastum e terra, fructus et stirpes, exceptis paucis, quæ carnem vorant, quæ tamen ipsa pascuntur animalibus, quibus terra cibus est, ut lupi et leones, agnis, capris, suibus, cervis; aquilæ, perdicibus, palumbibus, leporibus, et ejusmodi, quæ terræ fructibus aluntur. Nam pisces, qui inter se alius alium vorant, non omnes in carnem grassantur: sed hæc carnis appetitio insistit in iis, quæ pascuntur alga et aliis quibusdam, quæ in aqua nascuntur. Nam si omnia piscium genera carne vescerentur, nullumque esset, quod a carne abhorreret, ne ad exiguum quidem tempus suffecissent, ac jamdudum alia mutuis cædibus, alia cibi inopia periissent. Quod ne eveniat, aliqui pisces a carnibus se abstinent, et marinam, ut ita dicam, herbam depascunt, ut ex ipsis etiam cæteri sustententur. Horum enim pabulum alga est, ipsi aliorum, et isti rursus aliorum, ut ultimorum alimento, quod perpetuo e terreno illo, quod in mari est, suggeritur, reliqui incolumes conserventur. Ratio igitur edocet, stirpes non sua causa, sed ob victum et naturam hominum et cæterorum animalium ortas esse. Idque si verum est, dubium non est, quin etiam causæ illarum accretionis et ortus propter eadem animalia constitutæ sint. Ergo stellarum motus et orbes cœlestes et anni tempora et imbres et omnia talia propterea instituta sunt, ut, alimentis continenter, velut in orbem, suppeditantibus, nullo tempore eorum natura occidat, quæ

A οὐδὲ δικαίου· κατὰ τὸ γεγραμμένον· Δίκαιος οἰκτείρει ψυχὰς κτηνῶν αὐτοῦ (18). Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, ὡς οὐδὲν δι' ἄλλο, ἀλλ' ἕκαστον δι' ἑαυτὸ (19) γέγονεν. Οὐκοῦν, χωρίσαντες πρῶτον τὰ ἔμψυχα ἀπὸ τῶν ἀψύχων, ἴδωμεν, εἰ **23** δύναται τὰ ἄψυχα δι' ἑαυτὰ γεγενῆσθαι. Εἰ γὰρ ταῦτα δι' ἑαυτά, πῶς ἢ πόθεν τραφήσεται τὰ ζῶα; Ὁρῶμεν γὰρ τὴν φύσιν ἐπιχορηγοῦσαν τοῖς ζώοις τροφὰς (20) ἐκ τῆς γῆς, καρπῶν τε καὶ φυτῶν, πλὴν ἐλαχίστων (21) τῶν σαρκοφάγων (22). Καὶ αὐτὰ δὲ ταῦτα τὰ σαρκοφάγα τροφὴν ποιεῖται τῶν ζώων τὰ τὴν γῆν νεμόμενα, ὡς λύκοι μὲν καὶ λέοντες, ἄρνας καὶ αἶγας (23) καὶ σύας καὶ ἐλάφους· ἀετοὶ δὲ πέρδικας καὶ φάσσας καὶ λαγωοὺς καὶ τὰ ὅμοια, ἅτινα τοὺς καρποὺς τῆς γῆς νέμεται (24). Καὶ γὰρ τῶν ἰχθύων ἡ φύσις, ἀλληλοB φάγος οὖσα, οὐ μέχρι πάντων διήκει σαρκοφαγοῦσα, ἀλλὰ (25) κατέληξεν ἐν τοῖς νεμομένοις φυκία (26) καὶ ἄλλα τινὰ ἐν τῷ ὕδατι φυόμενα (27). Εἰ γὰρ ἦν πάντα τὰ γένη τῶν ἰχθύων σαρκοφάγα, καὶ μηδὲν ἦν ἐκφεῦγον τὴν τῆς σαρκὸς σίτησιν, οὐκ ἂν οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον ἐπήρκεσεν, ἀλλὰ διεφθάρη, τὰ μὲν ὑπ' ἀλλήλων, τὰ δὲ διὰ τροφῆς ἔνδειαν. Ἵνα δὲ τοῦτο μὴ γένηται (28), τινὲς τῶν ἰχθύων κατεσκευάσθησαν σαρκῶν μὲν ἀπεχόμενοι, τὴν δὲ, ὡς ἄν τις εἴποι, θαλασσίαν βοτάνην (29) νεμόμενοι, ἵνα ἐκ τούτων καὶ τὰ ἄλλα διασώζηται. Γίνεται γὰρ βορὰ μὲν τούτων τὰ φυκία, ἐκεῖνα δὲ τῶν ἄλλων, καὶ πάλιν ταῦτα τῶν ἄλλων (30), ὡς διὰ τὴν τῶν τελευταίων τροφὴν, ἀδιαλείπτως ἐκ τοῦ γεώδους τοῦ κατὰ τὴν θάλασσαν παρεχομένην, καὶ τὴν τῶν ἄλλων ὑπόστασιν σώζεC σθαι. Ἀπέδειξεν οὖν ὁ λόγος, τὴν τῶν φυτῶν γένεσιν μὴ δι' ἑαυτὴν, ἀλλ' εἰς τροφὴν καὶ σύστασιν τῶν ἀνθρώπων (31) καὶ τῶν ἄλλων ζώων γεγενημένην. Εἰ δὲ ταῦτα διὰ τὸν ἄνθρωπον καὶ τὰ ζῶα, δῆλον, ὡς καὶ τὰ **24** τῆς τούτων αὐξήσεως καὶ γενέσεως αἴτια διὰ ταῦτα γέγονεν. Οὐκοῦν ἀστέρων (32) κινήσεις καὶ οὐρανὸς καὶ ὧραι καὶ ὄμβροι (33) καὶ πάντα τὰ

VAR. LECT. ET ANIMADV

(18) *Κτηνῶν αὐτοῦ.* Κτηνῶν αὐτοῦ, D. 1, A. 3, Ox. Post hæc ita pergit Cono: *At dicat forte aliquis, Cum propter hominem facta sint omnia, nunquid aliorum quoque gratia facta sunt quædam?*

(19) *Ἀλλ' ἕκαστον δι' ἑαυτό.* Ἀλλ' ἓν ἕκαστον δι' ἑαυτό, D. 1. Idem mox οὐκοῦν, sed deleto spiritu leni in οὖν. Deinde proximum τά abest D A. 3.

(20) *Τροφὰς τοῖς ζώοις.* Τοῖς ζώοις τροφάς, D. 1, A. 1, 2, 3.

(21) *Ἐλαχίστων.* Ὀλίγων, D. 1. Intellige ζώων, præter animalia paucissima carnivora, exceptis animalibus paucissimis, quæ carnibus vescuntur. *Exceptis* quibusdam, Vall.

(22) *Σαρκοφάγων.* Σαρκοβόρων. Sed mox servat σαρκοφάγα, A. 2. Mox construe: τροφὴν ποιεῖται τὰ νεμόμενα τῶν ζώων.

(23) *Καὶ αἶγας.* Καὶ abest, D. 1.

(24) *Τῆς γῆς νέμεται.* Τῆς γῆς νέμονται, D. 1.

(25) *Οὐ μέχρι... σαρκοφαγοῦσα, ἀλλά.* Absunt, A. 1, 2. Non ad omnes pertinet carnes vorans, id est non omnes omnino pisces carnes vorant. Non autem est periphrasis, ἡ φύσις τῶν ἰχθύων, loco οἱ ἰχθύες.

(26) *Φύκια.* Φυκία, D. 1, A. 1, 2. Sic et mox. Vide Scholia ad Theocrit. *Idyll.* VII, 58. Utitur hoc Plato p. 469; Arrianus in *Indicis* p. 355; Aristot. *Hist. animal.* VI, 13, Τούτῳ (τῷ φυκίῳ) τρέφεται τὰ ἰχθύδια.

(27) *Ἐν τῷ ὕδατι φυόμενα.* Ἐν τῷ ὕδατι νεμόμενα, A. 1. Mox, σαρκοφάγα reddidit Vall. *se invicem comedant.* Ergo ἀλληλοφάγα. Deinde, ἐκφεύγον, D. 1, et, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον, idem.

(28) *Μὴ τοῦτο γένηται.* Τοῦτο μὴ γένηται, D. 1. Δέ, ante μή, abest, M. 1.

(29) *Θαλασσίαν βοτάνην.* Θαλασσίαν (sed iota ex correctione supra scriptum) βοτάνην, D. 1. *Marinam, ut ita dicam, herbarum et* φύτια edentes. Con. voluit, *herbam et* φυκία. Mox τά, ante ἄλλα, abest, M. 1.

(30) *Καὶ πάλιν ταῦτα τῶν ἄλλων.* Absunt, D. 1. Habet Con., Vall.

(31) *Σύστασιν τῶν ἀνθρώπων.* Τῶν abest, M. 1, D. 1, A. 3. Σύστασιν, *ornamentum*, Vall.

(32) *Οὐκοῦν ἀστέρων.* Ab οὐκοῦν ad ταῦτα γέγονεν omittit A. 3. Οὐκοῦν rursus ex correct. ut antea, D. 1. Οὖν ἀστέρων, M. 1.

(33) *Καὶ ὄμβροι.* Abest M. 1, in marg. a man. rec. additum D. 1. *Et nubes*, Con. *Et imbres*, Vall.

Digitized by Google

τοιαῦτα διὰ ταυτα γέγονεν, ἵνα τῶν τροφῶν, ὡς ἐν κύκλῳ, διηνεκῶς χορηγουμένων, ἀνελλιπὴς καὶ ἡ τῶν προσφερομένων τοὺς καρποὺς διαμείνῃ φύσις (34), ὡς εὑρίσκεσθαι, ταῦτα μὲν διὰ τοὺς καρποὺς, τοὺς δὲ καρποὺς διὰ τὰ ζῶα καὶ τὸν ἄνθρωπον. Λοιπόν ἐστιν ἐπιδιασκέψασθαι, πότερον καὶ ἡ τῶν ἀλόγων φύσις δι' ἑαυτὴν γέγονεν (35), ἢ διὰ τὸν ἄνθρωπον. Ἀλλ' ἴσως ἄτοπον, τὰ φρονήσεως ἄμοιρα, καὶ καθ' ὁρμὴν φυσικὴν (36) μόνην ζῶντα, καὶ πρὸς γῆν κάτω κεκυφότα, καὶ τὴν δουλείαν διὰ τοῦ σχήματος ἐνδεικνύμενα (37), λέγειν δι' ἑαυτὰ παρῆχθαι. Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν ἐνδεχομένων εἰς τοῦτο ῥηθῆναι, καὶ σχεδὸν ἰδίας συγγραφῆς διὰ τὸ πλῆθος δεομένων, μὴ χωρούσης (38) τῆς προκειμένης ὑποθέσεως τὸ μῆκος τῶν λόγων, ἐπὶ τὰ σύντομα μὲν, καίρια δὲ καταντήσαι προσήκει.

A fructibus vescuntur, ut illa quidem propter fructus, fructus autem animalium causa et hominum reperiantur. Relíquum est videre, belluæ et mutæ pecudes suane causa, an hominis gratia generatæ sint. Verum fortasse absurdum sit, quæ prudentia vacent, et naturali solum appetitione vivant, et terram prona intueantur, et servitutem figura sui corporis declarent, dicere propter se esse producta. Cum autem multa sint, quæ hac de re dici possint, et fere proprium opus propter multitudinem desiderent; nec institutum nostrum hujus temporis longitudinem orationis patiatur, ad pauca, eaque, quæ pondus aliquod habeant, veniendum est.

Εἰ τοίνυν, ὡς ἐν εἰκόνι, τῷ ἀνθρώπῳ (39), καὶ τὰ τῶν ἔξωθεν (40) ἐσοπτρισθείημεν, ἐξ αὐτῆς ἂν εἴημεν τῆς τῶν ζητουμένων οὐσίας τὰς ἀποδείξεις ποιούμενοι. Ὁρῶμεν οὖν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ψυχῇ τὴν ἀλογίαν (41) καὶ τὰ ταύτης μέρη, λέγω δὲ τὴν ὄρεξιν καὶ τὸν θυμὸν, πρὸς ὑπηρεσίαν δεδομένα τῷ λογικῷ, καὶ τὸ μὲν ἄρχον, τὰ δὲ ἀρχόμενα, καὶ τὸ μὲν κελεῦον, τὰ δὲ κελευόμενα καὶ ὑπηρετούμενα ταῖς χρείαις (42), αἷς ἂν ὁ λόγος ὑποβάλῃ (43), ὅταν σώζῃ τὸ κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος. Εἰ δὲ τῶν ἐν ἡμῖν ἀλόγων τὸ ἐν ἡμῖν ἄρχει **25** λογικὸν, πῶς οὐκ εἰκὸς (44), καὶ τῶν ἔξωθεν ἀλόγων αὐτὸ κρατεῖν, καὶ πρὸς τὰς χρείας αὐτῷ δεδόσθαι (45); Ὑπηρετεῖσθαι γὰρ φύσει τέτακται τὸ ἄλογον τῷ λογικῷ, ὡς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς (46) ἐδείχθη. Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ἡ τῶν πολλῶν ζώων κατασκευὴ, πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἀνθρώπων ἐπιτήδειος γενομένη (47), βόες μὲν καὶ πάντα τὰ νωτοφόρα (48) πρὸς γεωργίαν καὶ ἀχθοφορίαν, τὰ πολλὰ δὲ τῶν πτηνῶν καὶ τῶν ἐνύδρων καὶ τῶν χερσαίων πρὸς ἀπόλαυσιν, τὰ δὲ μιμηλὰ πρὸς τέρψιν καὶ ἄνεσιν. Εἰ δὲ μὴ πάντα (49) ταῖς τοιαύταις χρείαις ὑπηρετεῖται, ἀλλ' ἔνια καὶ λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον· ἰστέον, ὡς, προηγουμένως τῶν δι' ὑπηρεσίαν νενομένων (50), καὶ τὰ

B Itaque, si in hominem, ut in imaginem, intuentes, ea quæ externa sunt contemplabimur, ex ipsa essentia earum rerum quæ quæruntur, argumentum concludemus. Videmus in nostra anima partem eam quæ rationis est expers, ejusque item duas partes, iram et cupiditatem, servire rationi; itaque rem comparatam, ut hæc imperet, illa pareant; hæc jubeat, illa jussis obsequantur, et præsto sint, velut ministræ, ad omnes usus, quas ratio ostenderit, cum quidem homo in naturæ lege perstiterit. Quodsi ratio, quæ in nobis est, imperat rationis expertibus animæ partibus, quæ in nobis sunt, nonne verum est, etiam eorum expertium rationis, quæ extra sunt, eam esse dominam, et illa ad ejus usus esse comparata? Natura enim ita statutum est, ut quod C rationis est expers, rationi serviat, ut ex eo, quod in nobis usu venit, probatum est. Ostendit idem multorum animalium structura ad hominum ministerium fabricata, boum, omniumque, quæ tergo gestant, ad colendos agros et vectiones: plerarumque volucrium et aquatilium et terrestrium, ad vescendi voluptatem: imitatricium avium, ad delectationem et animi remissionem. Sin aliqua sunt,

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(34) *Διαμείνῃ φύσις.* Διαμένῃ φύσις, A. 2. Ab ὡς ad τοὺς καρπούς abest, Vall.

(35) *Δι' ἑαυτὴν γέγονεν.* Δι' αὐτὴν γέγονεν, A. 2.

(36) *Καθ' ὁρμὴν φυσικήν.* Φυσικὴν omittit Ox.

(37) *Ἐνδεικνύμενα.* Δεικνύμενα, D. 1. Mox ante *dici*, inculcat *quadranter* Con.

(38) *Μὴ χωρούσης.* Μὴ συγχωρούσης, A. 1. Eodem redit, *non capit, non permittit.*

(39) *Τῷ ἀνθρώπῳ.* Vall. ita reddidit, ac si legerit, τὰ τοῦ ἀνθρώπου. Ἐν, ante εἰκόνι, abest M. 1.

(40) *Τὰ τῶν ἔξωθεν.* Id est, τὰ τῶν ἀλόγων ζώων. Quæ mox leguntur, τῆς τῶν ζητουμένων οὐσίας, mihi non probantur. Malim ergo, vel τῆς τῶν ζώων οὐσίας. De animalibus brutis enim nunc quærit; vel, τῆς τῶν ζώων οὐσίας τῶν ζητουμένων τὰς ἀποδείξεις ποιούμενοι. Mox, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ψυχῇ, est ἐν τῇ ἡμετέρᾳ, ἤγουν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ. Inferius aliquoties recurrit, τὰ ἔξωθεν θηρία, ut pag. 26.

(41) *Τὴν ἀλογίαν.* Τὴν ἀναλογίαν, M. 1.

(42) *Ὑπηρετοῦντα ταῖς χρείαις.* Ὑπηρετούμενα ταῖς χρείαις, D. 1, A. 1. Medium et activum hoc sensu occurrit. Mox, οἷς ἄν. Sic. D. 1.

(43) *Ὑποβάλῃ.* Ὑποβάλλῃ, A. 2, M. 1.

(44) *Πῶς οὐκ εἰκός.* Πῶς οὐκ εἰκότως, D. 1.

(45) *Χρείας αὐτῷ δεδόσθαι.* Χρείας τούτῳ δεδόσθαι, D. 1. Id est, πρὸς τὰς χρείας τῷ λογικῷ ἀνθρώπῳ δεδόσθαι τὰ ἄλογα ζῶα. M. 1 omisso χρείας, exhibet αὐτῶν. Αὐτῶν habet etiam A. 3.

D (46) *Ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς. In iis, quæ nos homines attinent.* Cono ita: *ut ex his, quæ in nobis sunt.*

(47) *Ὑπηρεσίαν τῶν ἀνθρώπων ἐπιτήδειος γενομένη.* Ὑπηρεσίαν τῷ ἀνθρώπῳ ἐπιτήδειος γινομένη, A. 1, 2.

(48) *Πάντα τὰ νωτοφόρα.* Τά abest, A. 1, 2. Mox μιμηλά, *disciplinabilia*, Con.

(49) *Εἰ δὲ μὴ πάντα.* Con. incipit lib. 1 cap. 5. Animalia mortifera conducunt homini. Et de maxima hominis dignitate. Mox idem ταῖς τοιαύταις reddidit *nostris*, ταῖς ἡμετέραις.

(50) *Δι' ὑπηρεσίαν γενομένων.* Δι' ὑπ. γινομένων, D. 1. Sententia hæc est: Sciendum, cum prius creata essent, quæ ad hominum ministerium valerent, reliqua omnia etiam, quæ creari potuerint, creata esse, ne quid deesset creationi atque huic universo, quod creari potuerit. Cono reddidit: *Considerandum, hæc iis usui esse, quæ in famulatum et convenienter creata sunt.*

Digitized by Google

quæ hos fructus non ferant, contraque perniciem hominis important, sciendum est, cum, quæ ad hominum usus valent, primario loco creata essent, tum cætera omnia, quæ natura ferebat, esse condita, ut ne res ulla, quæ fieri posset, ab hoc opificio abesset. Quanquam ne ista quidem plane ejusmodi sunt, ut nullam ex iis homo utilitatem capiat. Nam etiam venenatæ bestiæ emolumentum illi faciunt, propterea quod eis ad curanda vulnera ab illis ipsis illata, cæterosque morbos sanandos abutitur. Tales sunt theriacæ quædam compositiones, quæ vocantur, quas ratio excogitavit, ut per eas etiam illis dominaretur, et, velut a devictis hostibus, commodum perciperet. Sed habet homo infinitas vires his contrarias a Deo acceptas, quibus arcere et ulcisci et corrigere eorum injurias possit. Alia enim alios usus habent, communiter tamen omnia ad hominis commoditatem natura conferunt, etiam illa, quorum alioqui nulla utilitas appareat.

Verum hæc sic accipienda sunt, ut ad præsentem vitæ nostræ statum referantur. Nam antiquitus quidem nullum cæterorum animalium hominem audebat lædere, sed omnia illi serviebant, et imperio parebant, quoad suos ipse turbidos animi motus, et partem illam a ratione vacuam, in potestate habebat. Cum vero non ratione regeret commotiones illas turbulentas, sed illis se ipse dederet, merito etiam ab extraneis feris superatus est. Nam peccatum nocumenta bestiarum comitata sunt. Quod ita esse, patet ex his, qui caste et innocenter vixere, quos bestiarum conatus refutasse scimus, ut Danielem leonum, Paulum morsum viperæ. Quis ergo hujus animalis nobilitatem digne admirari possit, quod in seipso mortalia cum immortalibus copulat, et ratione utentia cum rationis expertibus conjungit : quod in sua ipsius natura omnium rerum

A ἄλλα πάντα τὰ ἐνδεχόμενα (51) κατεσκεύασται (52), ἵνα μηδὲν ἐλλίπῃ τῇ κτίσει τῶν ἐνδεχομένων (53) γενέσθαι. Οὐδὲ ταῦτα δὲ παντάπασιν ἐκπέφευγε τὴν τῶν ἀνθρώπων ὄνησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ δηλητηριώδη (54) πρὸς οἰκείαν (55) ὠφέλειαν ὁ λόγος καρποῦται. Καταχρῆται (56) γὰρ αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν τῆς ἐξ αὐτῶν ἐκείνων βλάβης, καὶ τῆς τῶν ἄλλων ἀῤῥωστημάτων ἴασεως. Τοιαῦταί τινές εἰσιν αἱ θηριακαὶ καλούμεναι κατασκευαί, ἃς ὁ λόγος ἐπενόησεν, ἵνα καὶ τούτων κρατῇ δι' αὐτῶν (57), καὶ ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων κρατηθέντων (58) ὠφελοῖτο. Ἔχει δὲ μυρίας ὁ ἄνθρωπος ἀντιπαθεῖς τούτων δυνάμεις, δεδομένας παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ, εἴργειν καὶ ἀμύνεσθαι καὶ διορθοῦσθαι τὰς ἐπιβολὰς (59) αὐτῶν δυναμένας. Ἄλλα μὲν γὰρ ἄλλαις ἁρμόζει χρείαις· κοινῇ δὲ
B πάντα **26** πρὸς θεραπείαν ἀνθρώπου συντελεῖν πέφυκε, καὶ τὰ μὴ ταῖς (60) ἄλλαις χρείαις χρήσιμα.

Καὶ ταῦτα μεν, ὡς πρὸς τὴν νῦν κατάστασιν τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου λεγέσθω (61)· ἐπεὶ, τό γε ἀρχαῖον οὐδὲν τῶν ἄλλων ζώων (62) ἐτόλμα καταβλάπτειν τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἦν αὐτῷ πάντα (63) δοῦλα καὶ ὑποτεταγμένα καὶ πειθήνια, ἕως ἐκράτει τῶν οἰκείων παθῶν καὶ τῆς ἀλογίας τῆς ἐν αὐτῷ· μὴ κρατῶν δὲ τῶν οἰκείων παθῶν (64), ἀλλὰ κρατούμενος ὑπ' αὐτῶν, ἐκρατήθη καὶ παρὰ τῶν ἔξωθεν εὐλόγως θηρίων (65). Συνεισῆλθε γὰρ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ἡ παρὰ τούτων βλάβη. Ὅτι δὲ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, δῆλον ἐκ
C τῶν τὸν ἄριστον μετελθόντων βίον (66). Κρείττους γὰρ [ἀδηρίτως] ὤφθησαν (67) οὗτοι τῆς τῶν θηρίων ἐπιβουλῆς, ὡς λεόντων μὲν ὁ Δανιὴλ, Παῦλος δὲ τοῦ δήγματος τῆς ἐχίδνης (68). Τίς οὖν ἀξίως θαυμάσειε τὴν εὐγένειαν τούτου τοῦ ζώου, τοῦ συνδέοντος ἐν ἑαυτῷ τὰ θνητὰ τοῖς ἀθανάτοις, καὶ τὰ λογικὰ τοῖς ἀλόγοις συνάπτοντος (69), τοῦ φέροντος ἐν τῇ καθ'

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(51) *Τὰ ἐνδεχόμενα.* Τά omittit D. 1.

(52) *Κατεσκεύασται.* Κατεσκευάσθαι, et supra ς, id est, κατεσκεύασται, A. 2. *Ad remedia ægritudinum* esse comparata, Vall.

(53) *Ἐλλίπῃ τῇ κτίσει τῶν ἐνδεχομένων.* Ἐλλείπῃ habet D. 1, A. 3. Ἐλλίποι, omisso τῇ κτίσει, A. 2.

(54) *Τὰ δηλητηριώδη.* Intelligit animalia venenata, ex quibus contra ipsorum venenum medicina
D paratur.

(55) *Πρὸς οἰκεῖαν.* Πρὸς οἰκείαν, D. 1. Mox ὁ λόγος est *ratio humana.*

(56) *Καταχρῆται.* Κατακέχρηται, A. 2. Mox, τῆς ἑαυτῶν ἐκείνων, M. 1.

(57) *Ἵνα καὶ τούτων κρατῇ δι' αὐτῶν.* Ut et illa (animalia venenata) superaret, vinceret per ipsa (ista animalia).

(58) *Ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων κρατηθέντων.* Ἀπό, loco ὑπό, habet, κρατηθέντων vero a man. rec. est additum in marg. D. 1. Ὡς παρὰ τῶν πολεμίων κρατ., A. 1, 2. Τῶν, loco ὑπό, M. 1. Παρὰ τῶν habet etiam A. 3. Τῶν, ante πολεμίων, non habet locum.

(59) *Τὰς ἐπιβολάς.* Τὰς ἐπιβουλάς, D. 1, A. 3. Sic est inferius, p. 26. Istud est ἔννοια, ἐπιχείρησις, ut Suidas explicat. Ergo h. l. *voluntas* et *studium lædendi* seu *impetus.* Hoc notat *insidias.* Cono : quæ insidias eorum corrigere queunt. Propter διορθοῦσθαι conjici possit βλάβας. Inferius, p. 26, sine omni dubio legitur ἐπιβουλῆς, recte. Sed hic mox est καταβλάπτειν.

(60) *Καὶ τὰ μὴ ταῖς.* Καὶ τὰ μηδὲ ταῖς, A. 1, 2. *Ne quidem*, Vall.

(61) *Λεγέσθω.* Littera λ in rasura, D. 1.

(62) *Τῶν ἀλόγων ζώων.* Τῶν ἄλλων ζώων, D. 1, A. 1, 2, 3, M. 1. *Aliorum*, Con. *Nullum aliud animal*, Vall. Ἀλόγων haud inepta interpretatio videtur vocabuli ἄλλων. Τὸ ἀρχαῖον accipio loco ἀρχῇθεν, *a creatione mundi.*

(63) *Ἦν αὐτῷ πάντα.* Αὐτοῦ, loco αὐτῷ, A. 1, 2.

(64) *Τῶν οἰκείων παθῶν.* Τῶν ἰδίων παθῶν, D. 1, A. 2. Ἐκείνων παθῶν, M. 1.

(65) *Θηρίων εὐλόγως.* Εὐλόγως θηρίων, D. 1, A. 1, 2. Mox, συνῆλθε, M. 2. Totum sic : καὶ παρ' αὐτῶν ἔξωθεν εὐλόγως θηρίων, συνῆλθε, A. 3.

(66) *Μετελθόντων βίον.* Βίον μετελθόντων, D. 1.

(67) *Κρείττους γὰρ ὤφθησαν.* Κρείττους γὰρ ἀδηρίτως ὤφθησαν, A. 1, 2. Ἀδηρίτως, *sine controversia*, v. Synes., t. I, p. 7, ἀδηρίτως προσήκοντα βασιλεῖ. Con. habet *indubitanter.* Vall. *sine controversia.*

(68) *Τῆς ἐχίδνης.* Τῆς abest, M. 1, A. 3. Idem mox θαυμάσει.

(69) *Συνάπτοντος.* Συνάψαντος, A. 3, D. 1, M. 1. Tamen antea συνδέοντος servant

Digitized by Google

ἑαυτὸν (70) φύσει τῆς πάσης κτίσεως τὴν εἰκόνα, δι' ἃ καὶ μικρὸς (71) κόσμος εἴρηται, τοῦ τοσαύτης ἠξιωμένου παρὰ τοῦ Θεοῦ προνοίας, δι' ὃν πάντα (72) καὶ τὰ νῦν καὶ τὰ μέλλοντα, δι' ὃν καὶ Θεὸς (73) ἄνθρωπος γέγονε, τοῦ λήγοντος εἰς ἀφθαρσίαν καὶ τὸ θνητὸν διαφεύγοντος, [ὃ] οὐρανῶν (74) βασιλεύει, κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονὼς (75), Χριστῷ συνδιάγει, Θεοῦ τέκνον ἐστί, πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας προκάθηται; Τίς δ' ἂν ἐξειπεῖν δύναιτο τὰ τούτου τοῦ ζώου πλεονεκτήματα; Πελάγη διαβαίνει, οὐρανὸν ἐμβατεύει (76) τῇ θεωρίᾳ, ἀστέρων κίνησιν καὶ διαστήματα **27** καὶ μέτρα κατανοεῖ (77), γῆν καρποῦται καὶ θάλασσαν, θηρίων καὶ κητῶν (78) καταφρονεῖ, πᾶσαν ἐπιστήμην καὶ τέχνην καὶ μέθοδον (79) κατορθοῖ, ὑπερόριον (80) διὰ τῶν γραμμάτων, οἷς βούλεται, προσομιλεῖ, μηδὲν ὑπὸ τοῦ σώματος ἐμποδιζόμενος (81), προφητεύει τὰ μέλλοντα. Πάντων ἄρχει, πάντων κρατεῖ, πάντων ἀπολαύει, ἀγγέλοις καὶ Θεῷ διαλέγεται, τῇ κτίσει κελεύει, δαίμοσιν ἐπιτάττει (82), τὴν τῶν ὄντων φύσιν ἐρευνᾷ, Θεὸν περιεργάζεται (83), οἶκος καὶ ναὸς γίνεται Θεοῦ· καὶ ταῦτα πάντα τῶν ἀρετῶν ὠνεῖται (84) καὶ τῆς εὐσεβείας.

creatarum speciem gerit, qua de causa parvus mundus dictus est : cui tam egregie Deus consuluit, cujus gratia omnia, et præsentia, et futura sunt, cujus causa etiam Deus homo factus est : quod mortalitatem effugit et ad immortalitatem tendit, in eaque acquiescit : quod ad imaginem et formam Dei factum, imperat cœlorum orbibus : cum Christo beatam vitam ducit : Dei filius est : omni potestati et dominatui præest? Quis hujus animantis præstantiam et ornamenta, quibus cetera vincit animalia, oratione consequatur? Maria transmitit, animi contemplatione cœlos peragrat, siderum cursus et intervalla et magnitudines intelligit : terra et mari potitur, feras et cete contemnit : omnem scientiam, omnem artem, omnem doctrinam rectissime tractat : absentes, quos vult, nihil impediente corpore, per litteras convenit : prædicit futura : omnibus imperat : omnibus dominatur : omnibus fruitur : cum angelis et Deo colloquitur : cæteris rebus creatis mandat, quæ vult : dæmonibus imperat : rerum naturam indagat : Dei essentiam studiose investigat : domus et templum Dei fit ; et hæc omnia per virtutes et pietatem adipiscitur.

Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμέν τισιν ἀπειροκάλως ἀνθρώπου γράφειν ἐγκώμιον, καὶ μὴ μόνον τὴν φύσιν ἐκτίθεσθαι, καθὰ προεθέμεθα (85), αὐτοῦ που καταπαύσωμεν τὸν λόγον, εἰ καὶ μάλιστα, τὰ (86) τῆς φύσεως πλεονεκτήματα λέγοντες, τὴν φύσιν αὐτὴν διηγούμεθα. Εἰδότες οὖν, ὅσης εὐγενείας μετειλήφαμεν (87), καὶ ὅτι φυτόν ἐσμεν οὐράνιον, μὴ καταισχύνωμεν

(25) *Τινί ἐστι.* Τινὶ ἔσται, A. 2. Mox ab καὶ τὸ νομιζόμενον ad πράξει ἐστί omittit A. 3.

(26) *Δειχθήσεται δέ.* Δέ abest, D. 1, A. 1, 2.

(27) *Ὁριστέον πρό.* Ὁριστέον οὖν πρό, D. 1.

(28) *Ταῖς δὲ πράξεσιν.* Δέ abest, A. 2.

Digitized by Google

aliæque sunt optabiles ei qui agit, aliæ fugiendæ. Optabilium autem quædam semper sunt optabiles, quædam certo quodam tempore; similiter etiam fugiendarum. Rursus actionum aliis misericordia et venia tribuitur, aliæ in odio sunt et pœna vindicantur. Sint ergo regulæ cognitionis ejus, quod sponte fit, quod omnino laus aut vituperatio comitetur, et cum voluptate agantur, et optabiles sint actiones iis qui agunt, aut semper, aut tum cum aguntur. Invite autem facti notæ sunt et indices, quod veniam aut misericordiam mereantur, et cum dolore agantur, neque optabiles sint. His ita explicatis, dicamus primum de eo quod invite fit.

CAP. XXX.

De eo quod invite fit.

Quod invite fit, partim per vim fit, partim per ignorantiam; atque eorum quidem, quæ per vim fiunt, principium efficiendi extra est. Alia enim quæpiam causa violentiæ est, non nos. Itaque definitio ejus, quod invite per vim suscipitur, est cujus principium est extra, ut nihil sua voluntate ad actionem conferat is cui vis infertur. Principium hic pro causa efficiente dictum est. Verum quæritur, an etiam hæc invite fiant, ejectiones onerum, ad quas nautæ descendunt adversa tempestate, aut cum quis amicorum aut patriæ conservandæ causa rem turpem facit aut patitur. Sed hæc sponte potius fieri videntur. Nam idcirco adjectum est ad definitionem, ut nihil ad actionem sua voluntate conferat is, cui vis affertur. In hujusmodi enim casibus ipsi sponte per se movent partes eas, quæ instrumenti locum obtinent, atque ita in mare onera dejiciunt. Quod idem accidit iis, qui aliquid, quod turpe aut grave sit, majoris boni gratia perpetiuntur, ut Zeno,

καὶ αἱ μὲν εἰσὶν αἱρεταὶ τῷ πράττοντι (29), αἱ δὲ φευκταί· καὶ τῶν αἱρετῶν αἱ μὲν ἀεὶ αἱρεταί, αἱ δὲ κατά τινα χρόνον· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν φευκτῶν. Καὶ πάλιν, αἱ μὲν τῶν πράξεων (30) ἐλεοῦνται καὶ συγγνώμης ἀξιοῦνται (31), αἱ δὲ μισοῦνται καὶ κολάζονται. Ἔστωσαν οὖν γνώμονες τοῦ μὲν ἑκουσίου, τὸ πάντως ἐπακολουθεῖν ἔπαινον ἢ ψόγον, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς πράττεσθαι, καὶ τὸ αἱρετὰς εἶναι τὰς πράξεις τοῖς πράττουσιν ἢ ἀεί, ἢ τότε ὅτε (32) πράττονται. Τοῦ δὲ ἀκουσίου γνώμονες, τὸ συγγνώμης ἢ ἐλέους ἀξιοῦσθαι, καὶ τὸ μετὰ λύπης πράττεσθαι, καὶ τὸ μὴ εἶναι αἱρετάς. Τούτων οὕτω διορισθέντων, λέγωμεν πρότερον περὶ τοῦ ἀκουσίου (33).

ΚΕΦ. Λ' (34).

Περὶ ἀκουσίου.

Τοῦ ἀκουσίου τὸ μὲν κατὰ βίαν, τὸ δὲ δι' ἄγνοιάν (35) ἐστι. Τῶν τοίνυν κατὰ βίαν ἀκουσίων ἡ ποιητικὴ ἀρχὴ ἔξωθέν ἐστι. Ἄλλο γάρ τι τῆς βίας (36) αἴτιόν ἐστι, καὶ οὐχ ἡμεῖς. Ὅρος τοίνυν τοῦ κατὰ βίαν ἀκουσίου ἐστὶν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, μηδὲν (37) συμβαλλομένου κατ' οἰκείαν ὁρμὴν τοῦ βιασθέντος. Ἀρχὴ δὲ εἴρηται ἐνταῦθα ἡ ποιητικὴ αἰτία. Ζητεῖται δὲ, εἰ καὶ ταῦτα ἀκούσιά ἐστιν, οἷον αἱ ἀποβολαὶ τῶν φορτίων, **125** ἃς ποιοῦνται οἱ ναῦται χειμῶνι περιπεσόντες, ἢ ὅταν τις αἰσχρὸν πρᾶγμα καταδέξηται (38) παθεῖν ἢ πρᾶξαι, ὑπὲρ τοῦ σῶσαι φίλους ἢ πατρίδα. Ἐοίκασι δὲ μᾶλλον εἶναι ἑκούσιοι (39). Διὰ τοῦτο γὰρ πρόσκειται τῷ ὅρῳ, τὸ μηδὲν (40) συμβαλλομένου κατ' οἰκείαν ὁρμὴν τοῦ βιασθέντος. Ἐπὶ γὰρ τοῖς τοιούτοις (41) ἑκόντες αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν κινοῦσι τὰ ὀργανικὰ μόρια, καὶ οὕτω ῥίπτουσιν εἰς τὴν θάλασσαν τὰ φορτία. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ αἰσχρὸν (42) ἢ δεινόν τι ὑπομένοντες διὰ μεῖζον καλὸν (43), ὡς Ζήνων, ὁ ἀποφαγὼν ἑαυτοῦ τὴν γλῶτταν καὶ ἀποπτύσας Διονυσίῳ

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(29) *Αἱρεταὶ τῷ πράττοντι.* Τῷ πράττοντι abest, A. 1. Ab τῷ πράττοντι ad proximum αἱρεταὶ omittit Vall. Mox, αἱ δὲ καὶ φευκταὶ τῷ πράττοντι. Καὶ τῶν ἀρετῶν (sic) αἱ μέν, A. 1. Inter τῶν et αἱρετῶν aliquid rasura deletum. Forte μέν, D. 1.

(30) *Αἱ μὲν τῶν πράξεων.* Τῶν πράξεων αἱ μέν, A. 3.

(31) *Ἐλεοῦνται καὶ συγγνώμης ἀξιοῦνται.* Al loco καί, D. 1, A. 2. Ejus loco αἴδε, M. 1. Αἱ δέ, A. 3. *Illæ autem*, Con. Loco καὶ συγγ. ἀξ. Valla habet: *Aliæ vero invidiam faciunt.* Καὶ συγγ. ἀξ. omittit A. 1. Mox, πάντως ἀκολουθεῖν, D. 1.

(32) *Ἢ τότε ὅταν.* Ἢ τότε ὅτε, D. 1, 3. Sic, et mox πράττονται, Joan. l. i. Ἢ ὅτε, A. 1, 2. Ἢ τότε ὅταν διορίστως πράττωσιν, M. 1. Mox, συγγνώμης ἢ ἐλέους ἀξιοῦσθαι, D. 1, A. 1, 2, Con. Γνώμονες καὶ τὸ συγγνώμης ἢ ἐλέους ἀξιοῦσθαι, A. 3.

(33) *Λέγωμεν πρῶτον περὶ ἀκουσίου.* Λέγωμεν πρότερον περὶ τοῦ ἀκουσίου, A. 1. Sic, sed λέγομεν, A. 2, D. 1. Λέγομεν πρῶτον περὶ τοῦ ἀκουσίου, A. 3.

(34) Cap. 30. Index idem, A. 1, 3, a man. rec., A. 2: Περὶ τοῦ ἀκουσίου, κθ', D. 1. Λόγος, loco κεφ., M. 1. *De invito.* Cap. 29, Vall. Confer. Joan. p. 191.

(35) *Τὸ δὲ κατ' ἄγνοιαν.* Δι', loco κατ', D. 1, A. 1, 3.

(36) *Ἄλλο γάρ τι τῆς βίας.* Τι abest, A. 2.

(37) *Ἔξωθεν μηδέν.* Ante μηδέν rasura sublatum ἐστι, D. 1. Ἔξω, loco ἔξωθεν, A. 3.

(38) *Καταδέξηται.* « Dignum arbitratur, Con. »

(39) *Μᾶλλον εἶναι ἑκούσιοι.* Imo potius ἑκούσια. Quærebatur enim, εἰ ταῦτα ἀκούσια. Confer Joan. p. 192. *Voluntarii*, Con. *Ultronei*, Vall.

(40) *Τῷ ὅρῳ, τὸ μηδέν.* Τοῦ loco τό, D. 1.

(41) *Ἐπὶ γὰρ τοῖς τοιούτοις.* Ἐπὶ γὰρ τούτοις, A. 3. Mox idem, θάλατταν τὰ φορτία.

(42) *Ὁμοίως καὶ οἱ αἰσχρόν τι*, κ. τ. λ. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ αἰσχρὸν ἢ δεινόν τι, D. 1, A. 2. Sic, omisso δέ, A. 1.

(43) *Μεῖζον καλόν.* Μείζων (ex corr. εἰ) καλόν. Post καλόν addit: Ὡς Ζήνων ὁ ἀποφαγὼν ἑαυτοῦ τὴν γλῶτταν καὶ ἀποπτύσας Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ ὑπὲρ τοῦ μηδόλως αὐτῷ ἐξειπεῖν τὰ ἀπόῤῥητα. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀνάξαρχος, κ. τ. λ., D. 1. Sic etiam ex mss. edidit, sed Ζήνων, et, ὑπὲρ τοῦ μηδενὶ αὐτῷ, κ. τ. λ., Ox. Ὡς Ζήνων ὁ ἀποφαγὼν τὴν ἑαυτοῦ γλῶτταν, καὶ ἀποπτύσας Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ, ὑπὲρ τοῦ μηδενὶ τρόπῳ αὐτοῦ ἐξειπεῖν τὰ ἀπόῤῥητα. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀνάξαρχος, A. 3. Cum D. 1 consentit, sed in fine, ὁμοίως καὶ Ἀνάξαρχος, A. 1. Cum D. 1 consentit, sed μηδενὶ τρόπῳ, loco μηδόλως, A. 2. Cum D. 1 consentit etiam M. 1, sed omittit ὁ, ante ἀποφαγών, et in fine δέ, ante καί. « Ob majus *malum ritandum*, ut Zeno et reliqua, » Con. « *Majus honestum*, servat etiam narratione de Zenone, » Vall. Zenonis factum memorat Euseb. *Præpar. evang.* pag. 504; Plutarch. t. II, p. 505, p. 1051; Diog. Laert. p. 352. Sed ibi non Dionysius tyrannus appellatur, verum Nearchus aut Diomedon. De Anaxarcho vid. Plutarch. t. II, p. 449; Diog. Laert. p. 364.

Digitized by Google

τῷ τυράννῳ, ὑπὲρ τοῦ μηδόλως αὐτῷ ἐξειπεῖν τὰ ἀπόῤῥητα· ὁμοίως δὲ καὶ Ἀνάξαρχος ὁ φιλόσοφος ὑπομείνας πτίσσεσθαι (44) ὑπὸ Νικοκρέοντος τοῦ τυράννου ὑπὲρ τοῦ μὴ προδοῦναι τοὺς φίλους. Καθόλου οὖν (45), ὅταν ἢ διὰ φόβον μειζόνων κακῶν ἕληταί τις τὸ ἔλαττον κακὸν (46), ἢ δι' ἐλπίδα μείζονος καλοῦ καταδέξηταί τις τὸ ἔλαττον κακὸν (47), ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλως κατορθῶσαι (48), οὐκ ἀκούσιον ὑπομένει πάθος ἢ πρᾶξιν (49)· ποιεῖ γὰρ κατὰ προαίρεσιν καὶ κατ' ἐκλογήν, καὶ τότε εἰσὶν αἱρεταὶ (50), ὅταν πράττωνται, καθ' ἑαυτὰς οὐκ (51) οὖσαι αἱρεταί. Εἰσὶν οὖν μικταὶ ἐξ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου (52)· ἀκουσίου μὲν, καθ' ἑαυτὰς, ἑκουσίου δὲ τότε, διὰ περίστασιν. Ἄνευ γὰρ περιστάσεως (53) οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ταῦτα πρᾶξαι. Δηλοῖ (54) δὲ καὶ ὁ ἐπὶ ταῖς τοιαύταις πράξεσι γενόμενος ἔπαινος ἢ ψόγος, ὅτι ἑκούσιαί (55) εἰσιν. Ἀκουσίων γὰρ ἔργων οὐδεὶς ἔπαινος ἢ ψόγος ἔσται. Οὐκ ἔστι δὲ ῥᾴδιον (56) διακρῖναι, ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον.

Δεῖ (57) δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πρὸ τῶν αἰσχρῶν αἱρεῖσθαι τὰ λυπηρὰ, ὡς Σωσάννα καὶ Ἰωσὴφ ἐποίησαν, οὐκ ἀεὶ μέντοι (58). Ὠριγένης γοῦν, **126** διὰ τὸ μὴ περιπεσεῖν τῇ αἰσχύνῃ τῇ τῶν (59) Αἰθιόπων, ἐπιθύσας (60), τοῦ παντὸς ἐξέπεσεν. Οὕτως οὐκ ἔστιν εὔκολος ἡ τῶν τοιούτων διάγνωσις. Ἔτι δὲ καὶ τούτου χαλεπώτερόν ἐστι, τὸ ἐμμεῖναι (61) τοῖς δόξασιν. Οὐ γὰρ ὁμοίως ἐκπλήσσει τὰ δεινὰ προσδοκώμενα καὶ ἐπαγόμενα. Ἀλλ' ἐνίοτε κρίναντες ἐξιστάμεθα (62) τῆς κρίσεως, ἐν τοῖς δεινοῖς γενόμενοι, ὡς ἐπί

qui suam ipse linguam dentibus præcisam exspuit in Dionysium tyrannum, ne ei ulla ratione tacenda et recondita quædam enuntiaret. Item Anaxarchus philosophus, qui passus est se contundi a Nicocreonte tyranno, ne amicos proderet. Universe igitur, quando aut metu majorum malorum elegerit quis minus malum, aut spe majoris boni sumpserit minus bonum, quod aliter consequi, quod vult, non possit, non invitus agit aut patitur. Facit enim voluntate et soluta eligendi optione, ac optabilia sunt tum, cum aguntur, etsi per se non sint optabilia. Sunt ergo ex eo quod sponte et invite fit, mista et temperata. Invite quidem per se, sponte eo tempore ex circumstantia. Nam sine circumstantia nemo velit hæc agere ; sed hæc sponte fieri, laus aut vituperatio, quæ talibus actionibus tribuuntur, declarant. Nam eorum quæ invite facimus, nulla erit laus aut vituperatio. Quanquam non est facile discernere, quid cui præoptandum sit.

Oportet tamen, ut plurimum, præ turpibus expetere, quæ molesta sunt, ut Suzanna et Joseph fecerunt, etsi non semper. Nam Origenes, qui, ne dedecus et ignominiam susciperet, quam Æthiopes ostentabant, diis sacra fecit, tota causa cecidit. Ita hæc dijudicare facile non est. Sed his multo difficilius, manere in eo, quod semel decretum sit. Non enim æque terrent res graves atque difficiles, dum exspectantur, atque dum jam premunt. Sed accidit interdum, ut, cum judicaverimus et statuerimus ali-

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(44) *Πτίσσεσθαι.* Πτήσεσθαι, A. 3. « In rotæ modum incurvari, » Valla. Ac si legerit τροχίζεσθαι. Hujus exemplum narrat Philo p. 145, Φασὶ γοῦν ἤδη τινὰς τῶν σοφῶν τροχιζομένους ὑπὲρ τοῦ τὰ ἄῤῥητα μηνῦσαι, γλῶτταν ἀποτραγόντας τὴν ἑαυτῶν, κ. τ. λ.

(45) *Καθόλου οὖν.* Οὖν abest, A. 2.

(46) *Τὸ ἔλαττον κακόν.* Τό abest, A. 1, 2. Ab ἕληταί τις leguntur a man. rec. in marg., A. 2. In hac formula poni et omitti potest τό.

(47) *Ἢ δι' ἐλπίδα — ἔλαττον καλόν.* Absunt, A. 1, 2, Vall. Ἢ δι' ἐλπίδα μείζονος κακοῦ καταδέξηταί τις ἔλαττον κακόν, D. 1, A. 3. Καταδέξεται loco καταδέξηται, Ox. In fine probo κακόν. Sic et M. 1, et Con. Proximum vero ὃ refero ad καλοῦ.

(48) *Ἄλλως κατορθῶσαι.* Σ in ἄλλως a man. rec. additum, D. 1. Μᾶλλον ἄλλως κατορθ., et mox ἀκουσίου, M. 1.

(49) *Πρᾶξιν ἢ πάθος.* Πάθος ἢ πρᾶξιν, A. 1, 2.

(50) *Καὶ τότε εἰσὶν αἱρεταί.* Μέν, post εἰσί, addit A. 3. Post hæc a primo legitur (εἰ καὶ πράττονται καθ' ἑκούσιον, οὐκ οὖσαι αἱρεταὶ), ὅταν πράττονται, κ. τ. λ. Sed inclusa linea deleta sunt a man. rec., addita hac nota : Ἀναγινώσκεται καὶ οὕτως· Εἰ καὶ πράττονται, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τοῦ, ὅταν πράττωνται. Ergo ipse ea quæ delevit, agnovit D. 1; αἱρεταὶ refertur ad πράξεις.

(51) *Καθ' ἑαυτὰς οὐκ,* κ. τ. λ. Καθ' ἑαυτὰς ἑκουσίως οὐκ οὖσαι, D. 1. Ab οὐκ οὖσαι ad μὲν καθ' ἑαυτὰς absunt, A. 3.

(52) *Ἐξ ἑκουσίου,* κ. τ. λ. Ἐξ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου. Ἀκούσιον μὲν καθ' ἕτερον· ἑκούσιον δὲ τό τε διὰ περίστασιν. Comma inter τό et τε est a man. rec., D. 1. « Ex invito ultroneoque, » Vall. Ποτὲ μέν loco τότε, A. 3.

(53) *Περιστάσεως* ad *ἑκουσίαι εἰσίν.* Absunt, M. 1.

(54) *Πρᾶξαι. Δηλοῖ.* Παθεῖν. Δῆλος, D. 1. Παθεῖν exhibet etiam A. 3. Mox, γινόμενος ἔπαινος, D. 1.

(55) *Ὅτι ἑκούσιαι.* Sic, sed litteræ τι ε deinceps a rec. deletæ, D. 1. Ab ὅτι ad ἢ ψόγος absunt, A. 3.

(56) *Οὐκ ἔστι δὲ ῥᾴδιον.* Οὐκ ἔσται δὲ ῥᾴδιον, A. 1. Δέ solum insertum a man. rec., D. 1. Mox διακρῖναι, idem.

(57) *Αἱρετόν. Δεῖ.* Αἱρετέον. Δεῖ, D. 1, A. 1, 3. Αἱρητέον (sic) δεῖ, M. 1.

(58) *Οὐκ ἀεὶ μέντοι.* Οὐκ ἀεὶ μεμπτοί, D. 1, A. 1, 2, M. 1. *Non usque lamentabundi*, Vall. Probo vulgatum. Nam ἀεί opponitur τῷ, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *Neque id semper*, Con. Tamen hic aliquis opponere possit : *Atqui turpitudini semper postponendum est damnum, calamitas et mors.*

(59) *Αἰσχύνῃ τῇ τῶν.* Τῇ abest, D. 1. Id est, τῇ παρὰ τῶν Αἰθιόπων. Origenes in eam necessitatem ab Æthiopibus compulsus, ut aut libidini dederet corpus, aut idolis thus adoleret, posterius elegit. Vid. Epiphan. t. 1, p. 525. Θύειν autem esse *thus adolere*, satis docuit Grævius ad Hesiod. Ἔργ. 338. Loco *Origenes* Cono habet, *Horexonius*. Mox Αἰθιοπίων, A. 3.

(60) *Ἐπιθύσας.* Θύσας, A. 2. Heliodor. p. 87, Τοῦ λιβανωτοῦ λαβὼν ἐπέθυσα.

(61) *Ἔτι δὲ καὶ τούτοις χαλεπώτερόν ἐστι, τὸ ἐμμεῖναι.* Τούτου, loco τούτοις, A. 1, 3, D. 1. Sed in hoc ἔτι est ex correct., antea erat ἔστι. Idem habet, τὸ μὴ ἐμμεῖναι. Ἔστι δὲ καὶ τούτων χαλεπώτερον τὸ μὴ ἐπιμεῖναι, M. 1. Ἔστι omittit A. 3. Τούτοις locum ita habere nequit. Comparativus genitivum postulat. Aliud est, πρὸς τούτοις. Cono : « Amplius autem est isto difficilius, non permanere. » Valla : « Quin et magis arduum est, in opinionibus persistere. »

(62) *Ἐξιστάμεθα.* Ἐξίστασθαι, A. 3. Idem mox, γινόμενοι.

Digitized by Google

quid, non stemus in eo, quod judicatum sit, cum in ipsis malis versamur, ut quibusdam contigit martyribus. Nam cum initio constanter tolerassent, tandem succubuere, et in ipso discrimine et perpessione rerum asperarum fracti sunt. Nemo autem existimet, intemperantiæ libidinem aut iram peccata esse invite suscepta, quod extra principium habeant efficiens. Nam et forma scorti ad intemperantiam eum qui aspexit, excitavit, et qui irritavit, iram commovit. Etsi enim principium efficiens habent extra, ipsi tamen per se et partes eas, quæ instrumenti loco sunt, agunt ; neque sub definitionem ejus, quod invite geritur, cadunt, quando principii causam sibi ipsis præbent, quod propter malam institutionem perturbationibus facile succumbant. Nam vituperantur, qui hæc agunt, ut qui malum sua sponte contraxerint. Esse autem sponte contractum, constat ex eo quod actione delectantur. At vero, quod inviti facimus, molestum esse ostendimus. De eo ergo quod inviti per vim agimus, hæc sint exposita. Reliquum, est ut de eo quod per ignorationem est, dicamus.

A τινων συμβέβηκεν ἐν τῷ μαρτυρεῖν (63). Τὴν ἀρχὴν γὰρ καρτερήσαντες, περὶ τὸ τέλος ἐνέδωκαν, ἐν τῇ πείρᾳ τῶν χαλεπῶν ἀπομαλακισθέντες. Μηδεὶς δὲ νομίσῃ τῆς ἀκολασίας τὴν ἐπιθυμίαν ἢ τὸν θυμὸν τῶν ἀκουσίων εἶναι πλημμελημάτων, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα τὴν ἀρχὴν ἔξωθεν ἔχει τὴν ποιητικήν. Τό τε γὰρ κάλλος τῆς πόρνης ἐξοίστρησεν ἐπὶ τὴν ἀκολασίαν τὸν ἐωρακότα (64), καὶ ὁ παροξύνας ἐκίνησε τὸν θυμόν. Εἰ γὰρ καὶ τὴν ἀρχὴν ἔξωθεν ἔχουσιν, ἀλλ' αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν καὶ τῶν ὀργανικῶν μορίων ἐνεργοῦσι, καὶ οὐχ ὑποπίπτουσι τῷ ὅρῳ τοῦ ἀκουσίου, ὁπότε καὶ τῆς ἀρχῆς τὴν αἰτίαν ἑαυτοῖς παρέχονται (65), διὰ φαύλην ἀγωγὴν ὑπὸ τῶν παθῶν ῥᾳδίως αἰχμαλωτιζόμενοι. Ψέγονται γοῦν οἱ ταῦτα πράττοντες, ὡς ἑκούσιον κακὸν ὑπομένοντες. Ὅτι δὲ ἑκούσιόν B ἐστι, δῆλον. Ἥδονται γὰρ ἐπὶ τῇ πράξει· τὸ δὲ ἀκούσιον λυπηρὸν ἐδείχθη. Περὶ μὲν οὖν τοῦ ἀκουσίου τοῦ βίᾳ (66) ταῦτα, περὶ δὲ τοῦ δι' ἄγνοιαν εἰπεῖν ὑπολέλειπται.

CAP. XXXI.

De eo quod invite per ignorationem fit.

Multa agimus per inscitiam, ex quibus post actionem voluptatem capimus, ut cum quis invitus inimicum interfecerit, cæde tamen ejus delectatur. Hæc et id genus alia vocant non sponte suscepta, non tamen etiam invite. Item agimus quædam per inscientiam, quæ facta molestiam afferant : hæc vocarunt invite facta, quæ perpetrata dolor consequitur. Eorum ergo quæ fiunt per ignorantiam, duæ sunt species : una non sponte factum, altera invite. Nunc propositum est de eo tantum, quod invite fit, dicere. Nam quod non sponte est gestum, magis reducitur ad id quod sponte est factum, cum sit mistum. Nam si principium spectes, invite fit ; si finem, sponte. Nam quod invite suscipiebatur, exitus fecit, ut sponte factum videatur. Quare quod invite fit, definiunt etiam sic : Invite factum est quod, præterquam quod sponte non est susceptum, dolorem

ΚΕΦ. ΛΑ' (67).

Περὶ τοῦ δι' ἄγνοιαν ἀκουσίου.

127 Πολλὰ πράττομεν δι' ἄγνοιαν, ἐφ' οἷς μετὰ τὴν πρᾶξιν (68) χαίρομεν, ὡς ὅταν τις ἄκων μὲν ἐχθρὸν φονεύσῃ (69), χαίρῃ δὲ (70) ἐπὶ τῷ φόνῳ. Ταῦτ' οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα καλοῦσιν οὐχ ἑκούσια, οὐ μέντοι καὶ ἀκούσια (71). Καὶ πάλιν πράττομέν τινα δι' ἄγνοιαν, καὶ ἐπὶ τοῖς γενομένοις λυποῦμεθα. C Ταῦτα δὲ ἐκάλεσαν (72) ἀκούσια, ὅσοις πραχθεῖσιν ἐπακολουθεῖ λύπη. Τῶν οὖν δι' ἄγνοιαν δύο ἐστὶν εἴδη· ἓν μὲν τὸ οὐχ ἑκούσιον, ἕτερον δὲ τὸ ἀκούσιον. Πρόκειται δὲ νῦν εἰπεῖν περὶ μόνου τοῦ ἀκουσίου (73). Τὸ γὰρ οὐχ ἑκούσιον τοῖς ἑκουσίοις μᾶλλον ὑπάγεται, μικτὸν ὑπάρχον. Τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν ἀκούσιον ἔχει· τὸ δὲ τέλος, ἑκούσιον. Ἐξ ἀποβάσεως γὰρ ἑκούσιον γέγονε τὸ ἀκούσιον. Διὸ καὶ οὕτως ὁρίζονται (74) τὸ ἀκούσιον· Ἀκούσιόν ἐστι τὸ, πρὸς τῷ μὴ (75) ἑκούσιον εἶναι, ἐπίλυπον ὂν καὶ ἐν μεταμελείᾳ. Πάλιν, ἄλλο μέν ἐστι τὸ δι' ἄγνοιάν (76) τι ποιεῖν, ἄλλο δὲ,

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(63) *Ἐν τῷ μαρτυρεῖν.* « In perferendo martyrio, » Cono. Mox : μηδεὶς δὲ νομίσει, A. 3.

(64) *Ἑωρακότα.* Ὡρακότα, A. 3.

(65) *Παρέχονται.* Παρέχωνται, et ex correct. rec. D o, D. 1. Παρέχωνται, A. 3.

(66) *Τοῦ βίᾳ ἀκουσίου.* Τοῦ ἀκουσίου τοῦ βίᾳ, A. 1, 2, D. 1. Mox idem ὑπολείπεται. Περὶ μὲν τοῦ ἀκουσίου τοῦ βίᾳ ταῦτα, περὶ τοῦ — ὑπολείπεται, A. 3.

(67) Cap. 31. Index idem, A. 1, 3. A man. rec. in marg., A. 2. Idem index, sed caput λ', D. 1. Λόγος, loco κεφ., M. 1. *De invito per ignorantiam.* Cap. 30, Vall. Cono incipit libri v cap. 2, *De involuntario per ignorantiam, et an excusel.*

(68) *Μετὰ πρᾶξιν.* Μετὰ τὴν πρᾶξιν, D. 1, A. 1, 2, 3. Mox καὶ ὅταν, loco ὡς ὅταν, M. 1. Deinde : τὶς μὲν ἀκουσίως τὸν ἐχθρόν, A. 3.

(69) *Φονεύσῃ. Alium ratus* occiderit : *aliumne occiderit, inimicum arbitratus*, Valla.

(70) *Χαίρει δέ.* Χαίρῃ δέ, A. 1, 2.

(71) *Οὐχ ἑκούσια — ἀκούσια.* Absunt, A. 1, 2. Οὐ μέντοι καὶ ἀκούσια omittit Vall. Mox, ἐπὶ τοῖς γενομένοις, A. 1, 2, D. 1, Con., Vall. Ἐπί abest solum, M. 1.

(72) *Ταῦτα ἐκάλεσαν.* Δέ, post ταῦτα, addit D. 1. Οὖν addit A. 3. Mox, παρακολουθεῖ λύπη, A. 1, 2.

(73) *Περὶ τοῦ ἀκουσίου μόνου.* Περὶ μόνου τοῦ ἀκουσίου, D. 1, A. 1, 2, 3.

(74) *Οὕτως ὁρίζονται.* Ὁρίζονται οὕτως, A. 2. Διὸ καὶ — ἀκούσιον absunt, A. 3.

(75) *Ἐστι τὸ, πρὸς τῷ μὴ*, κ. τ. λ. Ἔστιν ὃ μὴ πρὸς τό, A. 3. Ἔστι, τὸ μὴ πρὸς τὸ ἑκούσιον εἶναι καὶ ἐπίλυπον ὂν καὶ ἐν, D. 1. Ἐν, ante μεταμελείᾳ, omittit M. 1. Ex his probavi solum ὄν, loco ἐστί. Si quis tamen ἐστί malit retinere, ante πρὸς τῷ, loco τό, scribendum est ὅ. Cono : Involuntarium est, quod cum voluntarium sit, tristitiam et pœnitudinem affert. Ergo deest μή. Valla : Invitum est, quod, quoniam voluntarium non est, ægrimoniam affert, et porro quod in pœnitentia collocatum est.

(76) *Ἐστι δι' ἄγνοιαν.* Ἔστι τὸ δι' ἄγνοιαν, D. 1. Mox, ποιεῖν, καὶ ἄλλο ἀγνοοῦντα, et mox, ὑπάρχῃ, loco ᾖ, A. 3.

Digitized by Google

ἀγνοοῦντα. Ἐὰν γὰρ ἐφ' ἡμῖν ᾖ τῆς ἀγνοίας τὸ αἴτιον, ἀγνοοῦντες μὲν ποιοῦμεν (77), οὐ δι' ἄγνοιαν δέ. Ὁ γὰρ μεθύων καὶ θυμούμενος καὶ ποιῶν τι φαῦλον, ὁ μὲν τὴν μέθην, ὁ δὲ τὴν ὀργὴν αἰτίαν ἔχει τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων, ἅπερ ἑκούσια ἦν (78). Ἐξῆν γὰρ αὐτῷ μὴ μεθυσθῆναι (79). Αὐτὸς οὖν ἑαυτῷ τῆς ἀγνοίας γέγονεν (80) αἴτιος. Ταῦτα οὖν οὐ δι' ἄγνοιαν λέγεται ποιεῖν, ἀλλ' ἀγνοῶν πράττειν (80), ἅπερ οὐκ ἔστιν ἀκούσια, ἀλλ' ἑκούσια. Διὸ καὶ ψέγονται παρὰ τῶν χρηστῶν οἱ ταῦτα πράττοντες. Εἰ γὰρ μὴ ἐμεθύσθη, οὐκ ἂν ἐποίησεν· ἑκὼν δὲ ἐμεθύσθη, ἑκὼν ἄρα (82) ταῦτα **128** ἐποίησε. Δι' ἄγνοιαν (83) δὲ ταῦτα πράττομεν, ὅταν μὴ αὐτοὶ παρέχωμεν (84) τὴν αἰτίαν τῆς ἀγνοίας, ἀλλ' οὕτω συνέβη· οἷον, ἐν τῷ τόπῳ (85) τις τῷ συνῆθει τοξεύων, τὸν πατέρα παριόντα (86) κατὰ τύχην βαλὼν, ἀπέκτεινεν. Ἐκ τῶν εἰρημένων οὖν ἀποδείκνυται (87), ὅτι οὐχ ὁ ἀγνοῶν τὰ συμφέροντα, οὐδ' ὁ νομίζων εἶναι (88) τὰ φαῦλα χρηστὰ, πάθος ἀκούσιον ὑπομένει (89). Τῆς γὰρ αὐτοῦ μοχθηρίας ἐστὶν ἡ ἄγνοια· ψέγεται γοῦν καὶ οὗτος (90)· τῶν δὲ ἑκουσίων ὁ ψόγος. Οὐκ ἄρα τῶν καθόλου καὶ γενικῶν (91), ἢ τῶν κατὰ προαίρεσιν, ἀκούσιός ἐστιν ἡ ἄγνοια, ἀλλὰ τῶν ἐν μέρει. Τὰ μὲν γὰρ καθ' ἕκαστα ἄκοντες, τὰ δὲ καθόλου ἑκόντες ἀγνοοῦμεν.

A etiam et pœnitendi causam affert. Præterea aliud est per inscientiam aliquid facere, aliud inscientem. Si enim in nostra potestate fuerit inscientiæ causa, inscientes quidem facimus, non tamen per inscientiam. Nam vinolentus et iratus quispiam, si quid faciat improbe, alter ebrietatem, alter iram causam habet eorum, quæ facit, quæ sponte suscepta sunt. Licebat enim illi non ebrium fieri. Ipse ergo sibi ignorantiæ causa est. Itaque hæc non per inscientiam dicitur facere, sed insciens agere; quæ non invite, sed sponte fiunt. Quocirca etiam reprehenduntur a viris bonis qui hæc agunt. Si enim non fuisset ebrius factus, non fecisset; sponte autem ebrius est factus, sponte ergo fecit. Per inscientiam autem ea facimus, cum ipsi non præbuerimus B causam inscientiæ, sed ita casus tulerit, ut in loco consueto quispiam sagittam mittens, patrem casu prætereuntem interfecit. Ex his ergo quæ diximus, demonstratur eum, qui ignorat, quæ sunt utilia, quique mala esse bona opinatur, invite non agere. Nam illa inscientia ex ejus improbitate proficiscitur. Itaque iste vituperatur. Vituperatio porro nonnisi eorum est quæ sponte commissa sunt. Non ergo rerum universarum et generalium, aut earum quæ fiunt ex electione, ignorantia est invite suscepta, sed singularum. Nam singula inviti, universa sponte ignoramus.

Τούτων οὕτω διωρισμένων, ἑξῆς ῥητέον (92) ποῖά ἐστι τὰ καθ' ἕκαστα (93). Ταῦτα δέ ἐστιν, ἃ καλεῖται παρὰ τοῖς ῥήτορσι περιστατικὰ μόρια· τίς, τίνα, τί, τίνι, ποῦ (94), πότε, πῶς, διατί. Οἷον, πρόσωπον, πρᾶγμα, ὄργανον, τόπος, χρόνος, τρόπος, αἰτία. Πρόσωπον μὲν, τὸ ποιοῦν (95), ἢ περὶ τίνα ἢ πρᾶ-

His itaque sic explicatis, dicendum est quæ sint singula. Hæc autem sunt, quæ vocantur a rhetoribus circumstantiæ: quis, quem, quid, quo, ubi, C quando, quomodo, quamobrem; ut, persona, factum, instrumentum, locus, tempus, modus, causa. Persona quidem, qui facit, aut in quem est actio, ut si

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(77) *Ἀγνοοῦντες μὲν ποιοῦμεν.* Μὲν abest, D. 1. Mox idem καὶ ὁ θυμούμενος. Equidem malim, ὁ γὰρ μεθύων ἢ θυμούμενος, ποιῶν τι φαῦλον.

(78) *Ἅπερ ἑκούσια ἦν.* Ἅπερ ἦν ἑκούσια, D. 1. Ἅπερ ἦν ἀκούσια, A. 3.

(79) *Μὴ μεθυσθῆναι.* « Non ebriari, non irasci, » Valla. Legit ergo, μηδὲ θυμοῦσθαι. Hoc mihi valde probatur. Mox idem omittit, αὐτὸς οὖν — αἴτιος.

(80) *Τῆς ἀγνοίας γέγονεν.* Γέγονε τῆς ἀγνοίας, D. 1, A. 3. Confer Joan. p. 192.

(81) *Ἀλλ' ἀγνοοῦντα πράττειν.* Ἀλλ' ἀγνοοῦντος πράττει, A. 3. Forte voluit: Λέγονται ποιεῖν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες πράττειν. Ellebodius, *insciens*. Cono, D *ignoranter*. Valla, *ignarus*. Ergo ἀγνοῶν, quod malim, aut ἀγνοῶν διαπράττειν. Cæterum non ignoro, λέγεται alibi etiam habere accusativum cum infinitivo, ut Xenoph. *Mem. Socr.* 1, 2, 40: Λέγεται Ἀλκιβιάδην Περικλεῖ διαλεχθῆναι. *Cyrop.* 1, 3, 4: Τὸν Κύρον ἀποκρίνασθαι λέγεται. Et ibid. 1, 4, 25.

(82) *Ἑκὼν ἄρα.* Ἑκὼν καί, D. 1. Ἑκὼν γὰρ καί, M. 1. Ἑκὼν ἄρα καὶ ταῦτα, A. 3.

(83) *Δι' ἄγνοιαν.* Vid. Joan. p. 192.

(84) *Παρέχωμεν.* Παράσχωμεν. A. 3.

(85) *Συνέβη· οἷον, ἐν τῷ τόπῳ.* Συμβάν· οἷον τῷ τόπῳ, D. 1. Forte, ἀλλ' ἐὰν οὕτω συνέβη. Hoc est, si casu acciderit, ut versaremur in ignorantia.

(86) *Παριόντα.* Περιιόντα, A. 1, 2, et in marg. Ant. Παριόντα est *prætereuntem*: περιιόντα est *obambulantem*. Prius magis placet. Ita etiam exhibet Joan. l. 1. *Transeuntem*, Con. *Prætereuntem*, Vall.

(87) *Οὖν ἀποδείκνυται.* Συναποδείκνυται, A. 1. Οὖν et σύν sæpe confusa sunt.

(88) *Νομίζων εἶναι.* Νομίζων πάλιν εἶναι, D. 1. Mox, φαῦλα τὰ χρηστά, A. 3.

(89) *Πάθος ἀκούσιον ὑπομένει.* Πάθος ἑκούσιον ὑπομένει, A. 2, 3, Con. Πάθος ἀκούσιον ὑπομένει, ἀλλ' ἑκούσιον, D. 1. Valla vulgatum expressit. Mox, τῆς γὰρ αὐτῶν μοχθ., D. 1.

(90) *Ψέγεται γοῦν καὶ οὗτος.* Ψέγονται οὖν καὶ αὐτοί, D. 1. Sed οὖν ex correct., antea γοῦν. Mox idem post ψόγος addit ἐστίν. Sed hoc intelligitur per se.

(91) *Γενικῶν.* Post hoc iterum habet: ἢ τῶν καθόλου, A. 3.

(92) *Ἑξῆς ῥητέον.* Hic rursus incipit textus a prima manu, A 2.

(93) *Ποῖά ἐστι τὰ καθ' ἕκαστα.* Ὁποῖα, loco ποῖα, A. 2. Confer Joan. p. 192 B.

(94) *Τί, τίνι, ποῦ.* Τίνι abest, D. 1, A. 2. Τί, τίνι abest, A. 3, Τίνα et τίνι omittit Con. Τίνα, quod ad personam refertur, inepte Valla reddidit *quæ*, loco *quem*. Idem τίνι omittit.

(95) *Πρόσωπον μὲν, τὸ ποιοῦν*, κ. τ. λ. Οἷον πρόσωπον μὲν τὸ ποιοῦν. Τίνα δὲ, περὶ τίνα, A. 2. Sic, omisso οἷον, D. 1. Τίνα δὲ περὶ τίνα habet etiam M. 1. Mox, οἱονεί, junctim, A. 2. Πρόσωπον duplex est, ποιοῦν καὶ πάσχον. Apud Hermogenem p. 141, hæc breviter ita notantur, τόπος, χρόνος, τρόπος, πρόσωπον, αἰτία, πρᾶγμα. Paulo ante: χρόνος καὶ τρόπος, A. 3, et post: Ποιοῦν τινὰ δὲ οἷον περί, idem.

Digitized by Google

patrem filius insciens percusserit. Factum, illud ipsum quod actum est, si quis, cui colaphum impingere voluerit, cum cæcavit. Instrumentum, si lapidem jecit, quod putarat esse pumicem. Locus, si, dum in angiportum flectit, eum qui occurrerit, insciens pulsaverit. Tempus, si noctu, arbitratus hostem amicum, occiderit. Modus, si leviter ac non magna vi percussum interemit. Ignoravit enim, leniter percussum interiturum. Causa, si quis medicamentum cuipiam veluti sanaturus dederit, eum vero, qui eo medicamento usus est, mors consecuta sit, quod venenum esse deprehensum sit. Sed hæc quidem omnia ne insanus quidem ignoraverit. Qui vero plurima horum aut potissima nesciverit, per inscientiam fecit. Sunt autem potissima in his, cujus gratia, et quod agitur, id est, causa et factum.

CAP. XXXII.

De eo quod sponte fit.

Cum, quod invite committitur, duplex sit, per inscientiam, et per vim : quod sponte committitur, utrique opponitur. Sponte enim committitur quod neque per vim, neque per inscientiam fit. Atque id quidem non per vim fit, cujus principium in ipsis est : non per ignorantiam vero, si quidpiam rerum singularum ignoratum non fuerit, per quæ et in quibus est actio. Utroque igitur juncto ad alterum, definivimus sponte factum, cujus principium in ipso est, sciente singula, in quibus est actio. Quæritur autem an quæ natura fiunt, sponte fiant, ut concoctio et accretio. Sed hæc neque sponte, neque invite fieri ostenduntur. Nam quod invite et sponte fit, in iis numeratur quæ in nobis sunt posita. At

A ξις· οἷον, εἰ πατέρα υἱὸς ἐτύπτησεν (96) ἀγνοῶν· πρᾶγμα δέ, αὐτὸ τὸ πραχθέν, εἰ ῥαπίσαι θέλων ἐτύφλωσεν· ὄργανον δέ, εἰ λίθον ἠκόντισεν, νομίσας εἶναι κίσσηριν (97)· τόπος δέ, εἰ ἐν τῷ περικλᾷ στενωπὸν, ἔκρουσεν ἀγνοῶν τὸν ἀπαντήσαντα (98)· χρόνος δέ, εἰ ἐν νυκτὶ, νομίσας πολέμιον τὸν φίλον, ἐφόνευσεν· τρόπος δέ, εἰ πλήξας ἠρέμα καὶ μὴ ῥαγδαίως (99), ἐφόνευσεν· ἠγνόησε γὰρ (1), εἰ πληγεὶς ἠρέμα τελευτήσει· αἰτία δέ, εἰ ὁ μὲν ἔδωκε φάρμακον, ὡς ὑγιάζον (2), ἀπέθανε δὲ ὁ λαβὼν, τῷ τὸ φάρμακον εὑρεθῆναι (3) δηλητήριον. Ἀλλὰ **129** ταῦτα μὲν ἅμα πάντα οὐδ' ἂν (4) μαινόμενός τις ἀγνοήσειεν (5)· ὁ δὲ τὰ πλεῖστα τούτων ἢ τὰ κυριώτερα (6) ἀγνοήσας, οὗτος δι' ἄγνοιαν πεποίηκε. Κυριώτατα δέ ἐστιν ἐν τούτοις τὸ, οὗ ἕνεκα (7), καὶ τί τὸ πρατ-

B τόμενον, τουτέστιν, ἡ αἰτία καὶ τὸ πρᾶγμα.

ΚΕΦ. ΛΒ' (8).

Περὶ τοῦ ἑκουσίου.

Τοῦ ἀκουσίου ὄντος διττοῦ, τοῦ τε δι' ἄγνοιαν καὶ τοῦ κατὰ βίαν (9), τὸ ἑκούσιον ἀμφοτέροις ἀντίκειται. Ἔστι γὰρ τὸ μήτε βίᾳ (10), μήτε δι' ἄγνοιαν γινόμενον. Καὶ ἔστιν οὐ βίᾳ μὲν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς (11)· οὐ δι' ἄγνοιαν δὲ, εἰ μὴ τῶν καθ' ἕκαστα τι εἴη ἀγνούμενον, δι' ὧν καὶ ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. Συνθέντες οὖν ἑκάτερον, ὁριζόμεθα τὸ ἑκούσιον, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, εἰδότι (12) τὰ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. Ζητεῖται δὲ, εἰ τὰ φύσει γινόμενα ἑκούσιά ἐστιν (13)· οἷον, ἡ πέψις καὶ ἡ αὔξησις (14). Δείκνυται δὲ ταῦτα μήτε ἑκούσια, μήτε ἀκούσια. Τὸ

C γὰρ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν (15) ἐστιν· ἡ δὲ πέψις καὶ ἡ αὔξησις οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Ὅθεν, εἰ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα μὴ ἀγνοοῦμεν (16), τῷ μὴ ἐφ' ἡμῖν

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(96) *Ἐτύπτησεν.* A τυπτέω. Ita Aristoph. *Nub.* v. 1445, τυπτήσω. Plut. v. 21, ubi scholiasta ita habet : Τὸ δὲ, τυπτήσεις, Ἀττικόν ἐστιν, ἀπὸ τοῦ τυπτέω, ἀχρήστου θέματος.

(97) *Κίσσηριν.* Κίσηριν τὸν λίθον, D. 1. Κίσηρην (sic) τὸν λίθον, A. 2. Καίσηριν τὸν λίθον, A. 3. Duplici et uno σ scribitur. Cæterum plane ita Aristot. *Eth. ad Nicomach.* III, 1, de re eadem : Ἡ τὸν λίθον κίσσηριν εἶναι. Mox περικλᾷν idem est, quod περιελάσαι. Valla reddidit, *in demoliendo.*

(98) *Ἀπαντήσαντα.* Παραπατήσαντα et ex correct. περιπατήσαντα, M. 1.

(99) *Ἠρέμα καὶ μὴ ῥαγδαίως.* Ἠρέμα ex correct. rec., antea ἠρέμα. Et εἰ, loco μή, D. 1. Sensim *vel* graviter, Con. Leviter ac minime impetuose, Vall. Ἠρέμα καὶ μὴ ῥᾳδίως, A. 3.

(1) *Ἠγνόησε γὰρ*, κ. τ. λ. Ἠγνόει γὰρ εἰ πληγείς, A. 1. Mox, ἠρέμα, A. 3. Loco ἠρέμα, habet ἅμα, D. 1, A. 1. Hoc perplacet.

(2) *Φάρμακον, ὡς ὑγιάζον.* Φάρμακα ὡς ὑγιάζων, M. 1.

(3) *Τὸ φάρμακον εὑρεθέν.* Τῷ τὸ φάρμακον εὑρεθῆναι, D. 1, A. 1, 2. *Quia*, Con. Τῷ τὸ φάρμ. δηλητ. εὑρεθῆναι, A. 3.

(4) *Πάντα οὐδ' ἄν.* Ἅπαντα οὐδ' ἄν, A. 2. *Præcludendo oculos.* Ergo, μύων τοὺς ὀφθαλμούς, Con. Male. Valla, *infamis*, voluit, *insanus.*

(5) *Ἀγνοήσειεν.* Ἠγνόησε, A. 3. Nec hoc male.

(6) *Ἢ κυριώτερα.* Τά, post ἤ addit D. 1, A. 1, 2, 3. Mox, κυριώτατα, loco κυριώτερα, D. 1, A. 1, 2, Con., Vall. Κυριώτερον, A. 3.

(7) *Τὸ, οὗ ἕνεκα*, κ. τ. λ. Τοῦ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ πραττόμενον, A. 2. Τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ τί πράττομεν, D. 1.

(8) Cap. 32. Index : Περὶ ἑκουσίου, D. 1, A. 3. Sic, addito λβ', A. 1. Idem a man. rec. additum, A. 2. Λόγος, loco κεφ. habet M. 1. *De ultroneo.* Cap. 31, Vall. Cono incipit libri v cap. 3, *De voluntario, et quibus consistat animæ partibus.* Confer Joan. p. 192.

(9) *Καὶ τοῦ κατὰ βίαν.* Τοῦ a man. rec. insertum, D. 1.

(10) *Τὸ μὴ μετὰ βίας.* Τὸ μήτε βίᾳ, A. 1, 2, 3, D. 1. Mox, Καὶ οὐκ ἔστιν οὐ βίᾳ, A. 2. Joan. l. 1, ita habet : Ἔστι γὰρ ἑκούσιον, τὸ μήτε κατὰ βίαν, μήτε δι' ἄγνοιαν γινόμενον.

(11) *Οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς.* Ἑαυτοῖς loco αὐτοῖς, M. 1. Mox : ὁρίζομεν εἶναι τὸ ἀκούσιον οὗ, A. 3.

D (12) *Ἐν αὐτῷ, εἰδότι.* Ἐν ἑαυτῷ, εἰδότι, D. 1.

(13) *Ἑκούσιά ἐστιν.* « Ultroneane sint, annon, » Vall.

(14) *Καὶ ἡ αὔξησις.* Ἡ abest, A. 1, 2. Sic et mox ante αὔξησις abest in iisdem. Mox, *monstratum est*, Con. Ab δείκνυται ad ἡ αὔξησις omittit Vall. Δείκνυται γὰρ ταῦτα, A. 3.

(15) *Ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν.* Loco, *ex iis numerantur*, correxi, *in.*

(16) *Ὅθεν, εἰ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα ἀγνοοῦμεν.* Ὅθεν καὶ τὰ καθέκαστα μὴ ἀγνοοῦμεν, A. 2. Μέν solum addit ante ἀγνοοῦμεν, A. 1. Μή ejus loco addit. Syllaba vero ου in ἀγνοοῦμεν ex correct. Mox, τὸ μὴ ἐφ', D. 1. Sententia est ambigua, ita ut μή adesse et abesse possit. Naturalia enim, eo quod non sunt in nostra potestate, nec ἑκούσια, nec ἀκούσια sunt, etiamsi singula eorum ignoremus, aut non ignoremus. Cono : *Non ignoramus.* Valla : *Licet singularia ignoremus.* Quoniam paulo ante duo retu-

Digitized by Google

αὐτὰ εἶναι, οὔτε ἐκούσιά ἐστιν, οὔτε ἀκούσια. Τὰ δὲ διὰ θυμὸν (17) καὶ ἐπιθυμίαν ἐδείχθη (18) ἐκούσια. Καὶ γὰρ κατορθούμενα ἐπαινεῖται, καὶ ἁμαρτανόμενα ψέγεται ἢ μισεῖται· καὶ ἡδονὴ καὶ λύπη (19) αὐτοῖς ἐπακολουθεῖ, καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς ἐστιν. Ἐν αὐτοῖς γὰρ ἦν τὸ μὴ ὑπὸ τῶν παθῶν ῥᾳδίως ἁλίσκεσθαι. Διὰ γὰρ τῶν ἐθῶν τὰ τοιαῦτα κατορθοῦται (20).

A vero concoctio et accretio in nobis sita non sunt. Unde etiam evenit ut, si singula ignoremus, quod ea non sint in nostra potestate, neque sponte, neque invite facere dicamur. Quæ vero per iram et cupiditatem fiunt, sponte fieri demonstravimus. Etenim, si recte fiunt, laudantur; sin secus, vituperantur aut odio habentur. Voluptas etiam et dolor ea consequitur et principium in ipsis est. In ipsis enim erat, ut non facile perturbationibus succumberent. Nam talia per consuetudinem ad rectum statum deducuntur.

Ἄλλως τε, **130** εἰ ταῦτα ἀκούσια, οὐδὲν τῶν ἀλόγων ζώων ἑκουσίως τι πράττει, ἀλλ' οὐδὲ τὰ παιδία· νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· ὁρῶμεν γὰρ ἑκουσίως αὐτὰ (21) ἐπὶ τὴν τροφὴν ἐρχόμενα, καὶ οὔτε βίᾳ (αὐτὰ γάρ ἐστι τὰ δι' ἑαυτῶν ὁρμῶντα), οὔτε δὴ ἀγνοοῦντα (22)· τὴν γὰρ τροφὴν οὐκ ἀγνοεῖ. Θεωρήσαντα γοῦν τροφήν, ἥδεται καὶ ὡς ἐπὶ πρᾶγμα γνώριμον ὁρμᾷ, καὶ ἀποτυγχάνοντα λυπεῖται. Ἑκουσίου δὲ γνώμονες, ἐπιτυγχάνοντος μὲν, ἡδονή, ἀποτυγχάνοντος δὲ, λύπη· ἐξ ὧν δῆλον, ὡς ἑκούσιον ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὸν θυμόν· καὶ γὰρ ὁ θυμὸς μεθ' ἡδονῆς γίνεται. Καὶ ἄλλως, ἐάν τις τὰ διὰ θυμὸν (23) καὶ ἐπιθυμίαν ἑκούσια μὴ λέγῃ (24), ἀναιρεῖ τὰς ἠθικὰς ἀρετάς. Ἐν μεσότητι γὰρ (25) αὗται τῶν παθῶν εἰσιν. Εἰ δὲ ἀκούσια τὰ πάθη, ἀκούσιοι καὶ αἱ πράξεις αἱ κατὰ τὰς ἀρετάς. Καὶ γὰρ αὗται (26) κατὰ πάθος γίνονται. Οὐδεὶς δὲ τὸ κατὰ λογισμὸν καὶ προαίρεσιν καὶ κατ' οἰκείαν ὁρμὴν (27) καὶ ἕφεσιν, μετὰ τοῦ γνωρίζειν τὰ καθ' ἕκαστα, ἀκούσιον λέγει. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς· ἑκούσια ἄρα (28). Ἐπειδὴ δὲ πολλαχοῦ τῆς προαιρέσεως (29) ἐμνημονεύσαμεν, καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, διαληπτέον καὶ περὶ προαιρέσεως.

Præterea, si illa invite fiunt, neque bestia ulla sponte quid facit, neque parvuli : nunc non ita se habet. Videmus enim illa sponte ad alimenta accedere, et neque per vim (per se enim ea moventur), neque per inscientiam, quoniam alimentum non ignorant. Nam ubi cibum conspexerint, voluptate afficiuntur, et velut ad rem notam feruntur, molestiamque capiunt, si non assequantur. Atqui ejus, quod sponte suscipitur, si, quod propositum est, consequimur, nota (*i. e.* indicium) est voluptas; sin minus, ægritudo : quæ declarant, in illis esse cupiditatem et iram sponte susceptam. Nam ira non sine voluptate fit. Præterea, si quis neget, sponte admitti, quæ fiunt per iram et cupiditatem, virtutes morales tollit : hæ enim in medio sunt perturbationum. Quod si vero perturbationes ab invitis suscipiuntur, etiam actiones, quæ sunt virtutibus congruentes, ab invitis administrantur. Eas enim cum perturbatione exsequimur. Nemo autem quod secundum rationem et electionem et motum internum et appetitionem fit, una cum cognitione singulorum invite fieri dicit. Ostensum etiam est, principium in ipsis esse : sponte ergo fieri dicendum est. Quoniam autem multis in locis electionis, quæ Græcis προαίρεσις est, mentionem fecimus, itemque ejus quod in nobis est situm, etiam de electione tractandum est.

ΚΕΦ. ΛΓ' (30).

Περὶ προαιρέσεως.

Τί ἄρα ἐστὶν ἡ προαίρεσις; Ἆρα (31) τὸ ἑκού-

CAP. XXXIII

De electione.

Quid ergo est electio? An, quod sponte fit,

VAR. LECT. ET ANIMADV.

lit ad ἑκούσιον, τὸ, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, seu, ὃ ἐφ' ἡμῖν, et τὸ, εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα. Malim nunc sic : Εἰ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα μὴ ἀγνοοίμεν, *etiamsi singula in rebus naturalibus non ignoremus.* Pleraque enim in istis rebus naturalibus ignoramus. Ergo primo sublatum μή, ac deinde correctum ἀγνοοῦμεν. Mox : τῷ μὴ ἐφ' ἡμῖν αὐτὸ εἶναι, A. 3.

(17) *Τὰ δὲ διὰ θυμοῦ.* Διά abest, A. 2.

(18) *Ἐδείχθη.* Ex rasura et correct. primæ manus. Forte antea ἐπεδείχθη, aut, ἐδιδάχθη, D. 1. Respicit autem in his extrema capitis 30.

(19) *Καὶ λύπη.* Καὶ ἡ λύπη, A. 2. Mox idem, ordine inverso, ἁλίσκεσθαι ῥᾳδίως.

(20) *Διὰ γὰρ τῶν ἐθῶν... κατορθοῦται.* Idem dixit p. 100. In vocabulo κατορθοῦται deficit M. 1. Sed in eodem paulo inferius proxima capita adduntur. Vide mox indicem capitis 33. Ἠθῶν loco ἐθῶν habet inferius πράξει, A. 3.

(21) *Ἀκουσίως αὐτά.* Αὐτὰ ἑκουσίως, D. 1. Ἑκουσίως αὐτά, A. 1, 2, 3. *Voluntarie*, Con. *Ultro*, Vall.

(22) *Οὔτε δὴ ἀγνοοῦντα.* Οὔτε δὲ ἀγνοοῦντα, A. 1. Prorsus absunt, A. 2. Δή abest, D. 1. Οὐκ ἀγνοοῦντα, A. 3. Mox : θεωρήσαντα γὰρ τροφήν, A. 3.

(23) *Ἐάν τις τὰ διὰ θυμόν.* Τά abest, A. 1.

(24) *Ἑκούσια μὴ λέγοι.* Ἀκούσια λέγῃ, A. 2. Ἑκούσια μὴ λέγῃ, D. 1.

(25) *Ἐν μεσότητι γάρ.* Γάρ, post ἐν, insertum, A. 2. Mox, ἀκούσιαι καὶ αἱ πράξεις, A. 1.

(26) *Καὶ γὰρ αὗται.* Malim, καὶ γὰρ αὐταί. Hoc autem concludit ex opinione eorum, qui πάθη dicunt esse ἀκούσια. Valla : nam et *ipsæ*.

(27) *Καὶ δι' οἰκείαν ὁρμήν.* Κατ' loco δι', D. 1, A. 1, 2, 3. *Secundum*, Con. Mox : Ἕκαστα ἀκούσια λέγει, A. 3.

(28) *Ἑκούσια ἄρα.* In marg. ἑκούσιος, Ant. Ἑκούσιος ἄρα, A. 3. Mox idem : Ἐπειδὴ δέ. *Voluntaria*, Con. *Ultroneum*, Vall.

(29) *Ἐπεὶ δὲ πολλαχοῦ τῆς προαιρέσεως.* Ἐπειδή, loco ἐπεί, A. 1, 2. Ἐπειδὴ δὲ τῆς προαιρέσεως πολλαχοῦ, D. 1. Hic Cono incipit libri v cap. 4, *De electione, quid sit, et quorum.*

(30) Cap. 33. Index idem, sed nota capitis λβ', D. 1. Cum edito convenit A. 1, 3, et a man. rec., A. 2. *De assensione*, cap. 32, Vall. Ab hoc capite pars altera codicis M. 1 incipit iterum numerare, λόγος πρῶτος. Hoc caput autem tribuitur ibi Marco Ephesio.

(31) *Ἡ προαίρεσις; Ἆρα.* Ἡ προαιρέσεως ἀρχὴ καὶ αἰτία; Ἆρα, M. 1.

Digitized by Google

quoniam quidquid ex electione fit, etiam sponte fit? Sed non contra, verum est, quod fieret, si idem esset sponte factum et electio : nunc vero latius patere deprehendimus, quod sponte fit. Omnis enim electio sponte suscipitur, non etiam, quidquid sponte suscipitur, electio est. Nam pueri et bestiæ sponte quidem faciunt, non tamen eligentes. Et quæcunque per iram, non deliberate facimus, sponte facimus, ex electione non item. Amicus etiam quispiam nobis repente advenit, sponte quidem, quoniam gaudemus, non tamen, ut qui elegerimus. Et qui præter exspectationem thesaurum invenerit, sponte lucrum, nec opinatum nactus est, non tamen ex electione. Itaque ex omnibus istis concluditur, non idem valere sponte factum et electionem. An igitur appetitus est electio? At ne hoc quidem verum est. Dividitur enim appetitus in tria, cupiditatem, iram et voluptatem. Electionem autem neque iram, neque cupiditatem esse, ex eo clarum est, quod homines cum bestiis nihil habent commune in electione, sed in ira et cupiditate. Si enim istis duobus convenimus cum bestiis, electione differimus : aliud esse electionem, aliud iram et cupiditatem, perspicuum est. Ostendit idem incontinens, qui dedit se cupiditati, et ex ea agit, non etiam ex electione. Nam in illo electio cupiditati adversatur. Quod si idem essent, non utique altera cum altera pugnaret. Et continens etiam, qui agit ex electione, ex cupiditate non agit. Jam vero, non esse voluntatem, hinc intelligitur. Non in omnibus, in quibus eligere, etiam velle apte dicitur.

Dicimus enim velle nos bonam valetudinem; eligere autem bonam valetudinem nemo dicat. Velle item opulentum esse dicitur, eligere vero opulentum esse, non dicitur. Præterea velle etiam in iis, quæ fieri non possunt, ponitur : eligere in his solum, quæ in nostra sunt potestate. Ita enim loqui-

A σιον (32), ἐπειδὴ πᾶν τὸ κατὰ προαίρεσιν καὶ ἑκούσιόν ἐστιν; Ἀλλ' οὐκ ἀντιστρέφει, ὅπερ ἐγένετο ἄν, εἰ ταυτὸν ἦν ἑκούσιον καὶ προαίρεσις· **131** νῦν δὲ ἐπὶ πλέον (33) εὑρίσκομεν τὸ ἑκούσιον. Πᾶσα μὲν γὰρ προαίρεσις ἑκούσιος (34)· οὐ πᾶν δὲ τὸ ἑκούσιον ἐν προαιρέσει. Καὶ γὰρ τὰ παιδία (35) καὶ τὰ ἄλογα ἑκουσίως μὲν ποιεῖ, οὐ μὴν καὶ προαιρούμενα. Καὶ ὅσα δὲ διὰ θυμὸν (36) πράττομεν, μὴ προβουλευσάμενοι (37), ταῦτα ἑκουσίως μὲν ποιοῦμεν, οὐ μὴν καὶ κατὰ προαίρεσιν (38). Ἀλλὰ καὶ ὁ φίλος ἡμῖν ἐξαίφνης ἐπέστη· ἑκουσίως μὲν, ὡς ἥδεσθαι· οὐ μὴν δὲ προῃρημένοις (39). Καὶ ὁ θησαυρὸν ἀπροσδοκήτως εὑρὼν, ἑκουσίως μὲν ἁρμαίῳ περιέτυχεν, οὐ προαιρουμένως (40) δέ. Ἐκ πάντων οὖν συνάγεται, τὸ μὴ ταυτὸν εἶναι τὸ ἑκούσιον τῇ προαιρέσει. Ἆρ' οὖν ὄρεξίς ἐστιν ἡ προαίρεσις; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο (41).

B Διαιρεῖται γὰρ ἡ ὄρεξις εἰς τρία, εἰς ἐπιθυμίαν καὶ θυμὸν καὶ βούλησιν. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὔτε θυμὸς, οὔτε ἐπιθυμία ἐστὶν ἡ προαίρεσις, φανερὸν ἐκ τοῦ μὴ εἶναι κοινωνίαν τοῖς ἀνθρώποις πρὸς τὰ ἄλογα κατὰ προαίρεσιν, ἀλλὰ κατ' ἐπιθυμίαν καὶ θυμόν. Εἰ γὰρ κατὰ ταῦτα μὲν κοινωνοῦμεν, κατὰ προαίρεσιν δὲ διαφέρομεν (42), δῆλον, ὡς ἄλλο μέν τι προαίρεσις, ἄλλο δὲ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία. Δείκνυσι δὲ καὶ ὁ ἀκρατὴς (43), κρατούμενος μὲν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ πράττων κατ' αὐτὴν, μὴ μέντοι κατὰ (44) προαίρεσιν. Ἀντιβαίνει γὰρ ἐπ' αὐτοῦ ἡ προαίρεσις τῇ ἐπιθυμίᾳ. Εἰ δὲ ταυτὸν ἦσαν, οὐκ ἐμάχοντο. Καὶ ὁ ἐγκρατὴς δὲ, πράττων κατὰ προαίρεσιν, οὐ πράττει κατ' ἐπιθυμίαν. Ὅτι δὲ οὔτε βούλησίς (45) **132** ἐστιν ἡ προαίρεσις, δῆλον ἐντεῦθεν. Οὐ πᾶσιν, οἷς ἁρμόζει τὸ προαιρεῖσθαι, τούτοις ἁρμόζει καὶ τὸ βούλεσθαι.

C Φαμὲν γὰρ βούλεσθαι ὑγιαίνειν, προαιρεῖσθαι δὲ ὑγιαίνειν (46) οὐδεὶς ἂν εἴποι· καὶ βούλεσθαι πλουτεῖν, οὐκ ἔτι δὲ καὶ προαιρεῖσθαι πλουτεῖν (47) λέγεται. Ἔτι τὸ μὲν βούλεσθαι (48) καὶ ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων τάττεται· τὸ δὲ προαιρεῖσθαι, ἐπὶ μόνων τῶν ἐφ' ἡμῖν. Οὕτω γοῦν φαμεν (49)· Βούλομαι ἀθάνατος

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(32) *Ἆρα τὸ ἑκούσιον.* Ἄρα τὸ ἑκούσιον, A. 1, D. 1. Sed hic paulo ante etiam habet ἄρα, et in marg. a man. rec. προαίρεσίς ἐστιν ἀδούλωτόν τι χρῆμα καὶ αὐτεξούσιον ἐν τοῖς ἐλευθέροις τῆς διανοίας κινήμασιν. Particula ἄρα secundo loco ἐρωτηματική est. Ergo ἄρα scribitur. Vide scholia ad Sophoclem, p. 53.

(33) *Ἐπὶ πλέον.* Ἐπιπλέον, D. 1.

(34) *Πᾶσα μὲν γὰρ προαίρεσις ἑκούσιος.* Ἑκούσιος, loco ἀκούσιος, D. 1, A. 1, 2, 3, Ox., Con., Vall., M. 1. Mox, ἑκούσιον καὶ προαίρεσις ἡ ἐν τῇ προαιρέσει, idem.

(35) *Καὶ γὰρ τὰ παιδία.* Vid. Joan., p. 192.

(36) *Καὶ ὅσα μὲν διὰ θυμόν.* Δέ loco μέν, D. 1, A. 1, 3. Μέν abest, A. 2. Mox, πράττωμεν, D. 1.

(37) *Μὴ βουλευσάμενοι.* Μὴ προβουλευσάμενοι, A. 1, 2, 3. Sic et Joan. l. 1. *Prædeliberati*, Con. Mox deest μέν, A. 2.

(38) *Οὐ μὴν κατὰ προαίρεσιν.* Τήν, post κατά, addit A. 1. Οὐ μὴν καὶ κατὰ προαίρεσιν, D. 1.

(39) *Οὐ μὴν δὲ προῃρημένοις.* Οὐ μὴν προειρημένοις, D. 1. Δέ solum omittunt, A. 1, 2. Οὐ μὴν προαιρουμένοις. Ὁ θησαυρόν, A. 3. Mox, εὑρὼν ἀπροσδοκήτως ἑκουσίῳ μὲν ἁρμαίῳ, D. 1.

(40) *Προαιρουμένως.* Προαιρούμενος, D. 1, A. 1, 2. Sed istud respondet τῷ ἑκουσίως. Hoc loco in marg. codicis A. 3 a manu recentiori scriptum est : Ἀντόνιος ὁ Μαυρογένητος γρ.

(41) *Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο.* Hic rursus incipit manus secunda in charta A. 2.

(42) *Κατὰ δὲ προαίρεσιν διαφέρομεν.* Κατὰ προαίρεσιν δὲ διαφέρομεν, D. 1, A 1, 2, 3.

(43) *Δείκνυσι δὲ καὶ ὁ ἀκρατής.* Δείκνυσι δὲ ὁ ἀκροατής, A. 2. Δείκνυσι καὶ ὁ ἀκρατής, D. 1. Ἀκροατής, loco ἀκρατής, A. 1. *Auditor*, Vall. *Continens*, Con. Ergo ἐγκρατής.

(44) *Πράττων ταύτην μὴ μέντοι καὶ κατά.* Πράττων κατ' αὐτὴν, μὴ μέντοι κατά, D. 1. Sic, sed servato καί, A. 3. Καί solum omittit A. 2.

(45) *Ὅτι δὲ οὔτε βούλησις.* Οὐ, loco οὔτε, A. 3.

(46) *Προαιρεῖσθαι δὲ ὑγιαίνειν.* Absunt, A. 1, 2.

(47) *Οὐκ ἔτι δὲ καὶ προαιρεῖσθαι πλουτεῖν.* Καί abest, D. 1.

(48) *Καὶ τὸ μὲν βούλεσθαι.* Ἔτι, loco καί, A. 1, 2, 3, M. 1, Ox. *Præterea*, Vall. Antea credo ἔτι μὲν καὶ τὸ βούλεσθαι. Sed καὶ τό rasum, et post ἔτι insertum a recent. τό, D. 1.

(49) *Οὕτω γοῦν φαμεν.* Γάρ, loco, γοῦν, A. 3, D. 1. Ante οὕτω habet ἡμῶν loco ἡμῖν, M. 1.

Digitized by Google

γενέσθαι· Προαιροῦμαι δὲ ἀθάνατος γενέσθαι, οὔ φαμεν. Ἡ μὲν γὰρ βούλησις τοῦ τέλους ἐστίν· ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος (50), κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν, ἣν ἔχει τὸ βουλητὸν πρὸς τὸ βουλευτόν. Βουλητὸν μὲν γὰρ, τὸ τέλος· βουλευτὰ δὲ, τὰ πρὸς τὸ τέλος. Ἔτι ταῦτα μόνα προαιρούμεθα, ἃ δι' ἡμῶν (51) οἰόμεθα δύνασθαι γενέσθαι (52)· βουλόμεθα δὲ καὶ τὰ μὴ (53) δι' ἡμῶν οἷά τε γενέσθαι, ὡς τὸ νικῆσαί τινα στρατηγόν. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε θυμὸς, οὔτε ἐπιθυμία, οὔτε βούλησίς ἐστιν ἡ προαίρεσις, αὐτάρκως ἀποδέδεικται. Ὅτι δὲ οὐδὲ δόξα (54), δῆλον γίνεται καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἀποδείξεων, καὶ δι' ἑτέρων. Ἡ γὰρ δόξα οὐ μόνον τῶν ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀϊδίων ἐστίν (55). Ἔτι, δόξαν (56) μὲν ἀληθῆ λέγομεν καὶ ψευδῆ· προαίρεσιν δὲ οὐ λέγομεν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ. Καὶ ἡ μὲν δόξα, τῶν καθόλου· ἡ δὲ προαίρεσις, τῶν καθ' ἕκαστα· περὶ γὰρ τῶν πρακτῶν (57) ἡ προαίρεσις· ταῦτα δὲ, τὰ καθ' ἕκαστα. Ἀλλ' οὐδὲ βούλευσίς ἐστιν (58) ἡ προαίρεσις, οἷον βουλή. Βούλευσις μὲν γάρ ἐστι ζήτησις περὶ τῶν αὐτῷ πρακτῶν (59)· προαιρετὸν δὲ, τὸ ἐκ τῆς βουλεύτεως **133** προκριθέν (60). Δῆλον οὖν, ὅτι ἡ μὲν βούλευσις ἐπὶ τοῖς ἔτι ζητουμένοις (61), ἡ δὲ προαίρεσις ἐπὶ τοῖς ἤδη προκεκριμένοις. Τί μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἡ προαίρεσις, εἴρηται· τί δέ ἐστιν, εἴπωμεν.

Ἔστιν οὖν μικτόν τι ἐκ βουλῆς (62), καὶ κρίσεως, καὶ ὀρέξεως· καὶ οὔτε ὄρεξις καθ' ἑαυτὴν, οὔτε κρίσις, οὔτε βουλὴ (63) μόνη, ἀλλ' ἐκ τούτων τὸ συγκείμενον (64). Ὡς γὰρ λέγομεν τὸ ζῶον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκεῖσθαι, μήτε δὲ σῶμα (65) εἶναι καθ' ἑαυτὸ τὸ ζῶον, μήτε ψυχὴν μόνην, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον, οὕτω καὶ τὴν προαίρεσιν. Ὅτι μὲν οὖν βουλή τίς (66) ἐστι καὶ βούλευσις μετ' ἐπικρίσεως, εἰ

A mur: Volo immortalis esse; at nemo hoc modo: Eligo immortalis esse. Voluntas enim finis ipsius est; electio eorum quæ ad finem pertinent: secundum eamdem nimirum analogiam quam habet id quod sub voluntatem cadit, ad id quod sub consultationem. Nam sub voluntatem cadit finis; sub consultationem, quæ ad finem referuntur. Præterea ea sola eligimus quæ per nos putamus posse fieri. Volumus autem etiam ea quæ per nos fieri non possunt, ut ducem quempiam victoria potiri. Non esse ergo iram, neque cupiditatem, neque voluntatem, electionem, abunde probatum est. Non esse autem opinionem, cum his eisdem rationibus, tum etiam aliis demonstratur. Nam opinio non solum est rerum quæ in nobis sunt sitæ, sed etiam æter-
B narum. Præterea opinionem veram dicimus et falsam, electionem veram et falsam non dicimus. Et opinio quidem rerum est universarum, electio singularum. Nam in iis quæ sub actionem cadunt, electio est; cadunt autem sub actionem res singulæ. Neque item consultatio est electio, sive consilium. Nam consultatio de rebus cuique agendis, quæstio est: eligi vero dicitur quod per consultationem antepositum est. Quare planum fit, consultationem esse in his quæ adhuc acquiruntur; electionem in iis quæ jam sunt anteposita. Quid ergo non sit electio, ante dictum est: nunc quid sit dicamus.

Est igitur mistum quid ex consilio et judicio et appetitu, et neque appetitus per se (*neque judicium*),
C neque consilium tantum, sed quiddam ex his compositum. Ut enim dicimus animal ex corpore et anima constare, neque tamen animal corpus esse, neque animam solum, sed quod ex utroque, sic etiam electionem. Esse ergo consilium quoddam et consultationem cum approbatione, etsi non sit

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(50) *Ἡ δὲ προαιρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος.* Δέ post προαίρεσις rejicit A. 1, 2. Τοῦ, loco τῶν, D. 1.

(51) *Ταῦτα μόνα προαιρούμεθα, ἃ δι' ἡμᾶς.* Ταῦτα προαιρούμεθα μόνα, ἃ δι' ἡμῶν, D. 1. Ἡμῶν habet etiam A. 1, 2, 3. Paulo ante omittit τό, ante τέλος, M. 1. Hic autem habet, προαιρούμενα, δι' ἡμῶν.

(52) *Δύνασθαι γενέσθαι.* Γενέσθαι δύνασθαι, A. 3.

(53) *Βουλόμεθα δὲ καὶ τὰ μή.* Μή abest, A. 2. Mox, οἷά τε insertum, D. 1.

(54) *Ὅτι δὲ οὐ δόξα.* Οὐδέ, loco οὐ, D. 1, A. 1, 2, 3. *Neque*, Con. *Ne quidem*, Vall.

(55) *Οὐ μόνον τῶν ἐφ' ἡμῖν.... ἐστίν.* Μόνων, loco μόνον, A. 2. Ἐστίν abest, A. 1, 2, D. 1. Οὐ μόνον τῶν ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀϊδίων ἐστί. Δόξαν μέντοι ἀληθῆ, A. 3.

(56) *Ἀϊδίων. Ἔτι δὲ δόξαν.* Ἀϊδίων ἐστὶ, δόξαν, D. 1. Δέ solum omittunt A. 1, 2, Vall. Mox absunt, προαίρεσιν — ψευδῆ, Con. Ἀληθῆ καὶ ψευδῆ absunt, Vall. Similiter Aristot. *Eth. ad Nicomach.* III, 3: Περὶ δε τῶν ἀϊδίων οὐδεὶς βουλεύεται· οἷον περὶ τοῦ κόσμου, ἢ τῆς διαμέτρου καὶ τῆς πλευρᾶς, ὅτι ἀσύμμετροι.

(57) *Περὶ γὰρ τῶν πρακτέων.* Πρακτῶν loco πρακτέων, A. 1, 2. Περὶ τῶν πρακτῶν, A. 3. Antea πρακτικῶν, nunc ex correct. rec. aut πρακτῶν, aut πρακτέων, D. 1. Similis varietas inter πρακτόν et πρακτέον deinceps et inferius recurrit. Infra p. 142, codd. omnes consentiunt in πρακτόν, quo fere Aristoteles utitur. A περὶ γάρ ad ἕκαστα absunt, Con.

(58) *Ἀλλ' οὐδὲ βούλευσίς ἐστιν.* Βούλησις, loco βούλευσις, A. 3. Syllaba ευ ex correct. rec., antea credo η. Sic deinceps ter correctum, D. 1. Paulo post deest ζήτησις, A. 3.

(59) *Περὶ τῶν αὐτῷ πρακτέων.* Πρακτῶν loco πρακτέων, A. 1, 2, 3. Περὶ τῶν αὐτοπρακτῶν, D. 1. Αὐτῷ, id est τῷ βουλευομένῳ. Magis tamen placet αὐτοπρακτῶν. Αὐτῶν loco αὐτῷ habet M. 1.

(60) *Τὸ ἐκ τῆς βουλεύσεως προκριθέν.* Βουλῆς, loco βουλεύσεως, A. 1, 2. Ipse auctor hæc duo vocabula permutat. Κριθέν loco προκριθέν, D. 1, M. 1.
D

(61) *Ἔτι ζητουμένοις.* Ἐπιζητουμένοις, D. 1. Ἔστι, loco ἔτι, M. 1. Mox εἴπωμεν ex correct., antea εἴπομεν, idem.

(62) *Ἐκ βουλῆς.* Ἐκ τῆς βουλῆς, A. 3.

(63) *Ὄρεξις καθ' ἑαυτὴν οὔτε βουλή.* Ante οὔτε βουλὴ additum οὔτε κρίσις, D. 1. Hoc non agnoscit Con., Vall.

(64) *Ἐκ τούτων τὸ συγκείμενον.* Ἐκ τούτου συγκείμενον, A. 3. Mox idem: λέγωμεν. Τό abest D. 1, A. 1. Τί, loco τό, A. 2, M. 1. Per græcitatem triplex hæc lectio ferri potest. Malim τί.

(65) *Μήτε δὲ σῶμα.* Δέ a man. rec. insertum, D. 1.

(66) *Ὅτι μὲν οὖν βουλή τις.* Οὖν abest, A. 2. Quod autem consilium quoddam sit, Con., Vall. Mox βούλευσις a prima manu, quod notandum est propter superiores correctiones, D. 1.

Digitized by Google

ipsum consilium, vis nominis significat. Nam eligitur id quod præ alio legitur. Nemo autem anteponit quid, nisi prius consultarit; neque legit, nisi judicarit. Quoniam autem non omnia, quæ probata sunt, exsequi studemus, tum electio est, et eligi dicitur, quod consilio antepositum est, cum deliberatio assumpserit. Necessario ergo electio in iis versatur, in quibus et consilium. Itaque ex his efficitur, electionem esse appetitum cum consultatione junctum earum rerum, quæ in nostra sunt potestate, vel consultationem cum appetitu conjunctam earum rerum quæ in nobis sunt sitæ. Nam id quod antepositum est per consultationem, cum electione concupiscimus. Sed quia electionem diximus in illis versari, in quibus et consilium, declaremus, in quibus versetur consilium, et de quibus rebus consultemus.

A

B

CAP. XXXIV.

De quibus rebus consultemus.

Antequam, de quibus rebus consultemus, exponamus, rectius est explicare, quo consilium a quæstione differat; non enim idem sunt consilium et quæstio, etsi, qui consultat, quærens aliquid consultat, sed multum inter se differunt. Quærimus enim, an major sol terra sit: nemo autem dicit, consultare se, an sit major sol terra. Est enim quæstio genus consultationis; etenim latius patet: omnis enim consultatio quæstio quædam est; non omnis autem quæstio, consultatio. Atque hoc quidem demonstratum est. Considerare autem aliquando pro consultare dicimus, ut Consulto an navigandum sit: aliquando pro meditari, ut, Considero disciplinas, non, Consulto disciplinas. Turbamur autem sæpe, dum hæc nomina indistincte accipimus, idemque esse, quod non est idem, arbi-

C

134 ΚΕΦ. ΛΔ' (74).

Περὶ τίνων βουλευόμεθα.

Πρὶν εἰπεῖν, περὶ τίνων (75) βουλευόμεθα, βέλτιον διορίσαι, τίνι διαφέρει βουλὴ ζητήσεως (76). Οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι βουλὴ καὶ ζήτησις, εἰ καὶ ὁ βουλευόμενος ζητῶν τι βουλεύεται (77)· ἀλλὰ πολὺ διαφέρει (78). Ζητοῦμεν γάρ, εἰ μείζων ἐστὶ τῆς γῆς ὁ ἥλιος (79)· οὐδεὶς δὲ λέγει· Βουλεύομαι, εἰ μείζων ἐστὶ τῆς γῆς ὁ ἥλιος. Ἔστι γὰρ ἡ ζήτησις γένος τῆς βουλῆς. Καὶ γὰρ ἐπὶ πλέον λέγεται. Πᾶσα μὲν γὰρ βουλὴ ζήτησίς τίς ἐστιν (80)· οὐ πᾶσα δὲ ζήτησις, βουλή. Δέδεικται δὲ τοῦτο (81). Τὸ δὲ σκέπτεσθαι ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ βουλεύεσθαι (82) λέγομεν, ὡς Σκέπτομαι, εἰ δεῖ πλεῦσαι· ποτὲ δὲ, ἐπὶ τοῦ κατανοεῖν, ὡς Σκέπτομαι τὰ μαθήματα, οὐ Βουλεύομαι τὰ μαθήματα. Ταρασσόμεθα δὲ πολλάκις, ἀδιακρίτως ἀκούοντες τῶν ὀνομάτων, νομίζοντες ταυτὸν (83) τὸ μὴ ταυτόν. Τῆς οὖν διαφορᾶς τούτων φανερᾶς γενομένης, ῥητέον

VAR. LECT. ET ANIMADV.

A In nostra ergo sunt potestate et artium munera, et virtutes, et omnes animæ rationisque actiones. Quæ autem animæ sint actiones et munera, supra expositum est. At plerique, quod liberam voluntatem et potestatem in omni re agenda et comparanda, atque etiam omni fortuna dici arbitrantur, merito rationem de soluta et libera hominis voluntate improbant. Qui autem acerbiores sunt et refellendi nostri causa adducunt illud Scripturæ sanctæ: *Non sunt in homine viæ ejus* [9]; quomodo, inquiunt viri boni, homo sui juris est, cum in ejus potestate via sua non sit, et *inanes* sint *cogitationes hominum* [10], utpote cum exsequi non possimus quæ cogitamus? Alia multa dicunt ejusmodi, quod nesciant, quomodo voluntas in homine libera statuatur. Non B enim, ut dites simus, aut pauperes, aut perpetuo sani, aut natura robusti, aut in imperio, aut omnino bonis abundemus, quæ instrumenti locum obtinere, vel fortunæ bona dicuntur, aut eorum, quorum exitus a providentia pendet, nostra potestas est, sed actionum ad virtutem et vitium, et electionum, et motuum, et quorum æque etiam opposita agere possumus, quandoquidem omnem actionem electio antecedit, neque solum actio, sed etiam electio et voluntas damnatur. Quod docet illud in Evangelio: *Qui mulierem aspexerit ad eam concupiscendam, jam in corde suo cum ea adulterium commisit* [11]. Et Job pro filiorum suorum peccatis, cogitatione admissis, Deo sacrificabat [12]. Nam principium peccati et juste facti electio et voluntas est. C Opus enim quidem ipsum aliquando permittitur a providentia, aliquando prohibetur. Nam cum et in nostra sit aliquid potestate, et providentia sit, necesse est ab utrisque, quæ fiunt, evenire. Nam si ex altero tantum acciderent, non esset alterum, sed cum, quæ fiunt, mista sint, aliquando proficiscentur a nostra voluntate, aliquando fient ratione providentiæ, aliquando manabunt ex utroque.

[9] Prov. xx, 24. [10] Psal. xciii, 11. [11] Matth. v, 28. [12] Job i, 5.

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(76) *Καὶ ἀρεταί.* Καὶ αἱ ἀρεταί, A. 3.

(77) *Καὶ πᾶσαι πράξεις ψυχικαί.* Καὶ πᾶσα πρᾶξις ψυχικαί, sic D. 1. Mox, εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι, M. 2.

(78) *Πράξεώς τε καὶ κτήσεως καὶ τύχης.* Πράξεως καὶ κινήσεως καὶ τύχης, A. 3. Cono, operatione et *curatione* (forte, *comparatione*) *vel eventu.* Mox idem δριμύτεροι reddidit, *acrius.* Intelligit autem D Nemesius disputatores et oppugnatores vehementiores et acutiores. Valla reddidit, *procreatione.* Ac si legerit, κτίσεως. Idem δριμύτεροι reddidit, *acutiores.*

(79) *Λόγον. Οἱ δὲ δριμύτεροι.* Λογισμόν. Οἱ δὲ δριμυκώτεροι, A. 3.

(80) *Καὶ, Μάταιοι.* Forte, καὶ τὸ, Μάταιοι. Alterum enim ex psalmo xciii, 11, alterum fortasse ex Jerem. x, 23.

(81) *Εἰς ἔργον ἄγειν.* Εἰς ἔργον ἀγάγειν, sic A. 3. Mox idem: Τοιαῦτά φασι τὰ πολλὰ ἀγνοοῦντες. Et mox: Τὸ αὐτεξούσιος, idem.

(82) *Ῥωμαλέους.* Ῥωμαλαίους, Ox.

(83) *Καὶ ὧν ἐξίσης καί.* Ἐπίσης, loco ἐξίσης, A. 1, 2, M. 2. Utrumque idem.

(84) *Ἐπειδὴ πάσης πράξεως.* Ἐπεὶ δὲ πάσης πράξεως, D. 1, A. 3. Valla habet, *cum autem.* Et mox post ἡγεῖται omittit καί. Cono: « In omni autem actione. » Ac si legerit ἐπὶ δὲ πάσης πραξεως. Mox: Προαίρεσις προηγεῖται, A. 3.

(85) *Ἡ πρᾶξις, ἀλλά.* Ἡ πρᾶξις τοῦτο δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ ἡ προαίρεσις ὑπόδικος γίνεται. Καὶ τῷ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, A. 3.

(86) *Ὑπόδικός ἐστι.* Ὑπόδικος γίνεται, D. 1. « Condemnabitur, » Con.

(87) *Γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθ.* Γυναικὶ τοῦ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς ἐμοίχευσεν ἐν τῇ, D. 1. Εἰς γυναῖκα τοῦ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἐμοίχευσεν ἐν τῇ, A. 1, 2. Γυναικὶ τοῦ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἐμοίχευσεν ἐν, A. 3.

(88) *Τῶν τέκνων αὐτοῦ.* Τῶν τέκνων ἑαυτοῦ, A. 1. Αὐτοῦ abest, A. 3.

(89) *Τὸ γὰρ ἔργον ποτέ.* Hic rursus incipit textus a manu prima in membranis, A. 2. Δέ, loco γάρ, Vall.

(90) *Ὄντος γὰρ καὶ τοῦ.* Καὶ abest, A. 1, 2, D. 1. Mox εἰ, ante ἀνάγκη, addit A. 3.

(91) *Τὰ γινόμενα γίνεσθαι.* Τὰ γινόμενα γίγνεσθαι, D. 1. Mox, εἰ γὰρ κατὰ τὸ ἕτερον μόνον absunt, A. 3, et deinde, γίνεται, loco ἐγίνετο, M. 2. Paulo post τῶν, ante γινομένων, abest, A. 3.

(92) *Ποτὲ δὲ κατὰ τὸν τῆς προνοίας λόγον.* Hæc post ἀμφότερα ita reddidit Cono: « Quandoquidem autem actionem a libera electione procedentem a providentia impediri. » Τῆς, ante προνοίας, abest, et post ποτὲ δέ, additur καί, A. 3.

Digitized by Google

Cum autem providentia partim sit communis, A partim propria, necesse est rebus singulis idem usu venire quod universis. Nam cum cœlum siccum fuerit, siccantur corpora, etsi non omnia æque, et cum mater recto victu usa non fuerit, aut luxui se dediderit, ex eo fetus, et corporibus male temperatis, et perversis appetitionibus, gignuntur. Quare accidit, ut et in corporis temperationem incidant non prosperam, aut ob commune cœlum, aut ex voluntario victu parentum, aut dum illi ipsi luxuriæ se corrumpendos dediderunt; ut interdum temperationes e voluntario principio malæ reddantur, neque omnino providentia talium causa sit. Cum ergo animus, corporis temperationi succumbens, se cupiditatibus aut iracundiis tradiderit, et iis rebus quæ a fortuna importantur, depressus aut laxatus B fuerit, ut paupertate aut divitiis, malo urgetur voluntario. Qui enim non succumbit temperationi corporis, is recte suo fungitur munere, et malam temperationem superat, ut commutet potius quam commutetur, et animi affectiones ad bonum habitum proba institutione et victu idoneo traducit. Quare ex his qui recte suo munere funguntur, co-

Τῆς δὲ προνοίας πῇ μὲν κοινῆς οὔσης, πῇ δὲ ἰδιαζούσης, ἀνάγκη τοῖς καθόλου τὰ κατὰ μέρος ὁμοιοπαθεῖν (93). Τοῦ γὰρ περιέχοντος ξηροῦ ὄντος, ξηραίνεται τὰ σώματα, εἰ καὶ μὴ πάντα ὁμοίως (94)· καὶ μητρὸς δὲ οὐκ εὖ δεδιαιτημένης (95) καὶ τρυφώσης, ἀκολούθως τὰ τικτόμενα καὶ τοῖς σώμασι δύσκρατα, καὶ ταῖς ὁρμαῖς παράφορα γεννᾶται. Δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι συμβαίνει (96), καὶ κράσει σώματος οὐκ εὐτυχεῖ (97) περιπεσεῖν, ἢ τῷ κοινῷ τοῦ περιέχοντος (98), ἢ ἐξ ἐκουσίας διαίτης (99) τῶν γεννησάντων, ἢ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀπὸ τρυφῆς διεφθαρμένων (1)· ὥστε τὰς κράσεις ἐξ ἐκουσίας ἀρχῆς (2) ἔσθ' ὅτε φαύλας κατασκευάζεσθαι, καὶ μὴ τὴν πρόνοιαν (3) πάντως αἰτίαν εἶναι τῶν τοιούτων. Ὅταν οὖν ψυχὴ κράσει σώματος ἐνδοῦσα, ἐπιθυμίαις **155** ἢ θυμοῖς ἑαυτὴν ἐκδῷ (4), καὶ ἀπὸ τῶν τυχηρῶν καταπιεσθῇ, ἢ χαυνωθῇ, οἷον πενίας ἢ πλούτου, ἐκούσιον κακὸν ὑφίσταται. Ἡ γὰρ μὴ ἐνδοῦσα κατορθοῖ καὶ νικᾷ τὸ δύσκρατον, ὡς ἀλλοιῶσαι μᾶλλον ἢ ἀλλοιωθῆναι (5)· καὶ καθίστησι τὰς ψυχικὰς διαθέσεις (6) εἰς εὐεξίαν ἀγωγῇ χρηστῇ καὶ διαίτῃ προσφόρῳ. Δῆλον οὖν ἐκ τῶν κατορθούντων, ὡς οἱ μὴ κατορθώσαντες (7) ἑκουσίως ἁμαρτάνουσιν. Ἐφ' ἡμῖν

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(93) *Ὁμοιοπαθεῖν*. Ὁμοπαθεῖν, D. 1. « Necesse est et ex universalibus particularia pati et affici, » Con.

(94) *Πάντα ὁμοίως*, κ. τ. λ. Πᾶν ὁμοίως καὶ μὴ πρός. Οὐκ εὖ διητημένης (sic) A. 1. A vocabulis καὶ μητρός Vallæ versio vehementer aberrat, cum haud dubie in codicem corruptum inciderit.

(95) *Μητρὸς δὲ οὐκ εὖ δεδιαιτημένης*. Μητρὸς ἐκδεδιητημένης, D. 1. Μητρὸς δὴ οὐκ εὖ διαιτωμένης, A. 3. Δέ, post μητρός, abest, A. 2. « Matre in crapula et luxu volutata, » Con. Sæpe duplex augmentum obtinere in hoc verbo, notum est. Thucyd. VII, 77, Πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα δεδιήτημαι. Nec ἐκδιαιτᾶσθαι alienum est ab hoc loco, quod notat *immodica, immoderata uti vivendi consuetudine*. Ἐκδεδιητημένοι habet Philo p. 471. Scholiasta ad Thucyd. I, 132, explicat, ἔξω τῶν Λακωνικῶν διητᾶτο νομῶν.

(96) *Ὅτι συμβαίνει*, κ. τ. λ. « Quod etiam ex mala habitudine corporis *in adversam fortunam* incidere contingit, » Con.

(97) *Κράσει σώματος οὐκ εὐτυχεῖ*. Κράσις σώματος οὐκ εὐτυχία, A. 1, 2. Præterea in marg. γρ. δῆλον οὖν ἐκ — σώματος οὐκ εὖ ἐχούσῃ περιπεσεῖν — ἐξ ἀκουσίου διαίτης — διεφθαρμένων, A. 2. Εὐτυχία, loco εὐτυχεῖ, D. 1, M. 2, A. 3. Valla haud dubie legit εὐτυχεῖ. Habet enim, *prosperum*.

98) *Τῷ κοινῷ τοῦ περιέχοντος*. *Ex communione circumdantis nos aeris*, Cono. Hic locus variis de causis mihi suspectus est. Etenim ab ἢ τῷ memorat causas, cur aliquis possit περιπεσεῖν δυσκρασίᾳ σώματος. Prima causa, τὸ κοινὸν τοῦ περιέχοντος, id est communis aer. Sed *communitas* aeris per se, nisi corruptus sit, neminem lædit. Sæpe autem φθορὰ ἀέρος memoratur. Conjici ergo possit φθοροποιῷ, κακοποιῷ, κακωτικῷ, aut κακῷ, quod proxime accedit ad lectionem Vulgatam. Secunda causa, *voluntaria*, aut, ut alii habent, *involuntaria* parentum vivendi ratio. Sed *involuntarium* nemini imputatur, *voluntarium* vero nemo reprehendit, nisi malum sit. Conjici ergo possit, ἀνοικείου, ἀκολάστου, loco ἐκουσίας. In tertio membro manifeste redundat ἐκείνων. Sermo est de iis qui ipsi sibi auctores sunt φθορᾶς καὶ δυσκρασίας. Cono habet : *vel ex seipsis voluptate corruptis*. Forte ergo legit, αὐτῶν ἐξ ἑαυτῶν ἀπὸ τρυφῆς. Quoniam tamen mox est ἐξ ἑκουσίας ἀρχῆς, hic locus ita etiam constitui possit : ἢ τῷ κακῷ τοῦ περιέχοντος (quæ est ἀκούσιος ἀρχὴ) ἐξ ἑκουσίας διαίτης ἡμῶν αὐτῶν (si ea sit mala) ἢ καὶ αὐτῶν τῶν γεννησάντων ἀπὸ τρυφῆς διεφθαρμένων. (Quæ causa ratione parentum est ἑκούσιος, ratione liberorum ἀκούσιος.)

(99) *Ἐξ ἑκουσίας διαίτης*. Ἐξ ἑκουσίου διαίτης, D. 1, A. 1, 3. Sic omisso ἐξ, A. 2. *Voluntaria*, et mox γεννησάντων, *quæ generantur*, Con.

(1) *Τρυφῆς διεφθαρμένων*. Τρυφῆς διαιτωμένων καὶ διεφθαρμένων, A 3. Voluit fortasse ἐκδεδιαιτωμένων.

(2) *Ὥστε τὰς κράσεις ἐξ ἑκουσίας ἀρχῆς*. Ὡς ἅμα τε καὶ τὰς κράσεις ἐξ ἑκουσίου ἀγωγῆς, D. 1. Ὥστε καὶ τὰς κράσεις ἐξ ἑκουσίου ἀρχῆς, A. 1, 2. Ὡς ἅμα τε καὶ τὰς κράσεις ἐξ ἑκουσίου ἀρχῆς, A. 3. Mox, ἔσθ' ὅτε καὶ φαύλας, A. 2. « Ex voluntaria causa, » Con. Dicitur autem tam ἑκούσιος, quam ἑκουσία ἀρχή. Paulo ante est eadem varietas inter ἑκουσίου et ἑκουσίας. Ἑκούσιος vero ἀρχὴ hoc loco est tam parentum, quam liberorum voluntaria intemperantia. Ἀκούσιος autem ἀρχὴ est ἡ τοῦ ἀέρος δυσκρασία καὶ φθορά.

(3) *Καὶ μὴ τὴν πρόνοιαν*. Γάρ, loco μή, A. 2. Mox, ὅταν οὖν ἡ ψυχή, D. 1.

(4) *Ἐκδῷ*, κ. τ. λ. Ἐκδῷ ἢ ἀπὸ τῶν τυχηρῶν καταπιεσθῇ, D. 1, A. 2. Sic, sed χηρῶν, loco τυχηρῶν, A. 3. Τυχηρῶν, loco λυπηρῶν habet etiam A. 1. Ita etiam Ellebodius reddidit. Valla, *a fortunis*. Cono, *ab eventu*. Ergo idem videtur legisse. Et sane τυχηρά sunt πενία et πλοῦτος. Accedit, quod nemo dixerit, ἀπὸ τῶν λυπηρῶν χαυνωθῆναί τινα. Mox εἰ γάρ, loco ἡ γάρ, A. 3.

(5) *Ὡς ἀλλοιῶσαι μᾶλλον ἢ ἀλλοιωθῆναι*. Ut potius inverteret, quam inverteretur, *pessumque mitteret, quam mitteretur*, Valla. Forte ἀλοιᾷν simul in mente habuit, aut ita legit.

(6) *Ψυχικὰς διαθέσεις*. Ψυχικὰς κινήσεις, et in marg. a man. rec. γρ. διαθέσεις, D. 1. Ψυχικὰς δυνάμεις καὶ κινήσεις εἰς εὐεξίαν ἀγωγῇ, A. 3. « Animales dispositiones, » Con. « Animæ actiones, » Vall.

(7) *Ὡς οἱ μὴ κατορθώσαντες*. Ὡς οἱ μὴ κατορθοῦντες, A. 3, D. 1. « Qui se neutiquam corrigunt, » Vall.

Digitized by Google

γὰρ, ἢ συνδραμεῖν ταῖς δυσκρασιαις, ἢ ἀντιβῆναι καὶ κρατῆσαι. Οἱ δὲ πολλοὶ τὴν δυσκρασίαν ὡς αἰτίαν τῶν κακῶν προβαλλόμενοι (8), ἀνάγκῃ καὶ οὐ προαιρέσει τὴν κακίαν ἐπιγράφουσι· καὶ διὰ τοῦτό φασι, μηδὲ τὰς ἀρετὰς ἐφ' ἡμῖν εἶναι, ἀτόπως λέγοντες.

A gnoscitur eos, qui non recte illud ipsum præstant, peccatum suscipere voluntarium. Nam in nostra potestate est situm, aut dedere se malis temperationibus, aut reluctari et vincere. At plerique malam temperationem ut perturbationum causam excusantes, necessitati, non suæ ipsorum voluntati vitium ascribunt : et idcirco absurdissime etiam virtutes in nostra potestate positas esse negant.

ΚΕΦ. ΜΑ' (9).

Διὰ ποίαν αἰτίαν αὐτεξούσιοι γεγόραμεν.

Ὑπόλοιπόν ἐστιν εἰπεῖν διὰ ποίαν αἰτίαν (10) αὐτεξούσιοι γεγόναμεν. Φαμὲν τοίνυν εὐθέως τῷ λογικῷ συνεισέρχεσθαι τὸ αὐτεξούσιον, καὶ τοῖς (11) γενητοῖς (12) συμπεφυκέναι μεταβολὴν καὶ τροπὴν, μάλιστα τοῖς (13) ἐξ ὑποκειμένης ὕλης γενομένοις. Ἀρχὴ γὰρ γενέσεως (14), τροπή. Ἐξ ἀλλοιώσεως γὰρ τῆς ὑποκειμένης ὕλης ἡ γένεσις. Κατανοήσειε δ' ἄν τις τὸ λεγόμενον, ἀποβλέπων εἴς τε τὰ φυτὰ πάντα καὶ τὰ ζῶα, τά τε χερσαῖα καὶ πτηνὰ καὶ ἔνυδρα (15). Συνεχὴς γὰρ ἡ τούτων μεταβολὴ (16). Ὅτι δὲ καὶ τῷ λογικῷ (17) συνεισέρχεται τὸ αὐτεξούσιον, **156** ἐκ τῶν εἰρημένων περὶ (18) τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἶναί τι, τοῖς μὴ (19) παρέργως ἀκηκοόσιν εὔδηλόν ἐστιν. Οὐδὲν δὲ ἴσως ἄτοπον, καὶ νῦν ὑπομνῆσαι τῶν αὐτῶν (20), τῆς ἀκολουθίας ἐπιζητούσης αὐτά. Τοῦ λογικοῦ τὸ μέν ἐστι θεωρητικὸν, τὸ δὲ πρακτικόν· θεωρητικὸν μὲν, τὸ κατανοοῦν (21), ὡς ἔχει τὰ ὄντα· πρακτικὸν δὲ, τὸ βουλευτικὸν, τὸ ὁρίζον τοῖς πρακτοῖς (22) τὸν ὀρθὸν λόγον. Καὶ καλοῦσι τὸ μὲν θεωρητικὸν, νοῦν· τὸ δὲ πρακτικὸν, λόγον· καὶ τὸν μὲν, σοφίαν, τὸν (23) δὲ, φρόνησιν. Πᾶς δὲ ὁ βουλευόμενος, ὡς ἐπ' αὐτῷ τῆς αἱρέσεως (24) οὔσης τῶν πρακτέων, βουλεύεται, ἵνα τὸ προκριθὲν ἐκ τῆς βουλῆς ἕληται, καὶ ἑλόμενος πράξῃ. Πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη,

CAP. XLI.

Quam ob causam libera voluntate procreati simus.

Reliquum est ut dicamus, quam ob causam libera voluntate procreati simus. Dicimus ergo cum ratione natura conjunctam esse liberam voluntatem, et rebus genitis connatam esse mutationem, iis maxime quæ ex subjecta materia generatæ sunt. B Principium enim cujusque ortus mutatio est. Nam ex commutatione subjectæ materiæ, ortus exsistit. Facile autem intelligetur quod dicimus, si stirpes omnes et animalia terrena et aquatilia et volatilia respiciamus. Continuata enim est horum mutatio. Verum copulari natura cum ratione liberam voluntatem, ex his quæ diximus, cum aliqua in nostra esse potestate dissereremus, apertum est iis qui attente studioseque audierunt. Alienum tamen forte non sit, etiam nunc eadem admonere, quando hoc ordo disputationis postulat. Ejus, quod ratione utitur, aliud in contemplando, aliud in agendo ponitur. In contemplando ponitur, quod rerum naturam, quemadmodum se habeat, perspicit. In agendo, C quod deliberat, quod rebus iis quæ sub actionem cadunt, rectam rationem statuit. Atque illud quidem mentem, hoc rationem; illud sapientiam, hoc prudentiam appellant. Quicunque autem consultat, quod in se sit optio rerum agendarum, consultat,

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(8) *Προβαλλόμενοι.* Προσβαλλόμενοι, D. 1. *Culpantes*, Con. Mox, μήτε τὰς ἀρετάς, D. 1. Προβάλλεσθαι idem est, quod προφασίζεσθαι.

(9) Cap. 41. Index idem, A. 1, 3. Sic, sed μα', a man. rec., A. 3 : Περὶ τοῦ, διὰ ποίαν αἰτίαν αὐτεξούσιοι γεγόναμεν, μ', D. 1. Loco κεφ. μα', est λόγος ἑβδομος, M. 2. «Quam ob rem cum libero arbitrio creati simus,» cap. 40, Vall. Cono incipit libri VII, cap. 3 : «Cur homo sit libero arbitrio præditus, quia rationalis et ex nihilo productus, ubi obiter de angelorum bonorum et malorum arbitrio tractat. Et quod sponte mali evadimus, differentiam liberi arbitrii ab habitu subdens.» Confer Joan. p. 194.

(10) *Διὰ ποίαν αἰτίαν.* Διὰ τὸ ποίαν αἰτίαν, A. 1. Mox λογισμῷ, loco λογικῷ, A. 3.

(11) *Αὐτεξούσιον, καὶ τοῖς.* Ὡς, *sicut*, loco καί, Con. Probo καί. Nec enim hoc similitudinis causa addidit, sed inferius ex eo argumentatur. Valla etiam habet καί.

(12) *Γεννητοῖς.* Γενητοῖς, A. 2, D. 1. Mox consentiunt iterum in γενητός.

(13) *Μάλιστα τοῖς.* Τό, A. 3.

(14) *Ἀρχὴ γὰρ γενέσεως.* Hic in marg. hæc nota : Σύνθεσις γὰρ ἀρχὴ διαστάσεως, D. 1. Mox καταναήσει, idem.

(15) *Καὶ τὰ χερσαῖα καὶ τὰ ἔνυδρα καὶ πτηνά.* Τά τε χερσαῖα καὶ πτηνὰ καὶ ἔνυδρα, A. 1, 2, Τά τε χερσαῖα καὶ τὰ πτηνὰ καὶ ἔνυδρα, D. 1, A. 3. Eumdem ordinem servant Con., Vall.

(16) *Ἡ τούτων μεταβολή.* In marg. hæc est nota, ταυτὸν ἀλλοίωσις καὶ μεταβολή, D. 1. Cono addit : « Secundum corporales mutationes, animi vero mutatio secundum voluntatem et electionem. »

(17) *Ὅτι δὲ τῷ λογικῷ.* Καί, post δέ, addit D. 1, A. 1, 2, 3.

(18) *Εἰρημένων περί.* Περί abest, A. 3. Idem mox παρέργῳ.

(19) *Εἶναί τι τοῖς μή.* Εἶναί τινα τοῖς μή, A. 1. Mox vitiose ἀκηκοῶσιν, D. 1.

(20) *Ὑπομνῆσαι τῶν αὐτῶν.* Περί, ante τῶν, addit D. 1.

(21) *Τὸ κατανοοῦν.* Τὸ κατὰ νοῦν, A. 1, M. 2. Sic, omisso μέν, A. 3.

(22) *Τὸ ὁρίζον τοῖς πρακτοῖς.* Πρακτικοῖς, loco πρακτοῖς, A. 1, 2, 3, M. 2. Mox, καὶ καλοῦσι δὲ τὸ μέν, A. 2. Καὶ καλοῦσι τὸν μὲν θεωρητικόν· τὸν δέ, A. 1. Ab τὸ μὲν θεωρητικὸν νοῦν ad λόγον καί omittit Vall.

(23) *Τὸν μὲν σοφίαν, τόν.* Τὸ μὲν σοφίαν, τό, A. 3.

(24) *Ὁ βουλευόμενος ἐπ' αὐτῷ τῆς αἱρέσεως.* Ὡς, ante ἐπ', addit, et αἱρέσεως ex correct rec., antea αἱρέσεως, D. 1. Ὁ βουλευόμενος ὡς ἐν αὐτῷ τῆς αἱρέσεως, A. 1. Sic, sed syllaba ευ in βουλευόμενος a man. rec., a manu prima vero ἐπ', loco ἐν, A. 2. Ὡς habet etiam A. 3, Con., Vall. Sed Valla habet etiam περί ante τῶν πρακτέων. Πρακτῶν habet A. 1. Πρακτικῶν, M. 2. Πρακτῶν βούλεται, A. 3.

Digitized by Google

at eligat, quod e consultatione sit antepositum, et ubi elegerit, agat. Omnino ergo necesse est, eum, in quo sit consultatio, etiam dominum esse actionum. Si enim dominus non est actionum, frustra habet deliberandi vim. Quod si ita est, necessario cum ratione libera voluntas exsistit. Aut enim non erit rationis compos, aut, si sit rationis compos, erit dominus actionum. Si autem sit dominus actionum, omnino liberam habebit agendi voluntatem. Demonstratum etiam est, quæ ex subjecta materia nata sunt mutabilia esse.

A τὸν ἔχοντα τὸ βουλεύεσθαι (25), καὶ κύριον εἶναι πράξεων. Εἰ γὰρ μὴ κύριος εἴη πράξεων, περιττῶς ἔχει τὸ βουλεύεσθαι· εἰ δὲ τοῦτο, ἐξ ἀνάγκης παρυφίσταται τῷ λογικῷ τὸ αὐτεξούσιον· ἢ γὰρ οὐκ ἔσται λογικὸν, ἢ (26) λογικὸν ὄν, κύριον ἔσται πράξεων· κύριον δὲ ὂν πράξεων, πάντως αὐτεξούσιον ἔσται. Ἐδείχθη δὲ καὶ τὰ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης γενητὰ τρεπτὰ (27) ὄντα.

Itaque ex utroque concluditur hominem necessario libera esse voluntate atque mutabilem : mutabilem, quoniam genitus ; libera voluntate, quoniam ratione præditus. Quare qui Deum accusant quod B hominem non crearit ejusmodi, ut in eum vitium cadere nullum posset, sed liberæ voluntatis effecerit, imprudentes Deum accusant, quod rationis compotem ac non a ratione vacuum hominem genuerit. Necessarium est enim alterum de duobus, aut rationis expertem esse factum, aut, si rationis esset particeps et in rebus agendis versaretur, esse libera voluntate. Necessario igitur omnis natura rationis particeps, libera voluntate est et sua natura mutabilis. Sed illæ quidem naturæ, quæ ex subjecta fiunt materia, dupliciter sunt mutabiles, et propter materiam, et hoc ipso quod factæ sunt. Quæ autem non ex subjecta materia effectæ sunt, uno solummodo, nempe ortus, mutabiles sunt. Rursus ex his naturis quæ materia vacant, eæ quæ C circa terram versantur, et ob societatem, quam cum hominibus habent, in rebus agendis occupantur, magis sunt cæteris mutabiles. Quæ vero ob naturæ præstantiam cum Deo per inclinationem et propensionem versantur, et per illius contemplationem beatitudine fruuntur, et in seipsas et Deum

Ἐξ ἀμφοτέρων ἄρα συνάγεται, τὸ τὸν ἄνθρωπον (28) ἐξ ἀνάγκης αὐτεξούσιον καὶ τρεπτὸν εἶναι· τρεπτὸν μὲν, ἐπειδὴ γενητός (29)· αὐτεξούσιον δὲ, ἐπειδὴ καὶ λογικός (30). Ὅσοι τοίνυν (31) αἰτιῶνται τὸν Θεὸν, ὅτι τὸν ἄνθρωπον οὐκ ἐποίησε κακίας (32) ἀνεπίδεκτον, ἀλλ' αὐτεξούσιον (33), λανθάνουσιν ἑαυτοὺς αἰτιώμενοι τὸν Θεὸν, ὅτι λογικὸν ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ **157** οὐκ ἄλογον. Ἀνάγκη γὰρ τῶν δύο τὸ ἕτερον, ἢ ἄλογον γενέσθαι, ἢ λογικὸν ὄντα καὶ περὶ τὰ πρακτὰ στρεφόμενον (34) αὐτεξούσιον εἶναι. Ἐξ ἀνάγκης οὖν πᾶσα φύσις λογικὴ αὐτεξούσιός ἐστι καὶ τρεπτὴ κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν. Ἀλλ' αἱ μὲν ἐξ ὑποκειμένης ὕλης γενόμεναι, κατὰ δύο τρόπους τὸ τρεπτὸν ἔχουσι, κατά τε τὴν ὕλην, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ γενέσθαι· ὅσαι δὲ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης ἐγένοντο, καθ' ἕνα μόνον τρόπον τὸν τῆς γενέσεώς (35) εἰσι τρεπταί (36). Πάλιν δὲ τούτων τῶν ἀΰλων ὅσαι μὲν ἐν τοῖς περιγείοις εἰσὶ, τῇ κοινωνίᾳ τῇ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους (37) περὶ τὰ πρακτέα καταγινόμεναι, μᾶλλόν εἰσι τῶν ἄλλων τρεπταί· ὅσαι δὲ δι' ἀκρότητα φύσεως τῷ Θεῷ κατὰ σχέσιν (38) πλησιάζουσι, καὶ τῇ τούτου κατανοήσει τὸ μακάριον καρποῦνται, πρὸς ἑαυτὰς (39) καὶ τὸν Θεὸν μόνον ἑστραμμέναι, τῶν μὲν πρακτῶν (40) καὶ τῆς ὕλης παντάπασιν ἑαυτὰς ἀπηλλοτρίωσαν, τῇ δὲ θεωρίᾳ (41) καὶ τῷ

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(25) *Ἔχοντα τὸ βουλεύεσθαι.* Τό abest, A. 2. Mox, περιττῶς ἔχοι, idem. Intellecto nimirum ἄν, non male. Obliqua enim etiam oratio est in εἴη.

(26) *Ἔσται λογικὸν, ἤ.* Ἔστι λογικὸν, εἰ, A. 3.

(27) *Γεννητὰ τρεπτά.* Γενητὰ τρεπτά, A. 1. Γεννητά abest, A. 3. Τὰ γενητὰ τρεπτά, A. 2. Γενητὰ τρεπτά, et post ὄντα addit, ἐξ ἀνάγκης, D. 1.

(28) *Τὸν ἄνθρωπον.* Τὸ τὸν ἄνθρωπον, A. 1. Mox deest ἐξ ἀνάγκης, D. 1.

(29) *Τρεπτὸν μὲν, ἐπειδὴ γεννητός.* Τρεπτὸν μὲν, ὅτι γεννητός, A. 1. Γενητός solum loco γεννητός mutat A. 2. Γενητόν, D. 1. Mox : αὐτεξούσιος δὲ, ἐπειδὴ λογικός, A. 3.

(30) *Ἐπειδὴ καὶ λογικός.* Ὅτι καὶ λογικός, A. 1. Ἐπειδὴ λογικός, A. 2. Καί omittit etiam Vall.

(31) *Ὅσοι τοίνυν.* Ante hæc additur : Πάντως οὖν συνάγεται τῷ λογικῷ τὸ ἐξ ἀνάγκης αὐτεξούσιον γενόμενον εἶναι τρεπτόν. Τρεπτοῦ δὲ ὄντος, αὐτεξούσιον εἶναι, ὥσπερ καὶ εἰκός. Ὅσοι τοίνυν, κ. τ. λ. D. 1. Sic, sed ἄν addit etiam inter γενόμενον et εἶναι A. 2. Πάντως οὖν συνάγεται τῷ λογικῷ τὸ ἐξ ἀνάγκης αὐτεξούσιον γενόμενον ἂν εἶναι τὸ τρεπτόν· τρεπτοῦ δὲ ὄντος, αὐτεξούσιον εἶναι, ὥσπερ καὶ εἰκός, A. 3. Sed hæc nemo, ut credo, desiderabit, si abfuerint, cum præsertim vix sana videantur. Saltem in principio, loco λογικῷ, videtur legendum λόγῳ. Extrema etiam, ὥσπερ καὶ εἰκός, corrupta videntur. Θεόν, loco τὸν Θεόν, M. 2.

(32) *Ἐποίησε κακίας.* Ἐποίησε κακίαν, A. 3.

(33) *Ἀλλ' αὐτεξούσιον.* Absunt, A. 1.

(34) *Πρακτέα συστρεφομενον.* Πρακτὰ στρεφόμενον, A. 1, 3. Πρακτέα στρεφόμενον, A. 2, D. 1. Στρέφεσθαι περί τι habet Gregor. Nazianz. p. 197, et alii.

(35) *Τρόπον τὸν τῆς γενέσεως.* Τόν abest, A. 2, 3.

(36) *Εἰσι τρεπτί* (sic). In corrigendis notat τρεπτοί, Ant. Εἰσὶ τρεπταί, D. 1, 2, 3. M. 2.

(37) *Πρὸς τοὺς ἀνθρώπους.* Τούς abest, A. 1, 2, D. 1. Mox, περί τε καὶ τρεπτὰ καταγινόμεναι, A. 2. Πρακτά, loco πρακτέα, A. 1, 3. Πρακτά τε καὶ τρεπτά, D. 1. Mox τῶν ἄλλων omittit Con.

(38) *Τῷ Θεῷ κατὰ σχέσιν.* Καὶ τῷ Θεῷ μόνῳ κατὰ σχέσιν, A. 1. Τῷ Θεῷ ἢ κατὰ σχέσιν, A. 2. Τῷ Θεῷ ἢ καὶ κατὰ σχέσιν, D. 1. Loco σχέσιν, A. 3 habet συνάφειαν ἢ κοινωνίαν, quæ sunt interpretationes. Mox deest καί, ante τῇ τούτου, Con.

(39) *Πρὸς ἑαυτάς.* Ante πρός insertum καί, A. 2. Habet etiam Con. Valla addit quidem καί, sed omittit ἑαυτὰς καί.

(40) *Τῶν μὲν πρακτῶν.* In marg. τρεπτῶν, A. 2. Τῶν μὲν πρακτέων, M. 2. Καὶ τῶν μὲν πρακτῶν, A. 3. Mox, ἑαυτοὺς ἀπηλλοτρίωσαν, A. 1. Παντάπασιν omittit A. 3.

(41) *Τῇ δὲ θεωρίᾳ.* Δέ, post θεωρίᾳ rejicit A. 1. Καί, post θεωρίᾳ omittit Vall. Mox, καὶ μένουσιν ἄτρεπτοι, D. 1.

Digitized by Google

Θεῷ προσφυείσαν, μένουσιν ἄτρεπτοι· αὐτεξούσιοι μὲν οὖσαι (42), διὰ τὸ λογικαὶ εἶναι, οὐ μὴν (43) τρεπόμεναι, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. Καὶ θαῦμά γε οὐδέν. Καὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι θεωρητικοὶ γενόμενοι τῶν πρακτῶν ἑαυτοὺς (44) ἐχώρισαν, ἔμειναν ἄτρεπτοι. Οἶμαι συναποδεδεῖχθαι τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τὴν ἀρχὴν αἱ λογικαὶ πᾶσαι φύσεις ἄριστα δεδημιούργηνται, καὶ εἴπερ οὕτω διέμειναν, ὡς ἐξ ἀρχῆς (45) ἐκτίσθησαν, πάσης ἂν κακίας ἐκτὸς ἦσαν· γίνεται δὲ **158** αὐταῖς (46) ἡ κακία κατὰ προαίρεσιν· οὕτω γοῦν αἱ (47) μείνασαι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν, τὸ μακάριον ἔχουσι. Μόνοι δὲ ἄγγελοι τῶν ἀσωμάτων ἐτράπησαν, καὶ οὐδὲ αὐτοὶ (48) πάντες, ἀλλά τινὲς ἐξ αὐτῶν, ὅσοι ῥέψαντες (49) πρὸς τὰ κάτω, τῶν ἐπιγείων ἔφεσιν ἔσχον, τῆς πρὸς τὰ ἄνω (50) καὶ τὸν Θεὸν σχέσεως ἀποχωρήσαντες.

A solum conversæ, a rebus agendis et materia plane se removerunt, et contemplationi Deoque se conjunxere, manent immutabiles: libera quidem voluntate præditæ, quoniam ratione utuntur; non tamen mutabiles, ob eas causas quas jam diximus. Neque sane miri quidquam est. Etenim homines contemplationi dediti, qui se ab agendis rebus avocarunt, immutabiles permansere. Puto illud quoque jam esse demonstratum, naturas rationis participes ab initio optime esse genitas; ac si, ut a principio sunt conditæ, ita mansissent, ab omni fuissent vitio remotissimæ. Nunc sua ipsæ voluntate et electione in vitium incurrunt. Nam quæ ita permanserunt, ut initio generatæ sunt, beatitudine perfruuntur. Soli autem angeli inter ea quæ sunt

B sine corpore, mutati sunt, neque hi omnes tamen, sed aliqui, qui ad inferiora propensi, res terrenas concupierunt, cum a propensione ad res superas et Deum discessissent.

Οὐκοῦν ἐκ τῶν (51) δεδειγμένων δῆλόν ἐστιν, ὡς ἕνεκα μὲν τοῦ φύσει (52) τρεπτοὺς ἡμᾶς εἶναι, τὰς δυνάμεις τὰς προαιρετικὰς τρεπτὰς ἔχομεν, οὐ μὴν διὰ τὸ ἔχειν τρεπτὰς δυνάμεις, τοῦ κακοὺς ἡμᾶς εἶναι τὸν Θεὸν ἄν τις αἰτιάσαιτο. Οὐ γὰρ ἐν ταῖς δυνάμεσίν εἰσι (53) αἱ κακίαι, ἀλλ' ἐν ταῖς ἕξεσιν· αἱ δὲ ἕξεις, κατὰ προαίρεσιν (54)· κατὰ προαίρεσιν ἄρα κακοὶ (55) γινόμεθα, καὶ οὐ κατὰ φύσιν ἐσμέν. Μάθοι δ' ἄν τις ἀκριβέστερον τὸ λεγόμενον οὕτως· Ἐν τοῖς προλαβοῦσιν δύναμιν ἐλέγομεν εἶναι, ἀφ' ἧς ἕκαστον, ὧν ποιοῦμεν, ποιεῖν δυνάμεθα. Πᾶσα δὲ προαιρετικὴ δύναμις (56), ἡ αὐτὴ τῶν ἀντικειμένων ἐστί· μία γὰρ καὶ (57) ἡ αὐτὴ δύναμις τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀληθεύειν, καὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ δύναμις τοῦ σωφρονεῖν καὶ ἀκολασταίνειν (58). Οὐκέτι δὲ ἡ αὐτὴ ἕξις τῶν ἀντικειμέ-

Itaque ex his quæ demonstravimus, manifestum est, quoniam natura sumus mutabiles, vires nos, quibus eligimus, mutabiles habere. Neque tamen, quoniam mutabiles vires habemus, improbitatis nostræ culpa in Deum conferenda est. Non enim in facultatibus sunt vitia, sed in habitibus. Habitus autem ex electione et voluntate sunt. Itaque nostra ipsorum electione et voluntate improbi evadimus, non natura sumus. Quod accuratius doceri potest sic: Supra facultatem esse dicebamus, per quam omnia, quæ facimus, facere possumus. Omnis autem vis eligendi oppositorum est; una enim eademque facultas est, et mentiendi, et verum dicendi, et una eademque facultas temperate et intemperate

C νων, οἷον τοῦ ἀκολασταίνειν καὶ σωφρονεῖν (59), ἢ τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀληθεύειν, ἀλλὰ τῶν ἐναντίων (60) αἱ vivendi. At non idem habitus contrariorum est, ut intemperanter et temperanter vivendi, aut mendacium et verum dicendi; sed contrariorum contra-

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(42) *Αὐτεξούσιοι μὲν οὖσαι.* Cono addit: «et vertibiles,» id est, καὶ τρεπταί.

(43) *Διὰ τὸ λογικὰς εἶναι, οὐ μέν.* Διὰ τὸ λογικαὶ εἶναι, οὐ μήν, A. 1, 2, D. 1. Sic, sed λογικόν, A. 3. Λογικαί refertur ad αὐτεξούσιοι, non ad εἶναι. Mox: Καίτοι θαῦμά γε, A. 3.

(44) *Τῶν πρακτῶν ἑαυτούς.* Loco πρακτῶν in marg. τρεπτῶν, A. 2. Mox idem, καὶ ἔμειναν ἄτρεπτοι. Sed Cono: *manent invertibiles.* Mox post οἶμαι malim addere οὖν, quod facile ante σύν, cum quo haud raro permutatur, potuit excidere. Cono addit, *itaque.*

(45) *Ὡς ἐξ ἀρχῆς.* Ὡς ἐκ τῆς ἀρχῆς, A. 3.

(46) *Γίνεται δὲ αὐταῖς.* Ferri hoc potest. Conjici tamen possit προσγίνεται. Ab γίνεται ad μακάριον D ἔχουσι omittit Cono.

(47) *Οὕτω γοῦν αἱ.* Ὄντω. Sic, loco οὕτω, A. 3. Haud dubie voluit ὄντως. Non inepte.

(48) *Καὶ οὐδὲ αὐτοί.* Οὗτοι, loco αὐτοί, A. 2, 3, D. 1.

(49) *Ὅσοι ῥέψαντες*, κ. τ. λ. Quicunque *videlicet* se ad inferiora *aut* ad terrestrium concupiscentiam *sponte* convertentes, ab habitudine, quæ est ad superiora et *divina*, se separarunt, *in diesque magis ac magis separant*, Cono.

(50) *Τῆς περὶ τὰ ἄνω.* Τῆς πρὸς τὰ ἄνω, A. 1, 2, 3, D. 1. *Ad superiora*, Con.

(51) *Οὐκοῦν ἐκ τῶν.* Omisso οὐκοῦν, post δεδειγμένων additur οὖν, et post δῆλον omittitur ἐστίν, A. 3.

(52) *Ὡς ἕνεκα τοῦ φύσει.* Μέν, post ἕνεκα, addit A. 1, 2, 3, D. 1. Ὅτι, loco ὡς, M. 2. Mox, *facultatem electivam vertibilem*, Con. Et sic mox iterum, A. 3. Ita: Τὰς κατὰ προαίρεσιν δὲ δυνάμεις ἔχομεν, A. 3.

(53) *Ἐν ταῖς δυνάμεσίν εἰσιν.* Εἰσιν abest, D. 1.

(54) *Αἱ δὲ ἕξεις, κατὰ προαίρεσιν.* Cono addit, *acquiruntur.*

(55) *Κατὰ προαίρεσιν ἄρα κακοί.* Κατὰ ταύτην ἄρα κακοί, D. 1. Mox, γενόμεθα, καὶ κατὰ φύσιν, A. 2. Deinde: δυνάμεσι λέγομεν, loco δύναμιν ἐλέγομεν, A. 3.

(56) *Πᾶσα δὲ προαιρετικὴ δύναμις.* Post δέ interponit προαίρεσις ἡ, M. 2. Idem mox, loco ἡ αὐτή, habet καὶ αὐτή.

(57) *Μία γὰρ καὶ* ad proximum *δύναμις* absunt, A 2. A priori καὶ ἡ αὐτή ad posterius absunt, Con. Mox, καὶ μία γὰρ ἡ αὐτή, A. 2. Nec γάρ, nec ἡ habet A. 3.

(58) *Καὶ ἀκολασταίνειν.* Καὶ του ακολασταίνειν, A. 2. Mox οὔτι, loco οὐκέτι, A. 3. Mox idem omittit τοῦ, ante ψεύδεσθαι.

(59) *Ἀντικειμένων, οἷον τοῦ ἀκολασταίνειν καὶ σωφρονεῖν.* Post ἀντικειμένων addit ἐστίν, et ante σωφρονεῖν addit τοῦ, D. 1. Τό, loco τοῦ, post οἷον habet A. 2.

(60) *Ἀλλὰ τῶν ἐναντίων.* Ἀλλὰ τὸ ἐναντίον, A. 1.

Digitized by Google

rii sunt habitus. Nam temperanter vivere habitus est virtutis; intemperanter, vitii. Non sunt ergo vitia facultatum, sed habituum et electionis. Non enim facultas est, quæ facit, ut immodeste vivamus aut mendacium dicamus, sed electio. Erat enim in nostra potestate, verum dicere, non mendacium. Si ergo vitium facultas non est, sed habitus, non, qui facultatem nobis dedit, causa nobis improbitatis est, sed habitus, qui per nos et propter nos comparatur. Licebat enim contrarium habitum, non istum vitiosum, exercitatione quærere. Differt autem facultas ab habitu, quod omnes facultates naturales sint: habitus a nobis parti; et facultates doctrina tradi non possint, habitus discendo et consuetudine adveniat. Quocirca si facultas naturalis quædam res est, nec doctrina tradi potest, habitus adventitia, et doctrina traditur: non natura causa vitiorum est, sed quod vitiose instituti sumus, et idcirco vitiosum habitum comparavimus. Omnem enim habitum comparari a nobis, ostensum est. Facultates porro esse naturales, ex eo patet, quod omnes easdem habent facultates, exceptis iis qui mutili sunt. Contra, habitus non esse naturales, *inde* perspicitur, quod non eosdem omnes habent habitus, sed alii alios. Quæ enim natura sunt, eadem sunt apud omnes.

A ἐναντίαι· τὸ μὲν γὰρ σωφρονεῖν, τῆς κατ' ἀρετήν ἐστιν ἕξεως· τὸ δὲ ἀκολασταίνειν, τῆς κακίας. Οὐκ εἰσὶν ἄρα τῶν δυνάμεων αἱ κακίαι, ἀλλὰ τῶν ἕξεων καὶ τῆς προαιρέσεως (61). Οὐ **159** γὰρ ἡ δύναμίς ἐστιν ἡ παρασκευάζουσα ἡμᾶς (62) ἀκολασταίνειν ἢ ψεύδεσθαι, ἀλλ' ἡ προαίρεσις. Ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν (63) ἀληθεύειν, καὶ μὴ ψεύδεσθαι (64). Εἴπερ οὖν οὐκ ἔστιν ἡ κακία δύναμις, ἀλλ' ἕξις, οὐχ ὁ τὴν δύναμιν δοὺς αἴτιος ἡμῖν τῶν κακῶν (65), ἀλλ' ἡ ἕξις (66) ἡ παρ' ἡμῶν καὶ δι' ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς προσγινομένη. Ἐξῆν γὰρ τὴν ἐναντίαν ἕξιν ἐκ τῆς γυμνασίας κτήσασθαι, καὶ μὴ τὴν φαύλην. Διαφέρει δὲ δύναμις ἕξεως, τῷ πάσας μὲν τὰς δυνάμεις (67) φυσικὰς εἶναι· τὰς δὲ ἕξεις ἐπεισάκτους· καὶ τῷ τὰς μὲν δυνάμεις ἀδιδάκτους εἶναι, τὰς δὲ ἕξεις ἐκ μαθήσεως καὶ B ἔθους (68) προσγίνεσθαι. Εἰ τοίνυν ἡ δύναμις φυσική τις καὶ ἀδίδακτος, ἡ δὲ ἕξις ἐπίκτητος καὶ διδακτή (69)· οὐχ ἡ φύσις αἰτία τῶν κακῶν, ἀλλὰ τὸ κακῶς ἡμᾶς ἦχθαι (70), καὶ διὰ τοῦτο κακὴν ἕξιν κτήσασθαι. Πᾶσα γὰρ ἕξις ἐπίκτητος ἐδείχθη. Ὅτι δὲ φύσει εἰσὶν αἱ δυνάμεις, δῆλον ἐκ τοῦ πάντας τὰς αὐτὰς ἔχειν δυνάμεις, πλὴν τῶν πεπηρωμένων. Ὅτι δὲ αἱ ἕξεις οὐ φυσικαὶ (71), δῆλον ἐκ τοῦ μὴ πάντας τὰς αὐτὰς ἔχειν ἕξεις (72), ἄλλους δὲ ἄλλας. Τὰ γὰρ φύσει, τὰ αὐτὰ παρὰ πᾶσιν (73).

CAP. XLII.

De providentia.

Libera voluntate esse hominem, et quarum rerum liberam habeat voluntatem, et cur libera voluntate creatus sit, satis supra explicatum est. Sed C quoniam non cuicunque propositum est hominem interficere, etiam interficit, sed aliquando interficit, aliquando non interficit: quod electio ejus im-

ΚΕΦ. ΜΒ' (74).

Περὶ προνοίας.

Ὅτι μὲν αὐτεξούσιός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ τίνων ἐστὶν αὐτεξούσιος, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν αὐτεξούσιος γέγονεν, αὐτάρκως ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πᾶς ὁ **160** προθέμενος φονεῦσαι, πάντως φονεύει (75)· ἀλλὰ ποτὲ μὲν φονεύει, ποτὲ δὲ οὔ, τῆς προαιρέσεως παρεμποδισθείσης (76), καὶ μὴ

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(61) *Καὶ τῆς προαιρέσεως.* Καὶ τῶν προαιρέσεων, D. 1, A. 2. Vulgatum habet Con., Vall. Totum sic: κακίαι, αἱ καὶ (sic) τῶν ἕξεων καὶ τῶν προαιρέσεων, A. 3. Forte voluit εἰ καί, loco αἱ καί.

(62) *Ἡ ἡμᾶς παρασκευάζουσα.* Ἡ παρασκευάζουσα ἡμᾶς, A. 1, 2, 3, D. 1.

(63) *Ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν.* Γάρ rasura sublatum, A. 2.

(64) *Ἀληθεύειν καὶ μὴ ψεύδεσθαι.* Μή abest, D. 1. Ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι, A. 1, 3. Sic Con. Τὸ ἀληθεύειν καὶ (hic rasura deletum μή) ψεύδεσθαι, A. 2. Valla plura addit sic: intemperanter agere, sive mentiri, temperanterve vivere, aut vera proD loqui.

(65) *Ἡμῖν τῶν κακῶν.* Τῶν κακῶν ἡμῖν, A. 3.

(66) *Ἀλλ' ἕξις.* Ἀλλ' ἡ ἕξις, D. 1. Mox deest καὶ δι' ἡμῶν, M. 2. Paulo post, προγινομένη, A. 3. Προσγενομένη, D. 1.

(67) *Τῷ πάσας μὲν τὰς δυνάμεις.* Τῷ ex correct. rec., antea τό, D. 1. Mox, καὶ τὸ τὰς μὲν δυνάμεις, idem.

(68) *Καὶ ἔθους.* Καὶ θέας, A. 1. Ergo Valla, *et speculatione.* Mox idem post ἀδίδακτος addit, *est qualitas*, id est, ἔστι ποιότης.

(69) *Ἐπίκτητος καὶ διδακτή.* Διδακτική, A. 3.

(70) *Ἀλλὰ τὸ κακῶς ἡμᾶς ἦχθαι.* Ἐθίσαι, loco ἦχθαι, D. 1, A. 2. Ἠχθαι, *educatos esse.* Aristot. *Eth. ad Nicomach.* I, 4: Δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς τὸν περὶ καλῶν — ἀκουσόμενον. Ἐθίσαι absque subjecto locum habere nequit. Postulatur enim τοὺς γονέας καὶ διδασκάλους. Nam ἐθίζειν activum est *alium assuefacere.* Vall. reddidit, *assuevisse.* Sed hoc est εἰθίσθαι. Aristot. *Eth. ad Nicomach.* II, 1: Ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος οὐκ ἂν ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐθίζῃ τις ἄνω ῥίπτων. Et ibid. Οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες ποιοῦσιν ἀγαθούς.

(71) *Ὅτι δὲ ἕξεις οὐ φυσικαί.* Αἱ, ante ἕξεις, addit A. 1, 2, 3, D. 1. In versione, loco *idem*, quod vitiosum est, correxi *inde.* Vitium istud servavit etiam edit. Ox.

(72) *Τὰς αὐτὰς ἔχειν ἕξεις.* Τὰς αὐτὰς ἕξεις ἔχειν, A. 2, D. 1.

(73) *Τὰ αὐτὰ παρὰ πᾶσιν.* In his desinit A. 1, cum tamen nullum sit indicium defectus. In media enim pagina orationem terminat.

(74) Cap. 42. Index idem, A. 2, 3. Idem, sed μα', D. 1. Solum λόγος, loco κεφ. μβ', habet M. 2. *De providentia.* Cap. 41, Vall. Cono incipit libri VIII *De providentia* cap. 1: «Investigat, si sit divina in rebus providentia, quam multis argumentis colligit.»

(75) *Πάντως φονεύει.* Πάντως omittit A. 3. Idem paulo ante habet ἐπεὶ δέ, loco ἐπειδὴ δέ.

(76) *Τῆς προαιρέσεως παρεμπόδ.* Τῆς πράξεως παρεμποδισθείσης, D. 1. Τῆς προθέσεως ἐφ' ἡμῖν οὔσης καὶ μὴ δραττούσης τὸν σκοπόν. Πρόνοιαν δέ τινα τούτων. Sed in marg. a man. rec. *γρ.* τῆς πράξεως παρεμποδισθείσης καὶ μὴ δραμούσης κατὰ σκοπόν, A. 2. Vide mox notata ex D. 1. *Actione impedita*, Con. *Præpedita actione*, Vall. A. 3 habet ita: τῆς πράξεως παραποδισθείσης. A. 3. Προαίρεσις est *propositum agendi.* Atque ita etiam h. l. explican-

Digitized by Google

δραμούσης (77) κατὰ σκοπόν· πρόνοιαν δὲ τούτων τινὰ ἔφαμεν αἰτίαν εἶναι (78), καὶ οὐχ εἱμαρμένην· ἀκόλουθος τοῖς ἐφ' ἡμῖν (79) ἐστιν ὁ περὶ τῆς προνοίας (80) λόγος. Διαιρεῖται δὲ καὶ οὗτος (81) εἰς τρία· πρῶτον μὲν, εἰ ἔστι πρόνοια· δεύτερον, τί (82) ἐστι· τρίτον, τίνων ἐστίν. Ἀλλ' Ἰουδαῖος μὲν οὐδ' ἂν μαινόμενος ἀγνοήσειε πρόνοιαν, εἰδὼς μὲν τὰ (83) κατ' Αἴγυπτον θαύματα, ἐπακούσας δὲ τῶν κατὰ τὴν ἔρημον, ἐν οἷς τηλαυγεστέρα τῶν ὁρατῶν (84) ἐφάνη τοῖς ἀνθρώποις ἡ πρόνοια· πολλὰ δὲ καὶ ἐν προφήταις καὶ ἐν Βαβυλῶνι (85) κατανοήσας ἔργα τῆς προνοίας, μηδὲ μίαν ἀμφιβολίαν ἐπιδεχόμενα (86)· Χριστιανοὺς δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα διδάσκει (87) πρόνοιαν εἶναι, μάλιστα δὲ τὸ θειότατον καὶ δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας ἀπιστότατον (88) ἔργον τῆς (89) προνοίας, ἡ δι' ἡμᾶς ἐνσωμάτωσις (90) τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πρὸς τούτους μόνους (91) ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ἕλληνας, φέρε καὶ δι' ἄλλων, οἷς ἐκεῖνοι πιστεύουσιν (92), ἀποδείξωμεν πρόνοιαν οὖσαν. Ὅτι τοίνυν ἔστι πρόνοια διὰ τῶν αὐτῶν ἂν τις ἐπιδείξειε, δι' ὧν, ὅτι καὶ Θεὸς ἔστιν, ἐδείξαμεν. Ἡ γὰρ διαμονὴ τῶν ἁπάντων, καὶ μάλιστα τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ, A pedita sit, neque cadat ex sententia, quod proposuerat; et horum causam esse, non fatum, sed providentiam, dicebamus; sequitur tractationem de libera voluntate disputatio de providentia, quæ etiam in tres partes dividitur. Primum enim quærendum est, sitne providentia; secundo, quid sit, tertio, quorum sit. Ac Judæus quidem ne insanus quidem si sit, providentiam ignoret; cum sciat miracula, quæ in Ægypto evenere; cum audierit, quæ in solitudine contigerint, in quibus illustrior hominibus apparuit providentia, quam *in iis* quæ oculis cernuntur; item cum multa opera providentiæ, et in prophetis et Babylone cognoverit, quæ omnem dubitationem respuunt. Christianos autem cum hæc omnia docent, esse providentiam, tum in B primis divinissimum illud et ob eximium amorem in humanum genus summe incredibile providentiæ opus, quod Deus se corpore, nostra causa, induerit. Sed quoniam non cum his modo disputamus, sed etiam contra Græcos oratio nostra instituitur, age etiam per alia, quibus illi fidem tribuunt, esse providentiam demonstremus. Itaque esse proviⅾen-

VAR. LECT. ET ANIMADV.

dum est πρᾶξις. Nec enim *factum perpetratum* h. l. intelligi potest, sed *factum animo propositum* et *imperfectum*. Forte ergo aliquis πρᾶξιν explicavit προαίρεσιν, alius πρόθεσιν. Ergo in eam partem inclinaverim, ut probem πράξεως. Nam προαίρεσιν nemo facile explicaverit vocabulo προθέσεως aut πράξεως. Accedit consensus codicum et versionum ex codicibus expressarum. C

(77) *Δραμούσης*. His additur : Τῆς δὲ προθέσεως ἐφ' ἡμῖν οὔσης καὶ μὴ δραμούσης κατὰ σκοπόν, D. 1. Πρόθεσις et προαίρεσις h. l. sunt synonyma. Sic paulo ante est προθέμενος. Ex cod. D. 1 et A. 2, aliquis conjicere possit, legendum esse, τῆς μὲν προθέσεως (seu προαιρέσεως) ἐφ' ἡμῖν οὔσης, τῆς δὲ πράξεως (πρᾶξις autem hoc loco est ipse actus et propositum agendi) παρεμποδισθείσης καὶ μὴ δραμούσης κατὰ σκοπόν. Δραττούσης duabus de causis vix probabitur, partim, quod rarissime accusativum, frequentius genitivum habet; partim, quod medium potius, quam activum in usu est. Cono et Valla istum appendicem non agnoscunt,

(78) *Πρόνοιαν δὲ τούτων — εἶναι*. Πρόνοιαν δὲ τούτων τινὰ ἔφαμεν αἰτίαν εἶναι, D. 1. Τινὰ non habet Con., Vall.

(79) *Ἀκολούθως τοῖς ἐφ' ἡμῖν*. Ἀκόλουθος τοῖς ἐφ' ἡμῖν, D. 1. Ἀκόλουθος τοῖς, ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὁ τῆς προνοίας, A. 2. Forte ἀκόλουθος τοῖς, seu τῷ (id D est λόγῳ), ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἐστί τινα, ὁ περί. Aut ἀκόλουθος τῷ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὁ. Cum vitiose legeretur ἀκολούθως, Ellebodius videtur conjecisse ἀκολουθεῖ. Τοῖς ἐφ' ἡμῖν poterat prorsus abesse. Forte explicandi causa ascriptum vocabulo ἀκόλουθος. Nam antea disputavit περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν. Cono ita: «Expleta eorum, quæ sunt in nobis, determinatione, sermo de providentia jure consequitur.» Valla: «Sequens nobis de providentia erit oratio.» Ergo omisit τοῖς ἐφ'.

(80) *Ὁ περὶ τῆς προνοίας*. Περί abest, A. 3.

(81) *Διαιρεῖται δὲ οὗτος*. Καί post δέ addit D. 1, A. 2, 3. «Qui (sermo) in tria dividitur,» Con.

(82) *Δεύτερον, τί*. Post δεύτερον deletum δέ, D. 1. Mox, *videns*, loco *Judæus*, Con. Ἀλλ' ὁ Ἰουδαῖος, A. 3.

(83) *Ἀγνοήσειε, πρόνοιαν εἰδὼς τά*. Ἀγνοήσειε πρόνοιαν, εἰδὼς μὲν τά, D. 1, A. 2, 3. Ἐπακούσας h. l. interpretor ἔπειτα ἀκούσας. Ἐπί enim hic eamdem vim habet, quam in vocabulo ἐπειπεῖν et similibus. Mox, μετὰ τὴν ἔρημον, M. 2.

(84) *Τῶν ὁρατῶν*. «Visibiliorque,» Con. «Longe illustrissimæ visiones.» Valla. Ac si ὁράσεις legerit. Τὰ ὁρατά sunt ea quæ in oculos incurrunt, quæ quisque potest cernere et perspicere. Mox : Ἡ πρόνοια τοῖς ἀνθρώποις, A. 3. Idem continuo, πολλὰ καὶ ἐν.

(85) *Ἐν προφήταις καὶ ἐν Βαβυλῶνι*. Τοῖς, ante προφήταις, addit M. 2. Etsi multa miraculose facta ex prophetarum scriptis licet cognoscere, tamen mihi mirum videtur, cur prophetas et Babylonem conjunxerit. Loco προφήταις ergo conjecerim ὁδοιπορίαις, aut simile aliquid, veluti, ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι, ἐν τοῖς ἰδίοις ὁρίοις, ἐν ταῖς μεταξὺ περιόδοις. Videtur autem hic respicere omnia, quæ inde a Josuæ expeditionibus ad captivitatem Babylonicam miraculose acciderunt.

(86) *Ἀμφιβολίαν ἐπιδεχόμενα*. Ἀμφιβολ. δεχόμενα, A. 2.

(87) *Ἅπαντα διδάσκει*. A. 3 omittit διδάσκει.

(88) *Φιλανθρωπίας ἀπιστότατον*. Huc refertur in marg. a man. rec. γρ. ἀγαθώτατον, D. 1. Ἀγαθώτατον, loco ἀπιστότατον in textu, A. 2. Valla reddidit, *fidelissimum*, omisit vero θειότατον. Cono, *incredibilissimum*. Ἀπιστότατον non est hujus loci. Τὰ γὰρ ἄπιστα οὔτε διδάσκει, οὔτε πείθει. Ἀγαθώτατος habet etiam Synes. t. II, pag. 91, idque hoc loco probari possit, id est *benignissimum*. Conjici tamen etiam possit θαυμαστότατον, ἀξιοπιστότατον et ἀπυστότατον, id est, inauditum, inusitatissimum, hoc est maximum. Ἄπυστος habet Æschin. Socrat. *Dialog.* III, 3; Herodian. p. 348.

(89) *Ἔργον τῆς*. Ἔργον τὰ τῆς, A. 3. Mox idem, τούτους μόνους ὁ λόγος.

(90) *Ἡ δι' ἡμᾶς ἐνσωμάτωσις*. Ἡ δι' ἡμᾶς ταρκὸς ἐνσωμάτωσις, A. 2.

(91) *Ἐπειδὴ δὲ οὐ πρὸς τούτους μόνους*. Ἐπεὶ δὲ οὐ πρὸς Ἰουδαίους μόνους, D. 1.

(92) *Οἷς ἐκεῖνοι πιστεύουσιν*. Absunt, Con. «Quibus illi fidem adhibent,» Vall. Πεισθῶσιν, loco πιστεύουσιν, D. 1. Non male, intellecto ἄν. Atque ita postea reperi in A. 3, qui ita habet : Οἷς ἂν ἐκεῖνοι πεισθῶσιν, loco πεισθῶσιν.

Digitized by Google

tiam, ilsdem rationibus quis ostendat, quibus Deum esse probavimus. Nam omnium permanentia, et maxime eorum quæ oriuntur et occidunt, situs item et ordo rerum, qui semper idem conservatur, et astrorum cursus, qui nihil unquam variatur, et annui circuitus, et anni temporum restitutio, noctium et dierum semel in anno æqualitas, utrisque vicissim, neque majore, neque minore parte, augescentibus et decrescentibus, quomodo, si nemo provideat, similiter administrari et perseverare possit? Quin etiam pœna, quæ peccata insequitur, imo peccatorum ipsorum detectio, quando, ut nemo sit, qui ea possit coarguere, quibusdam circumstantiis proferuntur, esse providentiam declarat.

Plenæ sunt hujusmodi historiis et Hebræorum Scripturæ, et Græcorum litteræ. Nam ejusmodi Susannæ casus Litteris sanctis mandatus est, et apud Græcos poetæ Ibyci. Hic enim, cum a quibusdam interficeretur, neque ullum vel adjutorem, vel testem haberet injuriæ, conspicatus grues, Vos, inquit, mortem meam vindicate. Postea quærentibus civibus, quis cædem fecisset, nec deprehendentibus, accidit, ut, cum theatrum celebraretur, et populus spectandi causa consideret, grues prætervolarent. Quos cum vidissent, qui cædis erant auctores, riserunt, et, Ecce, inquiunt, Ibyci vindices. Quod cum quidam, qui proxime assidebat, audiisset, detulit ad magistratum, illique comprehensi de cæde confessi sunt. Multa hujusmodi a veteribus litteris mandata sunt, quæ si quis velit colligere, infinite excrescat oratio. Quod si non omnium peccata ad eumdem modum proluntur, imo aliqui effugere videntur, nemo propterea neget esse etiam providentiam. Non enim uno tantum modo hominibus consulit, sed multis et differentibus. Maxime autem esse providentiam ostendit, corporum quæ oriuntur et intereunt, fabrica et pro-

A καὶ ἡ θέσις καὶ ἡ τάξις τῶν ὄντων (93), ἀεὶ φυλαττομένη κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον (94), καὶ ἡ τῶν ἄστρων φορὰ, μηδὲν μηδέποτε διαλλάττουσα (95), καὶ ὁ κύκλος τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ ἡ τῶν ὡρῶν ἀποκατάστασις, **161** τῶν τε νυκτῶν καὶ τῶν ἡμερῶν (96) ἡ κατ' ἔτος ἰσότης, παρὰ μέρος ἑκατέρας αὐξανομένης τε καὶ (97) μειουμένης οὔτε ἐλάττονι, οὔτε πλείονι μέτρῳ (98), πῶς ἂν διετέλεσεν ὁμοίως διεξαγομένη, μηδενὸς προνοοῦντος; Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡ παρεπομένη τιμωρία, μᾶλλον δὲ καὶ ἡ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτῶν ἀποκάλυψις, ὅταν, μηδενὸς ὄντος τοῦ διελέγξαι δυναμένου, κατά τινας περιστάσεις ἐμφανίζηται (99), δείκνυσι πρόνοιαν εἶναι

B Γέμουσι δὲ τῶν τοιούτων ἱστοριῶν αἵ τε τῶν Ἑβραίων Γραφαὶ καὶ τὰ παρ' Ἕλλησι γράμματα (1). Τοιοῦτον γὰρ ἐῤῥέθη τῇ Γραφῇ τὸ κατὰ Σωσάνναν πάθος· ἐν δὲ τοῖς παρ' Ἕλλησι (2), τὸ κατὰ Ἴβυκον τὸν ποιητήν. Φονευόμενος γὰρ οὗτος ὑπό τινων, καὶ μηδένα μήτε σύμμαχον (3), μήτε μάρτυρα τῆς ἐπιβουλῆς ἔχων, θεωρήσας γεράνους. Ὑμεῖς, ἔφησεν, ὦ γέρανοι, τιμωρήσατέ μοι τὸν φόνον. Τῆς δὴ πόλεως (4) ζητούσης τοὺς φονεύσαντας, καὶ μὴ δυναμένης εὑρεῖν, ἐπιτελουμένου θεάτρου καὶ τοῦ δήμου καθεζομένου, γέρανοι διέπτησαν· θεασάμενοι δὲ οἱ φονεῖς ἐγέλασαν, καὶ, Ἰδοὺ, εἶπον, αἱ τιμωροὶ τοῦ Ἰβύκου (5)· τῶν δὲ πλησίον καθεζομένων τις ἀκούσας ἀπήγγειλε ταῖς ἀρχαῖς, καὶ συλληφθέντες ὡμολόγησαν τὸν φόνον. Πολλῶν τε καὶ

C ἄλλων (6) τοιούτων ἐστὶ πλῆθος ἀναγεγραμμένων ἐν τοῖς παλαιοῖς, ὅπερ εἴ τις βουληθείη (7) συναγαγεῖν, εἰς ἄπειρον ἂν μῆκος ἐκτείνειε τὸν λόγον. Εἰ δὲ μὴ πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν **162** ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν ἐλέγχων ἐπάγεται (8), ἀλλ' ἔνιοι καὶ διαφεύγειν δοκοῦσι, μηδεὶς ἀρνείσθω διὰ τοῦτο (9) τὴν πρόνοιαν. Οὐ γὰρ καθ' ἕνα μόνον τρόπον (10) ποιεῖται τῶν ἀνθρώπων τὴν ἐπιμέλειαν, ἀλλὰ κατὰ πολλοὺς

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(93) *Καὶ ἡ τάξις τῶν ὄντων.* Ἡ abest, D. 1.

(94) *Τὸν αὐτὸν τρόπον* Τὸν αὐτὸν τρόπον, A. 2, 3, D. 1, M. 2. «Eumdem modum.» Con.

(95) *Μηδὲν μηδέποτε διαλλάττουσα.* Μηδὲν μηδέποτε διαλαττοῦσα, A. 2. Paulo post, κύκλος τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ, M. 2. Κύκλος ἐνιαυτοῦ supra etiam memoratur p. 134, in fine.

(96) *Καὶ τῶν ἡμερῶν.* Τῶν abest, D. 1, A. 3.

(97) *Αὐξαρομένης τε καὶ.* Τε abest, A. 2.

(98) *Οὔτε πλείονι μέρει.* Οὔτε πλείονι μέτρῳ. D. 1, A. 3, Con., « Hoc probo. » Valla : *tempore.*

(99) *Κατά τινας περιστάσεις ἐμφανίζεται.* Κατά τινας περιστ. ἐμφανίζηται, D. 1, A. 3. Mox, δείκνυσι πρόνοιαν εἶναι absunt, Con.

(1) *Ἕλλησι γράμματα*, κ. τ. λ. Ἕλλησι συγγράμματα. Τοιοῦτον γὰρ ἐν μὲν τῇ Γραφῇ, D. 1. Ἕλλησι συγγράμματα. Τοιοῦτον γὰρ ἐμφαίνει, A. 3. Sed ita mox legendum esset, ἡ Γραφή. Γράμματα quidem idem est, quod συγγράμματα, sed συγ. post σι potuit facile excidere. Ἐῤῥέθη τῇ Γραφῇ etiam ferri potest. Tamen magis placet ἐν μὲν τῇ Γραφῇ, quia mox est, ἐν δὲ τοῖς.

(2) *Τοῖς παρ' Ἕλλησι.* Παρ' abest, D. 1. Mox Ἴβυκον, D. 1. Κατὰ τὸν Ἴβυκον, A. 2. De Ibyco vid. Plutarch. t. II, pag. 509; Suidam in Ἴβυκος. De fato Ibici leguntur etiam epigrammata in *Anthologia*, p. 278, 279, edit. Steph. 1566. Legi ea nuper etiam in codice Guelpherbytano eo, quem olim Reiskius Libanii causa tractaverat.

(3) *Μηδένα μηδὲ σύμμαχον.* Μηδέ abest, D. 1; ejus loco μήτε, A. 2. Post μηδένα deficit cod. A. 3.

(4) *Τῆς δὴ πόλεως.* Τῆς δὲ πόλεως, A. 2, D. 1; mox, φονεύοντας, D. 1. «Cum civitas Corinthiorum latrones requireret,» Con.

(5) *Θεασάμενοι δὲ... τοῦ Ἴβυκοῦ.* Hæc in marg. a man. rec., sed Ἰβύκου, A. 2. Ἰβύκου etiam, D. 1. Mox, ἀπήγγειλε, D. 1. Deinde habet, *principi*, Con.

(6) *Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων.* Τε, loco δέ, D. 1, A. 2. Mox, ἐν τοῖς παλαιοῖς, D. 1, A. 2. *In veterum libris*, Con. «*A veteribus* scriptis memoriæ prodita,» Vall.

(7) *Εἴ τις βουληθείη.* Εἴ τις ἐθελήσειε, D. 1. Mox, ἄπειρον ἂν μῆκος, A. 2, D. 1.

(8) *Ἐπάγεται.* Ἕπεται, A. 2; ἐπάγηται, M. 2.

(9) *Καὶ διὰ τοῦτο.* Καὶ abest, A. 2, D. 1, Con., Vall.

(10) *Τρόπον μόνον*, κ. τ. λ. Μόνον τρόπον ποιεῖται τῶν ἀνθρώπων τὴν ἐπιμέλειαν, D. 1. Sic, sed τὴν τῶν ἀνθρ. ἐπιμέλ., A. 2. *Deus* interponit Con., ac loco *procurationem* vitiose habet *procreationem.* Valla, *pœnitentia.* Ergo μεταμέλειαν.

Digitized by Google

καὶ διαφόρους. Οὐχ ἥκιστα δὲ τὸ εἶναι πρόνοιαν δείκνυσιν ἡ τῶν σωμάτων τῶν ἐν γενέσει (11) καὶ φθορᾷ κατασκευὴ καὶ ἀναλογία, διὰ παντὸς ὁμοίως φυλαττομένη. Παντὶ γὰρ μορίῳ τοῦ σώματος ἐμφαίνεται τῆς προνοίας ἡ προμήθεια (12), ἅτινα τοῖς φιλοπόνοις ἔξεστιν ἐκ διαφόρων συγγραμμάτων ἀναλέγεσθαι. Καὶ ἡ τῶν χρωμάτων δὲ ποικιλία, τῶν ἐν τοῖς ζώοις, τὸν αὐτὸν ἀεὶ κόσμον φυλάττουσα (13), κέκραγε πρόνοιαν εἶναι· καὶ τὸ κοινῇ δὲ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογούμενον, τὸ δεῖν εὔχεσθαι καὶ θεραπεύειν τὸ Θεῖον ἀναθήμασί τε καὶ περιβόλοις (14), προνοίας ἐστὶ δηλωτικόν. Ἀπρονοήτου γὰρ ὄντος τοῦ παντὸς, πῶς ἄν, ἤ τίνι τις (15) εὔξαιτο; Καὶ ἡ σπουδὴ δὲ, ἡ περὶ τὰς εὐεργεσίας φυσικῶς ἐν τοῖς ἀδιαστρόφοις (16) σπουδαζομένη, τὴν πρόνοιαν ἐμφαίνει. Τὸν γὰρ ἐκ ταύτης μισθὸν ἀπεκδεχόμενοι, καὶ τοὺς μὴ δυναμένους (17) ἀμείψασθαι ποιεῖν εὖ προαιρούμεθα.

A portio, quæ perpetuo similiter retinetur. Nam in omni corporis parte apparet providentiæ cura. Quod licet studiosis et industriis hominibus diversis e libris colligere. Colorum quoque, qui in animalibus sunt, varietas, eumdem semper ornatum servans, clamat esse providentiam. Atque etiam quod inter omnes homines constat, adhibendas esse preces Numini divino, idque muneribus et sacrariis colendum esse, providentiam significat. Si enim nulla providentia hoc universum gubernaretur, quis, aut a quo quispiam precabitur? Idem confirmat studium benigne faciendi, quod ab hominibus non distortis et depravatis naturaliter colitur. Nam mercedem ejus in posterum tempus exspectantes, etiam in eos, qui rependere non possunt, beneficium conferimus.

Προνοίας δὲ ἀναιρουμένης, συγκεχώρηται μὲν ἀδικία τοῖς δυναμένοις ἀδικεῖν, ἀναιρεῖται δὲ ἐλεημοσύνη καὶ Θεοῦ φόβος, συναναιρεῖται δὲ τούτοις ἀρετὴ καὶ εὐσέβεια· εἰ γὰρ μὴ προνοεῖ Θεὸς (18), οὐδὲ τιμωρεῖται, οὐδὲ τοῖς εὖ πράττουσιν ἔπαθλα νέμει (19), οὐδὲ τῶν ἀδικουμένων τὰς βλάβας ἀπείργει, τίς ἂν οὖν ἔτι προσκυνήσειε (20) Θεὸν, μηδὲν **163** εἰς μηδὲν ἡμῖν συμβαλλόμενον; Ἀναιρεῖται δὲ καὶ προφητεία καὶ πᾶσα πρόγνωσις (21). Ἀλλ' οὐ συμφωνεῖ ταῦτα τοῖς καθ' ἑκάστην σχεδὸν ἡμέραν γινομένοις. Πολλαὶ (22) μὲν γὰρ ἐν ταῖς χρείαις ἐπιφάνειαι τοῦ Θείου, πολλὰ δὲ καὶ δι' ὀνείρων τοῖς κάμνουσι δίδοται βοηθήματα, πολλαί τε προγνώσεις καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐξηνέχθησαν, πολλοὶ δὲ μιαιφονήσαντες καί τι τῶν ἀθεμίτων (23) πράξαντες ἐκδειματοῦνται νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέρας. Ἄλλως τε ἀγαθός ἐστιν ὁ Θεός (24)· ἀγαθὸς δὲ ὢν, εὐεργετικός ἐστιν· εἰ δὲ εὐεργετικὸς (25), καὶ προνοητικός. Τί δεῖ λέγειν τὰ τῆς κτίσεως ἔργα καὶ τὴν ἀναλογίαν

B Quod si tollatur providentia, permitti videtur injuria iis qui eam inferre possunt; tollitur erogatio in pauperes Deique metus, et simul cum istis virtus religioque evertitur. Si enim Deus non providet, neque punit, neque viris bonis præmia tribuit, neque propulsat injuriam ab iis qui injuste lædunter, quis Deum veneretur, qui nulla in re quidquam nobis sit adjumento? Deletur etiam prophetia et omnis præscientia. Sed hæc non sunt consentanea cum iis quæ quotidie fere videmus accidere. Multis enim necessario ipsorum tempore Deus apparuit, multa etiam in somniis ægrotantibus auxilia dantur, et multæ præsensiones quibusque sæculis prolatæ sunt. Multi, qui aliquem trucidarunt impieque sunt cruentati, aut aliquid nefandi commisere, noctes C atque dies terrentur. Præterea Deus bonus est. Cum autem bonus sit, ad bene merendum propensus est; si ad bene merendum propensus, etiam providus. Quid hic recenseam res quasque ab orbis architecto

VAR. LECT. ET ANIMADV.

(11) *Τῶν σωμάτων ἐν γενέσει.* Τῶν, ante ἐν, addit D. 1, A. 2.

(12) *Προμήθεια.* Προμηθία, A. 2.

(13) *Κόσμον φυλάττουσα.* «Decorem *faciemque* custodiens,» Vall. Mox idem τὸ Θεῖον reddidit, *Deum, quæque divina sint.*

Pag. 9. *Τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς.* Apud omnes fere convenit, hominem ætherea terrenaque parte, anima et corpore consistere; unde auctor noster paulo infra ait : Ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς εἶναι καὶ σώματος, ὁ κοινὸς ὑποβάλλει λόγος. Nec minori consensu concurritur in approbanda ejusdem fabrica, quam institutam ait Plato in *Tim.* p. 25, ἢ δυνατὸν ὡς κάλλιστά τε καὶ ἄριστα. Unde Protagoras eam rerum omnium mensuram esse dixit, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων ὡς οὐκ ἔστιν. Adeo ratum elogium a Deo operibus suis adhibitum, quod illa valde bona (*Gen.* i, 31). Utrum vero anima una simplexque essentia sit, non ita in confesso habetur. Philo lib. I *De mundi opif.* verbis ab auctore nostro laudatis inquit : Νοῦν ἐξαίρετον ἐδωρεῖτο ψυχῇ τινὰ ψυχήν, καθάπερ κόρην ἐν ὀφθαλμῷ. Josephus lib. I *Antiq. Jud.* c. 2 : Ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πνεῦμα ἐνῆκεν αὐτῷ καὶ ψυχήν. Plotinus, cujus testimonium hic adhibetur, *Enead.* I, rationem redditurus, quid *mentis* voce intelligat, sic loquitur: *Νοῦν* λέγω, οὐχ ᾗ ψυχὴ ἔχει ἕξιν οὖσαν τῶν παρὰ τοῦ νοῦ, ἀλλ' αὐτὸν τὸν νοῦν, ᾗ ἔχομεν καὶ τοῦτον ὑπεράνω ἡμῶν, qualia alibi passim repetit. Marcus Anton. in Vita sua ait, hominem tribus constare partibus, τοῖς σαρκίοις, τῷ σωματικῷ καὶ τῷ ἡγεμονικῷ. Sed non apud ethnicos Judæosve habitabat ista sententia. Irenæus disertissimis verbis ait : *Tria sunt, ex quibus perfectus homo constat, carne, anima, spiritu*, lib. V *Adv. hæres.* c. 9; lib. etiam V, c. 6, istis similia reperire est, necnon apud Tatianum. Quin Augustinus. tractat. *De symbolo*, sic loquitur : *Homo habet tres partes, spiritum, animam et corpus, itaque homo est imago SS. Trinit.* Revera libro *De eccl. dogmat.* c. 20, Didymum eo nomine reprehendit, quod spiritum tertium quoddam in hominis substantia esse vellet. Neque id mirum; postquam enim Apollinarii et ipsius sequacium Dimeritarum increbuit dogma, qui Dominum nostrum ex tribus partibus constitutum asserebant, ἐκ σαρκὸς καὶ ψυχῆς καὶ θεότητος ἀντὶ τοῦ νοῦ (Epiphanii sunt verba pag. 1016), quo certius eos profligarent orthodoxi, deinceps receptæ prius sententiæ de tribus animæ partibus valedixerunt, licet ab Apostoli verbis *I Thess.* v, 23, firmamentum sibi arrogare videatur; et demum hæreseos cujusdam apud posteros arcessebatur, animam a spiritu secernere; simili plane lege, qua mersio in baptismate, nunc trina, dein una, denuo et trina placuit, pro dogmatum varietate quæ Ecclesiam subinde lacessebant.

Ibid. *Ἀριστοτέλης.* Hæc habentur lib. II *De anima*, cap. 1.

Pag. 10. *Πλάτων δέ.* De his pluribus verbis agens Socrates introducitur in *Alcibiade*, qui tandem concludit : Ἐπειδὴ δὲ οὔτε τὸ σῶμα, οὔτε τὸ ξυναμφότερόν ἐστιν ἄνθρωπος, λείπεται, οἶμαι, ἢ μηδὲν αὐτὸν εἶναι, ἢ εἴπερ τί ἐστι, μηδὲν ἄλλο τὸν ἄνθρωπον συμβαίνειν ἢ ψυχήν. Quod Cicero in *Somn. Scip.* ita effert : *Non is es quem forma ista declarat, mens cujusque est quisque.* Adeo quidem hominem omnino ex se perficit anima, ut voce in eam rem conficta αὐτοτοαυτό appellandam censuerit Plato.

Ibid. *Δηλοῖ δὲ ὁ θάνατος.* Hæc apud Damascen. habentur; sed semel monere liceat maximam partem secundi libri istius scriptoris e nostro mutuatam.

Pag. 11. *Οὐ γὰρ μόνον ἤνωσε.* Egregie hæc quidem; rerum enim nexus ad unitatem. ordo ad principium, immensitas ad infinitatem, commoda ad patrem, proinde omnia ad Deum recta manuducunt.

Pag. 12. *Ἀριστοτέλης ἱστόρησε. Hist. animal.* l. I, cap. 1.

Pag. 13. *Διὸ καὶ Μωσῆς τὴν δημιουργίαν.* Philo *De mundi opif.* ait : Καθάπερ οὖν οἱ ἐστιάτορες οὐ πρότερον ἐπὶ δεῖπνον καλοῦσιν, ἢ τὰ πρὸς εὐωχίαν πάντα εὐτρεπίσαι, καὶ οἱ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας τιθέντες, etc., τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ τῶν ὅλων ἡγεμὼν, οἷά τις ἀθλοθέτης καὶ ἐστιάτωρ ἄνθρωπον καλεῖν μέλλων ἐπί τε εὐωχίαν καὶ θεωρίαν, τὰ εἰς ἑκάτερον εἶδος προευτρεπίσατο. Quibus subjungit : Θεὸς ἀρχὴν μὲν οὐρανὸν ἐποίει, τέλος δὲ ἄνθρωπον, τὸν μὲν τῶν ἐν αἰσθητοῖς ἀφθάρτων τελειότατον, τὸν δὲ τῶν γηγενῶν καὶ φθαρτῶν ἄριστον, βραχὺν, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐρανόν. Basilius, 21 *in aliq. Scrip. loc.* : Πρώτη ἡ κτίσις, τελευταῖος δὲ ὁ ἄνθρωπος, ὅτι παρεσκεύασεν αὐτῷ, ὥσπερ οἰκοδεσπότῃ, οἶκον πεπληρωμένον· οὐ γὰρ πρῶτον ἐποίησεν ἄνθρωπον, ἵνα πτωχὸς κτισθῇ, ἀλλ' ἐποίησεν οὐρανὸν σκέπην αὐτοφυῆ κτίσας, ἐπεστόρεσε τὴν γῆν ἔδαφος τοῖς ποσὶ προετοιμάζων τοῖς τοῦ ἀνθρώπου. Sic Nyssenus : Οὐκ ἦν εἰκὸς τὸν ἄρχοντα πρὸ τῶν ἀρχομένων ἀναφανῆναι. Tertull. vero *contra Marc.* l. II : *Quis dignus incolere Dei opera, quam ipsius imago et similitudo?* Euryphamus Pythagor.: Τὸ θεῖον ἄνθρωπον πολυτελέστατον ζῶον, ἐς τὸν κόσμον ἐσῴκισεν, ἀντίτιμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμήσιος. Lactantius lib. VII : *Mundum non propter se Deus fecit, sed propter hominem, qui eo utitur : ita ipsum hominem propter se*, etc., *scilicet, ut esset, qui opera ejus intelligeret.*

Pag. 15. *Ἑβραῖοι δὲ τὸν ἄνθρωπον.* Josephus quidem sentire videtur illos saltem admodum longævos esse potuisse, si mandatis divinis morem

Digitized by Google

gessissent; sic enim Deum protoplastas alloquentem introducit: Γῆρᾶς τε θᾶττον οὐκ ἂν ἐπέλθῃ, καὶ τὸ ζῆν ἐς μακρὸν ἂν ὑμῖν γένοιτο, *Antiq.* lib. I, c. 2. Sed is erat Josephus, qui hoc inprimis egit, ut quæ narrabat, gentilium captui accommodarentur. Aliter longe libri Sapientiæ (c. I, 13) auctor: Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησε, etc., II, 23: Ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ, etc. Et D. Paulus ad Rom. c. V, 12: Διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος. Distinctius hæc Theoph. Antioch. l. II *ad Autol.* p. 101: Μέσος ὁ ἄνθρωπος ἐγεγόνει, οὔτε θνητὸς ὁλοσχερῶς, οὔτε ἀθάνατος τὸ καθόλου, δεκτικὸς δὲ ἑκατέρων, quod ipsum post paginam unam aut alteram repetit. Theodor. Abucara: Τὸ τοῦ Ἀδὰμ σῶμα φύσει θνητὸν ἦν καὶ παθητὸν, θείᾳ δὲ χάριτι ἀθάνατον διεφυλάττετο καὶ ἀπαθές. Imo si quis dixerit, τὸν Ἀδὰμ πρωτόπλαστον ἄνθρωπον θνητὸν γενόμενον οὕτως, ὡς εἴτε ἁμαρτήσει, εἴτε μὴ ἁμαρτήσει, τεθνηξόμενον ἐν τῷ σώματι, τοῦτ' ἔστιν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ σώματος, μὴ τῇ ἀξίᾳ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῇ ἀνάγκῃ τῆς φύσεως, ἀνάθεμα ἔστω. Synod. Carth. can. 112. Cui Balsamon: Τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεὸς οὐ θνητὸν ἔπλασεν, οὐδὲ μέντοι ἀθάνατον, μέσον δέ, etc.

Pag. 16. *Εἰσὶν ἔτι καὶ νῦν δυνάμεις.* Augustinus lib. VIII *De Genes. ad litt.* c. 5: *Quanquam corporalem cibum talem tamen illum arborem præstitisse quo corpus hominis sanitate stabili firmaretur, non sicut alio cibo, sed nonnulla inspiratione sanitatis occulta.* Vid. *De civ. Dei* lib. XIV, c. 26.

Ibid. *Ἐν ἐκστάσει.* Hoc fere est, quod Rabbini dicunt, Adamum non se agnovisse nudum ob כח גבואה ושכל גדול שהיה בו. Unde dicunt, quod Saul, cum prophetaret, I Sam. XIX, 24, nudus incessit, quemadmodum et Isaias XX, 2.

Ibid. *Κρεῖττον ἀπόλαυσις.* Scil. saltem post diluvii tempora hoc indultum.

Pag. 17. *Προδήλων πόρων.* Merito quidem transpiratio insensibilis in hunc censum venit, quando evacuationum, quæ corpori animato adveniant, omnium sit primaria; quod ultra omnem exspectationem et pene fidem ab arte statica edocemur.

Pag. 20. *Καὶ πανταὶ καὶ ἀεί.* Adeo verum, quod Tertullianus ait, *nulli rei nisi pœnitentiæ nascimur*, lib. *De pœnit.* sub fin. Et quidem, si quod aliquibus visum, homo non adeo animal rationale, quam religiosum dici debeat, et numinis cultus ipsi in essentiam cedat, summa et inprimis intima naturæ nostræ prærogativa, ex istis speciei principiis, ceu propria quædam passio immediate fluit, ut delictorum utique pœniteat; nec adeo risibile animal dicendus est homo, quam flebile, quique delicta sua perpetuo planctu prosequatur.

Ibid. *Πρὸ τῆς ἐκπτώσεως.* Supponit auctor noster intervallum post angelorum offensam, antequam in ipsos Deus pœnam irrogaret; in qua sententia non solus versatur: Καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ Σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν Θεὸν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν, Irenæi nomine Euseb. *Hist.* lib. IV, c. 18. Quin Epiph.: Οὐδαμοῦ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐτόλμησεν ὁ Σατανᾶς εἰς τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην φθέγξασθαι βλάσφημόν τινα λόγον ἢ ἁνταρσιν ἐννοῆσαι· ἀνέμεινε γὰρ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, etc., hæres. 39. Sic etiam Isidorus Pelusiota lib. II, epist. 90, inquit: Diabolus post Christi adventum ἀκούσας τῆς καθ' ἑαυτοῦ ἀποφάσεως τὸν ὅρον, σφοδρότερον ἔπνευσε καθ' ἡμῶν, etc., quæ omnia repetit Œcumenius comment. *in ult. cap. I epist. D. Petri.* Rupertus vero, c. 21, lib. *De victoria verbi Dei*, expresse ait: *Datur intelligi, quod non statim ab initio peccati diabolus de cælo projectus fuerit, sed ipsum quoque exspectaverit patientia Dei.* Joan. Cassian. collat. 8, c. 10, de diabolo agens, inquit: *Idcirco priorem ejus lapsum, quo superbiendo corruerat, quo etiam serpens meruerat nuncupari, secunda ruina per invidiam subsecuta est, sententia Domini utiliter in ima dejectus est.*

Pag. 21. *Καὶ νύμφας.* Auctor est Aristoteles nymphas mori; quin et nymphæa, palustris planta, traditur, nata nympha, zelotypia erga Herculem mortua, Plin. lib. XXV, c. 7. Idem etiam auctor, lib. IX, c. 5, dicit Olysponensium littore morientis planctum longe exauditum; et D. Augusti tempore plures Nereides exanimes apparuisse, etc. Dalechamp. addit, Gazam Nereidem in Peloponnesi litus ejectam vidisse: Trapezuntium in mari natantem; Draconetum Bonifacium Neapolitanum tritonem melle conditum. Hamadryadas insuper nymphas esse, quæ cum arboribus nascuntur et pereunt, ut alios præteream, a Servio in x *Ecl.* discere est.

Pag. 23. *Καὶ γὰρ ἰχθύων ἡ φύσις.* His perquam similia habet Basilius M. in *Hexaem.* At aliquos saltem pisces in alios non grassari Aristoteles *Hist. animal.* lib. VIII, cap. 2, docuit: Κέφαλος καὶ ὁ κεγρεὺς ὅλως μόνοι οὐ σαρκοφαγοῦσι. Plinius vero aliter; nam lib. IX, c. 17, ait: *Scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare herbisque vesci, non aliis piscibus.*

Pag. 25. *Καὶ τὰ δηλητηριώδη.* Immerito de natura queritur genus humanum, quod venenata condidit, cum nondum satis perspectum sit quid venenum dici mereatur, malum enim Persicum in Perside letale, nobis in deliciis habetur. Poma, quæ apud Americanos impune nec ipsis manibus contrectantur, nobis in quotidianas dapes cedunt; quin et quæ uni animanti perniciem afferunt, aliis alimentum præstant. Diutino insuper usu toxica ipsa in gratiam nobiscum veniunt, hoc tantum nomine inimica, quod si forte vitæ tædium nos ceperit, ingratam lucem a nobis eripere detrectent; quod Mithridati accidisse perhibetur. Quin et alma parens, tellus, si noxios generet succos, et medicos etiam fundit; et, *si verum fateamur, terra nobis malorum remedia genuit, nos illa vitæ fecimus venenum*, ut inquit Plinius. Si quis hac in causa plura velit, consulat ejusdem elegantissimam pro venenis apologiam lib. II, c. 63.

Pag. 26. *Λεόντων μὲν ὁ Δανιήλ.* Aiunt Cabbalistæ characterem divinum homini impressum, vi cujus omnia animalia eum pro superiore agnoscunt; duplicem vero esse characterem: alterum, quo metuatur, qui dicitur פחד, productum, ut aiunt, sinistra et gladio Dei; alium, quo diligatur, חסד, ortum dextra et sceptro Dei. Unde fit, ut, licet belluæ et feræ omnes homines quoscunque metuant, bonos tamen, in quibus melior character apparuerit, ament et revereantur. In cujus rei fidem adducunt exempla superius allata. Et ne hæc pro Rabbinorum insomniis ducamus, eadem fere apud Theodoretum orat. 5 *De Providentia* reperire est. Postquam enim prædictos viros sanctos recensuisset, de feris ait: Ἐπειδὴ εἶδον ἐν τῇ εἰκόνι τοῦ ἀρχετύπου τὸ μίμημα λίαν ἀκραιφνὲς πεφυλαγμένον, ὡμολόγησαν τὴν δουλείαν, καὶ τὴν θηριωδίαν ἀπέθεντο, etc. Testatur quidem Eusebius, ductis ad leones Christianis feras non raro abstinuisse; unde Ignatius *Epist. ad Rom.* se in metu versari profitetur, ne idem sibi accidat; unde inquit: Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἑτοίμων· ἃ καὶ εὔχομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι, ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο.

Pag. 28. *Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος.* Recte unus hos conjungit auctor noster, siquidem hoc fere inter illos interest, quod quæ alter erudite proposuerit, alter indocte et ad vulgi captum felicius propagaverit. Et certe quis illum non pro commodissimo viro et præceptore optimo habeat, qui primo in limine discipulos suos monet, ne in artibus ediscendis se torqueant, et scriptoribus evolvendis se fatigent? Παιδείαν δὲ πᾶσαν, μακάριε, φεῦγε, ut ex ipso Diogenes Laertius. Quintiliani verbis I. II, c. 2: *Epicurus inprimis nos a se ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam navigatione quam velocissima jubet.*

Digitized by Google

Pag. 28. *Πνεῦμα ἔνθερμον καὶ διάπυρον.* Hoc de ignea anima dogma, e suis favillis, fere sepultum, argumentis quibusdam non inelegantibus, ceu fomite adhibitis, suscitare conati sunt eruditi aliqui apud nos medici, qui βιολύχνιον et perennem in cordis foco flammam ingeniose certe, si minus vere, illustrarunt. Merum vero et purum putum ignem animam Democritus docuit; quemadmodum ex Arist. lib. I *De anima*, c. 2, statim subjicit auctor noster. Verba Aristotelis sunt: Πῦρ τι καὶ θερμόν φησιν αὐτὴν εἶναι, ἀπείρων γὰρ ὄντων σχημάτων καὶ ἀτόμων τὰ σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει. Quod Epicurus suo more sic emendatius effert, referente Plutarcho, *Περὶ τῶν ἀρεσκόντων*· Κρᾶμα ἐκ τεττάρων, ἐκ ποιοῦ πυρώδους, ἐκ ποιοῦ ἀερώδους, ἐκ ποιοῦ πνευματικοῦ, ἐκ τετάρτου τινὸς ἀκατονομάστου. Quin et Hipparchus animam ignem dixit, teste Macrobio in *Somnio Scip.*

Ibid. *Κριτίας δὲ αἷμα.* Sacræ Litteræ huic sententiæ favere videntur, quæ vel ante Mosaicam legem, ejusdemque cæremonialem cultum, sanguinis esu mortales omnes interdixerunt, hac ratione a Deo Opt. Max. reddita: אך בשר בנפשו דמו. Quin et inde sacrificiorum omnium, quod in animalis sanguine sit anima, arcessenda videtur ratio; quodque χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις, Hebr. IX, 22. At vero causæ magis peculiares sunt, quare Critiæ (*a*) hæc sententia commendaretur. Vir quippe erat, si quis alius, cujus anima sanguis fuerat; patriæ proditor et carnifex; atque triginta tyrannorum unus, nescio dicam, an ipsa triginta omnium tyrannis.

Ibid. *Ἵππων δὲ ὁ φιλ. ὕδωρ.* Pro philosopho substituit Joan. Grammat., Athei cognomen. In lib. enim *De anima*, inquit, ἐξ ὕδατος, ὡς Θαλῆς καὶ Ἵππων ὁ ἐπίκλην Ἄθεος. Sententia autem ipsa ab Aristotele hac nota insignitur: Τῶν δὲ φορτικωτέρων καὶ ὕδωρ τινὲς ἀπεφήναντο, καθάπερ Ἵππων, ac si illo judice absurdior reliquis ea esset sententia. Utut sit, Thales, qui referente Laertio, ἀρχὴν τῶν πάντων ὕδωρ ὑπεστήσατο, non sine causa, teste ipso Aristotele ita censebat; siquidem I *Metaph.* ita dissentientem audire est: Πάντων τὴν τροφὴν ὑγρὰν οὖσαν καὶ αὐτὸ τὸ θερμὸν ἐκ τούτου γιγνόμενον καὶ τὸ ζῶον τούτῳ ζῆν. Addit insuper antiquissimos gentium theol. in hac sententia versatos, unde Hom.,

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

Ita, ut aqua parens rerum habeatur, terra, quæ ex Romanorum theologia Cybele seu mater deorum omnium, gremio suo excipiens, matris vicem obtineat. Ita enim Eustathius locum illum interpretatur: Ὠκεανὸν, τὴν ὑγρὰν δηλαδὴ φύσιν, καὶ τὴν Τηθὺν, ὅ ἐστι, τὴν κοινὴν τροφὸν γῆν. Si autem, ut aliis placuit, Tethys etiam aquas significet, utriusque parentis jus et dignationem illud elementum sortietur. Unde certe Aristoteles in loco prius laudato ait, hanc ob causam deos Styga jurasse, καὶ τὸν ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ.

Ibid. *Ἡράκλειτος.* Si iste σκοτεινός intelligi omnino velit, ἀναθυμιάσεις apud eum id sonare videtur, quod apud chymicorum filios volatile dicitur, et spiritus, phlegmatis, sulphurisque nominibus insignitur, caloris ope e liquoribus eductum. Ἀναθυμιάσεις enim suas, referente Laertio, duplicis generis facit, aut λαμπρὰς καὶ καθαράς, sulphureas scil. et ardentes, aut σκοτεινάς, nubem saltem conficientes, humidas tantum seu phlegmate scatentes: ex quorum cum fixis terrenisque partibus ζυμώσει rerum omnium generationes aut interitus in universum dependent; quin et ex peculiari earumdem habitudine et nexu, ad specificas suas essentias conformantur.

Ibid. *Θαλῆς.* Quod auctor noster Thaletem primum dixisse asserat animam ἀεικίνητον καὶ αὐτοκίνητον, Diogenes Laertius sic proponit: Αὐτὸν πρῶτον εἰπεῖν ἀθανάτους τὰς ψυχάς. At non video, quomodo hæc cohæreant cum illis quæ statim subdit idem Laertius, quod (*b*) lapidibus etiam animam tribuerit. Nisi forte marmora, quod diu perdurent, utique et immortalia dicenda sint, tumulisque adhibita ipsa nulle tumulo condenda deinceps videantur.

Ibid. *Πυθαγόρας.* Pagina 44, rationes satis probabiles reddit auctor noster, quibus suadeat Pythagoram, qui omnia fere symbolis obumbrare satagebat, id etiam præstitisse, cum animam numerum esse dixerit, scil. non aliter intelligendum, quam ipse Aristoteles, cum tempus numerum motus vocat. Per unitatem quidem primam rerum causam Deum designat; et formas, cum individuationis principia sint, et corporum genii et numina, imo divinæ auræ particulæ, non male numeros etiam appellat: certe ita interpretatur Plutarchus, τὸν ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ παραλαμβάνει. Quin Macrobius decantatum Pythagoreorum sacramentum,

Μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχῇ παραδόντα τετρακτύν,

exponit, *Juro per eum, qui dat animæ nostræ quaternarium numerum*, scil. eam nobis dedit cum tribus suis facultatibus: *Quarum prima est ratio, quam* λογιστικὸν *appellant; secunda animositas, quam* θυμικὸν *vocant; tertia cupiditas, quæ* ἐπιθυμητικὸν *nuncupatur.* In *Somn. Scip.* I. I.

Ibid. *Πλάτων.* Lib. X *De Leg.*, necnon in *Phæd.*

Ibid. *Ἀριστοτέλης.* Lib. II *De anima*, c. 4.

Ibid. *Δείναρχος.* Istius nominis occurrit rhetor quidam non incelebris, Isocratis, sive ut alii, Theophrasti discipulus: unde a philosophia non prorsus alienus haberi poterit; sed cum, qui scripta ejus recenset Photius, orationum solum meminit; et Cicero in *Bruto* et lib. II *De orat.* inter rhetores recenset: quin et cum Tullius varias philosophorum de anima sententias refert, *Tusc. quæst.* lib I, eamque exponit, quæ ait, *animam nil esse nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ vigeat et sentiat*, Dicæarchum istius auctorem profitetur: insuper quando Plutarchus *Περὶ τῶν ἀρεσκόντων*, cujus vestigia Nemesius in hoc scriptorum censu semper fere premit, Dicæarchum etiam scribit: inde adducar, ut credam, facili lapsu Dinarchum pro Dicæarcho interpolatum. Interea tamen non est dissimulandum, Heruiam in suo *Διασυρμῷ* Dinarchum etiam scripsisse; Galenum autem Δίαρχον (quod proximum est), in lib. *Περὶ φιλοσόφων ἱστορίας*, cum Epicuro sociasse.

Pag. 29. *Ἀριστοτέλης καὶ Δείναρχος ἀνούσιον.* Dinarchus sive Dicæarchus (perinde enim fuerit), revera animam, accidens et qualitatum temperamentum statuit. De Aristotele autem hoc non aliter dici potest, nisi quatenus illo auctore formæ et potentia materiæ eductæ, cum seorsim subsistere non possint, ἀνούσιοι, hoc est, incompletæ substantiæ ab ipso habitæ videntur.

Ibid. *Μυριχαῖοι.* Manetis sententiam dilucide explicat Epiphanius hæres. 66, quod duo statuebat principia, alterum bonum, malum alterum: Ἔχειν δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τῶν δύο τούτων ἀρχῶν τὰς ὑποστάσεις, καὶ τὴν μὲν μίαν ἀρχὴν πεποιηκέναι τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν εἶναι τῆς ἑτέρας· αὐτὴν δὲ εἶναι τὴν ψυχὴν τὴν ἐν ἀνθρώποις καὶ ἐν παντὶ ζώῳ καὶ πετεινῷ καὶ ἑρπετῷ καὶ κνωδάλῳ· οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ

(*a*) De Critia Proclus ad Platonis *Timæum*, pag. 22, ita habet: Ὁ Κριτίας ἦν μὲν γενναίας καὶ ἀβρᾶς φύσεως. Ἥπτετο δὲ καὶ φιλοσόφων συνουσιῶν, καὶ ἐκαλεῖτο ἰδιώτης μὲν ἐν φιλοσόφοις, φιλόσοφος δὲ ἐν ἰδιώταις, ὡς ἡ ἱστορία φησίν. Ἐτυράννησε δὲ καὶ αὐτὸς εἷς τῶν τριάκοντα γενόμενος.

(*b*) Apud Diog. Laert., pag. 9, legitur: Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἱππίας φασὶν αὐτὸν καὶ τοῖς ἀψύχοις μεταδιδόναι ψυχὰς, τεκμαιρόμενον ἐκ τῆς λίθου τῆς μαγνήτιδος καὶ τοῦ ἠλέκτρου. Ergo hæc superioribus non repugnant, ut editor Oxoniensis credidit.

Digitized by Google

ἐν τοῖς φυτοῖς, etc. Hæc scil. e vetustissimis Chaldæorum placitis desumpta, apud quos Ὡρομάσδης et (*a*) Ἀριμάνιος illa ipsa, quæ modo retulimus, fuere principia; seu Valentinianorum verbis (referente Irenæo, Tertull., Theod. aliisque), νοῦς sive (*b*) Acamoth, ἐνθύμησις et Amor; *scientia divina*, *unitas* aut *Deus*; et ex altera parte *materia*, *dualitas*, *orcus* et *chaos* quæ et Σαχλᾶα et (*c*) Taldaboth dicebantur. Quæ quidem placita apud Pythagoreos et Platonicos (omnium fere hæreticorum patriarchas, Tertull. teste) olim recepta, passim diffundebantur. Nimirum cum stupidi homines in animum inducere non poterant, qua ratione aliquid ex nihilo fieret, materiam æternam somniabant; cumque religio apud eos esset, ea quæ in rebus passim cernuntur mala, Deo accepta referre; illa omnia contrario et sequiori principio materiæ imputabant. Quod eo usque invaluit, ut vel Epicuro suo hanc excusationem comminisceretur Lucretius, quod pie admodum ex atomis orbem conflari vellet, scilicet,

Nequaquam nobis divinitus esse creatam
Naturam mundi, quæ tanta est prædita culpa.

Et quidem hæc præ cæteris quibuscunque est illa philosophia, quæ gentilium polytheismo prætextus uberrimos afferebat. Postquam enim ratum apud eos erat, quod

Deus est, quodcunque vides, quocunque moveris,

et is omnia animaret : proximum fuit, ut etiam in omnibus coli possit et debeat. Hinc animarum evocationes, ciborum delectus, magicæ lustrationes, pollutissima καθάρσια, magicæ purgationes et infandi ritus : quibus satagebant (ut morituri Plotini verbis utar a Porphyrio memoratis), τὸ ἐν αὐτοῖς θεῖον ἀνάγειν πρὸς τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον. Quinimo, ut a primis Christianismi incunabulis, per Simonem Magum, Carpocratem, Valentinum, Marcionem, Gnosticosque reliquos, his ipsis armis Ecclesia oppugnabatur, ita illa lacertos jam movente, demum sub Juliani auspiciis hæc una philosophiæ pars eidem æmulam se gessit, et in vulnere animam posuit.

Ibid. Ἀμμωνίου. Consulatur hac de re Proclus in Com. *ad Platonis Timæum*, necnon Joan. Grammat. in Aristot. *De anima*, qui hæc, quæ sequuntur, fere descripsit.

Ibid. Δεῖται τοῦ συνέχοντος. Non male vulgo dicitur brutis animalibus anima pro sale data. Sal enim non modo putredinem arcet, sed et fixationis principium est. Quin rationalis anima, quæ Platoni ἡνίοχος audit, non solum frena in affectus injicit, sed et humores corporis moderatur. Et hoc illud est, quod medici eos sub tutela animæ ponunt, aliasque habitudines haberi in corpore vivo, quam in cadavere, magnis experimentis docent.

Ibid. Στωϊκοὶ τονικήν. Sensus et motus ita explicari solent, ut nervis chordarum ad morem protensis, si forte ex parte aliqua attingantur, mutatio aliqua totos pervadat et afficiat : unde si agitatio intus inferatur, sensum, si exterius tendat, motum producat. At aliud quidpiam sibi velle hic videntur Stoici, scil. operationum omnium in animantibus causam esse, luctam quamdam et reciprocam contranitentiam eorumdem nervorum, partiumque corporis nervosarum : quemadmodum in spasmis videre est, quibus cum partes subinde in diversa fe-

A rantur, sibi ipsis videntur sufficere ad perennandum motum, necnon ad facultates animæ expediendas, scilicet in reciproca illa ἀνθωλκῇ, vellicationem ad intra esse facultatem attractricem, quam et nutritio sequitur; ad extra eam esse, quæ expultrix dicitur et auctrici gradum et commeatum facit.

Pag. 31. Τῶν ὁμοιομερῶν. Auctori displicet ista ratio, non quasi rebus similaribus, si quid forte detractum sit, minus decederet, quam si tantumdem a corpore partium dissimilarium auferretur; sed quia ex ista diminutione nihil mancum futurum est; minima siquidem aquæ gutta æque totam naturam istius elementi in se continet, ac totus Oceanus.

Pag. 32. Ὅμοιοι τοῖς γονεῦσι γινόμεθα. Ex eorum placitis rationem retulit (*d*) Plutarchus : Ἀπὸ τοῦ σώματος ὅλου καὶ τῆς ψυχῆς φέρεσθαι τὰ σπέρματα, καὶ τὰς ὁμοιότητας ἀναπλάττεσθαι ἐκ τῶν αὐτῶν γενῶν τοὺς τύπους καὶ τοὺς χαρακτῆρας, ὡσπερανεὶ ζωγράφον ἀπὸ ὁμοίων χρωμάτων εἰκόνα τοῦ βλεπομένου.

B

Pag. 33. Ἀριθμοὺς ὁμοίους. Apud Euclid., lib. VII, def. 21.

Pag. 35. Σιμίας. Habentur apud Platonem in *Phædone*.

Pag. 36. Ἁρμονία τῷ χαλᾶσθαι. Harmonia in ratione consistit, sesquidupla nimirum, tripla, quadrupla, etc., quæ magis et minus non admittunt; cum autem constet, concentum per systemata, modos, tonos, numeros, numerorumque institutionem non variari modo, sed intendi et remitti; aliam adhibet vocem auctor noster, latioris significati, ἁρμογήν scil., quæ commode satis a Fred. Morello redditur *harmoniæ copula*, et in hoc fere versatur, ut partibus respondeant et adaptentur, et facili lapsu toni leniter coeant et permisceantur. Sic in pictura lucis et umbrarum dubia et quasi crepera conjunctio ἁρμογή dicitur. Ita Lucian. in *Zeuxide* (*e*) :

C Καὶ ἡ μίξις δὲ καὶ ἡ ἁρμογὴ τῶν σωμάτων, καθ' ὃ συνάπτεται καὶ συνδεῖται τῷ γυναικείῳ τὸ ἱππικόν.

Ibid. Ἔτι ἡ ψυχή. Quæ (*f*) sequuntur, prius desiderata, ex ms. restituta sunt.

Ibid. Γαληνὸς δὲ (*g*) ἀποφαίνεται. In tractatu, quem Galenus scripsit de libris a se editis, mentionem facit hypomnematis *de Demonstratione*, quod quidem nusquam comparet; sed omnino verisimile est, opus illud ad logicam totum pertinuisse, cum inter istiusmodi juveniles ejus lucubrationes recenseatur. Serio de hac re consideranti mihi fere pro certo habetur λόγους ἀποδεικτικούς, de quibus hic mentio instituitur, opponi practicis et stricte medicinalibus, et nihil ultra indigitare, præsertim cum ab ipso Galeno agnita sit ista tractandi ratio in lib. *De partit. artis med.*, quemadmodum observat ejusdem editor Rasarius in Præfat. Quinimo inter ejus scripta etiamnum occurrunt ea quæ hic in testimonium adhibentur, nimirum in fragmento *De substantia naturalium facultatum*, ubi ait : Τὴν (*h*) ψυχὴν ἡμῶν οἱ μὲν ἀσώματόν τινα νομίζουσιν οὐσίαν εἶναι, τινὲς δὲ πνεῦμα, καθάπερ ἄλλοι μὴ εἶναί τινα ὕπαρξιν αὐτῆς ἰδίαν, etc. Μέσην (*i*) τινὰ τάξιν ἐμαυτῷ ἔταξα. Περὶ γὰρ ἄλλων δογμάτων ἀποφαινόμενος ἁπλῶς, τῶν μὲν ὡς εἰδείην τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν, τῶν δὲ ὡς οὐδὲν αὐτῆς εἰδείην, ἐν οἷς ἄρτι διῆλθον, ἄχρι τοῦ πιθανοῦ προέρχομαι. Et paulo post : Πιθα-

D

(*a*) Apud Plutarchum *De Iside et Osiride*, t. II, p. 369, est Ὡρομάζης et Ἀρειμάνιος.

(*b*) Apud Iren. *Contra hæres.*, l. IV, p. 18, Ἀχαμώθ.

(*c*) Iren., p. 109. Orcus et Σαχλᾶα nec apud Irenæum, nec apud Epiphanium reperi. Sed apud hunc Hori fit mentio, quem variis nominibus appellant. Vide Hæresin 31. Forte loco Σαχλᾶα voluit σωτῆρα. Quis vero istas nugas curet?

(*d*) *De placitis philosophorum*, t. I, p. 906.

(*e*) Sectione 6, vol. 1, p. 843.

(*f*) In editione Antv. exciderant culpa typothetæ. Leguntur enim in versione Ellebodii.

(*g*) Hic totus locus Nemesii cum alio capitis 29 legitur in editione Galeni Charterii, t. V, pag. 1 seqq.

(*h*) T. V, p. 4.

(*i*) Ibid. p. 5.

Digitized by Google

νώτερον (*a*) εἶναι νομίζω κατὰ τὰς ποιότητας γίγνεσθαι τὰς κράσεις. Τὴν γε μὴν ψυχὴν, εἰ μὲν ἀθάνατος οὖσα ταῖς σωματικαῖς οὐσίαις κεραννυμένη τὰ ζῶα διοικεῖ, γινώσκειν βεβαίως οὐκ ἐπαγγέλλομαι, καθάπερ οὐδὲ, εἰ μηδεμία καθ' ἑαυτήν ἐστιν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς. Similia prorsus habet (*b*) lib. ult. cap. 9, *De Hippocratis et Platonis decretis*. Mora esset, si singula percurrerem. Ubique enim solemniter solet profiteri, se ignorare, quæ sit animæ substantia. Insuper vero res hæc mihi extra dubium ponitur, cum videam, cap. 20 hujus libri, Galenum hac forma ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Ἀποδεικτικῆς denuo ab auctore nostro laudatum. Verba autem sic (*c*) citata in commentario ejus *in Prognostica Hippocratis* notorie habentur.

Pag. 37. *Ἐννέα γὰρ οὐσῶν κράσεων*. Scil. ista reperire est apud Gal. *De temper.*, lib. I, c. 8, et *De simpl.* Cui (*d*) quidem, ut et Aetius ex illo, 2 Tetrabib. serm. 4, c. 54, optimum temperamentum tribuit homini : interea tamen nondum satis convenit, quodnam sit optimum temperamentum, an ad pondus, an ad justitiam? Alii calidum et humidum optimum esse censent, alii pro pessimo notant. Nihilominus aliqui reperiuntur, qui temperamento egregio præditis facultatem faciendi miracula tribuunt, contra quos Medina lib. II *De recta in Deum fide* multis disputat.

Pag. 40. *Ἀριστοτέλης δέ*. Pleraque, quæ sequuntur, verbatim habentur apud Arist., lib. II *De anima*, cap. 1. Hanc autem philosophi de entelechia doctrinam convellere satagit auctor, ut ad suam de præexsistentia animarum sententiam gradum sibi præstruat. Sed meminisse potuerat ex sententia philosophi, materiam primam, utcunque puram potentiam ad formas quascunque suscipiendas, habere tamen actum entitativum. Quin et corporum physicorum formas ab ipso definiendas suscipi, non separatas animas aut intelligentias cœlestes. Quibus positis, non opus erit argumentis auctoris nostri pluribus respondere.

Ibid. *Ἡ πρώτη, αὐτὴ ἡ ὄψις*. Sensus antea mutilus, additis e ms., quæ deerant, in integrum restituitur.

Pag. 41. *Οὐ δύναται δὲ ἐνεργείᾳ*. Hæc etiam, prius desiderata, opportune a ms. reddunntur.

Pag. 43. *Πᾶν τὸ φύσει κινούμενον*. Hæc habentur lib. I Arist. *De anima*, cap. 3.

Ibid. *Ὁ γὰρ κόσμος*. Ratio hæc Aristotelem non premit. Is siquidem cœlestia omnia rerum sublunarium legibus eximit, et quintæ essentiæ æternitatique addicit. Fortassis vero, ut mota cessent et quiescant, positiva causalitate non minus opus erit, quam ut quiescentia moveantur, corporibus in æquilibrio quasi positis (de inanimatis loquar), et in alterutram stateræ partem, momento quovis apposito, perinde vergentibus. Motus vero orbium cœlestium rationem admodum inexspectatam reddit Plotinus : Ὅτι νοῦν μιμεῖται· ἴδιον γὰρ τοῦ νοῦ πρὸς ἑαυτὸν συνεύειν· αὐτὸς γὰρ ὁ ὁρῶν, αὐτὸς ὁ ὁρώμενος. Quibus non abludit Aristoteles, dum ait, motum circularem æternitatem referre, siquidem nec principium habet, nec finem.

Pag. 45. *Εὐνόμιος*. Facem præferre poterit ad ætatem auctoris investigandam hæc adversus Eunomium disceptatio, in qua palæstra omnes fere quarti sæculi scriptores, Basilius præsertim et Gregorius uterque versabantur. Quin etiam hæc documento esse poterunt, ut videatur, quo contentionis ἀνθολκὴ in transversum rapiat veritatis et sinceræ fidei aliquin inprimis studiosos. Quasi metueret Nemesius, ne non satis esset hæreticus Eunomius, si veri aliquid uspiam diceret, non magis in hominis natura enarranda permitlit illum recte sentire, quam in Christi sentiebat. At vero non protinus pro Origenista habendus est Nemesius, quod quibusdam censoribus plus satis iniquis visum. Manifestum est enim validissimis argumentis descensus et transmigrationis animarum dogma ab ipso profligatum, pag. 53 et pag. 62, Origenistarum insomnia disertissimis verbis ipsum despuere et aversari. Dissimulare non licet, ipsum a recepta Ecclesiæ sententia recessisse; sed et utique dicendum, non tunc temporis recepta, quando ille scripserat, siquidem nihil ante secundum concilium Constantinopolitanum hac ex parte fuerat definitum. Certe D. Augustinus dubius hæsit, nescius ultra citrave statueret. In *Epistola* enim *ad Evod.* 102, dicit, se mittere Orosium ad Hieron. (hoc est, ab extremis Africæ finibus ad ipsum in Syria agentem,) rogaturum de origine animarum, quæ esset ejus sententia. Verba sanctissimi Patris quandoquidem non obiter scripta videntur, subjicere minime pigebit : *Deum nostrum, qui nos vocavit in suum regnum et gloriam, rogavi et rogo, ut hoc, quod ad te scribo, sancte frater Hieronyme, consulens te de his quæ nescio, fructuosum esse te nobis velis. Quanquam enim te multo, quam ego, ætate majorem, tamen ipse jam senex consulo. Sed ad discendum, quod opus est, nulla mihi ætas sera videri potest, quia, etsi senem magis decet docere, quam discere, magis tamen discere, quam quid doceat ignorare.* Quin in hac quæstione nihil habuit Hieronymus, quod liquido respondere vellet; sed seipsum excusatum habens, refudit tantæ dubitationis, si non onus, at saltem invidiam. Nondum enim tunc temporis obtinuit expeditissima totius difficultatis decisio, quæ postea adeo plurimis placuit, quod, *anima creando infunditur et infundendo creatur*.

Pag. 50. *Ἐκτικὴν ζωήν*. Ἕξις proprie de iis dicitur, quæ solum habent εἶναι seu esse. Unde Sexto Emp. vocantur ψιλαὶ ἕξεις, prorsus inanimatorum formæ. Themist. in lib. I *De anima* hanc rem enarrans ait : Τάχα δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ Ζήνωνος σύμφωνος ἡ δόξα, διὰ πάσης οὐσίας πεφοιτηκέναι τὸν Θεὸν, τιθεμένοις καὶ ποῦ μὲν εἶναι νοῦν, ποῦ δὲ φύσιν, ποῦ δὲ ἕξιν.

Ibid. *Περὶ τὸ δόγμα τοῦτο διηνέχθησαν*. Nihil errore magis varium et multiforme. Proinde minime mirum, si in metempsychoseos enarratione ejusdem patroni parum consentiant. Præ reliquis urbanus videtur Empedocles, qui felicissime cedere animabus illis putat, quæ ab homine in leonem aut laurum transeunt :

Ἐν θηρσὶ δὲ λέοντες ὀρειλεχέες χαμαιδύναι
Γίνονται, δάφναι δὲ ἐνὶ δένδρεσιν ἠθεόμοισιν.

Scil. tunc sibi beati videntur homines, si leonum ritu omnia deprædari possint, et demum, tanquam re bene gesta, lauro redimiri. Et par est credere, eadem studia vel mortuis superesse. At vero hæc plusquam poetica metamorphosis animarum etiam Judæos pervasit, adeo, ut quibusdam verisimile visum Pythagoram ab illis edoctum. Hi passim credere videntur, animam Adami, Davidi deinceps, et tandem Messiæ adaptari. Nec nunc primum pro delirandi, quo gaudent, privilegio ita censent Talmudistæ. Ante Domini nostri sæcula ea inoleverant : unde Matth. XVI, 14 interrogantes audimus de Joanne Baptista, utrum Elias fuerit, an Jeremias, an alius propheta.

Pag. 53. *Γαληνός*. Hæc in libro (*e*) citato invenire licet.

Pag. 56. *Σπόγγος γοῦν ἐλαιωθείς*. Rem istam aliquatenus ita se habere, experimentis subinde repetitis comperi. At vero liquores utcunque commi-

(*a*) Ibid. p. 5.

(*b*) Videtur respexisse, lib. VI, cap. 1, 2. Præterea notandum, Galenum singularem libellum scripsisse, Ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεται. V. t. V, p. 444 sequ. Ex Hippocrate autem hoc demonstrat ibid. p. 454 seqq.

(*c*) Forte, *hic*.

(*d*) Forte, *ubi*.

(*e*) T. IV, p. 284. Locum proximum de simia non reperi.

Digitized by Google

stos denuo secerni posse, documento erit quotidiana eorum praxis, qui ut generosiores spiritus inter vini vapam et doliorum fæces delitescentes felicius eliciant, aquam copiose affundunt et ita alembico subjiciunt.

Pag. 57. *Ἐν τῷ ὕπνῳ.* Hanc de somno instantiam non ideo adducit, ut exinde conficiat, animas corporis commercio, licet illic diversentur, exemptas, siquidem bruta somniare constat, sed quod tunc temporis θεσπίζει τὸ μέλλον καὶ τοῖς νοητοῖς πλησιάζει.

Pag. 65. *Τὸ στοιχεῖον.* Elementa, minima naturalia, sive μέρος ἐλάχιστον τοῦ συγκρίματος τῶν σωμάτων, cum Aristotele agnoscit Nemesius. Habeant itaque sibi veteris nuperique commatis Epicurei naturæ minimis minora; istas scil. quas somniant atomos, et exinde infinitos mundos parturiant. Hoc quippe ipsis solemne est, ut postquam ab aliis sobrie dicta suis emendationibus contaminavere, novam philosophiam se adinvenisse jactitent. Quin et idem Nemesius pernegat τῶν αἰσθητῶν τι στοιχείων ἄκρατον καὶ ἀνεπίμικτον εἶναι. Cum ergo deinceps crassiore filo elementorum in se invicem permutationem exsequitur, non de sinceris et impermistis elementis disputare intelligendus est, sed quæ in hoc rerum æstu turbida et confusa sub sensum cadunt.

Pag. 67. *Κατὰ τὴν ἀνοδον.* Hæc rectius intelligi possint, si modo quatuor elementa per qualitates symbolicas invicem conjuncta circulo inscribantur, ut demum coeant : ita enim fiet, ut hic ascensus et descensus, prioritatis et consecutionis ratio oculis subjiciatur.

Pag. 69. *Ἀριστοτέλης.* Hæc omnia ad Aristotelis mentem describuntur et occurrunt *Meteor.* lib. I, cap. 3.

Ibid. *Τετραφαρμάκου.* Duæ tetrapharmaci species, alia in medicamentum cessit et μυστήριον dicebatur. Constabat autem quatuor simplicibus, gentiana, aristolochia, baccis lauri, et myrrha, æquali pondere commistis. Tetrapharmacum alterum, emplastrum seu unguentum quoddam est, βασιλικόν dictum. Constat vero ex cera, pice, resina, sebo, æquali quantitate inter se mistis. Ad posterius respexisse videtur Nemesius, quandoquidem constat Galenum ita fecisse, quando lustantiam hanc in hoc ipso negotio adhiberet. Commentariis enim (*a*) suis in Hippoc. *De nat. hom.* ait, in corpore nihil esse sincerum veluti medicamentum tetrapharmacum; neque ceram, neque picem, neque resinam, neque adipem esse.

Pag. 70. *Πλάτωνι δὲ δοκεῖ.* Hæc reperire licet apud Platonem in *Timæo*. Et quidem si mechanicum et cæmentarium velimus terrarum orbem, cur non potius ejusdem fabricam, quæ ex partibus justis commissuris exacte sibi invicem coeuntibus firmatur, expedimus, quam uncinulis, hamis atque striis conflari eum somniamus? Rectius certe dixerimus (quod Plato voluit) Deum Optimum Maximum γεωμετρεῖν, geometram et peritum architectum agere, quam indoctum aliquem fabrum, qui circino et libella insuper habitis, tignis lapidibusque rudibus et temere congestis, domum suam brevi ruituram exstruit. Certe quisquis sales in cubos, octaedras, dodecaedras, etc., certissima lege concrescentes viderit, non a vero abhorrere dicet, rerum stamina fixum istorum principium referre, eique ceu subtegmini configurari.

Pag. 71. *Ὑξύτητα, μανότητα, κίνησιν.* Si in re seria nugari expediret, facile esset comparationem instituere cum primo, secundo, tertioque Cartesii elemento. Sed nostrum non est somniare philosophiam.

Pag. 73. *Ἐπεὶ Μωσῆς.* Hæc a ms. nunc primum addita sunt.

(*a*) Tom. III, pag. 101.
(*b*) Tom. III, p. 102.

A Ibid. *Ἀπολλινάριος.* In hac sententia auctor lib. Sapientiæ c. XI, 18, Κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης. Sic et Philo : Ἦν μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτῆς ἄτακτος, ἄποιος, ἄψυχος, etc. Sic et Nyssen. in *Oper. sex dierum :* Ἐνεργείᾳ μὲν οὕπω ἦν, ἐν μόνῃ δὲ δυνάμει τὸ εἶναι εἶχε. Quibus succinit Augustinus lib. I *De Genes.*, et *Cont. Manich. : Prima materia facta est confusa et informis, unde omnia fierent, quæ distincta et formata sint.*

Pag. 74. *Ἱπποκράτους εἰρημένα.* Scil. in libro *Περὶ φύσιος ἀνθρώπου* (*b*).

Ibid. *Ἐξ ὧν αὐτοὶ πειρῶνται.* Argumento non dissimili utebatur Themistocles, ut sibi primas partes in pugna navali apud Salaminem assereret.

Pag. 76. *Οἱ δὲ Στωϊκοί.* Quæ sequuntur, apud Plutarchum, *Περὶ τῶν ἀρεσκόντων*, etc., lib. IV, reperire est, quæ etiam paulo aliter a Diogene Laertio lib. VII explicantur.

Ibid. *Ὄργανα δὲ αὐτοῦ.* Non pudet confiteri, B auctori nostro, cum de homine scriberet, aliquid humanitus accidisse, hoc est, in re lubrica cum medicis et anatomicis pene universis lapsum fuisse. At vero quis apologiam instituet, excusatumque præstabit magnum Cartesium sæculi istius (aliquando merito suo, sæpius vitio nostro) oraculum, qui cum glandulam pinealem animæ sedem esse jussisset, nervos ad ipsam pertingere et illis species sensibiles deferre, nonsinxit modo, sed et iconibus expressit, quin et valvulis instruxit, ut in tractatu *De homine* videre est? Et hoc est temeritatis eorum specimen non prætermittendum, qui animalia omnia machinas esse volunt : parum siquidem est operationes, qua naturales, vitales aut animales, jejune et (si vera dicenti venia habeatur) pueriliter expedire, nisi etiam in iis proprio ex ingenio plurima confingant et splendide mentiantur.

Pag. 77. *Πνεῦμα νοερόν.* Definitio Stoicorum C est (et habetur apud Diogenem Laertium), apud quos phantasmata omnia animalium rationalium dicuntur λογικά et ab ἡγεμονικῷ derivari.

Pag. 78. *Ἵππαρχος.* Hipparchi, necnon aliorum aliquot philosophorum sententiæ de visionis natura ex Plutarcho afferuntur lib. IV, c. 13, *Περὶ τῶν ἀρεσκόντων.* Quæ autem ex Galeno laudat, habentur lib. X *De usu partium.* Sed non satis observasse videtur summus ille medicus distantias rerum visarum ab angulo, sub quo objecta cernuntur, potissimum dignosci. Interea tamen ex eodem Galeni loco observare est decussationes radiorum et eorumdem configurationes, cum per rimam in locum tenebricosum admittantur, illius sæculo satis notas, quanquam Keplerus aliique optici multum in eo experimento, tanquam suo, sibi plaudant.

Pag. 79. *Ἀέρα τοιοῦτον ὄργανον.* Rectissime auctor noster censet, solem, ut et alia lucida, aereo D systemati vim imprimere, quæ longissime tranat, donec a corpore opaco sistatur, quod Chrysippus explicat : Ὡς διὰ βακτηρίας τοῦ ταθέντος ἀέρος τὸ βλεπόμενον ἀναγγέλλεσθαι. Quod autem ait, sensum tunc objecta sua discernere per lineas rectas, admitti prorsus debet, quatenus non solum in visione directa, sed et reflexa et refracta ad linearum rectarum leges omnia expediuntur. Corpora enim sphærica in convexa, concavave utcunque delata, se habent, ut tangentes rectæ. Attamen fortasse motus ipse aeris illuminati circularis omnino est, illi similis qui in aqua cernitur, cum lapillus stagni medio immittitur, scil., κυματοῦσθαι κατὰ κύκλους ὀρθοὺς εἰς ἄπειρον, ἕως πληρώσῃ τὸν περικείμενον ἀέρα, ὡς ἐπὶ τῆς κολυμβήθρας, τῆς πληγείσης λίθῳ, ut Plutarchus (*c*) rem effert.

(*c*) Tom. II, p. 902.

Digitized by Google

Pag. 82. *Τοῦ δὲ ἀριθμοῦ.* Non memoriam modo, sed et rationis usum postulat numerandi potestas. Rectissime enim observat Aristot. sect. 3, prob. 6 : Ἄνθρωπος ἀριθμεῖν μόνος ἐπίσταται τῶν ἄλλων ζώων. Unde merito exinde indicium sumitur barbararum gentium, quarum aliquæ, quod de Americanis dicitur, non ultra octo, alii non ultra quatuor numerando procedunt.

Ibid. *Ἧττον δὲ διὰ ὑέλου.* Refractio radii luminosi in aerem ex aqua se habet, calculum ponente Cartesio, ut 3 ad 4, seu potius 187 ad 250. In aerem ex vitro, ut 2 et 3, si Keplero fides. At supputante eruditissimo nostrate D. Isaaco Barrow, theol. professore et in mathesi versatissimo, ut 3 ad 5.

Pag. 83. *Τὸ πῦρ ὁρῶντες.* De Satyro ignem deosculante notissimus est apologus.

Pag. 84. *Ἐν τῇ θαλάσσῃ τὴν κώπην.* Cave censeas auctorem nostrum existimare, refractionem non haberi, nisi in aquis agitatis. Rationem hic reddit multiplicis et repetitæ inflexionis, quæ inter remigandum fluctibus subinde motis apparere assolet.

Ibid. *Οὐκ ἔστι τοῦτο διαμάρτημα τῆς ὄψεως.* Hæc eousque extendit Epicurus, ut errorem omnem sensibus amoveat : unde pro singulari suo stupore sibi primum in animum induxit et deinde aliis persuasum voluit, judicia rerum in sensibus poni. Timuit quippe, ut verbis Ciceronis utar, *ne, si unum visum esset falsum, nullum esset verum.* At non adeo Epicurus sollicitum se habere debuit, ut veritatem stabiliret : qui propositionum contradictoriarum alteram aut veram aut falsam esse pernegat, et proinde universas ratiocinandi leges et omne mentis judicium funditus tollit. Vid. Cic. l. II *De nat. deorum.*

Pag. 85. *Καὶ γλώττας ἑκαστον μὲν τῶν ἄλλων αἰσθητηρίων διπλοῦν.* Ut sensoria duplicia probaret, duas linguas nobis largitur auctor noster, epiglottide in gustandi munus subrogata, quo Arist. auspiciis factum, qui lib. II *De partibus animalium*, de lingua ait : Δῆλον δὲ ἐπὶ ταύτης· φαίνεται γὰρ ἐσχισμένη. Galenus certe γλωττίδα gustus usibus submovet, et tibiarum lingulis æquiparandam censet. Sed hæc ὑπερβάλλουσα τῆς φύσεως κηδεμονία, quam in tactu desiderat auctor noster, etiam in isto sensu luculentius cernitur, nervis fere omnibus per conjugationum paria in utramque partem corporis distributis, ut, cum e latere altero sensus motusve defecerit, saltem ex adversa parte retineretur, quod in paralysi et hemiplegia passim observare est.

Pag. 87. *Σκληρότητι μὲν γὰρ ἀνωμαλία μιχθεῖσα τραχύτητα.* Nimirum corpora, quæ salis et terræ fixis particulis scatent, quando caloris ope indurescunt, in rupes quasdam horrentes asperasque facessunt : oleaginosa autem pleraque gelatinum quemdam lentorem et sandaracinam polituram inducunt. Interim tamen, inæqualitate partium remota, quo duriora sunt corpora, eo rectius poliuntur et accuratissime lævigantur, ut in marmore et metallis videre est.

Ibid. *Οὕτω καὶ ἡ ἁφή.* Adeo nec tactus ipse fit per contactum.

Ibid. *Ἡ ἀκοὴ οὐ κατ' εὐθεῖαν μόνον.* Eodem certe modo vox diffunditur, quo lux, de qua supra egimus, ut scilicet circulis subinde crescentibus, motus uni loco impressus quoquo pervadat. Tamen cum prorsum tendat et promoveatur, perinde se habet, ac si rectis semper lineis processisset.

Pag. 89. *Γευστικαὶ ποιότητες.*, Aristoteles eodem modo recenset lib. II *De anima* c. 10. Ait vero, exquisitissimam esse nostram gustandi facultatem, διὰ τὸ αὐτὴν εἶναι ἁφήν τινα. Exinde etiam ostendit, hominem animal esse prudentissimum. Utinam non eodem argumento et alii uterentur, qui solum gula sapiunt, et quod Quintilianus ait, *coquum majoris faciunt, quam philosophum !* Meminerint tamen eumdem Aristotelem hos sensus præ reliquis peculiari ignominiæ nota inussisse, ἀτιμοτάτους καὶ μάλιστα ἐπονειδίστους appellans. Addit Gellius nos has voluptates habere cum sue et asinis communes, et Hippocratem venereas voluptates pro teterrimo morbo, comitiali scil., existimasse.

Pag. 90. *Πρὸς γὰρ ψόφους.* Cartilaginem sonis maxime opportunam ostendunt auris ipsius imitamenta tympana, necnon fidium testudines, quæ asseres, ad lamellarum membranarumve formam attenuatos, exigunt.

Ibid. *Ὥσπερ τοῖς ἄλλοις αἰσθητηρίοις.* Res quidem omnino e contra se habet. Huic enim soli sensorio nervi accommodantur. Sed cum processus mamillares sunt mole ampli, et in aliquibus animalibus cavi, molles et reliquis nervis dissimiles, pro cerebri partibus reputabantur.

Pag. 91. *Τῶν ὑγρῶν.* Suaves odores ab exquisita humorum concoctione oriri dicit, quia, ubi primum in corporibus fermentescunt particulæ aereæ sive spirituosæ, et sulphureæ (penes quas odorum præcipua ratio), nondum illæ vinculis satis laxantur, ut omnino prodire possint : cum vero longius processerit illud opus, partesque sulphureæ conglomerantur et pro sua ferocia facto agmine prodeunt, sensoria pungunt et labefactant : unde intermedius status gratis odoribus maxime idoneus.

Ibid. *Κρίσεις καὶ συγκαταθέσεις.* Hæc ad Stoicorum mentem dicta sunt, de quibus vide Gell. lib. XIX, c. 1.

Ibid. *Ἥπερ μόνην ἀληθῆ μαντείαν.* In omni gentilium religione primaria ratio somniorum habita, unde, qui divina expetebat monita, in sacrario aliquo dormiebat. Sed Pythagoras, qui ab animalium mactatione etiam in sacrificiis abhorrebat, θυσίας ἐχρῆτο ἀψύχοις, inquit Laertius, et, ut ait Nazianzenus, πηλίνῳ βοῒ τὴν θυσίαν ἀφωσιώσατο· quanquam alii de integro hecatombo semel ab eo oblato mentionem faciant, scilicet cum invenisset, quæ ratio esset hypothenusæ ad reliqua latera trianguli rectanguli. Revera omne extispicium insuper habuit, solam sibi reliquit ὀνειροπολικόν. Plutarchus ait : Μόνον τὸ θυτικὸν οὐκ ἐγκρίνει. Certe Cicero lib. I *De divinatione* ipsum augurium comprobasse docet, necnon Diogenes Laertius; Porphyrius vero ait in sacrificiis usum ἀλεκτορίσι καὶ τῶν χοίρων ἀπαλωτάτοις. Quod ad Judæos attinet, sacræ legis præscripto magis ab omni divinationis superstitione abhorrebant, variis ejusdem generibus accurate ibidem enumeratis. Proinde celebris Nosimachi habetur historia, qui Alexandrum in Persidem sequebatur : cum auspex, interrogatus de itinere, monstrata ave respondisset, si maneat avis, manendum, si volet, procedendum : ille sagitta avem dejecit et iratis auspicibus respondit : Πῶς οὗτος μὴ τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν προγινώσκων ἡμέτερον συμφέρον προανήγγειλεν; Certe quanquam duas prophetiæ seu divinationis species agnoscant Judæi, somnium et visionem, ut diserte dicit Maimon. in *More Nevoch.* part. II, tamen ille sic utrasque explicat, ut non multum inter utramvis interesse dixeris. Quid sit somnium, dicit rem notam esse, ut non opus sit eam explicare; visionem vero sic describit : *In visione prophetiæ sensus omnes quiescunt, et venit influentia illa super facultatem rationalem, et ab ista diffunditur in facultatem imaginatricem*, etc. Statim vero subjicit locum Genes. XV, 12, ubi dicitur, *sopor irruit in Abrahamum ;* quod latius exsequitur idem auctor in *Misne* tom. I, et *Jesude Hatorah*, cap. 7.

Ibid. *Ὀριγένης.* Hoc inter phantasiam et memoriam interesse innuit, quod, cum altera res perceptas (nihil enim alias nisi per portas sensuum ad has facultates pervenit) novo habitu indutas quasi in sce-

Digitized by Google

nam producat, altera, prout olim exhibebantur, denuo restituit, sincera et integra illa repræsentans.

Pag. 91. *Πλάτων σωτηρία αἰσθήσεως.* Hæc in *Philebo* occurrunt, ut et quæ de oblivione et reminiscentia sequuntur. At non ea solum meminimus, quæ sensuum internuntiis percipimus, sed etiam judicia et ratiocinia de rebus a materia remotissimis habita : recte autem auctor noster hæc ex accidenti et quasi secundario memoriæ transmissa dicit, siquidem rerum intelligibilium ideæ phantasmatum loco menti objiciuntur.

Pag. 92. *Ὡς τὸ εἶναι Θεόν.* Si in primis notionibus ἀνάμνησιν suam coerceat, idem fere erit, ac si instinctum dixisset.

Pag. 93. *Ἐπειδὴ δὲ τῶν αἰσθήσεων.* Hæc apud Galenum habentur in libro *De oculo*, si modo Galeni revera sit; nam apud criticos dubitatur.

Pag. 94. *Τοιοῦτον ἀναγράφει Γαληνός.* Lib. *De locis affectis*, c. 2.

Pag. 96. *Ζήνων δὲ ὁ Στωϊκός.* Hæc non aliter Zenoni imputanda, quam ducibus tribui solent quæcunque sub eorum auspiciis geruntur. Revera Chrysippus et ejusdem sequaces in prædicta sententia erant. At si fides Tertulliano, cap. 14, *De anima*, Zeno in tres partes divisit. Cautius ergo Plutarchus, quem auctor noster hic fere descripsit, sic proponit : Στωϊκοὶ ἐξ ὀκτὼ μερῶν φασι συνεστάναι, et demum animam sic instructam comparat πολύποδος πλεκτάναις, cirris, cum quibus id animal vicina omnia apprehendit, scommate satis urbano in illos, qui κατάληψιν suam subinde ingerebant. Eodem modo Diogenes Laertius : Φασὶ τὴν ψυχὴν εἶναι ὀκταμερῆ.

Pag. 97. *Ἀριστοτέλης.* Affectus versari in parte animæ irrationali docet philosophus lib. I *Rhet.*, cap. 5; lib. III *De anima*, cap. 9; II *Topic.* cap. 7, et *Topic.* II cap. 5, et alibi passim.

Pag. 98. *Πάθος ἐστὶ κίνησις.* Huic definitioni addi solet, quod motio ista sit cum non naturali mutatione corporis, quam κίνησιν αἰσθητὴν dicit auctor noster. In hac τοῦ πάθους homonymia toti sunt Stoici, qui tanquam morbos et ægritudines affectus aversantur, et perinde esse volunt, ut aliquis illos moderari cupiat, ac si velit modice ægrotare, et cum ratione quadam insanire. Eosdem vero affectus, quantumcunque sub pathematum nomine displiceant, sub εὐπαθείας titulo libenter amplexantur. Sed solemne apud istos est, de vocum apicibus bella gerere.

Pag. 101. *Τῶν ἡδονῶν.* Hæc fere ad mentem Aristotelis dicuntur *Eth. ad Nicomach.* lib. X, quinque prioribus capitibus.

Pag. 102. *Κατὰ Θεὸν ζῶντι.* Qui sæculi rebus valedixerunt et asceticam vitam perfectionemque (ut plurimi loqui amant) ingrediuntur.

Pag. 103. *Τὴν ἡδονὴν γένεσιν.* Contra hanc definitionem, quæ Platonis est in *Philebo*, disputat etiam Aristot. *Eth.* lib. VII, cap. 13, et lib. X, cap. 2. Sed maxima pars hominum, ii scilicet qui propter voluptates se in orbem missos existimant, qui vivunt ut edant, non edunt ut vivant, hanc mordicus tueantur, siquidem in iisdem ævum transigunt et repotiis natales quotidie celebrant. Meminerint tamen hoc sive ænigma, sive definitionem a Platone ibidem reddi : Ἡδονὴ ἀεὶ (*a*) γένεσίς ἐστιν, οὐσία δὲ οὐκ ἔστι τοπαράπαν ἡδονῆς, ac si abortum semper partus iste fecerit, nec vitalis proles exinde sequeretur.

Pag. 104. *Ἔπικουρος δέ.* Epicurus pro egregia sua inconstantia aliquando summum bonum in voluptate, aliquando in indolentia, scilicet in bono aut stante aut in motu collocat, aliquando in εὐθυμίᾳ et defæcatis bene sibi conscii animi deliciis statuit. Alibi vero profitentem audimus, *Se non intelli-*

(*a*) Pag. 170.

gere quidem ullum bonum, quod sit sejunctum a delicatis et obscenis voluptatibus, ut Cicero *De nat. deorum*, II, 1. Sed revera, quod idem Cicero sæpius admonet, illud de indolentia dogma ad Hieronymum Rhodium tanquam ejus peculium pertinet.

Pag. 105. *Ἀριστοτέλης.* Hæc, quæ sequitur, periodus, prius omissa, e mss. nostris suppeditatur.

Pag. 108. *Τῆς δὲ λύπης ὄργανον τὸ στόμα τῆς κοιλίας.* Fortasse rectius subjectum quis dixerit, quam instrumentum. Sed Helmontius, et si qui alii sunt, quibus ita animus est in patinis, ut in ventriculo mentis sedem posuerint, jure merito sensus omnis non modo instrumentum, sed originem fontemque existimaverint.

Ibid. *Γαληνὸς ἐν τῷ τρίτῳ.* Commentariis scilicet in *Prognostica* Hippocratis, de qua re superius egimus.

Pag. 111. *Ῥίζαις δὲ αἱ φλέβες.* Ita similes volunt Plato et Aristoteles, ut homo ipsis sit tantum planta inversa.

Pag. 113. *Διαστελλομένη μὲν ἐκ τῶν.* In sanguinis circulatione arteriæ pneumaticæ trahunt ex vena cava, et arteria magna ex venis pneumonicis, utrumque tamen mediante corde. Si addidisset, venas alibi trahere ex arteriis adjacentibus, nihil rectius dici potuisset.

Ibid. *Ἀδουλήτως γάρ.* Certa nec evitanda impuritas ex lege Mosaica hinc sequebatur, adeo, ut si quid tale pridie diei Kippurim incidisset, in subsidiis summi sacerdotis Sagan ceu vicarius habebatur, qui munia ejus obiret. In Christiana Ecclesia aliter actum. Proinde Timotheus Alexandrinus in responsis canonicis, sub conditione tantum a sacris arcendos ὀνειρασθέντας docet, Εἰ μὲν ὑπόκειται ἐπιθυμία γυναικὸς, οὐκ ὀφείλει· εἰ δὲ ὁ Σατανᾶς πειράζει αὐτὸν, ἵνα διὰ τῆς προφάσεως ταύτης ἀλλοτριῶται τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων, ὀφείλει κοινωνεῖν.

Pag. 114. *Ἀναφέρεται γάρ.* Hæc quæ sequuntur, duplici Hippocratis testimonio freta sunt, et quidem nec satis firma vel bis affirmante Coo. Is autem verba hæc habet lib. *Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων*, fere sub finem : necnon in lib. *Περὶ γονῆς*, quem tamen Galenus Polybi esse ait. Sed fides sit penes auctores. Quotidie fere apud nos venæ jugulares inciduntur : at nulla sterilitas exinde sequi deprehensa est. Apud veteres quidem inoleverat illa sententia, corpora nostra quasi symbolis a singulis parentum membris undicunque corrasis coagmentari : unde via quædam prætoria videbatur munienda, per quam ab extremis partibus stipes istæ deduci possint. Quod autem ait auctor noster, ἀναφέρεται γὰρ πρῶτον μὲν διὰ περιόδου πολλῆς εἰς τὴν κεφαλήν, etc., vero non prorsus abhorret vasa chylifera Pecquetiana pro spermaticis habita fuisse.

Pag. 115. *Αἱ δὲ γυναῖκες.* Argumentum satis inexspectatum ; commodissimum autem pro asserenda arbitrii libertate.

Pag. 116. *Ὁ δὲ τένων.* Tendines sensus sunt exquisitissimi, unde nulla ratione dici queat, quod τένων sit ἀναίσθητος. Oportet igitur, ut de cartilagine verba hæc intelligantur. Voces enim istæ promiscue apud veteres usurpari solent.

Pag. 121. *Ἡ δὲ ξανθὴ χολὴ — συντελεῖ.* Integrum hunc paragraphum legere dignetur eruditus Sylvius, et ingenue dicat quid tandem sentiat de felici suo invento, quo primum terrarum orbem beasse se sperat et gloriatur. Nec pœnitebit operæ, si, quæ etiam de splene, renibus, glandulis, aliarumque partium usu deinceps enarrantur, consideraverit.

Pag. 123. *Ἐμηχανευσάμεν ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου.* Quæ sequuntur de fontibus actionum humanarum, omnino ad Aristotelis mentem exiguntur, et maximam partem desumpta sunt e tertio *Eth.* I. *ad Nicom.*

Digitized by Google

Pag. 125. *Ὡς Ζήνων.* Hæc prius desiderata e mss. restituta sunt. At vero historia ista passim occurrit; sed pro solita in rebus enarrandis varietate. Dionysii loco Nearchus apud plerosque reponitur. Is autem Eleatarum tyrannus fuit, quæ Zenoni patria. Revera de Dionysio tempora male cohærent; nam Zeno antiquior illo annis fere 150. Tertull. autem in *Apologet.* cum nostro consentit. Alii autem Diomedonta, alii Demylum, unus Ammianus Marcellinus Nicocreontem adhibet; sed manifesto errore, scil. ad Anaxarchi rem gestam, quæ statim sequitur, respiciens. Nec mirum. Duæ enim istæ historiæ apud omnes fere scriptores tanquam geminæ simul solent procedere.

Ibid. *Ὑριγένης.* Origenis lapsus iste miserandus plane videtur, quia novo flagitii genere, castitatis et continentiæ studio cecidit: quique in Decii persecutione omnem ærumnarum faciem invictus sustinuit, δεσμὰ καὶ βασάνους τὰς κατὰ τοῦ σώματος, τάς τε ὑπὸ σιδηρῷ κλοιῷ καὶ μυχοῖς εἱρκτῆς τιμωρίας — ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις τοὺς πόδας ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου παραταθεὶς διαστήματα κατασπώμενος, πυρός τε ἀπειλάς, etc., Euseb. lib. VI, cap. 39, inauditum prius tormentum, molles amplexus et meretricia blandimenta ferre non potuit; sed si vera dicere liceat, omnino credere par est, hæc, utcunque etiam apud Epiphanium, hæres. 64, habeantur, Origeni per calumniam imputata. Rationes certe Baronius in ann. Christi 253 reddit minime contemnendas.

Pag. 126. *Τὴν ἀρχὴν γὰρ καρτερήσαντες.* Istis exemplis abundant historiæ ecclesiasticæ. Quin et multi sunt canones in distinguendo inter noxam κατὰ βίαν παραβάντων, et παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης, ut pro delicti varietate pœnitentiæ modum statuant. Videantur novem priores canones (præ reliquis) Concil. Ancyran., ut et omnes, ultimo excepto, Petri Alexandrini.

Pag. 127. *Πολλὰ πράττομεν δι' ἄγνοιαν.* Nondum perpetratum scelus facti habet crimen, et anticipatis fati legibus natales antevertit, vitali partu, utcunque abortivo; sed et insuper bene et innocenter gesta, quæ fieri desiere, recidivam agnoscunt, et postliminii quodam jure in crimen vertuntur, nota non sibi modo, sed et virtuti superstite. Scil. id omne facimus, quidquid fecisse juvat, et nefas, quodcunque placuerit, nostrum est.

Ibid. *Ὁ γὰρ μεθύων.* Qui ebrius alteri nocuit, non magis excusandus, quam qui jaculo aut misso lapide quemquam vulneraverit, et ideo veniam postulat, quod semel projecta revocare non potuerat, aut amplius continere. Pyttacus Mitylenæus eum, qui vino madidus quidquam perpetrasset, altero tanto puniebat ac si sobrius idem fecisset. Apud Lacedæmonios unicuique licuit in temulentum grassari; et merito sane: per eum enim non stetit, ut ipse in quoslibet prius fecisset impetum. Apud Indos, inquit Strabo, γυνὴ κτείνασα μεθύοντα βασιλέα, γέρας ἔχει συνεῖναι τῷ ἐκεῖνον διαδεξαμένῳ, lib. XV. Sic fortassis a duplici malo cautum voluere, non a vino tantum, sed et venere. De iis quæ per iracundiam committuntur, peculiari cura cavebat Lycurgus, siquidem et ad prudentes legumlatores spectat, non crimina adeo, quam causas coercere. Certe quantumvis voluntarii illi furores iræ et ebrietatis, in facti existimatione elevant crimen, premunt in conjectura de auctore; et sane turpissima est ista excusatio, quæ alteri vitio debetur. Ebrietatem in magistratu capitali supplicio vindicandum voluit Solon, Romulus in uxore.

Pag. 137. *Οὐ μόνον ταῖς κοιναῖς ἐγκλαίς.* Mirum certe videri poterit, quod res, si quæ alia, ultra quæstionis aleam posita, præ cæteris quibuscunque disceptandi perpetuam materiam hominibus præberet, omnia retro sæcula hic furor, omnium religionum sectas rabies hæc pervasit, ethnicos, Judæos, Christianos. Præ reliquis autem Zeno, qui motum sustulit, et animantia movere posse negavit, jure merito nihil in nostra esse potestate asseruit. Contra ipsum non modo philosophi alii, præsertim Plutarchus, Ammonius, Lucianus, Aphrodisæus et Cicero, sed et sancti Ecclesiæ Patres plerique quasi manu facta, armabantur, Justinus Martyr *Apol.* I; Irenæus lib. II, et alibi passim; Tertullianus in *Apol.*; Eusebius *De præpar. evang.* l. VI; Epiphan. *Hæres.* 5; Greg. Nyssen. lib. *Contra fatum*; Chrysostomus etiam passim, ut alios mittam.

Pag. 138. *Οἱ δὲ λέγοντες ὅτι καὶ τὸ ἐφ' — σώζεται.* Hæc acute discutit Alex. Aphrod. lib. *De fato* parag. 13, etc., qui etiam sententiam sic proponit: Ἀναιροῦντες τὸ ἐξουσίαν ἔχειν τὸν ἄνθρωπον τῆς αἱρέσεώς τε καὶ πράξεως τῶν ἀντικειμένων, λέγουσιν ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὸ γινόμενον καὶ δι' ἡμῶν. Nuperi aliquot Stoici Christiani, qui Ecclesiam in Porticum transtulerunt, voluntati humanæ satis consultum putant, si ab externo actu absit coactio; quasi non maxime importunum esset illud imperium, quod voluntati ipsi se ingerit: adeo non detrectandi copiam faciens, ut ne vel dissentiendi arbitrium concedat; eo calamitatis adigens, ut non soluti infelices audiant miseri, sed melius habere nec cupiant, nec velint, nec proinde possint. Nihil quidem mirum est, si reperiamus homines, quorum animis hæc insidet opinio, securos in omne nefas ruere, crimen in Deum rejicientes, ἐγὼ δὲ οὐκ αἴτιός εἰμι·

Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς.

Pag. 140. *Τῶν ἄστρων εἱμαρμένην.* De arte ipsa olim Cornelius Tacitus recte dixit, quod *semper vetabitur, semper retinebitur*; addere licebit, perpetuo refutabitur, perpetuo tamen fidem inveniet. Judæi familiare ipsis ineptiendi studium hac insania cumulavere, unde dicunt מזל מעשיר ומזל מחכים, et solemni salutandi formula מזל טוב. Dicunt vero, quod, qui sub sole nati sunt, erunt formosi et splendidi; sub Venere divites et libidinosi; sub Mercurio, memoria valentes et sapientes; sub luna, valetudinarii et inconstantes, sub Saturno infelices, sub Jove justi, sub Marte felices. De gentium studiis res notior est, quam ut quid addatur: hinc excusatio sumpta pro quibuslibet flagitiis. Euseb. lib. VI *Præpar. evang.* de horoscopo verba faciens, Apollinis oraculum citat, unde apologia instituitur pro moribus barbaris et inhumanis:

Ἄρεα κραιπνὸν ἔχει γενεθλήϊον, ὃς μιν ὀρίνει.

Sed Augustinus tract. *in ps.* XL, inquit: *In factis meis, in peccatis meis non accuso fortunam. Non dico, Hoc mihi fecit fatum, non dico, Adulterum me fecit Venus, et latronem me fecit Mars*, etc. Sic Tertull. in *Apol.*: *Mentis malæ impetus, vel fato, vel astris imputant. Nolunt enim suum esse, quod malum agnoscunt.* Vid. Jul. Firmicum lib. I *Astron.*, et Boetium in *Comm.* in Arist. *De interpr.*

Pag. 143. *Ἡ εἱμαρμένη εἱρμός τις.* Ciceronis verbis: *Ordo seriesque causarum, cum causa causæ nexu rem ex se gignit.*

Pag. 145. *Αἰτία ἑλομένου.* Istis facem præfert Clemens Alex. *Strom.* V: Τὸ αὐτεξούσιον ὁ Πλάτων ἐνδείκνυται διὰ τῶνδε· Ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων, πλέον καὶ ἔλαττον ἕκαστος αὐτῆς μεθέξει. Αἰτία ἑλομένου, θεὸς ἀναίτιος, etc. Reperiuntur verba ipsa in Platon. *De republ.* l. X, non procul a fine totius operis.

Pag. 146. *Ἡμεῖς γὰρ οὐ κατ' — φαμέν.* Ammonius in *Comm.* in II lib. Aristot. *De interpret.*, Dei cognitionem describens, ait numina κρειττόνως γινώσκειν τὰ ἐνδεχόμενα, τὰ μεριστὰ τῶν πραγμάτων ἀμερίστως καὶ ἀδιαστάτως, πεπληθυσμένα ἑνιοδῶς, καὶ τὰ ἔγχρονα αἰωνίως, καὶ τὰ γενητὰ ἀγενήτως, etc., unde eorum præscientia nullam eventibus necessitatem infert. Quamobrem hac de re verba faciens Euseb. *Præp. evang.* ex Origene de Juda pro-

Digitized by Google

ditore ait : Οὐκ ἂν δὲ φόγος αὐτῷ προσήπτετο, εἰ ἐπάναγκες προδότης ἦν, καὶ μὴ ἐνεδέχετο αὐτὸν ὅμοιον τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις γενέσθαι. Et hoc quidem non obstantibus iis, quæ prædixisset Dominus.

Pag. 147. *Ἀπαξ δὲ τοιαύτην ἡμέραν ἐποίησεν.* Recte comparatio a nonnullis instituitur inter Dei omnipotentis consilium in miraculis nonnunquam faciendis, et principum supremæ illius et exsortis potestatis usum, quæ prærogativa eorum dicitur, scil. ut utrumque parce et non nisi gravibus de causis exseratur.

Ibid. *Οἱ δὲ Στωϊκοί.* Stoicorum ἐκπύρωσις omnibus fere scriptorum libris est celebrata, nec minus in ore hominum magnus Platonis annus, quo cœlis in eadem puncta restitutis eventuum omnium retexetur scena.

Pag. 149. *Τὴν τύχην σύμπτωσιν.* Vid. Arist. *Phys.* lib. II, cap. 4, 5, 6 ; necnon Tullium *De divinat.* lib. II.

Pag. 150. *Ἐφ' ἡμῖν δὲ αἱ κατ' ἀρετὰς ἐνέργειαι.* Arist. *Eth. ad Nicomach.* lib. III ; *M. morat.* lib. I, et alibi passim ; Basil. in Hom. *Quod Deus non sit auctor mali*, τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀρχὴ καὶ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας τὸ αὐτεξούσιον.

Pag. 151. *Κρῆτες.* Minos, Jovis filius (Ovidio Legifer dictus) leges, quas Cretæ dedit, ut auctoritatem ipsis conciliaret, patri acceptas referebat. Imo vero se pro Jove ipso gessit. Vid. Suidam in voce *Μίνως*, et Vossium *De idol.* lib. I. De Lycurgo res nota est, qui, ut verbis Ciceronis utar, *leges auctoritate Apollinis Delphici confirmavit.*

Pag. 152. *Ταῦτά ἐστι τὰ ἐφ' ἡμῖν τὰ ἐπίσης ἐνδεχόμενα.* Ammonius in lib. *De interpr.* : Ἔστι τινὰ καὶ ἐφ' ἡμῖν· ἐπείπερ κύριοι πράξεών τινων ὄντες, καὶ ἐφ' ἡμῖν ὂν ἐλέσθαι, ἢ μὴ ἐλέσθαι τάδε τινά, καὶ πρᾶξαι, ἢ μή, τὰς μὲν ἐπαινετὰς, τὰς δὲ ψεκτὰς εἶναι, τῶν τε προαιρέσεων καὶ τῶν πράξεων λέγομεν. Sic Anastasius Sinaita in *Ὁδηγ.* : Αὐτεξουσιότης ψυχῆς νεορᾶς ἐστιν ἡ ἀκώλυτος πρὸς ἀρετὴν ἢ κακίαν τοῦ ἐπιθυμητικοῦ ἡμῶν ῥοπή τε καὶ κίνησις· ἔνθα δὲ κακίας καὶ ἀρετῆς προσβολὴ οὐ γίνεται, ἐκεῖ οὐδὲ ἡ αὐτεξουσιότης τῆς ψυχῆς γνωρίζεσθαι δύναται.

Pag. 155. *Τῷ λογικῷ συνεισέρχεσθαι τὸ αὐτεξούσιον.* Hoc in loco notandum est, Nemesium de actionibus moralibus scribere, minimeque de iis sermonem instituere, quæ gratiæ divinæ auspiciis et mera illius benignitate, vitæ æternæ mercedem promerentur. Sed quandoquidem Bellarminus, quæ deinceps habentur, sapere Pelagianismum dicit, et nos patrocinium Nemesii susceptimus : liceat, si non auctorem nostrum tueri, saltem eatenus excusare, ut ostendamus eum non aliter locutum, quam omnes Ecclesiæ Patres ante infelicem Pelagii hæresin, loquebantur. Irenæus lib. IV, cap. 71 : *Homo liber factus habens suam potestatem, sicut et suam animam;* ait etiam : *Dedit Deus bonum, quemadmodum et Apostolus testificatur in eadem Epistola; et qui operantur quidem illud, gloriam et honorem percipient, quoniam operati sunt bonum, cum possent non operari illud. Hi autem, qui illud non operantur, judicium justum recipient Dei, quoniam non sunt operati bonum, cum possint operari illud.* Et cap. 70, ad objectionem, quare Deus angelos et homines fecerit sic, ut transgredi possint, respondit : *Sic autem nec suave esset eis quod esset bonum, neque pretiosa communicatio Dei, neque magnopere appetendum bonum, quod sine suo proprio motu et cura et studio provenisset; sed ultro est otiose insitum, ita, ut essent nullius momenti boni, eo quod natura magis quam voluntate tales exstiterint, et ultroneum haberent bonum, sed non secundum electionem.* Tertull. lib. II, *cont. Marcion.*, c. 6 : *Liberum et sui arbitrii et suæ potestatis invenio hominem a Deo institutum, nullam magis imaginem et similitudinem Dei in illo* A *adverlens, quam ejusmodi status formam. Hunc statum confirmabat etiam ipsa lex tunc a Deo posita; non enim poneretur lex ei qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate, nec rursus comminatio mortis transgressioni ascriberetur, si non et contemptus legis in arbitrii libertatem homini deputaretur. Sic et in posteris legibus creatoris invenies proponentis ante hominem bonum et malum,* etc. Clem. Alex. lib. II *Strom.* postquam sententiam Basilidis et Valentini proposuisset, de fide naturaliter et necessario obveniente, ait : Οὐκέτ' οὖν προαιρέσεως κατόρθωμα ἡ πίστις, εἰ φύσεως πλεονέκτημα, ῥᾳδὲ ἀμοιβῆς δικαίας τεύξεται, ἀναίτιος ὤν, ὁ μὴ πιστεύσας, καὶ οὐκ αἴτιος ὁ πιστεύσας· πᾶσα δὲ ἡ τῆς πίστεως καὶ ἀπιστίας ἰδιότης καὶ διαφορότης οὔτ' ἐπαίνῳ, οὔτε μὴν ψόγῳ ὑποπέσοι ἄν, ὀρθῶς λογιζομένοις, προηγουμένην ἔχουσα τὴν ἐκ τοῦ τὰ πάντα δυνατοῦ φυσικὴν ἀνάγκην γινομένην, νευροσπαστουμένων δὲ ἡμῶν, ἀψύχων δίκην, etc. Hilarius *in ps.* II, B et V, *Unicuique nostrum libertatem vitæ sensusque permisit, non necessitatem in alterutrum affigens,* etc. Eusebius *advers. Hieroc.* lib. ult. : Ἀνθρώπων τε ψυχῆς ὅρος αὐτοκράτορά τε κριτὴν, ἡγεμόνα τε καὶ κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ καθίστησι. Et in *Præpar. evang.* lib. VI, plurima in hanc mentem. Epiphan. hæres. 16 : Ὁπότε διὰ τὸ δύνασθαι ἁμαρτάνειν καὶ μὴ ἁμαρτεῖν, τῷ μὲν διὰ τὰ ἁμαρτήματα δίκην ἀπαιτεῖσθαι, τὸν δὲ ἔπαινον ἀπεκδέχεσθαι διὰ τὸ εὖ πεπραχέναι. Addit : Ὥστε παντὶ τῷ δῆλόν ἐστι καὶ ἀναμφίβολον, ὡς τὸ αὐτεξούσιον παρείχετο Θεὸς, δι' ἑαυτοῦ φήσας τὸ, Ἐὰν θέλητε καὶ μὴ θέλητε. Insuper hæres. 61 : Ἐφ' ἡμῖν γὰρ τὸ πιστεῦσαι κεῖται, καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι, etc. Macarius homil. 15 : Αὐτεξούσιος εἶ, καὶ ἐὰν θέλῃς ἀπολέσθαι, τρεπτῆς φύσεως εἶ. Homil. 17 : Τῷ δυναμένῳ τραπῆναι εἰς ἀμφότερα τὰ μέρη νόμος δέδοται, τῷ ἔχοντι τὸ αὐτεξούσιον, ποιῆσαι πόλεμον πρὸς τὴν ἐναντίαν δύναμιν. Τῇ γὰρ φύσει ὁ νόμος οὐ κεῖται. Chrysost. hom. 14 *in I ad Corinth.* : Ἡμεῖς ἐσμεν καὶ τούτου κἀκείνου κύριοι, καὶ τοῦ εἰς γέεν- C ναν ἐμπεσεῖν, καὶ τοῦ βασιλείας ἐπιτυχεῖν, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς οὕτως ἐθέλησεν. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, πῦρ καὶ ὕδωρ, etc., sic passim deinceps. Basil. Seleuc. orat. 3, Διδοὺς νόμον ὁ Θεὸς οὐκ ἀνάγκην πρὸς τὸ πράττειν προστίθησιν, etc. Cyrill. *cont. Jul.* : Πᾶσα λογικὴ καὶ νοερὰ κτίσις αὐθαίρετον ἔχει τὴν ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιτο τῶν πρακτέων ὁρμὴν, καὶ ἀνάγκης ἐλευθέραν τὴν ἐφ' ἑκάστῳ ῥοπήν, ut et postea passim. Nyssen. Orat. 5, *in orat. Dom.* : Αὐτεξούσιον καὶ πάσης ἀνάγκης ἐλεύθερον, ἴσον ἐπ' ἀμφοῖν ὁ τοῦ παντὸς ἐπιστάτης ἐποίησεν, etc. Basil. Magn. hom. *in ps.* LXII : Τὰ τοῦ βίου ἐκλεκτὰ τῷ αὐτεξουσίῳ τῆς ψυχῆς διακρίνομεν. Max. Martyr : Ὁ νοῦς ἡμῶν μέσος ἐστὶ δύο τινῶν.

Pag. 157. *Ὅσαι δὲ δι' ἀκρότητα φύσεως.* Ingratus plane est in Deum naturæ, qui bonam indolem nihili æstimat ; sed auctor noster eas bene natorum dotes non sine τοῦ Θεοῦ κατανοήσει profecturas quidquam censet, ut beatitudine fruamur.

Pag. 158. *Ὅσοι ῥέψαντες.* Peccati natura in hoc D potissimum statuitur, ut sit aversio a Deo, et conversio ad creaturas. Non opus ergo Bignæi cautione, qua auctorem nostrum excusatum habeamus, quasi cum Josepho lib. I *Ant.*, Justino mart., et Athenagora in *Apol.*, Clement. Alex. lib. III et V *Stromat.*, Lactantio lib. II *Instit.*, Cypriano lib. *De discip. et hab. Virg.*, Euseb. lib. V *Præp. evang.*, et demum Tertull. *De idol.*, *De habit. et cultu fem.*, *De velandis virgin.*, et lib. *adv. Marc.*, sensisset, angelos feminarum amore captos cecidisse. Quamquam istis auctoramentis non admodum turpe fuisset in erroris societatem venisse.

Pag. 160. *Ἀλλ' ὁ Ἰουδαῖος.* Providentiam Judæos quidem agnoscere, ignotum esse non potest, ait auctor noster, sed illam admittunt suis tantum commodis intentam. Etenim sibi blandientes, se sub providentia collocatos credebant, alios omnes fato subjectos. Quo spectare videntur, quæ in Theodoti

Digitized by Google

Epitom., Clementis Alex. Operibus appensis, legimus : Διὰ τοῦτο ἀνέτειλεν ξένος ἀστὴρ καὶ καινὸς, καταλύων τὴν παλαιὰν ἀστροθεσίαν καινῷ φωτὶ, οὐ κοσμικῷ λαμπόμενος, ὁ καινὰς ὁδοὺς καὶ σωτηρίους τρεπόμενος, αὐτὸς ὁ Κύριος, ἀνθρώπων ὁδηγὸς, ὁ κατελθὼν εἰς γῆν, ἵνα μεταθῇ τοὺς εἰς τὸν Χριστὸν πιστεύσαντας, ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης εἰς τὴν ἐκείνου πρόνοιαν. Vide *More Nevochim* part. II, sect. 10.

Pag. 161. *Ἰδυκον*. Historiam narrat Plutarchus lib. *De fatil. loquacit.*, et Cicero *Tusc. Quæst.* lib. IV, ut alios præteream.

Pag. 163. *Πολλαὶ μὲν γὰρ ἐν ταῖς χρείαις*. Consulat lector, quæ in hanc rem cumulatissime ex omni historia congessit Tertull. in lib. *De anima* ; quibus *Epicuro liberanti negotiis divinitatem, et dissolventi ordinem rerum, et in passivitatem omnia spargenti, se pudorem imperaturum* spondet.

Pag. 164. *Τὰς μορφὰς τῶν ἀνθρώπων*. Res levis ista videtur ; sed non leve Providentiæ indicium, cui tam multa, tamque summi momenti succedunt commoda.

Pag. 166. *Κορῶναι καὶ κόρακες*. Pastores ovibus assueti singulas agnoscunt, utcunque nullum discrimen aliis quibuscunque, curiose et diligenter spectantibus, appareat. Quin et Proverbio dicitur, *Ovo magis similes* ; tamen Plinius lib. X, cap. 42, mentionem facit gallinarii cujusdam scientis, *quod ex quaque esset*. Simile quiddam perhibetur de nupero Galliarum rege.

Pag. 167. *Πλάτων μὲν οὖν*. Plato providentiam ad singularia pertingere docet in *Theæt.* et *Philebo* et lib. X, *De legibus*, unde plurima desumpsit auctor noster. Videatur etiam Cicero lib. II, *De natura deor.*

Pag. 168. *Ἀριστοτέλης*. Hæc in lib. VI *Eth. ad Nicomach.* subinnui dicit auctor noster, revera magna cum pompa et quasi in gratiam numinis dicuntur in lib. *De mundo*, cap. 6 (si tamen is liber sit Aristotelis), scil. terrarum orbem administrari vult eodem modo, quo imperium Persicum, ut inferiora omnia munia a satrapis, ducibus et cubicularis obeantur. Certe Daniel propheta vix aliter cœlestem hierarchiam videtur describere. Sacræ autem Litteræ nos nescire vetant Dei ipsius curam ad passeres, imo pilos, eorumque numerum, descendere.

Pag. 169. *Οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει*. Inter χυρίας Epicuri δόξας hoc præcipuum. Rem sic explicat Laertius : Οὐ συμφωνοῦσι πραγματεῖαι καὶ φροντίδες καὶ ὀργαὶ καὶ χάριτες μακαριότητι, ἀλλ' ἀσθενείᾳ καὶ φόβῳ καὶ προσδεήσει τῶν πλησίον ταῦτα γίνεται.

Pag. 171. *Κατὰ περιγραφήν*. Locus iste prius luxatus ms. suppetiis restituitur. Περιγραφὴν Phavorinus reddit, ut sit ἡ περιέχουσα αὐτὸ τὸ ὅλον σῶμα, et quidem proprie significat delineationem primam et rudiorem, ubi lineamenta totius corporis exacte exhibentur, deest autem σκιαγραφία et colorum varia adumbratio. Felicitas revera secundum Aristotelem adeo summum bonum est, ut augeri non possit, lib. I *Eth.*, cap. 7, et *Magn. Mor.* cap. 2, ornari tamen possit et illustrari.

Pag. 172. *Εἰδὼς γὰρ ὁ Θεός*. Optime hac in causa satyricus :

Permittas ipsis expendere numinibus, quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris ;
Charior est illis homo, quam sibi, etc.

Quin et vid. Plutarchum, *De sera numinum vindicta*.

Pag. 176. *Καὶ γὰρ μέλισσαι*. Loco huic male multato medicinam fecimus ex ms.

Ibid. *Ὑπ' ἀνάγκης συσχεθέντες*. Tertullianus eodem argumento utitur in lib. *De testim. animæ adv. gentes*, fere per totum.

Pag. 178. *Φαμὲν γοῦν*. Plurimi sunt Patres in apologiis pro divina providentia instituendis. Consule Irenæum l. III *adv. Hæres.*, c. 5, ejusdem fragment. apud Demet. diaconum in sermone *De igne* ; Justin. in *Dialog. cum Tryph.*, Tertull. lib. I *adv. Marcion.* ; Basil. M. *Quod Deus non sit causa malorum* ; Chrysost. hom. 23 *in cap.* VI *Matth.* ; Hesych. *in Levit.* l. IV ; Theoph. Antioch. l. I *ad Autolyc.* ; August. *Confess.* l. VII, c, 4 ; ejusdem lib. *De spiritu et littera* cap. 12 ; tract. 106 in *Joann.* ; lib. VIII *De civit. Dei*, c. 6, et serm. 55 *De verbis Dom.* ; Lactant. l. I, c. 3, etc. Sed præ cæteris, paucissimis verbis universam Providentiæ indolem felicissime expressit auctor lib. de Sapient. c. VIII, v. 1 : Διατείνει ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας εὐρώστως, καὶ διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς, cujus benignissimum ductum per omnia ut sequamur, fecit bonus Deus.

ADDENDA.

ANONYMI AD LECTOREM HENDECASYLLABE.

Ante omnia hic reddenda sunt ea, quæ dedit David Christophorus Seybold, professor Tubingensis, vir celeberrimus et doctissimus, partim in diario germanico Lipsiensi, cujus index est : Allgemeiner Litterarischer Anzeiger (*N.* 6, *S.* 54, 55, 1801), *partim in scidula per Rochium, bibliopolam Lipsiensem, Tubinga ad me transmissa d.* XXIII *Mart.* 1801.

Huc, huc, qui physicos amas (*a*) labores,
Naturæ fabricamque nosse tentas,
Hic est, qui docet optime, libellus,
Doctus, perspicuus, brevis, disertus.
Ac, ut vere novo virent amœni
Horti, et terra colore florum
Picta est, sic varia refutat arte
Argumenta stilo elegante falsa.
Ergo degere qui cupis beatam
Vitam atque Deum (*b*) videre summum,
Nunc (*c*) hortor relegas legasque librum.
(*d*) *A. D. MDLXVI. V. Nov. Esslingæ.*

(*a*) Physicus labor dici possit de sole et luna deficientibus. Sed auctor anonymus haud dubie voluit Græcum πραγματείας significare. Malim ergo, *libellos*. Celeberrimus Seybold tamen hoc explicat : *Naturhistorische Arbeiten schätzen und lieben.*

(*b*) Equidem hoc habebam pro Hebraismo. Ergo malebam, *Deo probari quæris*. Ab Hebraismo vindicat doctissimus Seybold, exponens : *Gott in seinen Werken schauen und bewundern*. Accepit ergo loco *contemplari*.

(*c*) Ego malebam, *Nunc*. Sed litteris luculentis in autographo est, *Nunc*, notante Seyboldo. *Nunc* ergo auctor videtur accepisse loco, ἄγε ἤδη, ἥτις δή.

(*d*) Suspicatus fueram, errorem esse in numeris, credideramque scribendum esse 1656, ut ita hi

Digitized by Google

EJUSDEM ANONYMI AUCTORIS ANIMADVERSIONES NONNULLÆ AD EDIT. NEMES. ANTVERPIENSEM.

Pag. 66, fin. et pag. 67, init. (in mea editione, pag. 153, laudaveram locum Platonis) : Auctor anonymus addit : *Videtur exprimere voluisse verba Ciceronis de Universo. Omnia autem duo*, etc. (vide Cic. l. I, cap. 4, prope finem).

Pag. 19 (imo vero 9, nostræ edit. pag. 37) : *Videtur fere glossema esse. Quia Aristoteles animam definivit per* ἐντελέχειαν, *credidit*que *animam esse* ἀνούσιον, *oportet* ἐντελέχειαν *non pro* οὐσίᾳ *habuisse.* Pag. 28, 29, 40 seqq.

Pag. 95. Versu a fine 8 ἐκφυσήσεως. Auctor anonymus conjecit, ἐκφωνήσεως. Ita ipse quoque ediderat in hac editione et ante me Oxoniensis editor. Uti autem plerique codices exhibent ἐκφυσήσεως, ita nullum dubium est, quin Valla etiam et Cono ita invenerint, cum alter *efflationem*, alter *exsufflationem* reddiderit. Ellebodius, qui *emittendæ vocis* interpretatus est, sine ullo dubio ἐκφυσήσεως, quod in duobus suis codicibus repererat, vitiosum judicavit, ipse autem ἐκφωνήσεως probavit, atque ita reddidit. Mirabile est, verbo notiori verbum minus notum substitutum esse. Credo autem eum, qui primus hoc vitiosum vocabulum intulerit, fuisse medicum. Cum enim sciret, easdem corporis partes etiam ἐκφυσήσεως instrumenta esse, ἐκφύσησιν loco ἐκφώνησιν probavit. Vocabulum ἐκφυσήσεως satis exposuit Stephanus in *Thesauro*, tom. IV, pag. 260, 261. Addo unum tantum locum Galeni, ex quo apparet, ἐκφύσησιν alienam esse a sententia Nemesii, qui hic non de *expiratione* seu *respiratione*, sed de *voce et oratione* loquitur. Galenus ergo, tom. I, pag. 256, edit. Basil. 1538, fol. ita habet : Τὸ πρῶτον καὶ ἴδιον ὄργανον τῆς φωνῆς, ὁ λάρυγξ ἐστίν. Læso ergo gutture, ut ibi pergit Galenus : Οὐδὲν ἀκούσῃ πλέον ἐκπνοῆς ῥοιζώδους, ἣν ἡμεῖς (οἱ ἰατροὶ) ὀνομάζομεν ἐκφύσησιν. Et paucis interjectis : Ἐκφύσησιν γὰρ μόνην ἐργάζονται, διαφέρουσαν ἁπλῆς ἐκπνοῆς, ὅτι μετὰ ψόφου τε ἅμα καὶ τάχους ἐκκενοῦται τὸ πνεῦμα. Et paulo post : Οὐ μὴν ἤδη γέ πω τὸ κάτωθεν ἀναφερόμενον πνεῦμα, πρὶν ὑπὸ τοῦ λάρυγγος ῥυθμισθῆναι, φωνῆς ἔχει ἰδέαν, ἀλλ', ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἐκφυσήσεως μόνης. — Πληττομένη (ἡ ἐκφύσησις) γὰρ ὑπὸ τῶν κατὰ τὸν λάρυγγα χόνδρων, οἷον ὑπὸ πλήκτρων (similiter Nemesius) τινῶν, ἡ ἐκφύσησις αὕτη φωνὴ γίνεται. Ex his apparet, ἐκφύσησιν esse ἐκπνοὴν ῥοιζώδη seu ἐκπνοὴν μετὰ ψόφου καὶ τάχους. Lectionem ἐκφωνήσεως vindicant etiam ea quæ ante dixerat Nemesius : Ὄργανα δὲ τῆς φωνῆς πολλά. Quomodo ergo in conclusione poterat dicere : Τῆς ἐκφυσήσεώς εἰσιν ὄργανα ? Eodem modo, ut ἐκφύσησις est ἐκπνοὴ ῥοιζώδης καὶ ψοφώδης, ita quoque ἐκφυσᾶν est *cum impetu propellere, effundere :* Theocrit. *Idyll.* XXIV, vers. 47 : Ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας· et Cinnamus, pag. 105 : Οἳ δὴ τλήμονες τὰς ψυχὰς ἐκφυσήσαντες πολύν τινα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς Ῥωμαίοις ἀπολελοίπασι λόγον.

versus referrentur ad Casparum Barthium, qui Nemesio vehementer delectatus est, qui similes versus exhibuit in sua Æneæ Gazæi et Zachariæ Mitylenensis editione, quique denique indicem auctorum, qui ab Nemesio laudantur, fecit, quem exhibet Fabricius in *Bibl. Gr.* vol. X, in principio folio 3. Hanc suspicionem autem meam vanam esse, docuit me doctissimus Seybold, qui affirmat scriptum esse 1566, docetque primum istius libelli dominum fuisse Esslingensem quemdam. Secundus dominus fuit doctor Ulmensis, nomine Lorenz Walther Kuichel. Barthium autem, ut et hoc moneam, Fabricius exstinctum tradit d. 17 Sept. 1658, Lipsiæ. Vide *Bibl. Gr.* vol. XIII, p. 807.

INDEX

NOMINUM PROPRIORUM ET AUCTORUM QUI A NEMESIO LAUDANTUR

Numeri signant paginas editionis Antverpiensis, quæ in textu hujus editionis notatæ sunt.

Ægyptiorum sapientes 140.
Ammonius 29, 56.
Anaxagoras 165.
Anaxarchus 125.
Anaximenes 74.
Apollinarius Laodiceæ episcopus 9, 47, 73.
Apollo Cretensium legislator 151.
Aristoteles 9, 12, 28, 29, 40, 45 bis, 61, 63, 65, 69 bis, 72, 79 (loco Origenis, 91), 96, 97, 105, 114, 150, 168, 169 bis, 170.
Christiani 148, 160.
Chrysippus 32, 138.
Cleanthes 32 bis.
Cretenses 151.
Critias 28.
Cronius 50.
Daniel 26.
Democritus 28 bis, 114, 168.
Dinarchus (*corrigendum*, Dicæarchus) 28, 29, 35.
Elias propheta 147.
Enoch 147.
Epicurei 79.
Epicurus 28, 104, 168, 169.
Eunomiani 61.
Eunomius 45.
Euripides 169.
Galenus 36, 53, 54, 79, 94, 108, 114.
Hebræi 15, 21, 73, 91.
Heraclitus 28, 74, 168.
Hiob. Vid. Jobus.
Hipparchus (*corrigendum* Hippasus) 74, 78.
Hippocrates 37, 63, 74, 108.
Hippon 28.
Jamblichus 51.
Ibycus 161.
Jobus 154, 178.
Joseph, Jacobi filius 125.
Jupiter Cretensium legislator 151.
Lacedæmonii 151.
Lazarus 179.
Manichæi 29, 47.
Menander 169, 179.
Moses 13, 16, 45, 46, 73.
Numenius 29.
Origenes 62 (*forte* Aristoteles, 91), 125.
Panætius 96.
Paulus apostolus 14, 26, 178, 179.
Philopator 138, 140.

Digitized by Google

Plato 10, 28, 32, 35, 45, 49, 50, 51, 55, 56, 70, 71, 72, 77, 79, 91, 92 bis, 103, 144, 148, 167, 168.
Platonici 32, 50.
Plotinus 9, 29, 56.
Porphyrius 51, 60, 80.
Pythagoras 28, 44.
Pythagorei 91.
Simmias 35.
Socrates 35, 148, 180
Stoici 28 bis, 29, 45, 72, 76, 143, 147, 168.
Susanna 125, 161.
Thales 28, 74.
Theodorus Platonicus 51.
Thucydides 108.
Xenocrates 31, 44.
Zeno Eleates 125.
Zeno Stoicus 96.

NUMERI PAGINARUM EDITIONIS ANTVERPIENSIS ET OXONIENSIS.

Edit. Antv.	Edit. Oxon.
P. 9.	P. 2.
10.	5. τοὺς φιλοσόφ.
11.	6. συνάπτεται δέ.
12.	9. ἡ μαγνῆτις.
13.	10. μέρος προστιθείς.
14.	13. καὶ συμπαθές.
15.	14. μὲν λόγον.
16.	17. ἦν οὖν καί.
17.	18. ὑγρῶν καί.
18.	21. οὔτε δστρακα.
19.	22. δον καὶ συνοικίαν.
20.	25. θρώπῳ τοῦτο.
21.	26. στερον ἐρρῶσθαι.
22.	29. τοίνυν δι'.
23.	30. κῶν μὲν ἀπεχόμ.
24.	33. θρώπῳ καὶ τά.
25.	34. βῆς, καὶ τῆς.
26.	37. σαύτης ἠξιωμέν.
27.	38. ὀλίγου καιροῦ.
28.	41. αὐτὴν καὶ ἀθάν.
29.	42. χὴν λέγομεν.
30.	45. αὐτὴ τριχῆ.
31.	46. πῃ τέλος.
32.	49. τινὲς οὐκ.
33.	50. μένῳ, καὶ τό.
34.	53. τῇ γενέσει.
35.	54. τούτων τὰς ἐν.
36.	57. ἀρετὴν καί.
37.	58 ποία κρᾶσις.
38.	61. οἱ διὰ τῆς.
39.	62. ποδίζει καὶ τότε.
40.	65. ἡ ἐπιστήμη τῆς.
41.	66. δύναμιν ἔχειν.
42.	69. ὃν κινεῖ ἡμᾶς.
43.	70. ται, καὶ πᾶν.
44.	73. μάλιστα καὶ τόν.
45.	74. μετὰ τὴν διάπλ.
46.	77. κατὰ σηπεδόνα.
47.	78. πωμεν ἀγνώστῳ.
48.	81. λυσμένας ψυχάς.
49 fin.	82. καὶ οὕτως ζῇν.
50 fin.	58. νόντα. Κρόνιος.
51.	85. ἐν τῷ περί.
Ab hoc loco idem fere est initium paginarum utriusque editionis.	
52.	86.
53.	89.
54.	90
55.	93.
56.	94.
57.	97.
58.	98.
59.	101.
60.	102.
61.	105.
62.	106.
63.	109.
64.	110.
65.	113.
66.	114.
67.	117.
68.	118.
69.	121.
70.	122.
71.	125.
72.	126.
73.	129.
74.	130.
75.	133.
76.	134.
77.	137.
78.	138.
79.	141.
80.	142.
81.	145.
82.	146.
83.	149.
84.	150.
85.	153.
86.	154.
87.	157.
88.	158.
89.	161.
90.	162.
91.	165.
92.	166.
93.	169.
94.	170.
95.	173.
96.	174.
97.	177.
98.	178.
99.	181.
100.	182.
101	185.
102.	186.
103.	189.
104.	190.
105.	193.
106.	194.
107.	197.
108.	198.
109.	201.
110.	202.
111.	205.
112.	206.
113.	209.
114.	210.
115.	213.
116.	214.
117.	217.
118.	218.
119.	221.
120.	222.
121.	225.
122.	226.
123.	229.
124.	230.
125.	233.
126.	234.
127.	237
128.	238.
129.	241.
130.	242.
131.	245.
132.	246.
133.	249.
134.	250.
135.	253.
136.	254.
137.	257.
381.	258.
139.	261.
140.	262.
141.	265.
142.	266.
143.	269.
144.	270.
145.	273.
146.	274.
147.	277.
148.	278.
149.	281.
150.	282.
151.	285.
152.	286
153.	289.
154.	290.
155.	293.
156.	294.
157.	297.
158.	298.
159.	301.
160.	302.
161.	305.
162.	306.
163	309.
164.	310.
165.	313.
166.	314.
167.	317.
168.	318.
169.	321.
170.	322.
171.	325.
172.	326.
173.	329.
174.	330.
175.	333.
176.	334.
177.	337.
178.	338.
179.	341.
180.	342.
181.	345.

Digitized by Google

B. HIERONYMUS

THEOLOGUS GRÆCUS.

NOTITIA HISTORICA.

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, t. VII, Proleg., p. 18.)

I. Pauca sunt admodum quæ de Hieronymo theologo Græco dicenda occurrant. Ex antiquioribus ejus meminit unus Joannes Damascenus, qui πρεσβύτερον Ἱεροσολύμων ipsum appellat (*a*). Et hanc sane nomenclaturam auctori nostro asserit codex LXXX membranaceus bibliothecæ Coislinianæ apud Montfauconium (*b*); qui præ cæteris Theodoriti interpretationem *in Psalmos* CL complectitur, additis ad marginem scholiis ex variis Patribus, quos inter *Hieronymus presbyter Hierosolymitanus*. Conjicit autem Caveus (*c*), scriptorem quo de agimus, eumdem esse atque Hieronymum presbyterum et monachum, natione Dalmatam, qui monachorum Ægyptiorum historiam scripsisse perhibetur apud Cangium in codice MCCXIII bibliothecæ Colbertinæ, ubi sic legitur (*d*) : Ἑτέρα ἱστορία εἰς τοὺς βίους τῶν ἁγίων τῆς Αἰγύπτου, συγγραφεῖσα παρὰ Ἱερωνύμου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ ἐκ Δαλματίας. Exstat vero eadem historia etiam in codice LXXXIII bibliothecæ Coislinianæ quam modo laudavimus, paulo aliter ita inscripta (*e*) : Ἱερωνύμου ἡ κατ' Αἴγυπτον ἱστορία. Porro si ejusmodi conjecturam admittamus, quæ a veritate haud longe abesse videtur, scribebat igitur auctor Theodosio Magno imperante, ut ipsemet testatur in *Vita Joannis abbatis*. In aliam tamen abiisse Fabricium sententiam (*f*) de hoc historiæ monachorum Ægyptiorum scriptore intelligimus.

II. Verum mis missis, scripsit noster Hieronymus A *Dialogum de sancta Trinitate inter Judæum et Christianum;* eumque descriptum e codice bibliothecæ Friderici Lindenbrogii ac Latine redditum primus in lucem extulit Parisiis anno 1612 Federicus Morellus : qui præterea quatuordecim ante annos ibidem evulgarat ejusdem auctoris *Commentarium de effectu baptismi et notis Christiani*. Deinceps vero utrumque opusculum paucis visum, quin et vix millesimo notum, ut cum Barthio loquar, typis iterum commisit Cygneæ Christianus Daumius : prius quidem anno 1677, posterius vero 1680. Emendatiora demum pluribus in locis subsidio mis. codicis membranacei bibliothecæ Joanneæ Hamburgensis exhibuit Joannes Albertus Fabricius (*g*) : cujus propterea editionem cum Daumiana collatam prelo B tradidimus. At vero haud integrum edidisse Morellum hujusmodi Hieronymi *Dialogum de Trinitate*, ex Joanne Damasceno compertum habemus, qui ex eodem Dialogo fragmentum recitat, in editis nuspiam comparens : illudque proinde utrique opusculo post Fabricium subjecimus. Cæterum in nuncupatoria Morellus interpres Hieronymum Græcum auctorem θεολογικώτατον neque admodum νεωτερικόν, ejusque Dialogum pium ac stylo satis scito conscriptum appellat. Barthio autem (*h*) *aureolus dicitur et omnino insignis, argutus et mire nervosus, qui nullo pretio non reparari debeat amissus*. Neque C aliter Caveus et Fabricius, licet pingui satis Minerva digestum censeat Lequienius (*i*).

(*a*) Joan. Damasc. *De Imagin.* orat. III, opp. t. I, pag. 385.
(*b*) Montfauc. *Bibl. Coisl.* pag. 137.
(*c*) Cav. *Hist. litter.* tom. I, pag. 282.
(*d*) Cang. *Glossar. Græcit.* tom. II, in Indic. auctor., pag. 27.
(*e*) Montfauc. l. c. pag. 183.
(*f*) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 376.
(*g*) Fabr. *Bibl. Gr.*, pag. 377-398.
(*h*) Barth. *Adversar.* lib. LV, cap. 7, pag. 2597
(*i*) Lequien. ad opp. Joan. Damasc. tom. I, pag. 385, not. 3.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΡΙΑΔΟΣ, ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΟΥΔΑΙΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΝ.

B. HIERONYMI

DIALOGUS DE SANCTA TRINITATE,

INTER JUDÆUM ET CHRISTIANUM.

Judæus. Cum Deus dicat, *Videte, videte quod* A *ego sum, nec Deus est præter me*[1], quomodo vos creditis et adoratis Patrem, quem nos Deum confitemur, et Filium, et Spiritum sanctum? Nam idololatrarum more cum tres deos doceatis, Deum legis istius, *Non est Deus præter me*, auctorem afficitis injuria.

Christianus. Tremendum est et incomprehensibile mysterium Deus, itaque non una similique oportet nos defensione ad quoslibet uti, sed convenienter unicuique et decenter ad interrogatum respondere. Ad te itaque, Judæe, et ad circumcisos qui tecum unum Deum colunt, ita dicimus : Confiteris, Judæe, Deum unum, cœli et terræ factorem?

Judæus. Utique. B

Christianus. Et qualis est ille quem colis Deus, unde aut ubi est, et quomodo sedet vel movetur, et quomodo loquitur et vivit et videt et tangit, et quomodo comprehenditur ipsius potentia?

Judæus. Omnino incomprehensibilis, incontemplabilis et inenarrabilis Deus est, et sapientia et vis et sermo et spiritus Dei.

Christianus. Et quomodo, o stolide, a me petis ut tibi dicam quomodo generatio contingat Dei, et quomodo Filium Deus habeat, et quando et quomodo illum genuerit, et quomodo Trinitas sit trinitas? Dicito tu mihi, si potes, locum et latitudinem, et longitudinem Dei, et dicam tibi vicissim quando et quomodo genuerit Deus. Dic tu mihi qualis sit Dei C sermo, et quomodo illum Deus eloquitur, et ego tibi dicam qua ratione ante luciferum ex utero Filium genuerit. Si vero et sermo et spiritus locusque et altitudo et profunditas et thronus et tempus Dei incomprehensibilia sunt, evidens est etiam generationem ejus exprimi verbis et explicari non posse. Sed ut iterum interrogem te, duræ cervicis et incircumcise corde Judæe, quomodo noster sermo profertur? atque si hoc dixeris mihi, rogabo vicissim

[1] Deut. xxxii, 39.

Ὁ Ἰουδαῖος. Τοῦ Θεοῦ λέγοντος, Ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ, πῶς ὑμεῖς πιστεύετε καὶ προσκυνεῖτε Πατέρα, ὃν ἡμεῖς Θεὸν ὁμολογοῦμεν, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα; Ὡς γὰρ εἰδωλολάτραι τρεῖς θεοὺς δογματίζοντες, τὸν νομοθετήσαντα Θεὸν, ὅτι Οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ, ἐνυβρίσατε.

Ὁ πιστός. Φοβεροῦ καὶ ἀκαταλήπτου ὑπάρχοντος τοῦ περὶ Θεὸν μυστηρίου, οὐ μίαν οὐδὲ ὁμοίαν δέον ἡμᾶς ποιεῖσθαι τὴν ἀπολογίαν, ἀλλὰ προσφόρως καὶ πρεπόντως ἑκάστῳ ἐρωτῶντι ἀποκρίνασθαι. Οὐκοῦν πρὸς σὲ τὸν Ἰουδαῖον καὶ τοὺς σὺν σοὶ ἐμπεριτόμους μοναρχίαν σέβοντας λέγομεν οὕτως· Ὁμολογεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, Θεὸν ἕνα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς;

Ὁ Ἰουδαῖος. Ναί.

Ὁ πιστός. Καὶ ποῖός ἐστιν οὗτος Θεὸς ὃν σέβεις, πόθεν ἐστὶν καὶ ποῦ ἔστι; καὶ πῶς κάθηται καὶ κινεῖται; καὶ πῶς λαλεῖ καὶ ζῇ καὶ θεωρεῖ καὶ ψηλαφᾶται; καὶ πῶς καταλαμβάνεται ἡ δύναμις αὐτοῦ;

Ὁ Ἰουδαῖος. Πάντως ὅτι ἀκατάληπτός ἐστι καὶ ἀθεώρητος καὶ ἀδιήγητος ὁ Θεὸς, καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.

Ὁ πιστός. Καὶ πῶς, ὦ ἀνόητε, ἐμὲ ἀπαιτεῖς λέγειν, πῶς ἐστιν ὁ τόκος τοῦ Θεοῦ, καὶ πῶς ἔχει Υἱὸν ὁ Θεὸς, καὶ πότε καὶ πῶς τοῦτον ἐγέννησε, καὶ πῶς ἡ Τριὰς ἐστι τριάς; Εἰπέ μοι σὺ τὸν τόπον καὶ τὸ πλάτος καὶ μῆκος τοῦ Θεοῦ, ἐὰν δύνῃ, καὶ λέγω σοι κἀγὼ τὸ πότε καὶ πῶς ἐγέννησεν ὁ Θεός. Εἰπέ μοι σὺ, ὁποῖός ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ πῶς λαλεῖ αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ λέγω σοι κἀγὼ πῶς ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησεν Υἱόν. Εἰ δὲ ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ὁ τόπος καὶ τὸ ὕψος καὶ τὸ βάθος καὶ ὁ θρόνος καὶ ὁ χρόνος τοῦ Θεοῦ ἀκατάληπτά εἰσι, δῆλον, ὅτι καὶ ὁ τόκος αὐτοῦ ἄῤῥητος καὶ ἀνερμήνευτος. Ἐρομένῳ δὲ πάλιν φράσον μοι, ὦ σκληροτράχηλε καὶ ἀπερίτμητε τῇ καρδίᾳ ὦ Ἰουδαῖε, πῶς ἐξέρχεται ὁ ἡμέτερος λόγος; καὶ εἰ τοῦτο δοίης, ἀντερῶ σοι αὖθις κἀγώ· Οὐκοῦν καὶ χεῖλη σωματικὰ καὶ γλῶσσαν καὶ

Digitized by Google

ὀδόντας καὶ λάρυγγα κατὰ σὲ ἔχει ὁ Θεός ; ὥστε λοιπὸν καὶ σωματικὸς καὶ τοπικὸς καὶ ὁρατὸς καὶ περίγραπτός ἐστι, καὶ εἰ τοῦτο, καὶ κτιστός· πᾶν γὰρ σωματικὸν καὶ περίγραπτον πρᾶγμα, δῆλον καὶ κτιστόν. Εἰπὲ δή μοι λοιπόν, ὦ τολμηρὲ, καὶ τὸ, τίς ἔκτισε καὶ ἐποίησε τὸν Θεόν. Ὦ τῆς σῆς κακίστης καὶ ἀφρονεστάτης πωρώσεως ! Ἐρωτώμενος γὰρ σὺ παρ' ἐμοῦ, πῶς ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἢ ποῖόν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἢ ὁ τόπος ἢ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ, λέγεις· Ἀπορῶ, ὅτι οὐκ οἶδα· καὶ ἐμὲ εἰσπράττεις καὶ ἀναγκάζεις λέγειν, πῶς ἐστιν ὁ τόκος καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Σὺ θορυβῇ καὶ ἀγανακτεῖς, διότι λέγω, ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς Υἱὸν προαιώνιον, πανάγιον, ἄκτιστον, ἀκατάληπτον, ὑπεράμωμον, ὑπέρσοφον, ὑπερκόσμιον, ὑπεράγαθον. Καὶ πῶς ἐγὼ μᾶλλον μὴ θορυβηθῶ, ὦ ἀναίσχυντε Ἰουδαῖε, ὅτι σὺ ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ ὀνομάζεις λέγων, ὅτι υἱὸς πρωτότοκος τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰσραήλ ; Σὺ, ὁ μωρὸς, καὶ οὐχὶ σοφὸς, ὁ ἀχάριστος, ὁ γογγυστὴς, ὁ ἀνήκοος, ὁ θεομίσητος, ὁ θεοσκόρπιστος, ὁ θεῷ ἀντίδικος, υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ὀνομάζεις, κἀγὼ ἐπειδὴ λέγω Υἱὸν Θεοῦ ἀγαθὸν καὶ εὐεργέτην καὶ Σωτῆρα καὶ δίκαιον, ἀγανακτεῖς καὶ ἐγκαλεῖς καὶ βλασφημεῖς, καὶ εἰδωλολάτρην με ἀποκαλεῖς ; Τί θερμάζῃ, ὦ ἀνόητε, καὶ τί ταράσσῃ, ἐπὰν Υἱὸν Θεοῦ ἀκούσῃς ; Σὺ ἕνα Υἱὸν οὐ βούλει ὁμολογεῖν Θεοῦ· καὶ πῶς ἡ θεία Γραφὴ καὶ ὁ Δαβὶδ, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, ὅτι *Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες ;* Ἐὰν ἀνθρώπους ψιλοὺς καὶ φθαρτοὺς καὶ θνητοὺς κατεδέξατο ὁ Θεὸς υἱοὺς Θεοῦ καὶ θεοὺς ὀνομάζειν, πῶς σὺ νομίζων πάντων δικαιότερος καὶ ἀκριβέστερος εἶναι, ἕνα Υἱὸν ἄμωμον καὶ πανάγιον ὁμολογεῖν οὐ καταδέχῃ Θεοῦ ; qui omnibus justior accuratiorque tibi esse videris, suscipis?

A te : Nunquid et labia corporalia et linguam et dentes gutturque ex tua sententia Deus habeat? ut porro et ipse sit corporeus atque in loco et visibilis ac circumscriptus, atque si hæc ita sint, creatus ; quidquid enim corporeum et circumscriptum est, creatum esse manifestum est. Jam dic mihi ad hæc, audacule, quis ille sit qui Deum condidit et fecit. O pessimam tuam et imprudentissimam cæcitatem ! Rogatus enim a me quomodo verbum Dei sit, aut qualis sit spiritus Dei, locusve aut thronus Dei, fateris te hærere et minime scire ; me vero jubes adigisque dicere quomodo Deus sit et generatio Dei ac Filius. Tumultuaris atque ægre fers quod alo Deo esse Filium æternum, sanctissimum, increatum, incomprehensibilem, immaculatissimum, sapientissimum, mundo priorem, ac bonitatis summæ. Et quomodo non mihi magis liceat tumultuari, quod te, Judæe impudens, Dei filium appellas ; filius enim Dei primogenitus Israel [1] ? Tu, stulte et neutiquam sapiens, ingrate, obmurmurator, inobediens, invise Deo, a Deo disperse illique repugnans, tu filium Dei te appellas, et ego quando Filium Dei nuncupo bonum illum et benefactorem, Salvatorem justumque, fers ægre, et velut crimen impingis mihi, et a blasphemia non abstines atque idololatram me appellas? Quid ita effervescis ira, stolide, et perturbaris, quando Filium Dei audis? Tu unum non vis confiteri Filium Dei ; et quomodo divina Scriptura et David, sive potius sanctus ipse Spiritus ait : *Dixi : Dii estis, atque filii omnes Altissimi* [2] ? Si nudos homines et corruptibiles ac mortales admisit Deus filios Dei deosque nominari, quomodo tu unum sine labe et sanctissimum Dei Filium non

Ὁ Ἰουδαῖος. Ἀλλ' οὐ, καθὼς σὺ λέγεις Υἱὸν Θεοῦ προαιώνιον καὶ ἄκτιστον, οὕτω λέγει ὁ Θεὸς υἱὸν αὐτοῦ εἶναι καὶ τὸν Ἰσραὴλ, οὐδὲ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους περὶ ὧν εἶπεν· *Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες.*

Judæus. Non ita, ut tu dicis Filium Dei æternum et increatum, Deus filium suum esse Israel affirmat, neque alios homines de quibus ait : *Dixi : Dii estis, atque filii omnes Altissimi.*

Ὁ πιστός. Ἀλλὰ ποίους λέγει ὁ Θεὸς τούτους, θεοὺς καὶ υἱοὺς αὐτοῦ τοῦ Ὑψίστου ;

Christianus. Quales itaque Deus hosce deos filiosque Altissimi appellat?

Ὁ Ἰουδαῖος. Ἀνθρώπους τινὰς λέγει φθαρτοὺς καὶ θνητοὺς, υἱοὺς λεγομένους.

Judæus. Homines quosdam ita vocat corruptibiles ac mortales, qui filiorum illi veniunt nomine.

Ὁ πιστός. Εἶτα, ἀνόητε, πεπωρωμένε τῇ καρδίᾳ, πόσον διαφέρει τὸ ὁμολογεῖν, ὅτι ἔχει Υἱὸν ὁ Θεὸς ἄφθαρτον, ἀθάνατον, ἀγνὸν, ἀναμάρτητον, αἰώνιον, ἄτρεπτον, ἀπαθῆ, ὑπὲρ τὸ ὀνομάζειν ἀνθρώπους ὑλικοὺς καὶ φθαρτοὺς καὶ τρεπτοὺς καὶ θνητοὺς, υἱοὺς Θεοῦ ; Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἔχει Υἱὸν ὁ Θεὸς ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον καὶ ἀναμάρτητον, πρέπει τῷ Θεῷ, καὶ τιμή ἐστι τῷ Θεῷ, ὑπὲρ τὸ λέγειν, ὅτι υἱὸς πρωτότοκός ἐστι τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰσραὴλ, ὁ μωρὸς λαὸς καὶ ἁμαρτωλὸς καὶ παράνομος καὶ ἀσεβής. Βλασφημίαν γὰρ τοῦτο προσφέρει Θεῷ παρὰ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν· δύνανται γὰρ λέγειν· Πῶς Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ὅτι Πατὴρ ὑπάρχει υἱοῦ μωροῦ ;

Christianus. Quantum igitur præstat, o stolide et corde obcæcate, confiteri Deo unum esse Filium incorruptibilem, immortalem, sanctum, sine peccato, æternum, immutabilem, impassibilem, quam homines materiales, corruptibiles, mutabiles ac mortales Dei filios appellare? Nam affirmare quod Filium habet Deus corruptionis expertem et immortalem alienumque a peccato, dignum Deo est, et honor illi major, quam dicere primogenitum Dei esse Israelem, populum illum stultum et peccatis obsitum, violatorem legis impiumque. Nam apud gentes a fide alienas hoc etiam blasphemiæ ansam præbet, qui possunt objicere : Quomodo verus ille Deus est stolidæ prolis Pater?

[1] Exod. IV, 22. [2] Psal. LXXXI, 6.

Digitized by Google

Judæus. Si Filium Deus habet, dicito mihi quomodo et quando illum genuerit.

Christianus. Non possum non confiteri quod Filium habet Deus, cum sacra Scriptura ex persona Dei et Patris palam dicat ad Filium : *Ex utero ante luciferum genui te* [1]; et Filius vicissim de se ex persona Parentis ait : *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie te genui* [2]. Neque possum non confiteri quod Deus habet Spiritum, Deo ipso dicente : *Effundam de Spiritu meo in omnem carnem* [3]. Tamen quæram ex te, Judæe, tu mihi respondeto. Qualem ais spiritum Deo esse? num ejusmodi qualis est hominis ex ore et naribus exeuntem et exspiratum effusumque, qui cerni potest et separari?

Judæus. Absit hoc quidem! sed vero Spiritum invisibilem, Spiritum sanctum, Spiritum divinum, Spiritum verum, Spiritum ductorem, Spiritum a Deo inseparabilem.

Christianus. Et quando fecit Deus aut eduxit Spiritum hunc, aut quomodo et quando illum fecit consistere?

Judæus. Increatus est Spiritus Dei, principii expers et incomprehensibilis perinde ut ipse Deus.

Christianus. En tu quoque evidenter convincéris duitatem adorare, Deum nempe Deique Spiritum. Quemadmodum itaque tu non potes edisserere, unde vel quando aut quomodo Dei Spiritus cum Deo est, sed tantum edoctus ex sacris Litteris confiteris et credis Deo esse Spiritum ; ita et ego Christianus sine curiosiore scrutatione profiteor Filium et Verbum Dei. Si vero desideras a me ut dicam quando, vel unde et quomodo Filium Deus habet, dicito et tu prius mihi quando et unde et quomodo Deus Spiritum habeat, tunc et tibi exponam quomodo, ante omne principium Deus Filium genuerit. Sicut enim tu Deum Deique Spiritum non dicis duos deos, ita nec ego Patrem, Filium et Spiritum sanctum tres nuncupo deos, absit sane! Sed quemadmodum sol ejusque calor et radiorum vis ex eo progrediens tria nomina sunt, una solis substantia ; et sicut anima et ratio et corpus hominis non tres sunt homines ; et sicut unguis digiti cum osse et carne non sunt tres digiti ; ac veluti radix et ramus ac folia arboris tres arbores non sunt ; et sicut oculus et pupilla luxque oculi non tres reddunt oculos ; et sicut fons et fluvius rivusque ex fluvio promanans non sunt triplices undæ ; et sicut brachium, carpus et palma non sunt tres manus ; et sicut in rubo Mosis erat sermo et flamma et qui loquebatur ; et quemadmodum in camino trium puerorum erat hymnus et flamma et ros, unus vero caminus erat ; et sicut in numismate est aurum et imago et inscriptio imperatoris, sic et in sacrosancta Trinitate inconfusa est unio in una trium personarum essentia ac divinitate.

A *Ὁ Ἰουδαῖος.* Εἰ Υἱὸν ἔχει ὁ Θεός, εἰπέ μοι, πῶς καὶ πότε τοῦτον ἐγέννησεν;

Ὁ πιστός. Οὐ δύναμαι μὴ ὁμολογῆσαι, ὅτι ἔχει Υἱὸν ὁ Θεός, τῆς Γραφῆς μάλιστα προφανῶς λεγούσης ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱόν, ὅτι *Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε·* καὶ τοῦ Υἱοῦ πάλιν περὶ ἑαυτοῦ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πατρός· *Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.* Καὶ οὐ δύναμαι πάλιν ὁμολογεῖν, ὅτι ἔχει Πνεῦμα ὁ Θεός, αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λέγοντος· *Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα.* Ὅμως ἐρωτήσω σε, Ἰουδαῖε, σὺ δέ μοι ἀποκρίθητι· Ὁποῖον πνεῦμα λέγεις ἔχειν τὸν Θεόν ; ἆρ' οἷον τὸ τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐκ στόματος καὶ ῥινῶν
B ῥιζόμενον ἐξερχόμενον καὶ ἐκχεόμενον καὶ φαινόμενον καὶ χωρίζομενον

Ὁ Ἰουδαῖος. Μὴ γένοιτο! ἀλλὰ Πνεῦμα ἀόρατον, Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα ἀληθὲς, Πνεῦμα ἡγεμονικὸν, Πνεῦμα ἀχώριστον τοῦ Θεοῦ.

Ὁ πιστός. Καὶ πότε ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἢ ἐξήγαγεν τὸ Πνεῦμα τοῦτο; ἢ πῶς καὶ πόθεν αὐτὸ συνέστησεν;

Ὁ Ἰουδαῖος. Ἀκτιστόν ἐστι τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἄναρχον καὶ ἀκατάληπτον ὥσπερ ὁ Θεός.

Ὁ πιστός. Ἰδοὺ καὶ σὺ σαφῶς ἐλέγχῃ, ὅτι δυάδα προσκυνεῖς, λέγω δὴ Θεὸν καὶ Πνεῦμα Θεοῦ. Ὥσπερ οὖν σὺ οὐκ ἴσχυσας εἰπεῖν, πόθεν ἢ πότε ἢ πῶς ἐστι τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ μετὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μόνον ἀκούσας ἐκ τῶν θείων Γραφῶν ὁμολογεῖς καὶ πι-
C στεύεις ἔχειν Πνεῦμα τὸν Θεόν· οὕτω κἀγὼ ὁ Χριστιανὸς ἀπεριέργως καὶ ἀνερμηνεύτως ὁμολογῶ τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ ἀπαιτεῖς με εἰπεῖν, πότε καὶ πόθεν καὶ πῶς ἔσχεν Υἱὸν ὁ Θεὸς, εἰπέ μοι σὺ πρῶτον πότε καὶ πόθεν καὶ πῶς ἔχει Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ λέγω σοι κἀγὼ πῶς προανάρχως ὁ Θεὸς ἐγέννησε τὸν Υἱόν. Ὥσπερ γὰρ σὺ οὐ λέγεις τὸν Θεὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ δύο θεοὺς, οὕτως οὐδὲ ἐγὼ λέγω Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα τρεῖς θεοὺς, μὴ γένοιτο! Ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος καὶ ἡ θέρμη αὐτοῦ καὶ ἡ ἀκτὶς
VI. Nunc ergo, fratres, Deo agente patienter et nos ad pœnitentiam provocante, de gravi somno evigilemus, quia adversarius noster *quasi leo rugiens circuit quærens quem devoret* [16], cui acriter resistendum est, et sciendum eadem etiam certamina nostris evenisse majoribus. Non deficiamus laborantes, jacientesque virtutum semina, ut in futuro gaudia metere possimus, audiamusque Paulum docentem : Tu autem qui servasti doctrinam, eruditionem, studium, patientiam, persecutionem [17], et sanctorum exempla sectantes, permaneamus in eo quod cœpimus, habentes principem et perfectorem Jesum. Intelligamus comam capitis nostri in via, ut sit unguentum in barba nostra, ut ad oram perveniat vestimenti [18], ut possimus implere universa quæ scripta sunt.

VII. Quapropter, o duces et præpositi monasteriorum ac domorum, quibus crediti sunt homines, et apud quos inveniuntur T, sive I, sive E, sive A, ut in commune dicam, quibus crediti sunt homines, singuli cum turmis suis exspectent Salvatoris adventum, ut conspectui illius ornatum armis exercitum præparent. Ne refrigeretis eos in carnalibus, et spiritalia non tribuatis alimenta. Aut rursum doceatis spiritalia, et in carnalibus affligatis, in escis videlicet atque vestitu. Sed et spiritales et carnales cibos pariter tribuite, et nullam detis eis occasionem negligentiæ. Aut quæ est ista justitia, ut fratres labore affligamus, et ipsi otio vacemus? aut eis jugum imponamus, quod ipsi ferre non possumus? Legimus in Evangelio : *Qua mensura*

[2] Baruch. III, 9-15. [3] Rom. XI, 21. [4] I Cor. X, 11. [5] I Cor. V, 5. [6] Psal. CXXVI, 5. [7] Isa. XXVI, 2. [8] Jer. XVII, 7-10. [9] Thren. IV, 20. [10] Psal. CXVIII, 105. [11] ibid. 50. [12] Psal. XVIII, 8. [13] Rom. VII, 12. [14] Psal. XXXVI, 24. [15] Prov. XXIV, 16. [16] I Pet. V, 8. [17] II Tim. III, 10. [18] Psal. CXXXII, 2.

Digitized by Google

mensi fueritis, remetietur vobis [19]. Unde et laborem et refrigeria cum ipsis habeamus communia, nec discipulos servos putemus, et illorum tribulatio sit nostra lætitia, ne sermo evangelicus nos cum Pharisæis corripiat : *Væ vobis legis peritis, qui ligatis onera importabilia, et imponitis ea super humeros hominum, et ipsi ne digito quidem audetis attingere* [20].

VIII. Sunt aliqui attendentes semetipsos, ut viventes juxta mandatum Dei sibi loquuntur, et dicunt : Quid mihi est cum aliis ? Ego vero ut serviam Deo, et mandata ejus impleam, non ad me pertinet quid alii faciant. Hoc Ezechiel corripit dicens : *O pastores Israel, nunquid semetipsos pascunt pastores ? nonne oves pascunt ? Ecce lac comedistis, et lanis operimini ; quod pingue est immolastis, et quod infirmum non confortastis ; quod fractum est non ligastis ; quod errabat non reduxistis, quod perierat non quæsistis, quod forte erat fecistis labore deficere, et dispersistis oves meas, eo quod non haberent pastores* [21]. Propterea ipse Dominus veniet cum senioribus et principibus suis, et complebitur illud in nobis : *Exactores vestri deprædantur vos, et qui repetunt, errare vos faciunt* [22]. Quin magis audire debemus : *Beata terra, cujus rex filius : ingenui et principes tui in tempore comedunt in fortitudine, et non confundentur* [23].

IX. Ideo, o homo, usque ad unam animam quæ tibi credita est, monere non cesses et docere quæ sancta sunt, et te ipsum bonorum operum præbere exemplum, et cavere quam maxime, ne alterum ames et alterum oderis ; sed et cunctis exhibeas æqualitatem : ne forte quem tu diligis, Deus oderit ; et quem tu oderis Deus diligat. Nulli erranti pro amicitia consentias, et alterum premas, et alterum subleves, et pereat labor tuus. Sedentes in locis humilioribus in quibus Pater noster præcipit penitus non sedendum, caveant præpositi domorum, ne forsitan quilibet unus ex fratribus præposito injuriam fecerit, et iratus ille discernat, ac dicat : Quid causæ habeo ad hominem contemptorem ? Faciat quod vult, ad me non pertinet ; nec eum moneo, nec errantem corrigo ; sive salvetur, sive pereat, ad me non pertinet. O homo, quid hæc loqueris ? intellige quo furore supercris ; et odium occupavit cor tuum, ut magis tuo vitio quam suo peccato frater pereat ; cui debes ignoscere et eum suscipere pœnitentem, ut possis illud evangelicum dicere : *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* [24]. Si ergo vis ut Deus peccata tua tibi dimittat ; et tu dimitte fratri tuo quidquid illud est quod in te peccavit, memor illius præcepti : *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo* [25] ; et Salomonis monentis : *Suscita civem tuum pro quo spopondisti* [26] ; et iterum : *Ne cesses erudire parvulum ; si enim virga percusseris eum, non morietur* [27]. Moysen quoque ausculta dicentem : *Correptione corripies proximum tuum, ne habeas peccatum pro eo* [28]. Ne eveniat rursum illud Salomonis : *Qui non prædicit filio, ut se custodiat a perditionibus, velociter dissolvetur* [29].

X. Omnes quibus fratrum cura commissa est, parent se adventui Salvatoris et formidoloso tribunali ejus. Si enim pro se ipso reddere rationem, plenum est discriminis ac timoris ; et quanto magis pro alterius culpa subire cruciatum, et incidere in manus Dei viventis ? Nec possumus obtendere ignorantiam, cum scriptum sit : *Omne factum Deus adducet in judicio, in omnibus quæ neglecta sunt, sive bonum, sive malum* [30] ; et in Apostolo legimus : *Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut unusquisque recipiat pro eo quod operatus est, sive bonum, sive malum* [31]. Isaias quoque diem constitutam significat, in qua judicaturus sit Deus orbem terræ in justitia, dicens : *Ecce dies Domini insanabilis venit furoris et iræ, ut ponat orbem terræ in deserto, et perdat peccatores de eo* [32]. Scimus quia omnia quæ in lege scripta sunt, et prophetarum nobis vaticinia prædixerunt, sanctus quoque Pater noster erudivit, nos esse retinendos et reddituros rationem de singulis, quare non fecerimus ea, aut negligentius fecerimus. Loquitur enim cui traditum est a Patre omne judicium, et Veritas erudit veritatem : *Non putetis quia ego accuso vos ad Patrem ; est qui vos accuset Moyses, in quo vos speratis. S. enim crederetis Moysi, crederetis et mihi : de me enim ille scripsit* [33].

XI. Ex quibus omnibus discimus, quod oporteat nos stare ante tribunal Christi, et de singulis non solum operibus, sed et cogitationibus judicari ; et post rationem vitæ nostræ, etiam pro aliis qui nobis crediti sint, reddituros esse similiter rationem. Et hoc non solum de præpositis domorum audiendum est, sed et de monasteriorum principibus, et de singulis fratribus qui reputantur in plebem : quia omnes invicem debent sua onera portare, ut adimpleant legem Christi [34], et audiant Apostolum scribentem ad Timotheum : *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et professionem falsi nominis scientiæ* [35]. Et nos habemus depositum a Deo traditum, conversatione fratrum, pro quibus laborantes et exspectamus futura præmia, ne forsitan dicatur et nobis : *Dimitte populum istum, ut abeat* [36] ; et traditiones Patris nostri deserentibus ingeratur : *Qui habent legem non noverunt me, pastores egerunt impie in me* [37]. Unde alios corripit dicens : *Ego dedi hæreditatem meam in manu tua, tu autem non dedisti ullam misericordiam ; senes aggravasti jugo* [38]. Quod et nos non solum audire, verum etiam intelligere necesse est : *Qui enim ignorat, ignorabitur* [39]. Et in alio loco scriptum est : *Quia tu scientiam meam repulisti,*

[19] Matth. VII, 2. [20] Matth. XXIII, 4. [21] Ezech. XXXIV, 2-5. [22] Isa. III, 12. [23] Eccle. X, 17. [24] Matth. VI, 12. [25] Lev. XIX, 17. [26] Prov. VI, 1. [27] Prov. XXIII, 13. [28] Lev. XIX, 17. [29] Prov. XIX, 18. [30] Eccle. XII, 14. [31] II Cor. V, 10. [32] Isa. XIII, 9. [33] Joan. V, 45, 46. [34] Gal. VI, 5. [35] I Tim. VI, 20. [36] Exod. V, 1. [37] Jer. II, 8. [38] Isa. XLVII, 6. [39] I Cor XIV, 38.

Digitized by Google

et ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi [40].

XII. Itaque, fratres charissimi, qui cœnobiorum vitam et præcepta sectamini, state in arrepto semel proposito, et implete opus Dei, ut Pater qui primus instituit cœnobia, gaudens pro nobis loquatur ad Dominum : Sicut tradidi eis, sic vivunt. Quod idem et Apostolus adhuc in corpore constitutus loquebatur : *Laudo autem vos, quod in omnibus meministis mei; et sicut tradidi vobis, traditiones meas custodistis* [41].

XIII. Et vos ergo, monasteriorum principes, estote solliciti, et adhibete omnem curam pro fratribus cum timore et justitia Dei ; nec abutamini potestate in supplicia, sed exemplum præbete vos cunctis et subdito gregi, sicut et Dominus noster in omnibus exemplum se præbuit, qui posuit quasi oves familias, ut misereamini gregi vobis credito, et memineritis apostolicæ sententiæ, in qua ait : *Nihil subtraxi, ut non annuntiarem vobis omnem voluntatem Dei* [42]; et iterum : *Non cessavi deprecando unumquemque vestrum, et docendo vos publice* [43]. Videte quanta viscera et quanta misericordia fuerint in homine Dei, qui non solum sollicitus est pro omnibus Ecclesiis, sed languet cum languentibus, et omnium sustinet passiones. Caveamus, ne per nostram negligentiam aliquis scandalizetur et corruat, et obliviscamur verborum Domini Salvatoris, qui in Evangelio loquitur : *Pater; quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam* [44]. Nullam animam contemnamus, ne quisque per nostram duritiem pereat. Si enim aliquis propter nos fuerit mortuus, anima nostra pro illius anima tenebitur in reatu. Quod quidem et Pater noster indesinenter nobis solebat inculcare, et monebat, ne illud eloquium impleretur in nobis : Singuli opprimunt proximum suum. Et iterum : *Si invicem mordetis et devoratis, videte ne ad invicem consumamini* [45]. Ex quo apparet quod qui alterius servat animam, custos animæ suæ sit.

XIV. Sed et vos qui secundi estis monasterii, primos vos exhibete virtutibus, ne quis vitio vestro pereat. Ne incurratis in illud opprobrium, in quod incurrit ille, qui comedit et bibit cum ebriis, et non dedit in tempore suo conservis cibaria : *Et veniet Dominus in die qua non sperat, et in hora qua nescit, ut dividat eum, et ponat partem ejus cum hypocritis, ubi fletus et stridor est dentium* [46]. Ne quos apprehendat e vobis similis condemnatio, sed cum tempora venerint refrigerii, mereamur audire : *Euge, serve bone et fidelis, quia super modicum fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui* [47].

XV. Vos quoque, præpositi domorum singularum, parati estote ad respondendum omnibus, qui a vobis exigunt rationem super ea fide quæ in vobis est [48]. Monete eos qui inordinati sunt, consolamini pusillanimes, sustinete infirmos, patienter agite ad omnes, et audite Apostolum monentem : *Et vos, patres, nolite ad iram provocare filios vestros, sed enutrite illos in disciplina et admonitione Domini* [49]; et scitote, quia *cui plus datum est, plus quæretur ab eo; et cui plus creditum est, amplius exigetur* [50]. Nec tantum ea consideretis quæ vobis prosint, sed illa quæ proximis ; et impleatur in vobis Scriptura dicens : *Quia vos sequimini unusquisque utilitatem domus suæ; idcirco continebit cœlum rorem suum, et terra non dabit fructus suos, quoniam ingravastis contra me sermones vestros* [51]. Dicitur et alibi : *Quia non fecistis uni ex minimis meis, nec mihi fecistis* [52].

XVI. Sæpius dicam, et eadem repetam : Cavete ne alios diligatis, alios oderitis ; ne hunc sustentetis, et illum negligatis, et cassus inveniatur labor vester, et omnis sudor pereat ; et quando exieritis de corpore, et de mundi hujus turbine liberati, portum vos putaveritis quietis intrare; tunc inveniatis injustitiæ naufragia, et in qua mensura mensi estis, remetiatur vobis ab eo qui personas in judicio non accipit. Si quid mortale aut aliquid turpitudinis ob negligentiam præpositorum in domibus commissum fuerit, post illorum propria supplicia, præpositus quoque reus tenebitur criminis : quod nobis semper sanctæ memoriæ Pater noster solebat ingerere.

XVII. Quamobrem cum omni cautione et sollicitudine singuli commissum sibi gregem custodiant, et imitentur pastores de Evangelio, ad quos non dormientes, sed vigilantes venit angelus Dei, et Salvatoris eis annuntiavit adventum [53]. Qui et ipse loquitur : *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis : qui autem mercenarius est, et non est pastor, cujus non sunt oves, videt lupum venientem, et dimittit gregem et fugit, et lupus rapit eum atque devastat, quia mercenarius est, et non ad eum pertinet de ovibus* [54]. De bonis autem pastoribus Lucæ scribit historia : *Erant autem pastores observantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et angelus Domini venit ad eos, et gloria Dei circumfulsit eos, et timuerunt timore magno. Dixitque eis angelus : Nolite timere, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo : Quia est hodie vobis natus Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hujus rei signum erit vobis : Invenietis infantem pannis involutum, et positum in præsepi* [55]. Num illi soli eo tempore pascebant oves, et per desertum sequebantur gregem ? Sed quia soli erant solliciti, et naturalem noctium somnum insidiantium luporum timor superabat ; idcirco primi audire meruerunt quod in vicino sit : at Hierosolyma dormiens ignorabat. Unde et David dicit : *Ecce non dormiet, qui custodit Israel* [56]. Itaque et vos cum tremore et timore vigilate, operantes ve-

[40] Ose. IV, 6. [41] I Cor. XI, 2. [42] Act. XX, 20. [43] ibid. 31. [44] Joan. XVII, 12. [45] Gal. V, 15. [46] Matth. XXIV, 50, 51. [47] Matth. XXV, 21, 23. [48] I Petr. III, 15. [49] Ephes. VI, 4. [50] Luc. XII, 48. [51] Agg. I, 9, 10. [52] Matth. XXV, 45. [53] Luc. II, 8. [54] Joan. X, 11-13. [55] Luc. II 8-12. [56] Psal. CXX, 4.

Digitized by Google

stram salutem, et scientes quod universitatis Dominus, per quem omnis caro receptura est quidquid operata est, post resurrectionem solis apostolis apparuit, et dixit apostolorum principi Petro : *Simon Joannis, diligis me plus his ? Respondit ei : Domine, tu scis quia ego diligo te. Dicit ei Jesus : Pasce agnos meos. Dicit ei rursum secundo : Simon Joannis, diligis me ? Respondit ei : Etiam Domine, tu scis quia diligam te. Dicit ei : Pasce oves meas* [57]. Tertio præcepit ut pasceret oves : et in illo omnibus nobis hoc injunxit officium, ut diligenter pascamus oves Domini, et in die visitationis ejus pro labore ac custodia recipiamus quæ nobis in Evangelio promisit, dicens : *Pater, volo ut ubi sum ego, et isti sint mecum* [58]. Et iterum : *Ubi ego sum, ibi et minister meus erit* [59]. Respiciamus ad promissa ; et ad præmia B credituli, facilius omnem perferamus laborem, ambulantes sicut ambulavit ipse Dominus, qui promissor est præmiorum.

XVIII. Vos quoque qui secundi estis singularum domorum, humilitatem sectamini et modestiam ; et singula præcepta majorum vitæ communis normam putate, ut in illis conservandis vestras servetis animas, et similes sitis ei qui ait : *Anima mea in manibus meis semper* [60]. Filius glorificet patrem, et lætamini fructibus vestris, quia absque operibus et fructibus nullus Domini societate lætabitur, ut cum habueritis fructum in Domino, ipso hærede et cohærede potiamini.

XIX. Sed et vos omnes fratres, qui subjecti estis C per ordinem liberæ servitutis, *habetote accinctos lumbos vestros et ardentes lucernas in manibus ; similes servorum qui expectant dominum suum quando revertatur de nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, statim aperiant ei. Beati servi, quos veniens Dominus invenerit vigilantes* [61]. Sic et vobis fiet, si longus labor lassitudinem non operetur in vobis ; vocabimini ad cœleste convivium, et angeli ministrabunt vobis. Hæ sunt repromissiones custodientium mandata Dei, et ista præmia futurorum. *Gaudete in Domino ; rursum dico, gaudete* [62]. Subjecti Patribus cum omni obedientia ; sine murmurationibus et cogitationibus variis, simplicitatem animæ ad bona opera perferentes, ut pleni virtutibus et timore Dei, digni efficiamini adoptione Dei. *Arripite scutum fidei,* D *in quo possitis omnes sagittas diaboli ardentes restinguere, et gladium spiritus, quod est verbum Dei* [63]. *Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ* [64]. Audite Paulum loquentem : *Filii, obedite parentibus* [65], et possidete salutem animarum vestrarum per eos qui vobis præpositi sunt. Et in alio quoque loco scriptum est : *Acquiescite principibus vestris et subjicimini, quia ipsi vigilant pro animabus vestris, rationem reddentes pro vobis* [66]. Et A semper illud timete, quod idem Apostolus loquitur : *Templum Dei estis, et Spiritus Domini habitat in vobis. Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus* [67]. Et iterum : *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis justi judicii* [68].

XX. Servate pudicitiam corporis vestri, ut sitis *hortus conclusus, fons signatus* [69]. *Qui enim natus ex Deo, non peccat ; quoniam semen illius in eo permanet* [70]. Idem Joannes loquitur : *Scribo vobis, juvenes, quoniam fortes estis, et sermo Dei in vobis permanet, et vicistis malignum* [71]. Cum et vos viceritis inimicum, Deo vobis præbente auxilium, tunc et ipse dicet : *Eruam eos de inferno, et redimam eos de morte : ubi est, mors, contentio tua ? ubi est, mors, stimulus tuus* [72] ? Si vero mortem devorabimus, superabimus eam, et dicetur nobis : *Mors eis nequaquam dominabitur* [73] : quoniam mors qua peccato mortui semel sumus, in nobis mortua est, et vita qua in Christo vivimus, semper vivimus. Qui enim in carne moritur, justificabitur a peccato [74]. Nequaquam ultra vivamus in desideriis hominum, sed reliquam vitam in voluntate Dei expleamus. Qui timetis Dominum, armate vos castitate, ut audire mereamini : *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu* [75]. Et scitote quod perfectis perfecta tribuantur, et inanibus reddantur inania, juxta sermonem evangelicum : *Qui habet dabitur ei, et abundabit : qui autem non habet, quod videbatur habere auferetur ab eo* [76]. Imitemur virgines sapientes [77], quæ cum sponso thalamum ingredi meruerunt, quæ habebant in vasis suis et lampadibus oleum bonorum operum. Porro stultæ virgines clausam thalami januam repererunt, quia ante nuptias parare sibi oleum noluerunt. *Hæc in figura contingebant illis ; scripta sunt enim ad correctionem nostram* [78] ; ut evitemus vetera, et servemus præcepta Sapientis, qui ait : *Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum, lætificabis cor meum, et commemorabunt labia mea sermones tuos* [79], si tamen recti fuerint. Et iterum : *Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Dei esto tota die ; et Dei cultum observa jugiter* [80].

XXI. Vigilemus attentius, et sciamus, quod magnam nobis Deus præstiterit gratiam per Patrem nostrum Pachomium, ut renuntiaremus sæculo ; et omnem sollicitudinem mundi, et curas rerum sæcularium pro nihilo poneremus. Quæ nobis occasio relicta est, ut habeamus quidquam proprium a funiculo usque ad corrigiam calceamenti, cum habeamus præpositos, qui pro nobis cum timore et tremore solliciti sunt tam in cibo, et vestitu, et corpusculi languore si forte obvenerit ; ut in nullo timeamus, et per occasionem carnis animæ emolumenta perdamus ? Liberi sumus ; jugum de cervi-

[57] Joan. xxi, 15-17. [58] Joan. xvii, 24. [59] Joan. xii, 26. [60] Psal. cxviii, 109. [61] Luc. xii, 35-37. [62] Philipp. iv, 4. [63] Ephes. vi, 16, 17. [64] Matth. x, 16. [65] Coloss. iii, 20. [66] Hebr. xiii, 17. [67] I Cor. iii, 16, 17. [68] Ephes. iv, 30. [69] Cant. iv, 12. [70] I Joan. iii, 9. [71] I Joan. ii, 14. [72] Ose. xiii, 13 ; I Cor. xv, 55. [73] Rom. vi, 9. [74] Rom. viii, 4. [75] ibid. 9. [76] Marc. iv, 25. [77] Matth. xxv, 4 seqq. [78] I Cor. x, 11. [79] Prov. xxiii, 15, 16. [80] ibid. 17.

Digitized by Google

cibus nostris mundanæ servitutis abjecimus; cur rursum volumus reverti ad vomitum nostrum, et aliquid habere unde solliciti simus, et quod perdere metuamus? Ad quos usus superfluum palliolum, aut epulæ lautiores, aut melior lectus, cum omnia in commune sint præparata, et nihil cruce Christi durius sit? juxta quam viventes Patres nostri, ædificaverunt nos super fundamentum apostolorum et prophetarum, et Evangeliorum disciplinam, quæ angulari continetur lapide Domino Jesu Christo [81]: quem sequentes de mortifera altitudine ad vitalem descendimus humilitatem, divitias paupertate mutantes, et delicias simplici cibo.

XXII. Nolite, obsecro vos, oblivisci semel arrepti propositi, et traditiones Patris nostri scalas putemus ad cœlorum regna tendentes. Ne desideretis quæ ante calcastis. Sufficit nobis habere quod homini satis est, duo levitonaria, et alium attritum, et palliolum lineum, duos cucullos, zonam lineam, gallicas, pellem et virgam. Cui ministerium aliquod et dispensatio est credita monasterii, et si ex ea lucrum faciat, scelus putetur, et sacrilegium quidquam ex ea contingere et in propriam vertere requiem, quasi despiciens eos qui non habent, et felici paupertate sunt divites, ut non solum ipse perierit, sed et cæteros provocet ad pereundum. Et illi quidem qui incurvaverunt cervicem suam, et cum omni humilitate et afflictione lugentes atque plangentes in præsentiarum placuerunt Deo, cum de corpusculo isto exierint, ducentur, et accumbent cum sanctis patribus Abraham, Isaac et Jacob, prophetis et apostolis; et consolatione digna fruentur, sicut et Lazarus fruitus est in sinu Abraham. Qui autem vixerunt in cœnobio, et de communi in suos aliquid averterunt usus, væ eis! cum de corpore exierint dicetur illis: *Mementote quia recepistis bona in vita vestra* [82]; fratribus laborantibus, et jejuniis et continentia et incessabili labore sudantibus. Idcirco videte eos in gaudio atque lætitia, qui reliquerunt præsentem vitam, ut futuram consequerentur: vos autem in squalore ac tormentis et miseria constitutos, quia noluistis evangelicum audire sermonem, et Isaiæ contempsistis verba dicentis: *Ecce qui serviunt mihi comedent; vos autem esurietis. Ecce qui serviunt mihi bibent, vos autem sitietis. Ecce qui serviunt mihi exsultabunt; et vos clamabitis propter dolorem cordis vestri, et ob contritionem spiritus ejulabitis* [83]. Audistis omnes beatitudines Scripturarum, et noluistis suscipere disciplinam.

XXIII. Ideo, fratres, æquales simus, a minimo usque ad maximum, tam dives quam pauper, concordia et humilitate perfecti, ut de vobis quoque possit dici: *Qui multum, non abundavit; qui parum, non indiguit* [84]. Ne quis suis provideat deliciis, cernens fratrem in paupertate et angustia constitutum, et dicatur ei illud propheticum: *Nonne Deus unus creavit vos? Nonne Pater unus omnium vestrum? Quare dereliquistis unusquisque fratrem suum, ut abominabile facerent testamentum patrum vestrorum? Derelictus est Juda, sed abominatio facta est in Israel* [85]. Quapropter juxta illud quod Dominus atque Salvator præcepit apostolis dicens: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut et ego dilexi vos; et in hoc sciemini, quod discipuli mei estis* [86]; nos invicem amare debemus, et ostendere quod vere simus famuli Domini nostri Jesu Christi, et filii Pachomii, et discipuli cœnobiorum.

XXIV. Si præpositus domus aliquem corripuerit ex fratribus qui sibi subjecti sunt, erudiens eum in timore Dei, et cupiens ab errore corrigere; et alius voluerit pro eo loqui, et eum defendere, subvertens cor illius: qui hoc facit, peccat in suam animam; quia subvertit eum qui corrigi poterat, et consurgentem dejicit in terram, atque ad meliora tendentem mala persuasione decepit, errans ipse et alios errare faciens. Huic illud aptabitur congruenter: *Væ qui potum dat proximo suo subversionem turbidam, et inebrians eum* [87]; *Væ qui errare facit cæcum in via* [88]; *Qui scandalizat quempiam de his qui credunt Deo: expedit ei ut appendatur ei mola asinaria super collum ejus, et præcipitetur in mare* [89]. Quia subvertit, ut diximus, sublevantem se, et obedientem transtulit ad superbiam; et eum qui in dulcedine charitatis poterat ambulare, convertit in amaritudinem; et subjectum legibus monasterii malis consiliis depravavit, fecitque odisse eum et contristari contra illum qui eum docebat Domini disciplinam, lites serens inter fratres atque discordias, et non timens illud quod scriptum est: *Tu quis es, qui judicas alienum servum? Suo domino stat, aut cadit. Stabit autem; potens est enim Dominus rursum statuere illum* [90]. Considera quid dixerit: *Potens est autem Dominus statuere illum.* Non ille potens est, qui verba Domini præterit.

XXV. Unde, fratres, magnopere devitemus alicujus mentem subvertere contra doctorem et monitorem suum; et meminerimus Scripturæ dicentis: *Libera cor tuum a malitia, ut salveris* [91]. Nec pro obedientia superbiam et contumaciam in cordibus nostris invicem seminemus. Qui enim timet Dominum suum, si viderit fratrem suum errare et labi, magis debet monstrare quæ sancta sunt, et rectum iter ostendere, ut cum omni castitate et tremore Dei incedens, illam Salomonis exsequatur sententiam: *Libera eos qui ducuntur ad mortem, et redimere de interfectione non cesses* [92]. Nec dicas: Nescio hunc. Scito quoniam Deus corda omnium novit. Et Judas in Epistola loquitur sua: *Et hos quidem de igne rapientes, et odio habentes commaculatam tunicam* [93]. Caveamus hujuscemodi vestimentum, et *induamur potius armaturam Dei, ut possimus resistere contra insidias diaboli. Non est enim*

[81] Ephes. II, 20. [82] Luc. XVI, 25. [83] Isa. LXV, 13, 14. [84] II Cor. VIII, 15. [85] Malach. II, 10, 11 [86] Joan. XIII, 34, 35. [87] Habac. II, 15. [88] Deut. XXVII, 18. [89] Matth. XVIII, 6. [90] Rom. XIV, 4. [91] Jer XV, 14. [92] Prov. XXIV, 11. [93] Jud. 23.

Digitized by Google

nobis pugna contra carnem et sanguinem, sed adversus potestates et principatus, adversus rectores tenebrarum harum, adversus spiritalia nequitiæ in cœlestibus [96].

XXVI. Hoc quoque maxime providendum est, ne quis in alteram domum et alterius cellulam commendet aliquid, et contra monasterii faciat disciplinam. Qui talis est, non est in numero fratrum, sed mercenarius et advena; nec Pascha Domini inter sanctos debet comedere, quia factus est lapis scandali in monasterio, et de eo posset dici : *Lapides de via mea projicite* [98]. Si enim levitonaria nostra quando lavamus, sicca non fuerint, usque ad vesperam non habemus potestatem apud nos tenere, damusque præposito cui crediti sumus, vel ei cui creditum est cellarium, ut deferat ad eum locum ubi vestimenta pariter omnium reservantur, et mane nobis dantur ut expandamus illa ad solem, et cum sicca fuerint non apud nos tenemus, sed damus in commune servanda juxta præcepta majorum : quanto magis ea quæ proprie visus es possidere, si alteri commendaveris aut in tua volueris esse potestate, peccas in monasterii disciplinam, et non intelligis Paulum tibi loquentem : *Vos autem in libertatem vocati estis; tantum ne libertate in occasionem carnis abutamini, sed charitate servite invicem* [99]; et iterum : *Dominus juxta est; nolite esse solliciti, sed estote in oratione intenti et deprecationibus* [97]. Sciat quoque ille qui ab alio susceperit commendatum, et rem se arbitratur facere piam ut fratrem refrigeret, quod peccet contra animam suam, subvertens regulam monasterii. O stulte, anima tua commissa est præposito tuo; et qui animam tuam corpusque custodit indignus habebitur ut peritura conservet? Amemus justitiam, ut justificemur. Legimus enim : *Misericordia occurrit his qui faciunt veritatem* [98].

XXVII. Hoc quoque observandum est, ne quis, stulta cogitatione deceptus, imo diaboli laqueis irretitus, dicat in corde suo : Quando morior, tunc dono fratribus quod habuero. O stultissime hominum, ubi hoc scriptum invenisti? Nonne omnes sancti servientes Deo statim omnem sæculi sarcinam deposuerunt? Nonne in Actibus apostolorum, omnia quæ habebant, ad pedes apostolorum deferebant [99]? At quomodo poteris mortuus justitiæ induere vestimentum, qui illud vivus habere non meruisti? Quare oblitus es illud, quod scriptum est : *Quod seminaverit homo, hoc et metet* [1]; et : *Unusquisque recipiet juxta quod egit* [2]; et : *Reddet unicuique juxta opera sua* [3]; et iterum : *Ego Dominus scrutans corda et probans renes, ut reddam unicuique juxta vias suas et juxta fructum adinventionum ejus* [4-5]? Quare nondum versaris in vita, et in hoc corpusculo constitutus non audis David loquentem : *Thesaurizat, et ignorat cui congregat ea* [6]; et sermonem evangelicum, avarum corripientem : *Stulte, hac nocte animam expetent a te : quæ autem præparasti, cujus erunt* [7]? et iterum : *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum* [8]. Stulte, quare non vis audire Dominum cohortantem : *Vade, et vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et tolle crucem tuam, et veni, et sequere me* [9]? Quod adolescens audiens conversus est retro; non enim erat rectum cor ipsius; et ideo non potuit gravem divitiarum sarcinam deponere. Habebat quidem voluntatem, ut Scriptura testatur, perfectæ vitæ, et splendore virtutum trahebatur ad laudem, sed retrahebant eum currentem divitiæ, nec poterat Salvatoris audire doctrinam, quia adhuc de mundi deliciis cogitabat. Unde et Salvator loquitur : *Difficile est eos qui habent divitias intrare in regna cœlorum* [10]; et iterum : *Nemo potest duobus dominis servire : aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut uni est obediens, et contemnet alterum. Non potestis Deo servire et mammonæ* [11]. Pharisæi autem cum essent avari, hæc audiebant et irridebant : quorum incredulitatem devitemus, nec irrideamus eos qui nos provocant. Renuntiemus mundo, ut perfecti perfectum sequamur thesaurum. Quorum animam possidet avaritia, his videtur pro Christo stulta paupertas. *Quæstus est magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, nec auferre quid possumus; habentes enim victum et vestitum, his contenti simus. Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum, in concupiscentias multas quæ sunt stultæ et noxiæ, et demergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas* [12].

XXVIII. Usque hodie Elias Israelem corripit dicens : *Quousque claudicatis pede? Si Deus est, ite et sequimini eum* [13]. Et nobis loquitur : Si mandata sunt Dei quæ per Patrem nostrum tradidit nobis, et quæ sequentes possumus pervenire ad regna cœlorum, toto eadem desiderio compleamus : si autem sequimur cogitationes nostras, et ad aliud tendit animus, cur non errorem simpliciter confitemur, et ostendimus, nos esse quod videri erubescimus? Ne forte dicatur et nobis : *Quare polluistis locum meum sanctum* [14]? Et : *Ejiciam eos e domo mea* [15]. Siquidem conciliabula monachorum vere Dei domus est, et sanctorum vinea, sicut scriptum legimus : *Vinea facta est Salomoni in loco qui vocatur Beelamon; dedit eam custodibus; unusquisque affert pro fructibus ejus mille argenteos. Vinea mea in conspectu meo est : mille Salomoni, et ducenti his qui custodiunt fructum ejus* [16]. Ne igitur polluentes eam projiciamur, sicut in Evangelio legimus [17], ejectos esse de templo qui vendebant in eo oves et boves : nummularios quoque ingrediens Dominus atque Salvator, et faciens sibi flagellum de funiculis, ejecit e templo, et fundens æra mensasque venden-

[96] Ephes. VI, 11, 12. [98] Jer. L, 26. [98] Gal. V, 13. [97] Philipp. IV, 5, 6. [98] Psal. LXXXIV, 11. [99] Act. IV, 35. [1] Gal. VI, 8. [2] Ephes. VI, 8. [3] Rom. II, 6. [4-5] Jer. XVII, 10. [6] Psal. XXXVIII, 7. [7] Luc. XII, 20. [8] Psal CXLV, 4. [9] Matth. XIX, 21. [10] Matth XIX, 23. [11] Matth. VI, 24; Luc. XVI, 13. [12] I Tim. VI, 6-10. [13] III Reg. XVIII, 21. [14] Ezech. XII, 26. [15] Ose. IX, 15. [16] Cant. VIII, 11, 12. [17] Joan. II, 14, 15.

Digitized by Google

tium, et his qui vendebant columbas ait : *Auferte hæc omnia, et nolite facere domum Patris mei domum negotiationis* [18]. Scriptum est enim : *Domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus; vos autem fecistis eam speluncam latronum* [19]. Et alibi : *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus* [20].

XXIX. Obsecro vos, fratres, ne de nobis quoque dicatur : *Alius quidem esurit, alius autem ebrius est : an domos non habetis, ut bibatis et comedatis? nisi forte Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent* [21]. Ad quos dicitur : *Si quis esurit domi comedat, ut non in judicium conveniatis* [22]. Non sit domus nostra vocis alienæ, ne illud nobis congrueuter aptetur : *Opera Ægypti non abstulerunt a se* [23]. Et iterum : *In præceptis meis non ambulaverunt, et Sabbata mea contaminaverunt; propterea cum clamaverint ad me, ego non exaudiam eos* [24]. Non permaneamus in cordis duritia, et ad iracundiam provocemus Deum, et fiat inimicus noster, et dicat : *Ego autem dabo eis præcepta non bona, et justificationes in quibus non vivant* [25]; quia comederunt fructum mendacii, et adoraverunt opera manuum suarum, et repleta est terra eorum a principio augurio, ut terra alienigenarum.

XXX. Ne postquam renuntiaverimus sæculo, et cœperimus vexillum crucis sequi, iterum ad posteriora conversi, quæramus refrigerium temporale, imitantes Ephraim dicentem : *Dives factus sum, et inveni refrigerium mihi* [26]; ne audiamus illud quod et ille meruit audire : *Omnes labores illius non inveniuntur præ iniquitatibus, in quibus peccavit* [27]. Et ne illud impleatur in nobis : *Cœpistis spiritu, et nunc carne consummamini : tanta passi estis sine causa* [28]? Et ille contra nos sermo dicatur : *Lex periit a sacerdote, et consilium a senioribus; et manus populi dissolutæ sunt* [29] : *senes de porta quieverunt, electi a psalmis suis cessaverunt* [30]. Rursumque dicatur : *Propter vos nomen blasphematur in gentibus* [31]; et contemptis institutionibus Patris nostri subrepat oblivio, mediatoremque Dei atque sanctorum nostro vitio negligamus.

XXXI. Quis enim fructus, aut quod signum præceptorum Dei inveniatur in nobis, aut in quo professionem impleamus arreptam? Nonne omnia dimisimus, et avaritiæ subjacemus, et dicitur nobis : *Unde bella, et pugnæ* [32]? nonne ex avaritia? Nam quia unusquisque quærit utilitatem suam, non proximi; usque hodie vivens Ezechiel prophetali sermone nos corripit dicens : *Negotiatores erant in te* [33]. *Filius inhonorat patrem, et pater exprobrat filio* [34]. Quid in die judicii respondebimus, aut quid in novissimo tempore pro defensione nostra poterimus obtendere? Hæc omnia facta sunt nobis, quia *Sacerdotes plauserunt manibus, et populus dilexit similiter* [35]. *Quia sicut populus, sic sacerdos. Propterea reddam ei*, inquit, *secundum vias suas, et cogitationes illius restituam ei* [36].

XXXII. Non de omnibus vobis hæc loquor, sed de his qui majorum præcepta contemnunt : multoque *melius erat illis ignorare viam justitiæ, quam scientes reverti ab eo, quod traditum est illis, sancto mandato* [37]. De hujuscemodi hominibus mœrens Jeremias scribit : *Defecerunt in lacrymis oculi mei, conturbatus est venter meus, effusa est in terra gloria mea, super contritione filiæ populi mei; quia defecit parvulus et lactens in plateis civitatis. Matribus suis dixerunt : Ubi est triticum et vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis urbis, cum funderent animas suas in sinu matrum suarum* [38]. Scimus quod *non in fortitudine equi velit Deus, neque in femoribus viri sibi complaceat* [39].

XXXIII. Et idcirco revertamur ad Dominum Deum nostrum, ut quando oraverimus exaudiat nos, qui quotidie hortatur ut vacemus et cognoscamus eum. Et alibi loquitur : *Revertimini ad me, et ego revertar ad vos* [40]; et iterum : *Revertimini ad me, filii recedentes, et ego dominabor vestri* [41]. Ezechiel similiter contestatur ac dicit : *Quare moriemini, domus Israel? Nolo mortem peccatoris; tantum ut revertatur de via mala sua, et vivat* [42]. Et clementissimus ac totius bonitatis caput clamat in Evangelio ad nos Dominus atque testatur : *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde : et invenietis requiem animabus vestris* [43]. Consideremus quod bonitas Dei ad pœnitentiam nos provocet [44], et sancti viri cohortantur ad salutem. Non induremus corda nostra, neque thesaurizemus iram nobis in die iræ et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique juxta opera sua : sed ex toto corde revertamur ad Dominum, et secundum Moysi verba memorantis : *Si revertaris ad Dominum ex toto corde tuo, mundabit cor tuum et cor seminis tui* [45].

XXXIV. Laboremus sicut boni milites Christi, et observemus illud quod scriptum est : *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, ut ei cui militat, placeat. Si autem quis et in agone contendat, non coronatur nisi legitime certaverit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus ejus participare* [46]. Scriptum est : *Omnes populi ibunt unusquisque in viam suam* [47]. *Nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Ipsi impediti sunt et ceciderunt : nos autem surreximus et erecti sumus* [48].

XXXV. *Qui ambulat in die, non impingit; qui*

[18] Joan. II, 16. [19] Matth. XXI, 13. [20] Isa. LII, 5; Rom. II, 24. [21] I Cor. XI, 21, 22. [22] ibid. 34. [23] Ezech. XX, 8. [24] ibid. 13. [25] ibid. 25. [26] Ose XII, 8. [27] ibid. [28] Gal. III, 3, 4. [29] Ezech. VII, 26, 27. [30] Thren. V, 14. [31] Rom. II, 24. [32] Jac. IV, 1. [33] Ezech. XXVII, 21. [34] Mich. VII, 6. [35] Jer. V, 31. [36] Ose. IV, 9. [37] II Petr. II, 21. [38] Thren. II, 11, 12. [39] Psal. CXLVI, 10. [40] Jer. III, 14. [41] ibid. 22. [42] Ezech. XVIII, 31, 32. [43] Matth. XI, 28, 29. [44] Rom. II, 4-6. [45] Deut. XXX, 2, 6. [46] II Tim. I, 4-6. [47] Mich. IV, 5. [48] Psal. XIX, 8, 9.

Digitized by Google

autem in nocte graditur impingit, quia lumen non est in eo [49]. *Nos autem*, sicut dixit Apostolus, *non sumus filii prævaricationis in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ* [50]; et alibi : *Omnes*, inquit, *filii lucis estis, et filii Dei. Non sumus filii noctis, neque tenebrarum* [51]. Si ergo sumus filii lucis, debemus scire quæ lucis sunt, et facere fructus luminis in omni opere bono : quod enim manifestatur, lux est. Si in toto corde revertamur ad Dominum, et in præceptis sanctorum illius et Patris nostri simplici corde conversamur, abundabimus in omni opere bono. Quod si superemur carnis voluptatibus, in die quasi in media nocte parietem palpabimus, et non inveniemus viam civitatis et habitaculi nostri, de quo dicitur : *Esurientium et sitientium anima deficit* [52]; quia contempserunt legem sibi a Deo traditam, et vocem prophetarum non audierunt; et idcirco non potuerunt ad promissam requiem pervenire.

XXXVI. Vigilemus et attenti simus; si enim naturalibus non pepercit, nec nobis parcet [53]. Non de cunctis, sed de negligentibus loquor, quibus jure aptabitur illa deploratio : *Væ eis qui recesserunt a me! Manifesti sunt quia impie egerunt in me : quia dereliquerunt me fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi contritos lacus, qui non possunt aquam continere* [54]. Et quia non audierunt judices ejus, audiant dicentem Deum : *Constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt : Non audiemus* [55]. Unde ista incredulitas? nonne ex eo, quia alienos cognoverunt, et non adversati sunt? Loquitur et alibi Spiritus sanctus per prophetam : *Ego enim sum Deus Dominus tuus, qui formavi cœlum, et creavi terram : cujus manus condiderunt omnem cœli militiam, et non ostendi eam tibi, ut ambulares post illam* [56]. Quod quidem et per Moysem præcepit, dicens : *Non cum suspexeris cœlum, et videris solem et lunam ac stellas et omne ornamentum cœli, errore deceptus adores ea* [57]. *Ego sum Deus qui eduxi te de terra Ægypti, et Deum extra me nescis, et qui salvos posset facere non est præter me. Ego sum qui te pavi in solitudine, in terra inhabitabili : et impleti sunt saturitate, et elevata sunt corda eorum* [58]. Idcirco, *obliti sunt mei, et ego tradam eos dispersioni in gentibus cunctis* [59].

XXXVII. Quæ audientes quasi de somno expergiscamur, et præbeamus nos dignos Domini servituti, ut misereatur, et dicat nobis : Invocate me, et ego exaudiam vos. Ipse enim ait : *Qui dispersit Israel, congregavit eum* [60]; et alibi : *Non faciam*, inquit, *juxta iram furoris mei, nec sic relinquam ut deleam Ephraim* [61]; et iterum : *Non in æternum puniam vos, nec semper irascar vobis. Spiritus enim a me egreditur, et omne quod spirat ego feci* [62]. Et in eodem loco jungit, ac dicit : *Dedi eis consolationem veram, pacem super pacem his qui erant prope et longe; dixitque Dominus, Sanabo eos* [63]. Cujus ut plene misericordiam cognoscamus, Jeremiæ sermone docet, dicens : *Si elevatum fuerit cœlum in sublime, et si humiliatum pavimentum terræ deorsum, ego non reprobo gentem Israel pro omnibus quæ fecerunt* [64].

XXXVIII. Cumque tanta clementia sit Salvatoris Domini, et nos provocet ad salutem, convertamus corda nostra ad eum : *Quia jam hora est ut de somno evigilemus : nox præcessit, dies autem appropinquavit; deponamus ergo opera tenebrarum, induamur arma lucis* [65]. Filioli mei, primum ex toto corde diligamus Deum; deinde nosmetipsos amemus mutuo, memores præceptorum Dei Salvatoris, in quibus ait : *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis : non sicut mundus dat pacem, ego do vobis* [66]. *In his enim duobus mandatis tota lex pendet, et prophetæ* [67].

XXXIX. Si quis in domo monasterii sub præposito manens, nulla re indigens quam in monasterio habere permissum est; et habet patrem, fratremque et amicum charissimum, nihil ab eis penitus accipiat, non tunicam, non palliolum, non aliam quamlibet rem. Si autem comprobatum fuerit quod minus habeat de his quæ præcepta sunt, culpa omnis atque correctio ad præpositum convertetur.

XL. Vos igitur qui estis principes monasteriorum, si quos aliqua re videritis indigere et esse in angustia constitutos, nolite eos negligere, scientes vos reddituros rationem pro omni grege, *super quem vos Spiritus sanctus constituit inspicere, et pascere Ecclesiam Dei quam acquisivit proprio sanguine* [68]. Propterea *nos qui fortiores sumus, debemus infirmitates invalidorum portare, et non nobismet ipsis placere, sed proximo in bono ad ædificationem. Nam et Christus non sibi placuit, sed, sicut scriptum est : Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me* [69]; et iterum : *Non quæro*, inquit, *quod mihi expedit, sed quod omnibus, ut salvi fiant* [70].

XLI. Si autem Dominus ac Salvator noster ita præcipit, et sancti ita conversati sunt, Patres quoque nostri ita nos docuerunt, consurgamus a somno, et quæ sunt nobis præcepta faciamus. *Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram eruditionem scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus* [71]; et nullus nostrum causa sit erroris alieni, nec æmulemur eos qui prospere agunt in vita sua. Cum enim omnia necessaria carni fuerint consecuti, morientes nihil secum asportabunt. Filii sæculi hujus habent in hoc sæculo fiduciam, quoniam de mundo sunt, et mundus amat quod suum est. Qui autem filii Dei sunt, illius ser-

[49] Joan. XI, 9, 10. [50] Hebr. X, 39. [51] I Thess. V, 5. [52] Psal. CVI, 5. [53] Rom. XI, 21. [54] Jer. II, 12, 13. [55] Jer. VI, 17. [56] Isa. XLV, 7, 18. [57] Deut. IV, 19. [58] Exod. XX, 2. [59] Jer. IX, 15, 16. [60] Jer. XXXI, 10. [61] Ose. XI, 9. [62] Jer. III, 12. [63] ibid. 14. [64] ibid. 19. [65] Rom. XIII, 11, 12. [66] Joan. XIV, 27. [67] Matth. XXII, 40. [68] Act. XX, 28. [69] Rom. XV, 1-3; Psal. LXVIII, 10. [70] I Cor. X, 33. [71] Rom. XV, 4.

Digitized by Google

monis evangelici recordantur : *Si mundus vos odit, scitote quod me primum oderit* [72]; et iterum : *Qui voluerit esse amicus hujus mundi, inimicus fiet Deo* [73]; et rursum : *Tribulationem habebitis : sed confidite, ego vici mundum* [74]; et iterum : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [75]. De filiis autem noctis quid e contrario dicitur? Nonne illud? *Væ vobis, divites, quoniam recepistis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis nunc, quia esurietis. Væ vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis ac flebitis* [76].

XLII. Quamobrem mundi amicitias devitemus, ut illud mereamur audire : *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia. Audivit Dominus, et misertus est mei. Scidisti saccum meum, et accinxisti me lætitia* [77]. Quis enim sanctorum non in luctu ac tristitia per mundi hujus transivit viam? Jeremias : *Non sedi*, inquit, *cum consilio ludentium, sed tremebam a facie manus tuæ. Solus sedebam, quoniam amaritudine repletus sum* [78]. David quoque scribit : *Quasi lugens ac mœrens, sic humiliabar* [79]. Quorum nos vestigiis insistentes, intelligimus quod salus nostra in tempore tribulationis sit, et prophetæ pollicitatio impleatur dicentis : *Non relinquuntur qui in angustia sunt, nisi ad tempus* [80]. Si ergo habet tempus tribulatio et angustia, et non erit sempiterna, seminemus in lacrymis, ut metamus in gaudio, non deficientes; quod noverimus Dominum de tentatione liberare cultores suos.

XLIII. Dominus pater noster est : Dominus judex noster est : Dominus princeps, Dominus rex noster : Dominus ipse nos salvabit : cujus præcepta si neglexerimus, permanebimus in angustia. Ipse enim dicit : *Qui sequuntur me possidebunt terram, et hæreditabunt montem sanctum meum* [81] : quem et nos possidebimus, si impleamus legem ejus et audiamus illud quod dicitur : *Mundas facite in conspectu ejus vias vestras* [82]; et iterum : *Tollite offendicula de via populi mei* [83]; et alibi : *Ejicite de consilio pestilentem, et egredietur cum eo contentio* [84]. Qui justum dicit injustum, et injustum judicat justum, uterque in conspectu Dei immundus est. Caveamus ne dicatur et de nobis : *Filii alienati sunt ei* [85]; et illud : *Filiæ Sion elevatæ sunt, et ambulaverunt in excelso collo, et in superbia oculorum, trahentes pedibus tunicas, et pedibus simul ludentes* [86]; et in correptione nostra rursum prophetalis sermo concordet, dicens : *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena judicio, in qua justitia dormit? nunc autem latrones* [87]; et : *Populus intelligens commiscebatur meretrici. Tu ergo, Israel, ne ignoraberis* [88]. Si vero divina meditemur, poterimus illud dicere, quod et David : *Exsultabo super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa* [89]; et : *Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel et favum ori meo! Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ* [90]; et in alio loco : *Non proposui ante oculos meos rem iniquam : facientes iniquitatem odio habui. Et non adhæsit mihi cor pravum : declinantes a me malignos non agnoscebam : detrahentem in absconso proximo suo, hunc persequebar : superbo oculo et insatiabili corde cum hoc simul non edebam. Oculi mei super fideles terræ, ut facerem eos sedere mecum* [91].

XLIV. Quorum omnium nos imitemur opera, ut sit in diebus nostris pax et justitia, et non nobis illud eveniat quod alibi legimus : *Super terra populi mei spinæ et fenum consurgent* [92]. Sed magis innovemus nobis novalia, et non seminemus super spinas. Cumque custodierimus quæ mandata sunt nobis, manifesti erimus quod diligamus Deum, sicut testatur et in alio loco Scriptura divina : *Qui audit mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me; qui autem diliget me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et veniemus ego et Pater meus, et mansionem apud eum faciemus, et ostendam ei me ipsum* [93]; et : *Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis* [94]. Tollamus nobiscum multos sermones, et convertamur ad Dominum Deum nostrum, et dicamus ei : *Potes dimittere peccata, ut accipiamus bona, et reddamus ei fructum labiorum nostrorum* [95], et delectetur in nobis anima nostra.

XLV. Atque utinam pœniteat nos erroris et negligentiæ, et conversi ad priora dicamus : *Assur non salvabit nos; super equos non ascendemus, nec jam dicemus : Dii nostri opera manuum nostrarum. Deus qui in te est miserebitur pupilli : sanabo habitacula eorum* [96]. Rursumque dicet de nobis : *Diligam eos manifeste, et avertam iram meam ab eis. Ero quasi ros : Israel florebit ut lilium, et mittet radices suas quasi Libanus. Ibunt rami ejus, et erit quasi oliva fructifera, et odor ejus ut thuris. Revertentur et sedebunt unusquisque in tabernaculis suis, et vivent, et confirmabuntur frumento : florebit sicut vinea memoria eorum, sicut odor thuris Ephraim. Quid ei et idolis? Ego humiliabo eum, et confortabo eum. Ego ut juniperus condensa : ex me fructus ejus inventus est. Quis sapiens, et intelligit hæc; aut intelligens, et cognoscit ista* [97]? Atque utinam et nos ex eo fructum afferre valeamus, sine quo nihil boni operis fieri potest.

XLVI. Revertamur ad Dominum, ut de nobis quoque possit dicere : *Peccatorum et iniquitatis eorum memor amplius non ero* [98]. Non relinquamus legem Dei, quam Pater noster ab eo accipiens nobis tradidit; neque parvi ejus mandata pendamus, ne

[72] Joan. xv, 18. [73] Jac. iv, 4. [74] Joan. xvi, 33. [75] Matth. v, 5, 6, 10. [76] Luc. vi, 24, 25. [77] Psal. xxix, 6, 11, 12. [78] Jer. xv, 17. [79] Psal. xxxiv, 14. [80] Isa. liv, 7, 8. [81] Isa. lvii, 13. [82] Jer. vii, 3; xxvi, 13. [83] Jer. l, 26. [84] Prov. xxii, 10. [85] Psal. lvii, 4. [86] Isa. iii, 16. [87] Isa i, 21. [88] Osee. iv, 14, 15. [89] Psal. cxviii, 162. [90] ibid. 103, 54. [91] Psal. c, 3-6. [92] Isa. xxxii, 13. [93] Joan. xiv, 21, 23. [94] Joan. xv, 14. [95] Osee xiv, 3. [96] ibid. 4,5 [97] ibid. 5-10. [98] Isa. xliii, 25.

Digitized by Google

et super nos planctus ille dicatur : *Quomodo obscuratum est aurum et immutatum argentum bonum, effusi sunt lapides sancti in omni viarum principio* [99]? nec post plurimos labores Patris nostri quos pro salute nostra suscepit, se ipsum exemplum virtutis tribuens, et glorians de nobis et apud sanctos loquens : Isti filii mei sunt, et populus meus filii mei, et non denegabunt : et post hujuscemodi testimonium non perdamus fiduciam bonæ conscientiæ, spoliati vestibus quibus nos induit, et introducti ab eo in stadium ut legitime certemus, non superemur ab inimicis nostris. Et postquam venerimus ad illud tempus quo egrediamur de corpore, ne inimici efficiamur Patris nostri, thesauris servientes, ut qui jejuniis et afflictione corporis debuimus acquirere animæ libertatem, carni et deliciis, et pulchrioribus vestimentis stratisque mollioribus nos dedicemus, non solum ipsi pereuntes, sed et alios qui proficere potuerunt, exemplo nostro ducentes ad ruinam, de quibus scriptum est : *Non accepistis spiritum servitutis in timorem* [1], sed fortitudinis, et charitatis, et pudicitiæ; et : *Cibus nos non commendat Deo. Neque enim si comederimus, abundabimus, nec si non comederimus indigebimus* [2]. *Non est enim regnum Dei cibus et potus; sed justitia, gaudium et pax in Spiritu sancto* [3]. Qui in hoc servit Christo, placet Deo, probatus est omnibus. Isaias quoque dicit : *Qui exspectant Dominum, immutabunt virtutem, assument pennas ut aquilæ; current, et non laborabunt: gradientur, et non esurient* [4]. *Idcirco elevabit signum in gentes, et congregabit profugos Israel. Cito velociter venient : non esurient, neque dormitabunt. Non dormient, nec solvent zonas de lumbis suis, neque rumpentur in calceamentis eorum corrigiæ. Quorum jacula acuta sunt et intenti arcus : pedes equorum, ut petra fortissima : rotæ curruum quasi tempestas : impetum facient ut leones, et oderunt ut catuli leonum* [5].

XLVII. Et nos igitur sanctorum imitatores simus, nec obliviscamur institutionis qua nos erudivit Pater noster, dum adhuc esset in corpore. Ne exstinguamus lucernam ardentem quam posuit super capita nostra. Ad cujus lumen in hoc sæculo incedentes, meminerimus quod per studium illius Deus nos in propriam familiam receperit, peregrinis hospitium tribuens, in maris turbinibus constitutis portum ostendens, panem in fame, umbram in æstu, vestimentum in nuditate; imperitos præceptis spiritalibus erudivit, vitiis servientes castitate circumdedit, procul positos sibi junxit. Ne post illius dormitionem obliviscamur tantæ bonitatis et beneficiorum immortalium, vertentes furorem (1) in judicium, et fructum justitiæ in amaritudinem, et loquatur contra nos : *Judicate inter me et vineam meam. Exspectavi ut faceret fructum, et fecit iniquitatem, et non justitiam, sed clamorem* [6]; et veniat super nos illa maledictio, quam prophetalis sermo ille prosequitur, et quam omni studio fugere ac vitare debemus, sequentes conversationem eorum qui nos in Domino præcesserunt, Patrum pariter ac fratrum, qui renuntiantes sæculo et inoffenso ad Dominum pergentes gradu, nunc ejus hæreditate potiuntur : quam vereor ne perdamus nostra desidia, et illud nobis propheticum aptetur, quod dictum est in Ephraim : *Oleum in Ægyptum mercatur* [7]. *Misti sunt in gentibus, et didicerunt opera eorum* [8]. Ne postquam vocati sumus in libertatem, sicut scriptum est : *Tollam vos unum de populo, et duos de familia, et inducam vos in Sion, et dabo vobis pastores secundum cor meum, qui pascant vos cum disciplina* [9]; resolvantur vincula charitatis, et dicatur de nobis : *Filius glorificat patrem, et servus dominum suum. Si Pater ego sum, ubi est gloria mea? Si Dominus, ubi est timor meus* [10]?

XLVIII. Idcirco unusquisque nostrum clamet ad Dominum : *Muri Sion deducant sicut torrentes lacrymas die ac nocte. Ne des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Surge, et lauda in nocte, in principio vigiliarum tuarum; effunde sicut aquam cor tuum in conspectu Domini. Leva ad illum manus tuas pro animabus parvulorum tuorum, qui defecerunt in capite universorum gressuum* [11]. Ne illud contra nos dicatur : *Luxit, et corruptus est orbis. Luxerunt excelsi terræ, et terra impie egit propter habitatores suos; dereliquerunt enim legem, et immutaverunt præcepta mea, testamentum æternum. Idcirco maledictio devorabit terram, quia peccaverunt habitatores ejus et dereliquerunt homines pauci* [12]. Ne et nostrum vinum lugeat et vinea, et ingemiscant qui prius toto animo lætabantur, dicaturque de nobis : *In domo insaniam confinxerunt, corrupti sunt sicut dies collis* [13]; aut illud : *Captio ex vobis est;* et : *Dixistis enim, Fecistis testamentum cum inferno, et cum morte pactum* [14]. Quæ verba vitantes, credimus magis quod in tempore suo *Orietur stella ex Jacob, et exsurget homo de Israel, qui percutiet principes Moab et filios Seth* [15]. *Ut non sit in domo Israel stimulus furoris, et spina doloris* [16]. *Quia facta est Domino pars ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel* [17]. Et alibi loquitur Jeremias : *Si cessaverit in conspectu meo lex ista, gens etiam Israel cessare poterit* [18]; et rursum : *Dabo laborem eorum justis, et testamentum æternum ponam cum ipsis, et scietur in gentibus semen eorum, ac nepotes. Omnis qui viderit eos, cognoscet quia isti sunt semen a Domino benedictum, et gaudio perfruentur Domini* [19].

[99] Thren. IV, 1 [1] Rom. VIII, 15. [2] I Cor. VIII, 8. [3] Rom. XIV, 17. [4] Isa. XL, 31. [5] Isa. V, 26-29. [6] ibid. 3, 4. [7] Ose. XII, 1. [8] Psal. CV, 35. [9] Jer. III, 14, 15. [10] Malach. I, 6. [11] Thren. II, 18, 19. [12] Isa. XXIV, 4-6. [13] Ose. IX, 8, 9. [14] Isa. XXVIII, 15. [15] Num. XXIV, 17. [16] Ezech. XXVIII, 24. [17] Deut. XXXII, 9. [18] Jer. XXXI, 36. [19] Isa. LXI, 8, 9.

(1) *Furorem.* Legendum videtur *favorem*, vel *fervorem.* Sed ex iis quæ statim sequuntur, priorem lectionem prætulerim

Digitized by Google

XLIX. Et nos ergo scrutemur vias nostras, et gressus dijudicemus, et sequamur odorem scientiæ; abscondentes semper verba ejus in cordibus nostris, ut simus immaculati in via, et in lege Domini ambulemus [20]. Non nos terreat fragilitas corporis, et longi temporis labor. *Patres vestri ubi sunt, et prophetæ?* ut scriptum est, *nunquid in æternum vivent? Verba autem mea et legitima mea suscipite, quæ ego præcipio in Spiritu meo servis meis prophetis, qui fuerunt cum patribus vestris* [21]. Sentiamus ineffabilem clementiam Dei nostri, qui usque hodie ad pœnitentiam nos hortatur, dicens : *Nunquid qui cadet non resurget? aut qui aversatur non revertetur? Quare aversatus est populus meus aversione impudenti, et obtinuerunt in voluptatibus suis, et noluerunt reverti* [22]? Si reversi fuerimus ad eum, ædificabit nos Spiritu suo, juxta illud quod scriptum est : *Ædificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit* [23].

L. Quod autem nostri cœtus et communio ex Deo sit qua nos invicem copulamur, Apostolus nos docuit dicens : *Bonorum operum communionis oblivisci nolite; talibus enim victimis placetur Deo* [24]. In Actibus apostolorum quoque idem legimus : *Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una; et nullus suum quid dicebat, sed erant eis universa communia. Et virtute magna dabant apostoli testimonium resurrectionis Domini Jesu* [25]. Et Psalmista in eadem verba consensit dicens : *Ecce quam bonum et quam jucundum, habitare fratres in unum* [26]. Et nos in cœnobiis commorantes, et nobis mutua charitate sociati, demus studium, ut quomodo sanctorum Patrum in hac vita meruimus consortium, ita in futuro quoque participes eorum simus, scientes quod crux vitæ nostræ doctrinæque principium sit, et oporteat nos cum Christo pati, et nosse quod absque tribulationibus et angustiis nullus victoriam consequatur : *Beatus vir qui suffert tentationem, quia cum probatus fuerit, coronam vitæ accipiet* [27]; et iterum : *Laboravit in sæculum, et vivet in æternum* [28]. *Si tamen compatimur, ut et glorificemur. Æstimo,* inquit, *quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* [29]. Et alibi scriptum est : *Existimavi ut cognoscerem hoc : labor est in conspectu meo* [30]; et iterum : *Ego laboravi sequens te, et diem hominum non consideravi* [31]; et alio loco : *Multæ tribulationes justorum, et ex omnibus his liberabit eos Dominus* [32]. Et Dominus noster loquitur in Evangelio : *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [33]. Et alibi : *Hic est liber mandatorum, et lex scripta in sempiternum. Omnes qui observaverint eam, vivent; qui autem dereliquerint, morientur. Revertere, Jacob, et apprehende eum; ambula in splendore luminis ejus, et non des alteri gloriam tuam, et ea quæ conducunt tibi, genti alienæ. Beati sumus, Israel, quia placita Deo nostro nota sunt nobis. Confide, populе meus, memorialis Israel* [34]. Et iterum Isaias loquitur : *Lætare, Israel, et festum agite diem omnes qui diligitis eum. Gaudete qui confiditis in eo, ut sugatis, et impleamini ex uberibus consolationis ejus* [35].

LI. Habeamus curam legendarum et discendarum Scripturarum, et in earum semper meditatione versemur, scientes scriptum : *Ex fructu oris sui vir saturabitur* [36] : *et merces laborum ejus reddetur* [37]. Hæc sunt quæ nos ducunt ad æternam vitam, quæ nobis tradidit Pater noster, et jugiter meditanda præcepit ut impleatur illud in nobis quod scriptum est : *Erunt hæc verba quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, et in anima tua docebis ea filios tuos : et loqueris in eis sedens in domo, et ambulans in via, et accubans atque consurgens. Scribe ea pro signo in manu tua, et erunt immobilia ante oculos tuos. Scribes quoque ea in postibus domuum tuarum, et in liminibus, ut discatis timere Dominum cunctis diebus quibus viritis* [38]. Salomon quoque id ipsum significans dicit : *Scribe ea in latitudine cordis tui* [39].

LII. Considerate quantis testimoniis ad meditationem sacrarum Scripturarum nos sermo Domini cohortetur, ut quæ ore voluimus, corde possideamus. *Bonum est homini cum levaverit jugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius et tacebit, quoniam levabit super se jugum. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis, quoniam non semper abjiciet Dominus* [40]. Et alibi scriptum est : *Recordatus sum miserieordiæ infantiæ tuæ* [41]; et iterum : *Lætare, juvenis, in adolescentia tua, et exsultet cor tuum in diebus juventutis tuæ, et ambula in viis cordis tui absque macula, et in conspectu oculorum tuorum : et scito quoniam in omnibus his adducet te Dominus in judicio. Aufer furorem a corde tuo et malitiam a carne tua, quoniam adolescentia et stultitia vanitas est* [42]; et : *Memento Creatoris tui in diebus adolescentiæ tuæ, donec veniant dies pessimi, et occupent anni in quibus dices : Non est mihi in eis voluntas : donec obtenebrescat sol et lux, et luna et stellæ, et convertantur nubes post pluviam : in die qua movebuntur custodes domus, et subvertentur viri virtutis, et cessent molentes, quia paucæ factæ sunt : et obscurabuntur quæ vident in foraminibus, et claudent vias in foro in infirmitate vocis molentis : et exsurgent ad vocem passeris, et humiliabuntur omnes filii cantici. Et quidem ab alto aspicient, et pavores in via, et floreat amygdalum, et incrassetur locusta, et scindatur capparis. Quoniam abiit homo in domum sæculi sui, et gyravcrunt in foro qui plan-*

[20] Psal. CXVIII, 1. [21] Zach. I 5, 6. [22] Jer. VIII, 4. [23] Psal. CXLVI, 2. [24] Hebr. XIII, 16. [25] Act. IV, 32, 33. [26] Psal. CXXXII, 1. [27] Jac. I, 12. [28] Psal. LXVIII, 9, 10. [29] Rom. VIII, 17, 18. [30] Psal. LXXII, 16. [31] Jer. XVII. 16. [32] Psal. XXXIII, 21. [33] Matth. X, 22. [34] Bar. IV, 1-5. [35] Isa. LXVI, 10, 11. [36] Prov. XIII, 2. [37] Sap. X, 17. [38] Deut. XI, 18-21. [39] Prov. III, 3. [40] Thren. III, 27, 28, 30, 31. [41] Jer. II, 2. [42] Eccle. X, 9, 10.

Digitized by Google

gent, quoadusque evertatur funiculus argenti, et conteratur monile auri, et confringatur hydria ad fontem, et impediatur rota super lacum, et convertatur pulvis in terram, sicut fuit, et spiritus revertatur ad Dominum, qui dedit eum [43]. In Evangelio quoque scriptum est : *Pueri, nunquid habetis pulmentum? Mittite in dexteram partem navis, et invenietis* [44]; et iterum : *Omnis puer ac juvenculus, qui nescit hodie bonum ac malum, ipsi intrabunt in terram bonam* [45]; ac rursum : *Omne masculinum quod aperit vulvam, sanctum vocabitur* [46]. Et in Evangelio : *Puer autem ibat, et crescebat, et proficiebat apud Deum et apud homines* [47]. Jesus quoque minister Moysi juvenis erat, et non egrediebatur de tabernaculo Dei. Et de David scriptum legimus : *Puer flavi coloris, elegantibus oculis* [48]. Timotheus quoque adhuc puer et adolescens sacris litteris eruditus est [49], ut ad fidem Domini salvatoris illarum semita perveniret. Et de Daniele quia eruditus erat, scriptum legimus, quod *vir desideriorum* [50] appellatus sit. Joseph quoque erat dilectissimus patri suo [51], quoniam ejus imperiis serviebat; et decem ac septem adhuc natus annos, præcepta illius legem vitæ suæ arbitrabatur.

LIII. Et hæc cuncta replicavi, ut sanctorum vitas considerantes, *non circumferamur omni vento doctrinæ* [52], sed laboremus, et eorum conversationem nostræ vitæ propositum habeamus exemplum, ut simus populus Dei peculiaris. Nec contristemus Spiritum sanctum, in quo signati sumus in die redemptionis [53]; ne illum exstinguamus in nobis [54]; et prophetias non contemnamus [55]; ne forsitan volenti Spiritui sancto habitare in nobis, non demus locum. Nullum alium timeamus præter Deum, qui ultor et judex est operum singulorum, et cum sancto sanctus est, et cum viro innocente innocens [56]; et dicit : *Ego amantes me diligo, et qui me quærent invenient gaudium* [57]; et alibi loquitur : *Si ambulaveritis contra me perversi, ego ambulabo contra vos perversus* [58].

LIV. Non irascamur invicem; etiamsi ira nos vicerit, non peccemus irati [59], solis occubitum pœnitentia præoccupantes [60]. Meminerimus esse præceptum, quoties peccanti in nos ignoscere debemus [61]; et munus nostrum relinquere ante altare [62], quod nequaquam suscipitur, si non fuerit reconciliatione placabile; ut possimus dicere : *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* [63]. Et Apostolus præcepit : *Si quis habet adversus aliquem querimoniam, sicut et Christus donavit nobis, sic facite* [64]. Simus discipuli mansuetudinis sanctorum omnium, et præcipue David, de quo scriptum est : *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus* [65]. Et Moysi de quo legitur, quod fuerit mansuetus super omnem terram [66]. Et Dominus in Evangelio de mansuetis ac mitibus loquitur : *Beati mansueti et mites corde, quoniam ipsi possidebunt terram* [67]. Magnæ sapientiæ est, mansuetudinem possidere, et audire : *Sapiens esto, fili, ut lætetur cor meum* [68]; et iterum : *Imitatores estote Dei, filii charissimi* [69]; et : *Estote perfecti, sicut et Pater vester qui in cœlis est, perfectus est* [70]; et alibi : *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dixit Dominus* [71].

LV. Quæ legentes testimonia, seminemus nobis justitiam, ut metamus fructum vitæ. Illuminemus lucem scientiæ, quia tempus est ut cognoscamus Deum, donec veniat fructus justitiæ nobis. *Ecce nunc tempus acceptabile, et dies salutis* [72]. Et vere, secundum quod scriptum est : *Plenitudo legis est dilectio* [73]. Joanne in hæc eadem concinente : *Hoc præceptum accepimus a Patre, ut diligatis ad invicem* [74]; et : *Qui diligit Deum, diligat et fratrem suum* [75]; et : *Non sicut Cain, qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum. Et quare occidit? quia opera ejus maligna erant; fratris autem ejus bona. Non admiremur, fratres, si oderit nos mundus : nos scimus quia transivimus de morte ad vitam, eo quod diligamus fratres* [76]. Ergo diligamus nos mutuo.

LVI. Loquar aliud ad vos audentius, filii charissimi. Ex quo credidit mihi Deus conversationis vestræ et sanctæ conversationis gregem, non cessavi lacrymis monere et docere singulos, ut placeatis Deo; nec subtraxi aliquod quod vobis utile sentiebam, ut non dicerem : *Et nunc commendo vos Deo, et verbo gratiæ ejus, qui potest vos ædificare, et dare vobis hæreditatem cum sanctis* [77]. Vigilate, omni studio curaque contendite ne obliviscamini propositi vestri; sed implete quod vos scitis esse pollicitos. *Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ adest; qui certamen bonum ex parte certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De cætero reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex : non solum mihi, sed et omnibus qui dilexerunt justitiam ejus* [78], et omnia Patris mandata fecerunt. *Finis verbi : Omnia audi, Deum time, et mandata ejus custodi; quoniam omnis homo : universum opus Deus adducet in judicium, sive bonum, sive malum sit* [79].

Explicit Doctrina S. Orsiesii.

[43] Eccle. XII, 1-7. [44] Joan. XXI, 5, 6. [45] Deut. I, 39. [46] Exod. XIII, 2; Luc. II, 23. [47] Luc. II, 52. [48] I Reg. XVI, 12. [49] II Tim. III, 15. [50] Dan. X, 23. [51] Gen. XXXVII, 2, 3, 14. [52] Ephes. IV, 14. [53] ibid. 30. [54] I Thess. V, 19. [55] ibid. 20. [56] Psal. XVII, 26. [57] Prov. VIII, 17. [58] Lev. XXVI, 23, 24. [59] Psal. IV, 5. [60] Ephes. IV, 26. [61] Matth. XVIII, 21 seqq. [62] Matth. V, 24. [63] Matth. VI, 12; Luc. XI, 4. [64] Coloss. III, 13. [65] Psal. CXXXI, 1. [66] Num. XII, 3. [67] Matth. V, 4. [68] Prov. X, 1. [69] Ephes. V, 1. [70] Matth. V, 48. [71] Lev. XI, 44. [72] II Cor. VI, 2. [73] Rom. XIII, 10. [74] I Joan. IV, 7. [75] I Joan. IV, 21. [76] I Joan. III, 12-14. [77] Act. XX, 32. [78] II Tim. IV, 6 8. [79] Eccle. XII, 13, 14.

Digitized by Google

S. ORSIESII DE SEX COGITATIONIBUS SANCTORUM LIBELLUS.

I.

De Domino cogitare debemus, ut delectemur in illo sperare, ad eum recordare, ut beatus David : Sæculi homines consolantur se omnium dolorum, pergunt et considerant agnos, et equis equitant, aurum et argentum pensant, hominibus tradunt : *Ego autem memor fui Dei, et delectatus sum, et me omnium adversitatum consolabor* [80].

II.

De passione Christi, ut sustineamus pro illo, assidue cogitando atque recolendo (2) quod omnipotens Dominus ac æternus Dei Filius descendit de alta cœlorum altitudine in humanum corpus, in quo sancto corpore sursum in crucem elevatus est (3) ; revocavit eo omnia superna regna ad pacem nostram ; fudit pretiosum sanguinem in terram ; eo nobis terrestribus sursum viam fecit, ut fieremus angelorum cives.

III.

De hora transitus, ut simus parati. Omnis vita hominis, omnis sapientia, meditatio est mortis, de qua uno die omnes sapientes trepidabunt (4).

IV.

De die judicii, ut rationem reddamus. Magnus est ille dies ad cogitandum, et memoriæ dignus ; in qua die Dominus franget creaturam, quam in principio creavit. Ecce Dominus dissipabit terram, et nudabit eam. Cœlum et terra transibunt ; et revelabit Dominus faciem ejus, id est, aperiet terram et procedent mortui de sepulcris suis, et omnia opera hominum proferentur in publicum. Omnes ex æquo stabunt ante tribunal Christi. *Nihil opertum, quod non revelabitur ; nec occultum, quod non scietur* [81]. Tamen peccata quæ ante emendantur, sciendo in judicio abscondet. In illa die magnam iram Dei nullus impiorum evadet ; ideo recordari ante debemus, quod beatus David dicit : *Jucundus homo in die judicii, qui miseretur et commodat ; insuper disponit quotidie sermones suos in judicio, quod in æternum non commovebitur* [82].

V.

De inferno, ut timeamus terribile, quod Isaias dixit : *Vermis eorum non moritur, et ignis eorum non exstinguitur* [83]. Vermis, id est, conscientia, eo quod sciunt, quod meriti omnia mala sustinent.

VI.

De vita æterna, ut desideremus, ubi gaudium et lætitiam tenebunt sancti, et fugiet dolor et metus. De his sex cogitationibus vincit anima justi inimicum, et his custoditur sæpe et assidue cogitare de Domino et recolere, et super omnia diligere, ut post sæculum in æternum eum cum angelis et archangelis et cum omnibus sanctis diligere valeamus, per eum qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

[80] Psal. LXXVI, 4. [81] Matth. X, 26. [82] Psal. CXI, 5, 6. [83] Isa. LXVI, 14.

(2) *Ms.* cogitandum atque recolendum.
(3) *Ms.* in quo sanctorum cor sursum in cruce elevatur.
(4) *Ms.* Vita hominis sapientiam mediam esse mortem, de quo uno die omnes sapientes trepidabunt.

ANNO DOMINI CCCXLVII

S. SERAPION
THMUITANUS EPISCOPUS

NOTITIA

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth.*, t. V, Proleg. p. IX.)

I. Serapion Ægyptius, *vir admirabili vitæ sanctimonia et dicendi copia præditus*, teste Sozomeno (*a*), ἀνὴρ ἐς τὰ μάλιστα τὸν βίον θεσπέσιος καὶ λέγειν δεινός, prius monasticæ disciplinæ cultor, quin et multorum exstitit monachorum ἡγούμενος, quam ad Ecclesiam Thmuitanam regendam evocaretur, ut scribit sanctus Athanasius (*b*). Multo in pretio habuit Serapionem magnus Antonius abbas : ei siquidem visiones suas enarrare consueverat, et moriens melotem unam reliquit (*c*). Ejus item amicitia familiariter utebatur idem Athanasius, qui et ipsi quinque inscripsit epistolas, ubi ejus laudes passim celebrat ac merita extollit.

Sub Constantio principe Ariano *etiam in con-fes-*

(*a*) Sozom. *Hist. eccles.* lib. IV, cap. 9.
(*b*) Athan. *Epist ad Dracont.*, § 7, Opp. tom. I, pag. 267.
(*c*) Id. in *Vit. S. Anton.* §§ 82, 91, tom. I, part. II, pag. 856, 861.

Digitized by Google

sione inc.ytus fuit Serapion, inquit Hieronymus (*a*) : qui nimirum unus fuerit ex iis Patribus Sardicensis concilii anno 347 coacti, qui Athanasii causam adversus Arianos defendendam suscepere ; adeoque unus ex iis orthodoxis præsulibus, qui urgente in primis Georgio Ecclesiæ Alexandrinæ invasore, in exsilium acti fuisse noscuntur. Quo autem anno supremum diem clauserit Serapion, haud plane compertum habemus. Illud certum exploratumque ex Epiphanio (*b*), Seleuciensi concilio anno 359 celebrato interfuisse Ptolemæum episcopum Thmueos Augustonices seu Augustanices, ut propterea sub Constantio principe ante illud concilium, id est ante annum 359, e vita excessisse Serapionem statuerit Valesius (*c*). In aliam tamen sententiam abiit Tillemontius (*d*), qui multo serius ejus mortem contigisse decernit.

II. Serapionem confessorem inter eos Ecclesiæ doctores recenset sanctus Hieronymus (*e*), *qui philosophorum doctrinis atque sententiis in tantum suos resarciunt libros, ut nescias*, inquit, *quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam Scripturarum.* Et alibi (*f*) : *Serapion*, ait, *Thmueos episcopus ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici*, id est, viri litteris ac doctrina præstantis, *meruit.* Quibus equidem doctoris maximi verbis in eam demum sententiam adducor, ut fidem adhibendam esse censeam Philippo Sidetæ, qui Serapionem post Theognostum scholæ præfuisse Alexandrinæ testatur (*g*). Ad quem locum Dodwellus observat (*h*), hujusmodi Philippi testimonium ex eo confirmari posse, quod Epiphanius in Arii exortu complures Alexandriæ Ecclesias presbyteris Alexandrinis concreditas nominet (*i*), easque inter *Serapionis* etiam *Ecclesiam* enumeret, quam is nimirum tunc temporis administrabat, ut proinde inter clericos Ecclesiæ Alexandrinæ jam antea cooptatus, ibidem exinde in munere catechetico Theognosto successerit.

Hæc autem ita componi posse duxerim rum iis quæ superius de Serapionis monachatu ex Athanasio in medium adduxi, ut primo quidem ille ad catechetæ munus obeundum in Alexandrina schola fuerit assumptus sæculo III desinente, sive IV ineunte ; post Theognostum scilicet, qui circa annum 282, Caro imperante, claruisse existimatur, ut alibi vidimus (*j*) : deinde vero catechetæ munere, A simulque lauræ seu Ecclesiæ Alexandrinæ regimine abdicato, cœnobiticam vivendi formam fuerit amplexus, quo nimirum turbas ab Ario in Ecclesia excitatas declinaret : unde ab Athanasio deinceps evocatus, ad Ecclesiam Thmuitanam regendam ab ipso fuerit evectus post Caium, qui eidem Ecclesiæ præfuit, quique synodo Nicenæ interfuisse comperitur.

III. Porro ex iis quæ litteris consignavit Serapion, unus *adversus Manichæos* liber superat, quem *egregium* appellat Hieronymus (*k*). Idemque opus laudat quoque Photius in *Epitome de Manichæis repullulantibus* (*l*) ; ubi scriptorem nostrum inter claros illius ævi antistites refert, Cyrillum scilicet, Epiphanium, Titum Bostrensem Alexandrumque B Lycopolitanum, qui adversus Manem ejusque sequaces stylum strinxere, ut advertit cl. Lequienius (*m*). Hic autem Photio dicitur auctor, Σαραπίων ὁ τῆς Θμούεως· et alibi (*n*) Σεραπίων. Sic et ipsum subinde appellat promiscue magnus Athanasius. Sed nihil refert : vox enim Σέραπις unde nomen deductum, inquit Montfauconius (*o*), scribitur etiam Σάραπις apud Clementem Alexandrinum (*p*) item apud Origenem (*q*) et alibi passim apud scriptores.

Neque hic prætermittendum aureum plane Serapionis dictum, quod ex Evagrio recitat Socrates (*r*) : *Thmuitarum Ecclesiæ angelus Serapio*, inquit, *dicebat, mentem quidem spiritalis scientiæ haustu plene purgari ; partes autem animæ ira effervescentes, C charitate sanari : pravas vero cupiditates quæ in animum influunt, coerceri abstinentia.* Ἔλεγε δὲ ὁ τῆς Θμουϊτῶν Ἐκκλησίας ἄγγελος Σαραπίων, ὅτι ὁ νοῦς μὲν πεποκὼς πνευματικὴν γνῶσιν τελείως καθαίρεται· ἀγάπῃ δὲ τὰ φλεγμαίνοντα μόρια τοῦ θυμοῦ θεραπεύει· πονηρὰς δὲ ἐπιθυμίας ἐπιῤῥεούσας ἵστησιν ἐγκράτεια. Quam quidem sancti Patris sententiam propterea descripsimus, quod in ejus opere superstite nuspiam occurrat.

Verum si sapiens hujusmodi effatum, Serapione plane dignissimum, in ejus libro *adversus Manichæos* hodie non exstat ; in eo certe alia complura se legisse profitetur Sixtus Senensis, quæ frustra nunc requiras, ut proinde multo auctius hujusce operis exemplar, quam quo in præsentiarum fruimur sive Græce sive Latine, ipse habuisse videatur ; D eo in primis nomine quod illud Serapionis opus *ingens ac nobilissimum* vocet (*s*), quanquam hæc

(*a*) Hieron. *De vir. illustr.*, cap. 99.
(*b*) Epiph. Hær. LXXIII, § 26.
(*c*) Vales. not. *ad Socrat.* lib. IV, cap. 23.
(*d*) Tillem. *Mém. eccl.* tom. VIII, pag. 45.
(*e*) Hieron. epist. 70, al. 84, *ad Magnum orat.*, num. 4, Opp. tom. I, pag. 427.
(*f*) Id. lib. *De vir. illustr.*, cap. 99.
(*g*) Phil. Sid. serm. 24, apud Dodw. in append. ad dissert. Iren. pag. 488.
(*h*) Dodw. l. c. pag. 512.
(*i*) Epiph. Hær. LXIX, § 2.
(*j*) Prolegom. ad tom. III *Bibl. PP.*, cap. 19, § 2, pag. 50.
(*k*) Hieron. lib. *De vir. illustr.*, cap. 99.
(*l*) Phot. *Epit. de Man.*, apud Montfauc., *Bibl. Coisl.*, pag. 354.
(*m*) Lequien. *Or. Christ.*, tom. II, pag. 540.
(*n*) Phot. *Bibl.* cod. LXXXV, pag. 203.
(*o*) Montfauc. ad Opp. Athan. tom. I, part. II, pag. 690, not.
(*p*) Clem. Alex. *Strom.* lib. I, pag. 322.
(*q*) Origen. *contra Cels.* lib. V, pag. 254.
(*r*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 23.
(*s*) Sixt. Sen. *Bibl. sanct.* lib. IV, pag. 299, edit. Paris. 1610.

Digitized by Google

verba de rationum pondere ac operis præstantia Basnagius accipere malit (*a*). Loca tantummodo excitamus ex ejusdem Sixti Senensis *Bibliotheca sancta* (*b*); ea siquidem nunc excutere haud vacat. In quibus tamen referendis ipsum errasse, atque ab alio scriptore illa esse se mutuatum censet laudatus Basnagius (*c*). De iis interim Fabricium (*d*), sed in primis Huetium (*e*) consulere haud otiosum fuerit.

IV. Jam superest, ut de Serapionis edito pauca dicamus. Illud itaque primo ineunte sæculo superiore vulgavit Henricus Canisius (*f*) ex versione Francisci Turriani: unde postea in variis *Patrum Bibliothecis* excusum. Græca vero haud ita pridem edidit in suo *Thesauro Canisiano* Basnagius (*g*) ex ms. codice Holsteniano bibliothecæ Joanneæ Hamburgensis, cujus apographum D. Joanni Friderico Wincklero acceptum refert. Atque hanc editionem recognitam, nonnullisque observationibus instructam et capitum distinctione atque argumentis adauctam typis consignavimus.

Hic vero unum addere juverit, quod nobis opus recensentibus excidit. Recitat nimirum Facundus Hermianensis (*h*) locum ex Serapionis libro excerptum (*i*), quem perperam sancto Athanasio ascribit. Ipsum audiamus: *Scripsit etiam* (Athanasius) *librum contra Manichæos, cujus principium est: « Dissolvit errorem veritas, » in quo sic ait: « Quando enim hominem Jesum video, intelligo qualis est: quando autem modum contemplor, admiror neque agnosco: mutatio quippe admirationem præstat. Et essentiæ quidem mutatæ non sunt: manet enim corpus, non alterum effectum: neque enim corpus in incorporeum versum est; neque anima, altera per essentiam exstitit, sed manentibus essentiis, studia non munerunt. Nequaquam enim essentialia sunt studia: nam manerent cum essentiis, et non auferrentur. »* Et hæc quidem Facundus. Ad quem locum accipe doctissimi Sirmondi censuram, auctoris verbis subjectam: *Librum contra Manichæos. Tituli hujus*, inquit, *vel exordii, nullus hodie liber exstat Athanasii. Congruit autem et titulus et exordium, libro Serapionis Thmueos episcopi* adversus Manichæos; *in eoque sunt verba quæ recitat Facundus, et tribuit Athanasio. Sed levior in auctoris nomine fraus fuerit, quam in nomine Jesu, quod hic perperam verbis illis intextum est, nec legitur apud Serapionem: qui de iis hominibus agit, qui a pravis moribus ad meliora studia convertuntur: quod de Christo Domino cogitare impium est. Quare Facundo imposuit, qui hunc ei locum suggessit.* Huc usque V. Ç. Sed de his hactenus.

(*a*) Basnag. ad *Thes. Canis.* tom. I, pag. 37, § 4.
(*b*) Sixt. Sen. *Bibl. sanct.* lib. II, pag. 86 et 115, et lib. V, pag. 381.
(*c*) Basnag. l. c.
(*d*) Fabric. *Cod. apocr. N. T.* tom. I, pag. 3, et tom. II, pag. 965 seq.
(*e*) Huet. *Origen.* lib. II, quæst. 3, § 27, pag. 62.
(*f*) Canis. *Antiq. lect.* tom. V, pag. 1 seqq.
(*g*) Basnag. *Thes. Canis.* tom. I, pag. 43 seqq.
(*h*) Facund. Herm. lib. XI, cap. 2, pag. 759.
(*i*) Serap. lib. *adv. Manich.*, cap. 17 et 18, pag. 57.

S. SERAPIONIS

EPISCOPI THMUEOS

LIBER ADVERSUS MANICHÆOS.

CAP. I. *Veritas errorem vincit.*

Solvit errorem veritas et exstinguit fallaciam, et omnis mendacii ortum intercipit ac prohibet. Obsecremus igitur Dominum Jesum qui est veritas, ut illuminet mentem nostram, ut neque fallacia mentem capere possit nec error vincere; neque si ceperit aut vicerit, firmam et stabilem victoriam obtineat. Solummodo enim si apparuerit, et radios veritatis suæ emiserit, fallaciam quidem inductam dissipabit, mentem vero extra errorem conservabit. Ipse enim clamat: *Ego sum via, veritas et vita* [1]. Ipse præcipit: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces* [2]. Quia enim illorum modus fraudulentus erat et mores simulati, non celavit eos Veritas, sed nudavit; non permittens, ut quod in mente latet, ab eo quod extrinsecus fictum et simulatum est tegatur: ut ipsa fallacia deprehensa

Ἐπιλύει τὴν πλάνην ἡ ἀλήθεια καὶ ἀναιρεῖ τὴν ἀπάτην, καὶ πᾶν ψεῦδος προελθεῖν οὐκ ἐᾷ. Ἱκετεύσωμεν τὸν Κύριον Ἰησοῦν, ἀλήθειαν ὄντα, ἐκλάμψαι τὴν διάνοιαν ἡμῶν, ἵνα μήτε τὴν διάνοιαν ἀναιρῆσαι ἀπάτη δυνηθῇ, ἢ κρατῆσαι πλάνη ἰσχύσῃ· μήτε ἡρηκυῖα καὶ κεκρατηκυῖα ἔμμονον τὴν κράτησιν ἔχῃ. Μόνον γὰρ φανεὶς καὶ τὰς ἀκτῖνας τῆς ἀληθείας ἑαυτοῦ ἐκλάμψας, ἀποσκεδάσει μὲν τὴν γενομένην ἀπάτην, ἀνεξαπάτητον δὲ διατηρήσει τὴν διάνοιαν. Αὐτὸς γὰρ βοᾷ· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή·* αὐτὸς παραγγέλλει· *Προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνων πεφενακισμένος ἦν ὁ τρόπος, καὶ πεπλασμένον τὸ ἦθος, οὐκ ἐσιώπησεν ἡ Ἀλήθεια, ἀλλ' ἐγύμνωσε τὸ ἀφανὲς τῆς διανοίας καλύπτεσθαι ὑπὸ τοῦ πεπλασμένου καὶ ἐσχηματισμέ-

[1] Joan. XIV, 6. [2] Matth. V, 15.

Digitized by Google

νου μὴ ἐπιτρέψασα, ἵνα κατάφωρος γενομένη αὐτῶν ἡ ἀπάτη ἀσθενὴς γένηται ἐν ταῖς ἐπιχειρήσεσι, μηδένα συλλαμβάνειν δυναμένη.

A infirma fiat in eorum argumentis ita ut neminem irretire queat.

Cap. II. *Varii gradus errorum.*

Ἔστι μὲν οὖν ἡ κακία πολυειδὴς καὶ πολυσχιδὴς κατὰ διαφόρους ἠπλωμένη τὰς ἐπιχειρήσεις, ἔνια τῶν ἑαυτῆς μερῶν βλαπτικώτερα καὶ ἀναιρετικώτερα ἔχουσα. Διὰ τοῦτο οὐδὲ τὰ ἥττονα σιωπητέον, οὐδὲ τῶν μειζόνων ἀφεκτέον, εἰδότας τοῦτο, ὅτι τὰ μὲν ἐλάττονα μόρια τῆς κακίας βραχυτέρας ποιεῖται τὰς βλάβας, τὰ δὲ μείζονα μεγάλας· ὁ γὰρ μείζοσι σφαλεὶς μείζον καὶ τιμωρεῖται· καὶ ὁ ὑπὸ μείζονος ἀπατηθεὶς μείζονα καὶ κολάζεται...

ται γὰρ αἱ ἀπάται..

δὲ καὶ τὰ πλη...

καὶ σταθμίζω ..

δικά...

τίμα...

εἰ...

ἀστάθμητον ἐᾷ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑκάστου τοῦ ἡπατηκότος ἀπάτην, καὶ τοῦ ἡπατημένου τὴν εὐκολίαν μετρήσας ὁρίζει τὴν τιμωρίαν. Σπουδαστέον οὖν, μήτε τῷ βραχυτάτῳ αἱρεῖσθαι· καὶ γὰρ ἡ βραχυτάτη ἀπάτη σπινθῆρος δίκην ὕλην παραλαβοῦσα τὴν συγκατάθεσιν τῆς ψυχῆς ἐξάπτει, καὶ μεγάλην φλόγα κατασκευάζει· πολλοὶ γὰρ ἐξ ὀλίγης ἀπάτης ἀρξάμενοι εἰς πέλαγος ἀπάτης ἐξεχύθησαν.

Est igitur malitia multiformis et multipartita, in varias argumentationes fusa, cujus partes quædam nocentiores sunt et magis mortiferæ. Quamobrem neque minora tacenda sunt, neque majoribus parcendum, cum sciamus minores quid partes vitii minora damna parere, majores vero magna. Qui enim in gravioribus labitur, gravioribus pœnis punitur; et qui a majore deceptus est, majus supplicium sustinet. Ponderantur enim fallaciæ, ponderantur etiam peccata; et qui ponderatur, pro gravitate ponderis supplicium reportat; neque quidquam qui judicat, non ponderatum relinquit. Quin etiam uniuscujusque qui fefellit fallaciam, et facilitatem ejus qui deceptus est demensus, pœnam B decernit. Quocirca studendum est, ut ne minima quidem fallacia capiamur: siquidem minima fallacia instar scintillæ, nacta materiam assensionem animæ, incendium magnæ flammæ efficit; multi enim, principio ex parvo errore cœpto, in pelagus erroris dilapsi et effusi sunt.

Cap. III. *Manicheismus error deterrimus.*

Διὰ τοῦτο φροντιστέον, μήτε τῇ βραχυτάτῃ ἀπάτῃ αἱρεῖσθαι, τειχίον τῇ ψυχῇ κάλλιστον οἰκοδομοῦντας· ἵνα μήτε τῷ μείζονι αἱρεθῶμεν· ὁ γὰρ περὶ τὰ βραχύτατα σφαλεὶς πταίσει ποτὲ καὶ περὶ τὰ μείζονα, καὶ ὁ μηδὲν τῶν μικρῶν αἱρεθείς...

αναν...

τὸν τὴν ἀσφάλειαν καὶ...

μείζονα σχήσει· ἐπεὶ...

λύκοι πολλοὶ κώδια... C

ἡμφιεσμένοι...

ημη· μή σι...

υ τοῖς...

οὖσα...

μάχαιραν σειέτω, ἀσφάλειαν μυωμένη τῇ ποίμνῃ, γυμνοῦσα δὲ καὶ τὴν ἐπιχείρησιν τῶν θηρίων· ἰδοὺ γὰρ πολλοὶ μέν εἰσιν οἱ προελθόντες, καὶ ὧδε κἀκεῖ πλάζονται, ἀντὶ κωδίων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περιβεβλημένοι, καὶ λεγόμενοι μὲν ὃ μὴ εἰσὶν, ὄντες δὲ ὃ λέγεσθαι οὐκ ἀνέχονται· ἀλλὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν καλύπτοντες τῷ σχήματι τοῦ ὀνόματος, καὶ κοινωνοῦντες μὲν τῷ ὀνόματι, ἄρδην δὲ διαφθεῖραι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἐσπουδακότες, κατὰ μὲν τοῦ Ἰησοῦ στρατευόμενοι, Ἰησοῦν δὲ ἐπικεκλημένοι· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ χαλεπωτάτη πονηρία, ὅτι λέγονται τὸ ὄνομα D τοῦ Χριστοῦ, Χριστῷ πολεμοῦντες· ἐπεὶ γὰρ ἠτόνησεν ἡ πονηρία πολεμεῖν πρὸς Θεὸν, κέχρηται τῷ ὀνόματι, ἵνα τῇ χρήσει τοῦ ὀνόματος οἴησιν ἐμποιήσασα τοῖς ἄφροσιν, ὡς οἰκεία τοῦ Χριστοῦ, ὧδε κἀκεῖ, ὡς βούλεται, λυμήνηται τοὺς τῷ Σωτῆρι πεπιστευκότας· ὧδε μὲν Οὐαλεντῖνος προῆλθεν· ὧδε δὲ Μαρκίων· ὧδε

Idcirco curandum est, ut ne minimo quidem errore labi contingat; pulcherrimo animæ propugnaculo ædificato, ne majore capiamur. Qui enim in parvis labitur errore, labetur aliquando in majoribus; et qui non est seductus a parvis, erit ita contra majora munitus et tutus, ut ei resisti non possit. Quia igitur si multi lupi pelles ovium induti, gregem invaderent, non sileret pastor, sed C gladium vibraret, ut in tuto gregem collocaret, nudans et patefaciens conatum ferarum. Ecce multi sunt qui exierunt, et hic atque illic errant, pro pellibus ovium nomen Christi induti; qui se quidem dicunt quod non sunt; quod autem sunt, dici nolunt, sed suam improbitatem amictu nominis tegunt; qui commune quidem habent nomen, student vero ut nomen Christi funditus deleant; qui contra Jesum militant, et Jesum invocant. Hæc est difficillima omnium improbitas, nomine Christi appellari, et Christum oppugnare. Etenim quia non potuit perversitas contra Deum bellum gerere, usa est nomine, ut usu nominis opinionem imprudentibus injiciat, ut quasi Christi familiaris hic et illic, ut libet, eos qui in Salvatorem crediderunt, perdat. D Sic Valentinus exivit, sic Marcion, sic Sitianus, aliunde vero etiam Phanius. Postrema abortio improbitatis, quæ omnes aliorum improbitates extenuavit et majore improbitate aliorum improbitates in secundis posuit, furor Manichæi est; et in prophetis scriptum est: *Propter nimiam negligentiam Hierusalem justificata est ex te Sodoma* [a]. Multæ

[a] Ezech. xvi, 52.

Digitized by Google

quidem paulo ante opiniones absurdæ et falsæ exstiterunt, quæ cum magnitudine pravæ opinionis Manichæorum comparatæ, moderatæ sunt, cum sint alioqui in pelagus inundantis pravitatis demersæ.

A δὲ Σιτιανός (1)· ἄλλοθεν δὲ καὶ ὁ Φάνιος (2)· τελευταῖον δὲ ἔκτρωμα τῆς πονηρίας, πάσας τὰς ἄλλας πονηρίας ἐλαττώσασα, καὶ μείζονι πονηρίᾳ τὰς τῶν ἄλλων πονηρίας δευτέρας ἀποδείξασα, ἡ τοῦ Μανιχαίου προῆλθε μανία· καὶ ἐν μὲν τοῖς προφητικοῖς γέγραπται· *Διὰ τὸ πάντυ ἠμεληκέναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ.* Ἄρτι δὲ πολλαὶ καὶ ἄτοποι δόξαι πεπλανημέναι οὖσαι τῷ μεγέθει τῆς τῶν Μανιχαίων κακοδοξίας, συμμεμέτρηνται πελάγει κακίας κατακεκλυσμέναι.

Cap. IV. *Quænam sit peccati natura.*

Et ut non leviter absurda refellere aggrediamur, et nominibus eorum tantum usi videamur sine conclusione argumenti, quæ est ἀπόδειξις, ad eorum accusationes accedere, age, conferamus nos ad rationem demonstrantem, ut illorum errores solvamus, et veritatem in medium producamus. Est igitur vitium expers substantiæ, et non per se exsistens; actio potius quam essentia sive substantia; et actio ex electione proficiscens eorum in quibus electio ægrotat; atque actio, quæ accidit quidem, facile vero ab iis qui ægrotaverunt abscedit. Sin vero accidisset quidem, sed non abscederet, dici posset non esse quidem per se vitium, neque posse tamen substantiam esse unquam absque vitio. Quod si accidit electio, facile autem separatur, ut rursus quod vitio subjectum erat, purum reddatur, neque vitii signa ac vestigia habeat; erit vitium neque per se nihil, neque aliquid quod per se esse queat, neque quod semper sit; sed potius deletur, et dum deletur, convincitur non posse per se esse, et quandoque non fuisse, quin potius paulo ante ex electionis invaletudine prodiisse.

Καὶ ἵνα μὴ ὡς ἔτυχεν ἐπιχειρῶμεν τοῖς ἀτόποις, μήτε μόνα τὰ ὀνόματα αὐτῶν λέγοντες δόξωμεν δίκα ἀποδείξεως ἐπὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν χωρεῖν, φέρε ἐπὶ τὸν ἀποδεικτικὸν χωρήσωμεν λόγον, ἵνα καὶ τὰς ἐκείνων πλάνας λύσωμεν, καὶ τὴν ἀλήθειαν εἰς μέσον προαγάγωμεν. Ἔστι μὲν οὖν ἡ κακία ἀνούσιος καὶ ἀνυπόστατος· πρᾶξις μᾶλλον ἢ οὐσία οὖσα, καὶ πρᾶξις ἐκ προαιρέσεως συμβαίνουσα περὶ τοὺς νενοσηκότας τὴν προαίρεσιν· καὶ πρᾶξις συμβεβηκυῖα μὲν, ῥᾳδίως δὲ χωριζομένη ἀπὸ τῶν νενοσηκότων. Εἰ δὲ συμβεβήκει μὲν, οὐκ ἔτι δ' ἐχωρίζετο, ἦν εἰπεῖν, ὅτι καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐκ ἔστι κακία, οὐδέποτε δὲ δύναται οὐσία ἄνευ κακίας εἶναι. Εἰ δὲ ἐκ συμβεβηκότος τὴν προαίρεσιν ἔσχε, ῥᾳδίως χωρίζεται, ὡς πάλιν τὸ ὑποκείμενον καθαρὸν ἀποδοθῆναι, καὶ μήτε σημεῖα κακίας ἔχειν, ἔσται ἡ κακία, οὔτε καθ' ἑαυτὴν οὐδὲν, οὔτε εἶναι δυναμένη, οὔτε ἀεὶ οὖσα· ἀλλ' ἀφανιζομένη καὶ ἐλεγχομένη τῷ ἀφανισμῷ, καὶ μὴ εἶναι δυναμένη· οὐκ οὖσα δήποτε, ἀλλ' ἔναγχος ἐκ προαιρέσεως νοσησάσης προελθοῦσα.

Cap. V. *Substantia corporis et animæ non est mala.*

Quod autem non reperiatur anima secundum substantiam mala sic natura facta, neque corpus per se substantia malum, testantur rationes et actiones. Etenim si temperantia virtus est, corpus vero substantia malum; non posset reperiri corpus temperans, ne corpus quod substantia turpe et vitiosum est, corpus virtutis efficiatur. Cum enim corpus se temperat, corpus virtutis factum est, et corpus virtutis est; et quia corpus virtutis est, potest esse templum. Si enim omne corpus libidini deditum esset, et non posset reperiri in corporibus temperantia, potuissemus attribuere substantiæ corporum substantiale malum. Sin vero usque eo processerunt corpora, et tantopere honorata sunt ac tantam temperantiam induerunt, ut domus fiant auctoris et

Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι καθ' ἑαυτὴν ἰδεῖν ψυχὴν οὐσιώδη κακὴν, οὕτω πεφυκυῖαν καὶ οὖσαν, οὔτε σῶμα καθ' ἑαυτὸ οὐσιῶδες κακὸν, μαρτυροῦσιν οἱ λόγοι καὶ αἱ πράξεις. Εἰ γὰρ ἡ σωφροσύνη μὲν ἀρετή ἐστι, τὸ δὲ σῶμα οὐσιῶδες κακὸν, οὐκ ἂν οἱόντε ἦν σῶμα σῶφρον εὑρεθῆναι· ἵνα μὴ σῶμα, οὐσίᾳ ὂν αἰσχρὸν, σῶμα ἀρετῆς γένηται· ὅταν γὰρ σωφρονῇ τὸ σῶμα, σῶμα γέγονεν ἀρετῆς καὶ σῶμά ἐστιν ἀρετῆς (3), δύναται εἶναι καὶ ναός. Εἰ μὲν οὖν ἅπαν σῶμα πορνικὸν ἦν, καὶ ἀμήχανον ἦν ἐν σώμασιν εὑρεθῆναι σωφροσύνην, τῇ οὐσίᾳ τῶν σωμάτων τὸ οὐσιῶδες κακὸν ἀποδοῦναι ἂν ἠδυνάμεθα. Εἰ δὲ ἐπὶ τοσοῦτον προῆλθε τὰ σώματα, καὶ οὕτως τετίμηται, καὶ τοσαύτην ἠμφίεσται σωφροσύνην, ὡς οἰκίαν εἶναι τοῦ πεποιηκότος, ὡς ταμεῖον εἶναι τοῦ Κυρίου, ὡς ἐνδημεῖν Πατέρα καὶ Υἱὸν, καὶ τὴν οἰκη-

(1) *Σιτιανός.* Cl. Wesselingius in *Probabil. lib. sing.* cap. 28, pag. 216, recte conjecisse videtur hic legendum Τατιανός, quem plurima errorum semina olim sevisse compertum est. Neque enim (quod alii existimarunt) Serapion hoc loco Scythianum indigitavit, sectæ Manichaicæ conditorem, cum nimirum S. Pater *postremum impietatis abortum*, Manichæismum fuisse scribat.

(2) *Ὁ Φάνιος.* Ὀφιανοὶ legendum censet laudatus Wesselingius, l. c., pag. 248, quæ quidem vox cum ὁ Φάνιος litteris pene congruit. De Ophianis hæreticis qui Tertulliano ac Epiphanio dicuntur Ophitæ, verba facit Clemens Alexandrinus *Stromat.* lib. VII, pag. 765. Vel si mavis, cum eodem viro erudito legas ὁ Ἐπιφάνης· quem Carpocratis filium multa inter Christianos innovasse docet idem Clemens lib. III, pag. 511. Utraque sane conjectura probabilior illa esse videtur, qua Marcianum, celebrem apud Eusebium Docetarum primipilarem, Serapioni restituendum Basnagius existimavit.

(3) Hic interpres legisse videtur in suo exemplari, καὶ ὅτι σῶμά ἐστιν ἀρετῆς· quæ librarius ob antecedentia negligenter omiserit.

Digitized by Google

σιν τῶν σωμάτων ἀποδέχεσθαι· πῶς οὐκ ἄτοπος καὶ γελοῖος ἐκείνων ὁ λόγος;

A conclave Domini, ut Pater et Filius ad ea veniant, et in eis habitare velint [4], quomodo non est absurdum et ridiculum quod aiunt?

CAP. VI. *Idque ex Scripturis probatur.*

Ἰδοὺ γὰρ ὅταν μὲν Παῦλος πῇ μὲν λέγει· *Οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν;* ὁ δὲ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου ἐπαγγέλληται· *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός·* καὶ πείθει τὴν διάνοιαν, καὶ τοῖς σώμασι μαρτυρεῖ· καὶ τὸ μὲν οὐσιῶδες ἐξωθεῖ, τῇ δὲ μελέτῃ τὸ πρᾶγμα ἀποδίδωσιν· ὅταν γὰρ ἡ μελέτη τὸ ἐπιτήδειον τῆς πολιτείας ἀποδῷ, τότε ἡ τοιαύτη κατασκευὴ ἐν τοῖς σώμασιν ἀποδέδοται, ὡς δύνασθαι καὶ τὰ σώματα ὑπηρετεῖν τῷ B Πνεύματι, ὑπηρετεῖν δὲ καὶ τῷ λόγῳ. Πῶς οὖν δύναται ἡ γλῶσσα ὑπηρετεῖν τοῖς νενοημένοις; Εἰ γὰρ τῇ οὐσίᾳ (4) ἡ γλῶσσα κακὴ, ἀγαθὸς δὲ ὁ νοῦς, πῶς δύναται κοινωνεῖν τοῖς ἀκροωμένοις εἰς φῶς τὰ νοήματα διὰ τῆς ἑρμηνείας προεξάγουσα; Ὡς γὰρ ἐκ πορνείας οὐ γεννᾶται σωφροσύνη, οὕτως οὐκ οἷόν τέ ἐστιν ἀπὸ τοῦ οὐσιώδους κακοῦ γνήσιόν τι προελθεῖν· ὅταν οὖν ἕκαστον τῶν μελῶν ἐπισκέπτῃ, τὴν ἀκοὴν, τὰς ὄψεις, τὴν γλῶτταν, τὰ ἄλλα μέλη, καὶ ἴδῃς αὐτὰ ὄργανα τῶν μαθημάτων γιγνόμενα, τότε τὸ μὲν σῶμα ἀποδέξῃ, καὶ οὐ μέμψῃ, καὶ ὄψει αὐτὰ ποιήματα καθαρά· βδελύξῃ δὲ τὸν ἀπατεῶνα τῆς ἀληθείας ἐχθρόν.

Ecce enim Paulus alicubi ait: *An nescitis quod corpora vestra templum sint Spiritus sancti habitantis in vobis* [5]? Deus autem per prophetam promittit, inquiens: *Habitabo in eis, et inambulabo, et ero ipsorum Deus* [6]. Hæc Scriptura et menti suadet, et corporibus attestatur, et substantiale malum expellit; studium vero actionis rem efficit: cum enim idoneam vitam et aptam reddit, tunc talis fabrica in corporibus redditur, ut possint corpora Spiritui sancto deservire, B deservire item rationi. Quomodo igitur potest lingua cogitatis inservire? Si enim lingua mala est, mens autem bona, quomodo potest societatem cum cogitatis habere, notiones in lucem interpretatione proferens? Sicut enim ex libidine non gignitur temperantia, sic fieri non potest ut ex malo secundum substantiam aliquid honestum proficiscatur. Cum igitur singula membra consideraveris, auditum, aspectum, linguam, alia membra, et videris facta esse instrumenta præceptorum, quæ didicimus, tunc corpus quidem laudabis, et non vituperabis, videbisque facta ipsa esse pura ac munda; exsecraberis autem fraudulentum veritatis inimicum.

CAP. VII. *Manichaica sententia de corpore, nugatoria et fatua.*

Εἰ δὲ ἕνια μὲν τῶν σωμάτων ἀεὶ ἐσωφρόνει, οὐδέποτε ἐῤῥᾳθυμηκότα, ἕνια δὲ ἀεὶ ἐῤῥᾳθύμει, οὐδὲν μόριον σωφροσύνης ἀσπασάμενα· ἦν εἰπεῖν, ὅτι ἐν τοῖς σώμασι γεγένηται μερισμὸς, καὶ ἕνια μὲν οὕπω (5), ἕνια δὲ οὕτω πέφυκε· καὶ ἠσθένει μὲν ἐν τούτῳ ὁ λόγος αὐτῶν· οὐκέτι γὰρ καθ' ὅλων σωμάτων ἐγίγνετο αὐτοῖς ὁ λόγος, εἴγε τοιαύτῃ ὑποθέσει ἐχρῶντο. Ἀλλ' ἐγίνετο πάλιν εὔκολος ὁ ἔλεγχος, ὅτι Πῶς οἷόν τε ἦν τῶν σωμάτων τὴν αὐτὴν ἐχόντων οὐσίαν, δύο φύσεις ἐναντίας ἀπὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὑποστῆναι, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν διαιρεθῆναι εἰς φύσεις δύο, ἵνα τὸ μὲν ἓν μέρος ἀεὶ κακὸν, τὸ δὲ ἕτερον ἀεὶ καλὸν, καὶ ἵνα ἑαυτῶν ἀνεπίδεκτα ᾖ ἑαυτοῖς μαχόμενα, ἑαυτὰ ἀναιροῦντα, ἐν ταῖς γυμνασίαις ἑαυτὰ ἐνδιαφθείροντα, τῆς αὐτῆς οὐσίας οὐδέποτε ἑαυτῇ μαχομένης καὶ ἑαυτὴν ἀναιρούσης; Καὶ τῶν τοιούτων ζητήσεων γινομένων, ὕθλος καὶ μωρία πάλιν φανήσεται αὐτῶν ἡ πρότασις.

Quod si quæ partes corporis semper essent temperantes, nunquam in pigritia; aliæ vero semper pigrantes, nullam partem temperantiæ amplectentes: dici posset, divisionem esse in corporibus, C et partes quasdam sic natura factas esse, quasdam vero aliter, esseque in hoc ratio eorum infirma: non enim jam de totis corporibus eorum disputatio esset, si tali hypothesi uterentur. Sed facile rursus sic redarguuntur: Quomodo enim possunt corporum ejusdem substantiæ, duæ contrariæ naturæ ab eadem substantia subsistere, eademque substantia in naturas duas dividi, ut hæc pars sit semper mala, altera vero semper bona; et ut se recipere non possint, secum pugnent, a se intereant, in usu atque exercitatione se interimant, cum alioqui substantia nunquam secum pugnet, seque tollat? Si talia inquirantur, rursus ipsorum quæstio nugatoria et fatua apparebit.

CAP. VIII. *Idem argumentum persequitur auctor.*

Εἰ δὲ τὰ μὲν σώματα οὐχ οὕτως ἐστὶν, οὐδὲ τὰ μὲν ἀεὶ ἐστι σώφρονα, τὰ δὲ ἀεὶ ῥᾳθυμα· ἀλλὰ δέος μὲν ἔστι περὶ τῶν σωφρόνων, μήποτε ῥᾳθυμήσωσι... ἠρέθη, καὶ πάθει ἐπιθυμίας συμπέποται. Ἐλπὶς δὲ καὶ περὶ τῶν λάγνων καὶ ἀκολάστων σωμάτων, ἐπεὶ πολλὰ τῶν ἤδη ῥᾳθυμησάντων σωμάτων, τοσοῦτον εἰς σωφροσύνην ἐπιδέδωκεν, ὡς μηδὲ σημεῖα τῆς παλαιᾶς ἀκολασίας ἔχειν, ὡς διὰ βελτίωσιν καὶ ἐπίδοσιν πλείονα, πάσης ῥυτίδος καὶ σπίλου τοῦ παλαιοῦ ἀπολελύ- D

Sin vero non sic sunt corpora, nec alia quidem semper sunt in virtute temperantiæ, alia vero semper in pigritia; sed metus est de temperantibus, ne quando propter negligentiam temperare pigreutur: multa enim jam corpora ob virtutem temperantiæ clara, capta sunt, et ea æstus libidinis absorbuit. Sed rursus spes est de impudicis et libidinosis corporibus: siquidem multa jam quæ in pigritia et ignavia fuerunt, tantos progressus in

[4] Joan. XIV, 23. [5] I Cor. III, 16. [6] Lev. XXVI, 12; II Cor. VI, 16.

(4) *Τῇ οὐσίᾳ.* Hæc non expressit interpres.
(5) Legit interpres: καὶ ἕνια μὲν οὕτω, ἕνια δὲ οὕτω πέφυκε. EDIT. PATROL.

Digitized by Google

continentia fecerunt, ut neque signa veteris incontinentiæ retineant, et ab omni ruga et macula vetere propter reditum ad meliorem vitam liberata sint. Cum igitur ait Evangelium, quod, *Publicani et meretrices præcedunt vos in regnum cœlorum* [7]; et cum Paulus : *Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis* [8]; cujus substantiæ vel naturæ erant corpora? Si enim bonæ, quomodo fuerunt pigra? Si malæ, quomodo temperata? Si vero a pigritia ad temperantiam translata sunt, et aliquando quidem fuerunt pigra, quandoque vero temperata: et potuerunt pigrari, et potuerunt temperare, id quod testantur mutationes : soluta est natura; ostensa est electio, et non est corpus substantia malum; quin potius electioni deserviens, et minister electionis, et non naturæ, idque futurum, quod electio dederit ut sit.

A σθαι· ὅταν οὖν λέγῃ τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι *Οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*· ὅταν λέγῃ Παῦλος· *Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι*· ποίας οὐσίας ἦν τὰ σώματα, ἢ φύσεως; Εἰ μὲν γὰρ τῆς ἀγαθῆς, πῶς ἐῤῥᾳθύμει; Εἰ δὲ τῆς φαύλης, πῶς ἐσωφρόνησεν; Εἰ δὲ ἐκ ῥᾳθυμίας ἐπὶ σωφροσύνην μετέστη, καὶ ποτὲ μὲν ἦν ῥᾴθυμα, ποτὲ δὲ ἐσωφρόνησε, καὶ ἠδυνήθη ῥᾳθυμεῖν, καὶ ἠδυνήθη σωφρονεῖν, καὶ μαρτυροῦσιν αἱ μεταβολαί· λέλυται ἡ φύσις· ὤφθη ἡ προαίρεσις· καὶ οὐκ ἔστι τὸ σῶμα οὐσιῶδες κακὸν, μᾶλλον δὲ ὑπηρετοῦν τῇ προαιρέσει, καὶ δοῦλον προαιρέσεως, οὐ φύσεως ὑπάρχον, καὶ τοῦτο ἐσόμενον, ὅπερ ἡ προαίρεσις ἀποδίδωσιν.

Cap. IX. *Corpus sequitur motus animæ.*

Cum enim mens, disciplinis susceptis, amore B disciplinarum teneri cœpit, tunc corpus a motibus qui illiciunt et provocant, solutum et expeditum, tranquillitatem magni facit, et quin actionibus deserviat, non repugnat. Cum vero desidia et mollities animum illicit, et tanquam dissolutio et mollitia mentis exsistit; tunc perturbatio corpori ascribitur, et nihil aliud inter utrumque intermedium cernitur; estque verum quod scriptum est : *Ecce posui coram te mortem et vitam; elige quod vis* [9]: ut quod justum est, qui elegerit ad utendum, de eo ratio in judicio ab eo reposcatur; et non coactus ad aliquid, excuset vim et necessitatem in eo quod egit; neque sic natus, extra querelam et culpam sit, quia naturæ repugnare non potuit. Cumque utrumque in potestate habeat, et ad eligendum dominus C sit, judicii proprii rationem reddat, et se defendat : quod enim elegit, volens elegit : idcirco de voluntario judicium subit, qui voluntate sua se ad actionem rerum applicavit. Si hæc non ita sunt, frustra sancti coronabuntur; frustra mali cruciabuntur, si actionis causa non ascribitur facientibus.

Ὅταν γὰρ γνώμη μαθήματα παραλαβοῦσα, εἰς ἔρωτα τῶν μαθημάτων ἔλθῃ, τότε καὶ τὸ σῶμα τῶν ἐρεθιστικῶν κινημάτων ἀπολελυμένον εὐστάθειαν τιμᾷ, καὶ τῇ τῶν πράξεων ὑπηρεσίᾳ οὐ μάχεται· ὅταν δὲ ἀμελετησίας καὶ χαυνότητος ἐρεθιζούσης τὴν διάνοιαν, οἷον ἔκλυσις καὶ χαυνότης γένηται τῆς γνώμης, τότε τῷ σώματι τὸ πάθος ἐπιγράφεται, καὶ φαίνεται μεθόδιον ἑκατέρου, οὐδὲν ἕτερον ὄν· καὶ ἀληθές ἐστι τὸ γεγραμμένον· *Ἰδοὺ ἔδηκα ἐνώπιόν σου τὸν θάνατον καὶ τὴν ζωήν· ἔκλεξαι ὃ θέλεις*· ἵνα τὴν αἵρεσιν λαβὼν ὁ πράττων δικαίαν, καὶ τὴν κρίσιν ἀπαιτῆται, καὶ μὴ πρός τι βεβιασμένος, ἀπολογίαν τὴν βίαν καὶ τὴν ἀνάγκην τῶν πραγμάτων ἔχῃ, μηδὲ οὕτω πεφυκὼς ἀμεμπτος τῇ φύσει μάχεσθαι μὴ δυνάμενος· καὶ τὴν αἵρεσιν ἑκατέρου ἔχων, κύριος ὢν ἐν ταῖς ἐπικρίσεσι, τῆς οἰκείας κρίσεως τὰς εὐθύνας καὶ τὰς ἀπολογίας ἀπαιτῆται· ὃ γὰρ εἵλετο, ἑκὼν εἵλετο· καὶ διὰ τοῦτο ὑπέρ τε τῶν ἑκουσίων κρίνεται, αἱρέσει ἰδίᾳ τοῖς πράγμασιν ἐπιβαλλόμενος· εἰ δὲ μή γε, μάτην καὶ οἱ ἅγιοι ἐστεφανοῦντο· μάτην καὶ οἱ κακοὶ ἐστρεβλοῦντο, εἰ μὴ τοῖς πράττουσιν ἡ τῆς πράξεως αἰτία ἐπεγράφετο.

Cap. X. *Manichæi male ratiocinantur de corpore.*

Quid igitur Manichæos movit ad inferendum corporibus accusationes et vituperationes, quos tum quæ scripta sunt, tum quæ a priscis dicta, abunde accusant? Temperantia enim quæ in actione posita est, testimonium tribuit corpori temperanti. Scriptura autem, quæ clamat : *Exhibete corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem* [10], satis argumentum concludit; non enim Deus quod non est suum approbat et amplectitur; neque quod ab alio fictum et simulatum est, requirit, ne qui alios de violentia accusat, ipse violentus exsistat; et ne quid desideret, quasi ipse facere non possit. Si enim vult id quod honoratum est, ut corpora sint in virtute temperantiæ, quomodo non fecit quod volebat? Sin vero fecit quidem non ipse, sed sic sunt natura facta ut essent mala; quomodo naturam commutavit, ut non amplius haberent naturam propriam,

Πόθεν οὖν κεκινημένοι Μανιχαῖοι διαβολὰς κατὰ τῶν σωμάτων ἐπηνέγκαντο, ἐκ τῶν γεγραμμένων καὶ ἐκ τῶν παλαιῶν λογίων κατηγορούμενοι; Ἡ γὰρ σωφροσύνη πρᾶξις οὖσα, μαρτυρεῖ περὶ τοῦ σώφρονος σώματος. Τὰ δὲ λόγια βοῶντα καὶ λέγοντα, *Παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ*, ἱκανὴν τὴν ἀπόδειξιν ποιεῖται· οὐδὲ γὰρ τὸ μὴ ἑαυτοῦ δέχεται ὁ Θεὸς, οὐδὲ τὸ ὑπ' ἄλλου πεπλασμένον ἀπαιτεῖ, ἵνα μὴ βίαν ἄλλοις ἐγκαλῶν, αὐτὸς βίαιος γένηται· καὶ ἵνα μὴ ἕτερον ἐπιθυμῇ, ὡς αὐτὸς ποιῆσαι μὴ δυνάμενος· εἰ γὰρ τίμιόν ἐστι καὶ βούλεται σωφρονεῖν τὰ σώματα, πῶς οὐκ ἐποίει ὁ ἠβούλετο; εἰ δὲ πεποίηκε μὲν οὐκ αὐτὸς, οὕτω δὲ πέφυκεν, ἵνα πονηρὰ ᾖ, πῶς τὴν φύσιν ἠμείψεν, ὥστε μηκέτι τὴν ἰδίαν ἔχειν, μήτε εἶναι πονηρὰ, εἶναι δὲ σεμνά; Εἰ δὲ δύναται φύσις ἀμειφθῆναι, πῶς ἔτι φύσις ἐστὶν ἀλλαττομένη, καὶ τὸ ἐναντίον ἑαυτῇ γι-

[7] Matth. xxi, 31. [8] Hebr. xi, 31. [9] Jerem. xxi, 8; Eccli. xv, 18. [10] Rom. xii, 1.

Digitized by Google

γνομένη; Τὸ γὰρ δεχόμενον ἀλλαγὰς καὶ μεταβολὰς οὐκέτι τοὺς ὅρους τῆς φύσεως δέχεται· ἀμείβεται δὲ τὸ σῶμα καὶ μεταλλάττεται, καὶ ῥᾳθυμῆσαν σωφρονεῖ· καὶ βοῶσιν οἱ λόγοι, τὸ, *Οὐ πορνεύσεις*· βοῶσι τὸ, *Οὐ μοιχεύσεις*· τὸ ἐγχωροῦν διὰ τῆς παραγγελίας ἀναιροῦντες· καὶ τὸ δυνάμενον τελειωθῆναι, διὰ τῆς παραινέσεως ἀναστέλλοντες· καὶ σύμμαχον τὸν λόγον τῇ γνώμῃ διδόντες· ἵνα ἡ διάνοια ῥέπουσα καὶ τὸ σῶμα πρὸς ἀρετὴν ἐφέλκῃ.

A nec essent mala, sed essent honesta? Si autem potest natura verti ac mutari, quomodo est natura quæ variatur, et in illud transit quod est illi contrarium? Quod enim variationes et mutationes capit, nondum finibus terminisque naturæ continetur. Mutatur autem corpus, et variatur; et quod fuit in pigritia et ignavia, temperat. Et clamant præcepta: *Non fornicaberis*; clamant: *Non adulterabis*; et præcipiendo tollunt facultatem faciendi; et quod perfici poterat, hortando cohibent, et adjungendo rationem ad judicium, ut mens in virtutem propensa, corpus etiam ad virtutem attrahat.

Cap. XI. *Corpora sanctorum divinitus mirabilia operantur.*

Ἀμέλει ἐπὶ τοσοῦτον προῆλθε τὰ σώματα τῶν ἁγίων, ὡς τιμηθῆναι, καὶ μήτε κενὰ γενέσθαι ἐνεργείας, μήτε δυνάμεως θείας. Νεκρὸν ἔκειτο τὸ σῶμα B τοῦ Ἐλισσαίου, καὶ κείμενον νεκρὸν, ἤγειρε νεκρόν· ἐσόβει τὸν θάνατον, ἐλεύθερον (6) τὸν ἀποθανόντα, εἰς ζῶντας ἔπεμψε τὸν τεθνεῶτα, προεξένει τῷ πεποιημένῳ τὴν ἔγερσιν. Εἰ δὲ Μανιχαῖοι πρὸς αὐτὸν μεμηνότες, καὶ τὸ λόγιον διαβάλλουσι, μήτε τὸν νόμον τιμῶντες· κἂν ἐκ τοῦ παραλλήλου δυσωπείσθωσαν, κἂν ἡ σκιὰ Πέτρου τὴν γνώμην ἐκείνων αἰσχυνέτω· σώματος γὰρ ἦν ἡ σκιὰ, καὶ ἐφαπτωμένη (7) κατὰ τῶν νενοσηκότων σωμάτων, ἀπόλυτα τὰ σώματα τῶν νοσημάτων κατεσκεύαζε.

Sane quidem corpora sanctorum tantum in virtute progressa sunt, ut honorata fuerint, et non facta vacua ab operatione et vi divina. Mortuum jacebat corpus Elisæi, et cum jaceret mortuum, suscitavit mortuum [11]; expulit mortem, liberavit ab obitu, revocavit ad vivos vita defunctum, excitavit a mortuis corpus a Deo factum. Quod si Manichæi contra hoc furentes, etiam Scripturam accusant, neque legem honorant; deterreat eos simile exemplum; faciat umbra Petri [12], ut ipsos pudeat: umbra enim erat corporis, quæ cum corpora ægrorum inumbrabat, eorum morbos depellebat.

Cap. XII. *Manichæorum argumenta soluta.*

Τοιούτων οὖν ὄντων τῶν ἀποδεικτικῶν λόγων καὶ τοιαύτης οὔσης ἀποδεικτικῆς πράξεως, πῶς οὐκ ἄτοποι ἂν εἶεν, φράσει λόγων ἁρμόσαι τὰ ἀνάρμοστα C ἐσπουδακότες; Φασὶ γὰρ Μανιχαῖοι· — Τὸ σῶμα ἐφορέσαμεν τοῦ Σατανᾶ, ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸ μὲν σῶμα οὕτω πέφυκε κακὸν, ἐκ κακοῦ προελθόν· ἡ δὲ ψυχὴ πέφυκε καλὴ, ἐκ καλοῦ ἔχουσα τὴν ἀρχήν· οὐκοῦν δύο ἀρχαὶ καὶ δύο οὐσίαι· καὶ ἀρχαὶ δύο γεγόνασιν αἰτίαι, καὶ ἡ μὲν σώματος κακοῦ, ἡ δὲ ψυχῆς ἀγαθῆς. Ἀγαθὴ οὖν ἡ ψυχὴ, πονηρὸν δὲ τὸ σῶμα. — Καὶ πῶς σῶμα μὲν σωφρονεῖ, πολλάκις δὲ ψυχὴ ῥᾳθυμεῖ; Καὶ πῶς ἑκάτερον ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει οὐ μένει; καὶ γέγονε τὸ ἀνάπαλιν, τὸ μὲν τοῦ διαβόλου τοῦ Θεοῦ, τὸ δὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ διαβόλου· καὶ λέλυται ἡ θρυλλουμένη ἔχθρα· καὶ φιλία γέγονε καὶ σπονδὴ, τοῦ μὲν Θεοῦ τὴν ψυχὴν ἀποπέμποντος τῷ διαβόλῳ, τοῦ δὲ διαβόλου τὸ σῶμα ἀντιπαραπέμποντος τῷ Θεῷ ὑπηρετεῖν; Ὑπηρετεῖ γὰρ σωφρονοῦν· (8) τὸ δὲ τοῦ D Θεοῦ τῷ διαβόλῳ διακονεῖν· διακονεῖ γὰρ ἀπιστοῦσα, καὶ βλάσφημα φθεγγομένη.

Cum tales ergo sint nostræ rationes demonstrativæ, et talis sit actio item demonstrativa, quomodo non sint absurdi, qui quæ aptari et colligari non possunt, verbis aptare et colligare studeant? Aiunt enim Manichæi: — Corpus Satanæ gestavimus, anima vero Dei est. Ac corpus quidem sic natura factum est, malum ex malo; anima vero natura facta est bona, ex bono originem trahens. Sunt igitur duo principia, et duæ substantiæ; et duo principia sunt causæ, altera quidem corporis mali, altera vero animæ bonæ. Bona igitur est anima, et corpus malum. — Et quomodo corpus quidem temperans est, anima vero sæpe pigra? Quomodo utrumque non manet in ordine suo? sed contra potius quod erat diaboli, fit Dei; et quod Dei, diaboli; et dissoluta est vulgata inimicitia, et facta amicitia et fœdus, Deo animam dimittente, ut inserviat diabolo; et contra diabolo corpus, ut inserviat Deo? inservit enim Deo, cum est temperans. Hoc autem Dei est, sicut rursus inservit anima diabolo, cum non credit, et loquitur blasphema.

Cap. XIII. *Ex filii prodigi pœnitentia.*

Πῶς οὖν οὐ μέγα καγχάζειν καὶ γελᾶν κατ' ἐκείνων τοὺς φρονίμους προσήκει, οὕτως ἄτοπον καὶ γελοῖον δόγμα εἰσηγεῖσθαι ἐσπουδακότων; Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ λογικὸν ἠρέθη μὲν ἀφροσύνῃ, δεδύνηται δὲ πάλιν ἀπολιπεῖν τὴν αἱρήσασαν ἀφροσύνην, καὶ δύναται ἀπολιπεῖν, αὐτάρκης ἀπόδειξις ἡ τοῦ (9) περὶ νεωτέρου υἱοῦ, ἡ παρὰ πατρὶ ῥᾳθυμήσασα. Πατέ-

Quomodo igitur non merito moveat prudentibus risum et cachinnos tam absurdum et ridiculum ipsorum dogma, quod introducere studuerunt? Quod autem ea vis animorum quæ posita est in ratione, capta est vitio intemperantiæ, potuit autem rursus et potest intemperantiam illam qua tenebatur, deserere, satis probat illa de filio adolescentiore [13]

[11] II Reg. XIII, 21. [12] Act. V, 15. [13] Luc. XV, 12 sqq.

(6) *Ἐλεύθερον*. Legisse videtur interpres ἠλευθέρου. Edit. Patrol.

(7) *Ἐφαπτωμένη*. An ἐφαπλωμένη, pro ἐφαπλουμένη? Edit. Patrol.

(8) Sequentia manca sunt.

(9) Locus vitiosus.

Digitized by Google

apud patrem ignavia. Reliquit patrem, profectus est ad voluptates, commoratus est in luxuria ; tandem rediit ad se, revertitur ad patrem, dimittit turpitudinem. Procedit supplex ad preces, consequitur veniam ; præcepta enim magni pretii quæ didicit, objecit, quibus fletum quem peccatum parit, delevit, et celebritatem lætam rationi consentaneam et divinam pro fletu reddidit.

ρα ἀπολέλοιπεν, ἐστείλατο τὴν πρὸς τὰ πάθη ἀποδημίαν, ἐνεβράδυνε τῇ ἀσωτίᾳ· ὑφ' ἑαυτοῦ, παλινοστεῖ πρὸς τὸν πατέρα καὶ παλινδρομεῖ (10)· ἀφίησι τὰ αἰσχρά· πρὸς ἱκεσίαν χωρεῖ· τυγχάνει συγχωρήσεως· εὔστασις γὰρ μαθημάτων πολυτελὴς γενομένη, τὸν μὲν ὀδυρμὸν τῆς ἁμαρτίας ἀπήλειψε, πανήγυριν δὲ λογικὴν καὶ θείαν ἀποδέδωκεν.

CAP. XIV. *Ex Pauli apostoli conversione.*

Nescio an Apostolum criminantur, et in apostolis numerant propter nova. Si nova laudant, quid aiunt de eo propter vetera, non enim priora cum posterioribus conveniunt. Lupus erat Paulus, et repertus est pastor ; mactabat, et hodie scutum ; tanquam propugnator sanguinem gregis fundere voluit, et ad extremum periculis se objicit, et sanguinem suum profundere studuit. Non enim recens natus, et cum dolore partus ex utero editus, usque ad tempus sepulturæ in eodem statu perseveravit, sed potius variis mutationibus ac conversionibus usus est. Faustum quidem finem nactus, vitæ vero institutione superiori contraria usus, non erubescit, neque tacet vetera. Laudem vitæ novæ putavit esse, quod ex tanta perversitate egressus, ad tantum culmen virtutis reversus est, et clamat : *Propter hoc Jesus Christus venit in mundum, ut peccatores salvos faceret, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Jesus omnem patientiam ad informationem illorum, qui crediturі sunt illi in vitam æternam* [11].

Οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ τὸν Ἀπόστολον διαβάλλουσιν, ἢ ἐν τοῖς ἀποστόλοις αὐτὸν ἐγκρίνουσι διὰ τὰ νέα. Εἰ μὲν γὰρ διὰ τὰ παλαιὰ διαβάλλουσι, τί ἐροῦσι διὰ τὰ νέα ; Εἰ δὲ τὰ νέα ἐπαινοῦσι, τί φασι διὰ τὰ παλαιά ; οὐ γὰρ συνῳδὰ τὰ πρῶτα τοῖς δευτέροις· λύκος ἦν, καὶ ποιμὴν εὑρέθη· ἀναιρῶν ἦν, καὶ σήμερον ὅπλον· ὡς ὑπερασπιστὴς, τὰ αἵματα τῆς ἀγέλης ἐκχέειν προῄρηται, καὶ τὸ τελευταῖον κινδυνεύει, καὶ τὸ αἷμα τὸ ἴδιον ἐκχέειν ἐσπούδασεν. Οὐ γὰρ ἄρτι τεχθεὶς, καὶ τὴν ὠδῖνα τῆς μήτρας παρελθὼν μέχρις ὥρας τοῦ μνήματος ὁ αὐτὸς διετέλει· ἀλλὰ κέχρηται ποικίλαις διαλλαγαῖς καὶ μεταβολαῖς· αἴσιον μὲν τὸ τέλος εὑράμενος, παλιμφήμῳ δὲ χρησάμενος τῇ νέᾳ διαγωγῇ· ἀμέλει, οὐκ ἐρυθριᾷ, οὐ σιωπᾷ τὰ παλαιά· ἐγκώμιον τοῦ νέου βίου νενόμικεν, ὅτι ἐκ τοσαύτης φαυλότητος παρελθὼν, ἐπὶ τηλικαύτην ἀκρώρειαν τῆς ἀρετῆς ἀνελήλυθε, καὶ βοᾷ· *Διὰ τοῦτο Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐνδείξηται Ἰησοῦς ἐν ἐμοὶ τὴν ἅπασαν αὐτοῦ μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν.*

CAP. XV. *Apostoli primum peccatores.*

Cum autem chorum apostolorum contemplabimur, intelligemus ex peccatoribus et profanis hominibus fuisse collectum, qui multa olim peccaverant et non sunt amplius errore lapsi ; in quibus duo fuerunt, lapsos fuisse, et non jam lapsos esse. Quod si mala natura præditi fuissent, semper peccassent ; rursus, si bona natura, nunquam peccassent : si vero in multis lapsi, et cum multa peccata commisissent, eo evaserunt ut non peccarent, et ad vitam ab erroribus liberam devenerunt, constat naturam animæ liberi arbitrii ac voluntatis esse, non ad aliquid natura factam, sed electione mutationes capere ; quocunque vult se vertere et redire, quo reditum eligit ; et interdum sic degere, interdum sic, ut vult, facieas voluntatem suam normam suarum rerum : norma enim actionis est voluntas facientis. Si autem quæ oderant dilexerunt, et quæ dilexerant oderunt, et non fuit sententia fixa in odio, sed instar volucris leviter se transfert quo desiderat, ubi est natura ? Oportet enim naturam quæ semper odit, semper odio habere quod odit ; et quæ semper amat, semper amare quod amavit ; et non jam amare quæ odio habuit, neque quæ amavit odio ha-

Ὅταν δὲ καὶ τὴν χορείαν τῶν ἀποστόλων θεωμεν, ἐξ ἁμαρτωλῶν αὐτὴν εἰσόμεθα καὶ βεβήλων ἀνθρώπων, καὶ πολλὰ τὸ παλαιὸν ἐπταικότων, καὶ μηκέτι σφαλεύτων (11), καὶ τὰ δύο ἐσχηκότων, καὶ τὰ πολλὰ ἐσφάλθαι. Εἰ μὲν οὖν φύσεως ἦσαν κακῆς, ἀεὶ ἔπταιον· εἰ δὲ φύσεως καλῆς, οὐδέποτε ἔπταιον· εἰ δὲ πολλὰ σφαλέντες, καὶ μεγάλα ἁμαρτήσαντες, ἐπὶ τὸ μὴ ἁμαρτάνειν ἐληλύθασι, καὶ ἐπὶ τὸ ἀσφαλὲς βεβιωκέναι ἦλθον, δείκνυται ὁ τῆς ψυχῆς ὅρος αὐτεξούσιος ὢν καὶ αὐτοπροαίρετος, μὴ πρός τι πεφυκὼς, προαιρέσει δὲ τὴν μεταβολὴν ποιούμενος, καὶ τρεπόμενος ὅπου καὶ βούλεται, καὶ παλινδρομῶν, ὅπου καὶ προαιρεῖται· καὶ πῇ μὲν, οὕτω διάγων, πῇ δὲ, οὕτω καὶ οὕτω διάγων ὡς βούλεται· καὶ τὴν βούλησιν ἑαυτοῦ, κανόνα τῶν πραγμάτων ἑαυτοῦ ποιούμενος· κανὼν γὰρ πράξεως ἡ βούλησις τοῦ ἐργαζομένου τυγχάνει. Εἰ δὲ ἃ μεμισήκασι, πεφιλήκασι, καὶ ἃ πεφιλήκασι, μεμισήκασι, καὶ οὐ πέπηγεν ἡ γνώμη ἐν τῷ μίσει, ἀλλὰ πτηνοῦ δίκην κούφως μεθίσταται, ὅπου καὶ ποθεῖ· ποῦ ἡ φύσις ; Δεῖ γὰρ τὴν φύσιν μισοῦσαν, ἀεὶ μισεῖν τὸ μισηθὲν, καὶ φιλοῦσαν, ἀεὶ φιλεῖν τὸ φιληθέν· μηκέτι τὰ μεμισημένα φιλεῖν, μηδὲ τὰ πεφιλημένα μισεῖν· ὅπου γὰρ ἀλλάττονται αἱ γνῶ-

[11] 1 Tim. 1, 15, 16.

(10) *Καὶ παλινδρομεῖ.* Ista exciderunt interpreti.

(11) *Σφαλεύτων.* Lege σφαλέντων, et infra σφαλέντες, pro σφαλεύτες, quod verbum est nihili. EDIT. PATROL.

Digitized by Google

μαι, καὶ τηλικαῦται φιλίαι τοιαύτας λαμβάνουσι τὰς μεταβολάς, πῶς οὐκ ἂν εἴη ἄμαλλα τὸ πρᾶγμα;

bere. Ubi autem sententiæ mutantur et tot mutationes capiunt amicitiæ, quid aliud res est quam certamen?

CAP. XVI. *Substantia eadem ante et post conversionem.*

Ἐμισεῖτό ποτε ὁ Ἰησοῦς ὑπὸ τοῦ Παύλου, καὶ πάνυ πεφίληται ὑπὸ τοῦ μεμισηκότος· ἐφιλεῖτο ἡ λῃστεία ὑπὸ τοῦ λῃστοῦ, καὶ ἐμισεῖτο ἡ ἀρετή· καὶ τοσοῦτον μετετέθη ἡ διάνοια, ὡς ὑπερφιλῆσαι τὸ πάνυ μεμισημένον· τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τοῦ εὐαρέτου, φιλῆσαι μὲν τὸ μισηθέν, μισῆσαι δὲ τὸ φιληθέν. Πολλοὶ νέοι ὄντες πεφιλήκασι τὰ αἰσχρά, καὶ μεμισήκασι τὰ σεμνά· καὶ σήμερον ἐν γνώσει γεγονότες διακέκρινται· διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐπιγινώσκονται· διὰ τοῦτο ἠγωνίσαντο ἑαυτοῖς· διὰ τοῦτο οὐδὲ εἰκόνα τὴν παλαιὰν λαμβάνουσι· καίτοι ἄνθρωποι καὶ αὐτοί εἰσιν. Οὐ τοῦ εἶναι ἄνθρωποι ἐπαύσαντο· μενούσης τῆς οὐσίας, οὐ μένουσιν οἱ τρόποι. Αἱ οὐσίαι οὐ λέλυνται, οἱ δὲ τρόποι καταλέλυνται· ἔστη μὲν ἡ ἑκάστου οὐσία, ἡ τοῦ ἀνθρώπου οὐσία· ἀλλ' οὐκέτι γνωρίζω τὸν ἄνθρωπον· πόρνος ἦν, καὶ σώφρων γέγονεν· ἅρπαξ ἦν, καὶ τὸν εὐεργετικὸν μεμίμηται βίον· οὐ τὸν χαρακτῆρα τοῦ προσώπου λέλυκε, μένει ὁ τῆς ὄψεως χαρακτήρ· οὐ τὴν ὄψιν τῆς φύσεως ἀνῄρηκεν.

Habebatur aliquando Jesus odio a Paulo, et magnopere amatus est ab eo qui oderat. Amabatur latrocinium a latrone, et odio erat virtus; et tantam mutationem mens cepit, ut quod valde oderat, magnopere amaret. Hoc enim proprium est ejus qui studio virtutis tenetur, amare quidem quod odio prosecutus fuerat, et odio habere quod prosecutus amore. Quin imo adolescentes voluptates adamarunt, et honesta odio habuerunt. Hodie cernimus eos esse in scientia et cognitione; idcirco nec agnoscuntur; idcirco secum certaverunt; idcirco nec imaginem veterem sumunt: at homines sunt, et iidem sunt. Non desierunt esse homines; manente alioqui substantia, non manent mores. Substantiæ non sunt solutæ, mores sublati sunt. Uniuscujusque substantia exstitit hominis substantia; sed non jam hominem agnosco. Erat libidinosus, et factus est pudicus. Latro erat, et vitam benigni et benefici imitatus est. Non figuram personæ delevit; permanent lineamenta aspectus; non abstulit aspectum naturæ.

CAP. XVII. *Modo dicta confirmantur.*

Ὅταν μὲν τὸν ἄνθρωπον ἴδω, ἐπιγινώσκω οἷός ἐστιν· ὅταν δὲ τὸν τρόπον θεωρήσω, ξενίζομαι· οὐκέτι γνωρίζω· ἡ μεταλλαγὴ τὸν ξενισμὸν δεδώρηται. Καὶ αἱ μὲν οὐσίαι οὐκ ἠλλάγησαν· μένει γὰρ τὸ σῶμα, οὐχ ἕτερον γεγονός· οὔτε γὰρ τὸ σῶμα εἰς τὸ ἀσώματον μετετέθη· οὔτε ἡ ψυχὴ ἑτέρα τῇ οὐσίᾳ ὑπῆρξεν· ἀλλὰ μενουσῶν τῶν οὐσιῶν, τὰ ἐπιτηδεύματα οὐκ ἔμεινε.

Cum hominem video, agnosco qualis est; cum vero mores contemplor, admiror, non amplius agnosco. Morum translatio admirationem attulit. Substantiæ quidem non sunt mutatæ; corpus enim in substantia corporis persevérat. Non aliud factum; nec enim corpus in incorporeum translatum est, nec anima alia exstitit secundum substantiam: quia potius manentibus substantiis, non permanserunt studia.

CAP. XVIII. *Idem argumentum rursus astruitur.*

Τί οὖν ἐροῦμεν; εἰ μενουσῶν τῶν οὐσιῶν τὰ ἐπιτηδεύματα οὐκ ἔμεινεν, οὐκέτι οὐσιώδη τὰ ἐπιτηδεύματα· ἦ γὰρ ἂν καὶ συνέμεινε ταῖς οὐσίαις, καὶ οὐκ ἂν ἀπηλλάττοντο· εἰ δὲ μεμενήκασι μὲν αἱ οὐσίαι, οὐ μεμενήκασι δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα, ἀλλ' ὀφθαλμὸς ὁ πάλαι αἱρούμενος τῇ ἡδονῇ ἀντικλεῖδα τὴν σωφροσύνην ἔσχεν· ἡ δὲ γλῶσσα ἡ πάλαι πρόχειρος καὶ πρόβουλος, καὶ τῶν βουλῶν προεπαγομένη, ἄρτι χαλινῷ πείθεται, καὶ ὁμολογεῖ, καὶ τὰ ἀσφαλῆ φθέγγεται· τὸ δὲ σῶμα ἐκδεδιαιτημένον (12) ἄρτι ἠρεμεῖ καὶ συνεστάλη, καὶ λοιπὸν σωφρονεῖ· οὐκ ἦν φύσις τοῦ ὀφθαλμοῦ ὄρεξις, οὔτε γλώττης προπέτεια, οὔτε σώματος ἡ ῥᾳθυμία· οὐ (13) δὲ τοῖς φυσικοῖς ἐπιστῆναι δεῖ, καὶ ταῦτα μὴ σιωπῆσαι· ὀφθαλμοῦ ἦν τὸ βλέπειν, οὐ τὸ πῶς βλέπειν· καὶ γλώττης ἦν λαλεῖν (14)· ἡ γὰρ ποιότης τῶν κινημάτων ἐν τῇ προαιρέσει κεῖται· ἡ δὲ ἁπλῆ καὶ ἀκίνδυνος τῶν πραγμάτων κίνησις τοῖς μέλεσιν ἀποδέδοται· ἀκίνδυνος οὖν ἡ ἁπλῆ κίνησις· ἄδηλος δὲ ἡ μεταβολή· καὶ γνώμης μὲν καὶ μαθημάτων, ἡγουμένων τῶν ὁμμά-

Quid igitur dicemus? si manentibus substantiis non permanserunt studia, non insunt in substantia studia. Si enim in substantia inessent, simul cum substantiis permanerent, et non mutarentur. Quod si substantiæ in natura sua perseveraverunt, non autem perseveraverunt studia, sed potius oculus qui olim voluptate capiebatur, temperantiam pro claustro habuit; lingua quæ olim prompta et præceps fuit et consilia præcurrens, jam freno rationis obtemperat et confitetur, et quæ errore carent, loquitur; corpus vero paulo ante erat in metu, quiescebat; erat contractum, et postea temperate vivit: sequitur naturam oculi non esse appetitum, neque linguæ naturam petulantiam, neque corporis naturam pigritiam et ignaviam. Quod si oportet in naturalibus persistere, et non hæc tacere, oculi erat videre, non quomodo videret; et linguæ item loqui, non quomodo loqueretur: qualitas enim motuum posita est in electione. Simplex autem, et non periculosa rerum motio membris attribuitur. Periculo igitur vacat simplex motus; incerta

(12) *Τὸ δὲ σῶμα ἐκδεδ.* Vertit Basnagius: *corpus luxuriose vivens novissime quiescit: timidum factum est, et postea vivit temperate.* Interpres noster pro ἐκδεδιητημένον legisse videtur: ἐδεδίει, τήμερον. Inde hiulca admodum est interpretatio Latina.

(13) *Οὐ.* Et legisse videtur interpres.

(14) *Λαλεῖν.* Post hanc vocem, ista etiam legerit interpres: οὐ τὸ πῶς λαλεῖν.

Digitized by Google

vero est mutatio : ac judicium quidem et disciplina præceptionum, cum tanquam duces oculis præeunt, rectus et divinus est aspectus, usque ad ea quæ aspectu digna sunt porrectus. Cum vero negligentia dominatur, turpes et fucatæ sunt res. Sic etiam corpus, sic omne membrum actionem honorat, actionem imitatur. Bonum est quod formatum est; potest enim deservire virtuti. Sanctæ sunt leges; curant enim ut diligentiam adhibeat quod formatum est. Misce cum formatione legem, et videbis quod formatum est, similitudinem ejus qui formavit habere, imitabiturque eum; sin vero formatus es, sed lineamenta formationis non reddis formato, fere accusas et calumniaris auctorem; et cum videris contumeliosus esse in id quod factum est, contumeliam infers ei qui fecit.

A των, δεξιὰ καὶ θεία βλέψις, μέχρι τῶν ἀξιωθέντων ἐκτεινομένη· ῥαθυμίας δὲ κρατούσης, αἰσχρὰ καὶ κίβδηλα τὰ πράγματα· οὕτω καὶ σῶμα, οὕτω καὶ πᾶν μέλος τὴν πρᾶξιν τιμᾷ, τὴν πρόθεσιν μιμεῖται. Καλὸν τὸ πεπλασμένον· δύναται γὰρ ὑπηρετῆσαι ἀρετῇ· ἱεροὶ οἱ νόμοι· ἐπιμέλονται γὰρ τῆς μελείας τοῦ πεπλασμένου. Μίξον τῇ πλάσει τὸν νόμον, καὶ ὄψει τὸ πεπλασμένον, ἐοικὸς τῷ πεπλακότι, καὶ μιμήσεται τὸν πεπλακότα· εἰ δὲ τὴν πλάσιν ἔχεις, τοὺς δὲ νόμους (15), χαρακτῆρας ὄντας τῆς πλάσεως, οὐκ ἀποδίδως τῷ πεποιημένῳ, κινδυνεύεις κατηγορεῖν διαβολῇ, ὑβρίζειν δοκῶν τὸ πεποιημένον· ὕβριν τῷ πεποιηκότι ἐργάζῃ.

CAP. XIX. *Mutatis moribus, anima non mutatur.*

Quandoquidem vero aliqua est animæ substantia, B et non est soluta neque solvetur substantia ejus; sæpe autem soluti et sublati sunt mores : quid quod solvi potest, tanquam solvi non possit, substantiale esse confiteris? Sunt sæpenumero animæ captæ quidem imprudentia, postea vero prudentiam amplexæ sunt. Et rursus sæpe prudentia illustres, quandoque in imprudentiam ceciderunt. Sæpe audisti : *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [16]. Clamavit etiam Paulus : *Stulta mundi elegit Deus, ut sapientes confunderet* [16]. Igitur qui erant in stultitia, ad prudentiam devenerunt; et qui erant in prudentia, ad stultitiam : et segnities quidem mentem cepit ægritudine prudentiæ captam, disciplina vero mentem insipientem recuperavit, et ejecta C ægritudine imprudentiæ propriam valetudinem reddidit. Vitia ergo et virtutes mutationes ceperunt; comparari possunt, et amitti. Habes, et non habes; invenisti, et amisisti; habes quod invenisti, non habes quod amisisti; inter eos qui inveniunt et perdiderunt, numeraris. Aliud est quod invenitur et amittitur; hoc enim est virtus et vitium. Qui vero invenit et perdit, is est qui virtuti et vitio operam dat. Et vitium quidem nihil; proprie enim nihil est: non enim potest per se esse vitium. Actionem vero mollitie affectionis consistentem, et studio consultæ voluntatis intereuntem, sume scilicet ex iis quæ addiscuntur, et ex motibus considera quæ foris sunt; contemplare quæ intus; perspice cogitationes, cum sentis turbidum motum et tumultum quemdam; D cum voluptas titillat, cum jam sic in periculo versans, præsentia et præsidio parvæ disciplinæ tranquillitatem et multam constantiam in anima vides; idque fit in eodem, neque multo intervallo temporis, quin potius sæpenumero puncto temporis.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῇ ψυχῇ ἔστι τις ὑπόστασις, καὶ οὐ λέλυται αὐτῆς ἡ ὑπόστασις, οὐδὲ λυθήσεται· πολλάκις δὲ λύονται οἱ τρόποι, καὶ δύνανται λυθῆναι· τί ὡς μὴ δυνάμενον λυθῆναι τὸ δυνάμενον λυθῆναι, οὐσιῶδες ὁμολογεῖς; Εἰσὶ ψυχαὶ πολλάκις μὲν ἀφροσύνῃ αἱρεθεῖσαι, ὕστερον δὲ φρονήσεως ἥψαντο· καὶ πολλάκις διαπρέπουσαι ἐν φρονήσει· ὕστερόν ποτε εἰς ἀφροσύνην πεπτώκασι. Πολλάκις ἤκουσας· *Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.* Ἔβόησε δὲ καὶ Παῦλος· *Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς.* Οὐκοῦν, οἱ ἐκ μωρίας ἐπὶ τὴν φρόνησιν ἐληλύθασι, καὶ ἐκ φρονήσεως ἐπὶ τὴν μωρίαν, καὶ ῥαθυμία μὲν τὴν γνώμην εἶλε, νόσῳ φρονήσεως αἱρεθεῖσαν, μάθησις δὲ γνώμην ἀφραίνουσαν παραλαβοῦσα ἀνεκτήσατο, τὴν νόσον τῆς ἀφροσύνης ἐξώσασα, καὶ τὴν ὑγείαν ἀποδέδωκε κυρίαν. Μεταβέβληνται οὖν αἱ κακίαι καὶ αἱ ἀρεταί· καὶ κτηταί, καὶ ἀπόκτητοι. Ἔχεις, οὐκ ἔχεις· εὗρες, καὶ ἀπολώλεκας· ἔχεις, ἃ εὗρες· οὐκ ἔχεις, ὃ ἀπολώλεκας· ἐν τοῖς εὑρίσκουσιν, ἡ ἀπολωλεκόσι κρίνῃ. Ἕτερον δὲ τὸ εὑρισκόμενον καὶ τὸ ἀπολλύμενον· καὶ τὸ μὲν, ἡ ἀρετὴ, τὸ δὲ, ὁ ποιῶν· καὶ τὸ μὲν, ἡ κακία, τὸ δὲ, ὁ πράττων· καὶ τὸ μὲν, ἡ κακία, οὐδέν· ἰδίως γὰρ οὐδέν· ὑπόστασιν γὰρ κακίας εὑρεῖν ἀμήχανον· πρᾶξιν δὲ χαινότητι (*sic*) φρονήσεως ὑφιστανομένην, καὶ μελέτῃ προαιρέσεως ἀναιρουμένην, ἀμέλει ἐκ τῶν μαθημάτων λάμβανε, καὶ ἐκ τῶν κινημάτων· ἐπίσκεψαι τὰ ἔξω· θεώρει τὰ ἔσω· κατανόησον τὰς διανοίας· ὅταν ὑπομείνῃς τάραχον, ὅταν θόρυβόν τινα, ὅταν γαργαλίζῃ ἡδονῇ, ὅταν ἔτι οὕτω κινδυνεύων ὀλίγου μαθήματος ἐπιστάντος, γαλήνην ἴδῃς ἐν τῇ ψυχῇ καὶ εὐστάθειαν πολλὴν, καὶ ταῦτα ἐν ταυτῷ· μήτε πολλοῦ χρόνου παρεληλυθότος, ἀλλὰ πολλάκις ἐν τῷ ἀκαριαίῳ τοῦ τοιούτου πραττομένου.

CAP. XX. *Confirmatur eadem doctrina.*

At sæpe cum anima aliquid turpe appetit, et statim se cohibet et sedationem perturbationis sibi affert, ac continuo quæ ad temperantiam pertinent,

Καὶ πολλάκις ὁρμώσης τῆς ψυχῆς ἐπὶ πάθος αἰσχρόν· παραχρῆμα δὲ συστελλούσης καὶ καθησυχαζούσης, καὶ εὐθὺς τὰ σώφρονα ἀναγινωσκούσης, καὶ

[16] Psal. XLVIII, 13, 21. [16] I Cor. I, 27.

(15) *Τοὺς δὲ νόμους. Sed leges aut virtutes quæ sunt characteres formationis, non reddis formato.* Sic reddit Basnagius ista τοὺς δὲ νόμους, quæ fugerunt interpretem.

Digitized by Google

τοῦ τοιούτου πραττομένου, πῶς οὐκ ἔστι θαῦμα λαθεῖν; πῶς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲν ἴδιον αὐτῆς, ἀλλ' ἰδιοποιεῖται ἡ ψυχὴ πρὸς ὃ βούλεται ἰδιοποιηθεῖσα; καὶ οὐδὲν τῶν αἰσχρῶν καθ' ἑαυτό ἐστιν, ἀλλ' εἶναι δοκεῖ, ὅτε τῇ ἐννοίᾳ φαντάζεται· οὐκ ἔστιν οὖν καθ' ἑαυτὰ τὰ αἰσχρὰ, ἀλλὰ ταῖς ἀποκλινούσαις καὶ ἀπορρεπούσαις διανοίαις τὰς συστάσεις δέχεται· ὅθεν καὶ παιδευτηρίων ἐδεήθη, ἀκόνην καὶ λαμπρότητα πρὸς παιδευτηρίων λαμβάνουσα· ὅθεν πολλάκις ἡ αὐτὴ ἑαυτῇ φθέγγεται, ἑαυτὴν διεγείρουσα, ἢ δι' ἑτέρου διανεσταμένη ἀκούει· *Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ*· καὶ, *Αἶνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον*. Ἡ γὰρ οἱ διεγείροντες καὶ διανιστῶντες λόγοι ἔτι ἀνδρειοτέραν αὐτὴν κατεσκεύασαν, ἢ ἐκ τοῦ παραινοῦντος γινόμενοι τὴν στάσιν τὴν τελείαν αὐτῇ χαρίζονται· πολλάκις δὲ καὶ διεγείρει ἑαυτὴν ἐπὶ τὸ αἰσχρὸν, καὶ πρὸς παραίνεσιν ἑαυτῆς χωρεῖ· καὶ ἄλλως τὰ ἄτοπα ἑαυτῇ χαριζομένη, καὶ βοῶσα· *Ψυχὴ, ἔχεις ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά· φάγε, πίε, εὐφραίνου.*

legit; cum hoc, inquam, fit, quomodo non est admirandum? quomodo non est dicendum, nihil esse proprium animæ? sed potius proprium ab anima fieri id ad quod se vult applicare, nullamque turpitudinem per se esse, quinimo tunc videri esse, cum cogitatione fingitur. Non sunt igitur turpia per se; sed cum mens ad ea deflexit, et facta est propensa, tunc consistunt. Unde scholis indiguit anima, a quibus acumen et splendorem caperet. Ex quo fit ut sæpe secum loquatur se ipsam excitans, aut ab alio excitata audit: *Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus*[17], et: *Lauda, anima mea, Dominum*[18]. Aut enim rationibus excitata et commota, fortior facta est, aut alterius monita perfectum statum ei tribuunt. Sæpius vero se ad turpitudinem incitat et hortatur, et quæ sunt absurda, sibi concedit, et clamat: *Anima, habes bona posita in multos annos; comede, bibe, lætare*[19].

Cap. XXI. *An duplex anima sit in homine.*

Καὶ εἰ μὲν αἱ τὰ ἄτοπα ἑαυταῖς παρέχουσαι ψυχαὶ, ἕτεραι ἦσαν, καὶ καθ' ἑαυτὰς ἦσαν, ἄλλων δὲ τὰ σώφρονα, ἦν εἰπεῖν δύο γένη ψυχῶν· καὶ λέγοντας τοῦτο, πάλιν γελᾶν· καὶ δυσωπεῖν ἔδει τὴν ἄτοπον τῶν Μανιχαίων δόξαν, ὅτι τὴν μανίαν εἰς δύο τέμνουσι καὶ διαιροῦσι, καὶ τὰ ἑαυτοῖς μαχόμενα φθεγγόμενοι, καὶ μηδὲ τῆς ἀτόπου αὐτῶν δόξης τὴν συμφωνίαν τιμῶντες. Εἰ δὲ αἱ αὐταί εἰσι, καὶ ἄρτι ἡ τὰ ἄτοπα ἑαυτῇ παραινέσασα παραινέσειέ ποτε ἑαυτῇ τὰ τίμια, καὶ ἡ ἄρτι πρὸς τὰ σεμνὰ ἑαυτὴν διεγείρουσα, ποτὲ πρὸς τὰ αἰσχρὰ ἑαυτὴν ἐκπέμψει· καὶ ἡ ποτὲ σεμνῶν ἀντιποιηθεῖσα, καὶ τιμήσασα τὰ σεμνὰ, ποτὲ αὐτὰ ἀπολέλοιπεν· αὐθαίρετος ἐκ τῆς μεταβολῆς ἐλεγχθήσεται.

Si animæ quæ sibi suggerunt inhonesta, aliæ essent, ac per se essent; aliæ vero, quæ honesta et temperata, dici posset esse duo genera animarum; et rursus eos qui hoc dicerent, rideremus; esseteque valde pudendum opinionis Manichæorum, quod insaniam in duo genera dividunt, qui et sibi repugnantia loquuntur, et non tenent cum honore opinionis suæ absurdæ consensionem. Quod si eædem sunt animæ, et anima quæ paulo ante turpia sibi suadebat, suadebit sibi aliquando honesta; et quæ paulo ante ad honestatem se excitabat, quandoque se in turpitudinem projiciet; et quæ aliquando honesta amplexa est et honore prosecuta, aliquando illa deseruit, ipsa mutatione convincetur liberæ voluntatis esse.

Cap. XXII. *Demas, Giezi et Judas proditor, in exemplum propositi.*

Δημᾶς ἦν μετὰ Παύλου, τιμῶν τὴν Παύλου συνουσίαν. Ἡρέθη τῇ τοῦ διαβόλου ἐπιθυμίᾳ· ἠφίει τὴν ἀποστολικὴν συνουσίαν· καὶ φυγὰς γενόμενος πρὸς τὴν τοῦ κόσμου δόξαν ἠπείγετο· *Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην.* Ἠκολούθει ποτὲ καὶ Γιεζῆ τῷ Ἐλισσαίῳ, καὶ εἰς ὑπηρεσίαν ἐμετρεῖτο· καὶ φανείσης εὐκαιρίας χρημάτων ἠφίει μὲν τὰ θεῖα· χρήματα δὲ λαβὼν ἀντεπώλει τὴν οἰκείαν γνώμην τῇ εὑρέσει τῶν χρημάτων. Ἰούδας ἐν ἀποστόλοις ὢν ἐφόβησέ ποτε πυρετοὺς, ἐστρατηλάτησε κατὰ δαιμόνων, εἷς ἦν τῶν λεγόντων, *Κύριε, ἰδοὺ καὶ τὰ δαιμόνια ἡμῖν ὑποτάσσεται*· καὶ ὁ μάστιγα κατὰ δαιμόνων κινήσας, μικρῷ τροφίῳ αἱρεθεὶς ἠγκιστρεύετο ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας. Καὶ οὗτοι μὲν τοιοῦτοι, οὐκ ἐκ τῆς τοιαύτης μετουσίας, εἰς τὴν τῶν αἰσχρῶν οὐσίαν μεταβεβηκότες.

Erat Demas cum Paulo, cum consuetudinem ejus et familiaritatem magni faciebat. Captus est cupiditate diabolica, reliquit consuetudinem Apostoli; et factus fugitivus, ad gloriam sæculi properabat: *Demas*, inquit, *me reliquit, diligens hoc sæculum, et profectus est Thessalonicam*[20]. Sequebatur aliquando Giezi Elisæum, et ad inserviendum ei se attemperabat; at ostensa opportunitate habendi pecunias, dimisit divina, et acceptis nummis, mentem suam vendidit et pecuniis addixit[21]. Judas e numero apostolorum erat, expellebat aliquando febres, militavit contra dæmones, unus erat ex iis qui aiebant: *Domine, ecce dæmonia subjiciuntur nobis*[22]; et qui dæmones verberavit, paulo post hamo cupiditatis captus est. Atque hi quidem tales fuerunt participatione liberæ voluntatis ad res turpes traducti.

Cap. XXIII. *Petri lapsus et pœnitentia.*

Τί δέ φησι περὶ τοῦ Πέτρου ἡ Θωμᾶ; ὅστις ποτὲ

Quid de Petro et Thoma dicitur? Erat aliquando

[17] Psal. CII, 1. [18] Psal. CXLV, 2. [19] Luc. XII, 19. [20] II Tim. IV, 9. [21] IV Reg. V, 20 sqq. [22] Luc. X, 17.

Digitized by Google

piscator Petrus, et malus erat; non enim erat expers peccati, homo siquidem erat. Reliquit sagenas et pisces, et relictis omnibus sequebatur, ut solum Jesum haberet; et relictis primis, non desiderio suo frustratus, reperit quod quæsivit, et eo usque progressus est, ut audiret: *Tu es Simon filius Jonæ: tu vocaberis Cephas*[25]; quod nomen significat *Petrum*; ut audiret: *Tibi dabo claves regni cœlorum*[26]; ut testimonium ei tribueretur: *Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis*[27]. Postea lapsus est in verbo petulanti; et cum ad increpandum processisset, nec ab increpatione fugeret, audivit: *Vade post me, Satana; scandalum mihi es, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum*[28]. Paulo ante claves acceperat, et Pater in eo loquebatur; Petrus pro Simone appellatus; sed pro remuneratione increpationem elegit. Verumtamen facta est lapso medicina, et factus est melior; facta est increpatio Domini remedium, et mens curationem amplexa est, et magnus ac divinus erat Petrus; et qui lapsum curaverat, nihil damni in eo quod prius dictum est, fecerat. Ut autem Dominus traditus est, et ducebatur ad atrium pontificis, prodidit se, timori succubuit ille fortis Petrus; tremefactus est qui claves acceperat; periculum fuit, ne extra januam veritatis verum diceret. Periculum fuit, ne se vere faceret anathema, cum munitus est (16). Exinanivit mentem, qui plenus erat; ab una puella victus est, ancillam metuit, non potuit servæ resistere. Cecidit formidine consternatus ille in Deum pius, ille Deo charus, ille qui illa insignia novit, qui Dominum vidit. Cum hæc dico, non ut eum accusem, dico; confidit enim me hæc dicere, ut veritas calumniam non subeat; pro defensione veritatis loquor; servum veritatis adhibeo, ne mendacium vincat; ministrum veritatis produco, ut quia volunt Manichæi naturas esse in culpa, et in naturæ rationem insaniunt, Petrus a me productus est ut naturam demonstret. Demonstrant enim multæ ejus mutationes ea, quæ libera voluntas effecit; et evanescet ortus rumor, siquidem libera voluntas præmia judicii conficit. Electione enim (id est, ratione et voluntate) vivimus, electioni reservamus officia.

A ἁλιεὺς ἦν, καὶ κακὸς ἦν· οὔτε γὰρ ἀναμάρτητος ἦν, ἄνθρωπος γὰρ ἦν· καὶ κληθεὶς ἠφίει τὰς σαγήνας καὶ τοὺς ἰχθύας, ἠκολούθει δὲ πάντα ἀφείς, ἵνα μόνον ἔχῃ τὸν Ἰησοῦν· καὶ τὰ πρῶτα ἀπολιπών, οὐκ ἐστερήθη τοῦ ποθουμένου· εὗρε γὰρ τὸ ζητηθέν, καὶ ἐπὶ τοσαύτην ἦξεν προελήλυθεν, ὡς ἀκοῦσαι· *Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωνᾶ· σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς*, ὃ ἑρμηνεύεται *Πέτρος*· ὡς ἀκοῦσαι, *Δώσω σοι, Πέτρε, τὰς κλεῖδας τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν*· ὡς μαρτυρηθῆναι, *Σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος*. Ὕστερον προπετείας ῥῆμα· καὶ πρὸς τῇ ἐπιτιμίᾳ γενόμενος, καὶ τὴν ἐπιτιμίαν μὴ φεύγων, ἤκουσεν· *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων*· καὶ ἄρτι μὲν κλεῖ-
B δας οὐρανῶν ἐδέχετο· Πατὴρ ἐν αὐτῷ ἐφθέγγετο· Πέτρος, ἀντὶ Σίμωνος· ἀντὶ δὲ πράγματος, ῥήματος ἐπιτιμίας ἠρεῖτο· ἀλλ' ἐθεραπεύθη τὸ πταῖσμα τῇ βελτιώσει· καὶ ἡ ἐπιτιμία φάρμακον ἐγίνετο· καὶ ἡ γνώμη τῆς θεραπείας εἶχετο· καὶ μέγας ἦν καὶ θεῖος, θεραπεύσας μὲν τὸ πταῖσμα, μηδὲν δὲ ζημιωθεὶς ἀπὸ τοῦ προῃρημένου· ὡς δὲ ὁ Κύριος παρεδόθη, καὶ ἤγετο ἐπὶ τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, ἠλέγχθη, ἐδυσωπήθη ὁ εὔτονος Πέτρος· σείεται ὁ τὰς κλεῖδας ἔχων· ἐκινδύνευσεν ἔξω τῶν θυρῶν τῆς ἀληθείας ἀληθεύειν· ἐκένωσε τὴν γνώμην ὁ πεπληρωμένος· ὑπὸ κόρης μιᾶς νενίκηται· παιδίσκην πεφόβηται· ἀντωπῆσαι πρὸς δούλην οὐ δεδύνηται· πέπτωκε τῇ δειλίᾳ ὁ θεοσεβής, ὁ θεοφιλής, ὁ τὰ ἐπιφανῆ γινώσκων, ὁ αὐτόπτης τοῦ Κυρίου. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα κατ-
C ηγορῶ· πείθεται γὰρ ὅτι ταῦτα λαλῶ, ἵνα μὴ συκοφαντηθῇ ἡ ἀλήθεια· ὑπὲρ ἀληθείας φθέγγομαι· καὶ τὸν δοῦλον τῆς ἀληθείας παραφέρω, ἵνα τὸ ψεῦδος μὴ νικήσῃ· τὸν ὑπηρέτην τῆς ἀληθείας προσκομίζω· ἐπειδὴ γὰρ βούλονται φύσεις εἶναι, καὶ μαίνονται εἰς τὸν περὶ φύσεως λόγον, τὸν Πέτρον προσκεκόμικα, ἵνα φύσις ἐλεγχθῇ· δεικνύουσι γὰρ αἱ πολλαὶ μεταβολαὶ τὸ ἐκ προαιρέσεως ἀποτελεσμένον· καὶ ἀργήσει ὁ θρύλλος τῆς προαιρέσεως, τὰ βραβεῖα τῆς κρίσεως τελούσης· προαιρέσει γὰρ ζῶμεν, προαιρέσει τὸ κατόρθωμα ταμιευόμεθα.

Cap. XXIV. *Revelanda sanctorum peccata.*

Idcirco formido, ne in negligentia simus, si quid laboramus, ut cum non videmur muniti esse, derepente propter negligentiam in interitum cadamus. Propter nos dicit: *Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar*[29]. Rationem de reprobo metuo; agnosco quod est in electione lubricum et præceps; diligentia et accuratione proclivitatem præmunio; sepio facilitatem liberæ voluntatis labore meditationis. Atque hæc quidem Petrus et loquitur, et scribit, et gaudet quod et peccata ipsius et virtutes sint explanatio dogmatum. Ob hanc causam peccata sancto-

D Διὸ δειλιῶ, μὴ αἱρεθῶμεν· ἀμέλει ἀεί τι πονοῦμεν, ἵνα μὴ δοκοῦντες ἠσφαλίσθαι, αἰφνιδίως δι' ἀμέλειαν εἰς ὄλεθρον πέσωμεν. Δι' ἡμᾶς λέγει, *Ὑποκιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήποτε ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι*· τὸν περὶ ἀδοκίμου φοβοῦμαι λόγον, τὸ ὀλισθηρὸν τῆς προαιρέσεως γινώσκων· ἀσφαλίζομαι τῇ ἐπιμελείᾳ τὸ εὔκολον· τειχίζω τὸ τῆς προαιρέσεως εὐμαρὲς τῷ πόνῳ τῆς μελέτης. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Πέτρος, καὶ λαλεῖ, καὶ γράφει, καὶ χαίρει· ἵνα καὶ τὰ πταίσματα αὐτοῦ, καὶ τὰ κατορθώματα αὐτοῦ εἰσήγησις τῶν δογμάτων τυγχάνῃ. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἁμαρ-

[25] Joan. I, 42. [26] Matth. XVI, 19. [27] ibid. 17. [28] ibid. 23. [29] I Cor. IX, 27.

(16) *Periculum fuit—munitus est.* Hæc desunt in textu, quæ librarii vel exscriptoris vitio exciderint.

Digitized by Google

τήματα λελάληται· τί γὰρ ἐλύπει σιωπηθῆναι τὸ πταῖσμα; τίς ὁ γράφων; οὐ γὰρ οἱ φαῦλοι κατηγόρησαν τῶν καλῶν; οὐ καλοὶ δὲ τὰ τῶν καλῶν πταίσματα ἐξηγήσαντο; Ἕτεροι δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν; Παῦλος τὰ ἑαυτοῦ· Ἰωάννης τὰ Πέτρου· εἶτα Θωμᾶ· Ἕτερος τὰ ἑτέρου. Εἰ μὲν γὰρ φαῦλοι οἱ κατηγοροῦντες ἦσαν, τῷ μίσει ἐπεκαλοῦμεν· καὶ τὸν φθόνον καὶ τὴν βασκανίαν ἐμεμφόμεθα, ὅτι ἐκ μισούντων τὰ τοιαῦτα προσφέρετο ῥήματα. Εἰ δὲ αὐτοὶ τὰ ἑαυτῶν, ἢ καλοὶ τῶν καλῶν εἰρήκασι κατηγορήματα, μᾶλλον δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐν τοῖς ἁγίοις λελαληκός· καὶ ὁ Κύριος αὐτὸς τὰ τῶν δούλων ἑαυτοῦ ἐξηγήσατο πταίσματα, καὶ οὐ σεσιώπηκε· τὸ αἴτιον ζητοῦμεν· οὐ γὰρ ἵνα διαβληθῶσι λελάληνται· ἐκβεβλήκασι γὰρ διαβολήν· ἀλλ' ἵνα μὴ τῶν ἁμαρτημάτων σιωπηθέντων ἀναμάρτητοι τὴν φύσιν ὑπονοηθῶσιν. Ὑπὲρ ἀληθείας τοίνυν ὁ λόνος· καὶ πταισμάτων διήγησις ἀλήθειαν εἰσηγεῖται.

A rum prodita sunt. Quid enim eis doleret, si eorum peccata tacita fuissent? Quis illa scripsit? an mali non accusaverunt bonos? an boni peccata bonorum non narraverunt? alii vero sua? Paulus sua; Joannes Petri peccata, deinde Thomæ, et alius aliorum. Si enim mali accusassent, reprehenderemus odium, et de invidentia atque livore quereremur, quod ista dixerunt qui oderant. Sin vero ipsi sua, aut boni bonorum lapsus prodiderunt, quin potius Spiritus sanctus qui in sanctis locutus est, et ipse Dominus delicta servorum suorum exposuit, et non silentio dissimulavit; causam quærimus. Non enim ea dixerunt, ut criminarentur, criminationem enim ejecerunt et repudiarunt; sed si illorum peccata tacita B fuissent, fuisse natura a peccatis alienos suspicio esset. Pro veritate igitur commemorata sunt, et narratio peccatorum veritatem docet et explanat.

Cap. XXV. *Nemo perfectionem attingit.*

Ὦ τοῦ καινοῦ θαύματος! ἐγράφησαν αἱ ἁμαρτίαι τῶν ἁγίων, ἵνα ἡ ἀλήθεια γνωσθῇ· ὅτι ἐκ τῶν ὁμοίων φύντες, καὶ ὁμοίως φύντες, ἀρετῇ τὸ μεῖζον εἰλήφασιν, οὐ φύσει νικήσαντες, ἀλλ' ἀρετῇ διαπρέψαντες. Εἰ δὲ παρὰ τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀποστόλοις, οὐχ ἡ φύσις, ἀλλ' ἡ προαίρεσις τὸ ὁριστικὸν ἔχει, παρά τίσιν εὕρομεν ἀναμάρτητον τὴν φύσιν, ὅπου παρὰ τοῖς ἀποστόλοις οὐχ εὕρομεν; Ποῦ ἰχνεύειν δυνησόμεθα; Μάτην τὰ μὴ ὄντα περιεργαζόμεθα. Ἰδοὺ τὸν Πέτρον ἐρωτῶ· ἰδοὺ τὸν Θωμᾶν ἐξετάζω· C οὐ τὰ παλαιὰ λαλῶ, οὐ μνημονεύω τοῦ Δαβίδ· καίτοιγε μνημονεύειν ὤφειλον· ἵνα ἀφ' ὧν ἀγνοοῦντες εὔχονται τὰς κατηγορίας λάβωσιν· ἵνα ἀφ' ὧν φιλολογοῦσι, τὸν ἔλεγχον σχῶσιν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ Εὐαγγέλια μεμελέτηται αὐτοῖς, ἐκ τῶν Εὐαγγελίων προηνέχθη ὁ ἔλεγχος. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἄνομον λαλοῦσι τὸν νόμον, μὴ φιλολογοῦντες· διὰ τοῦτο οὔτε ἐπιστήμην τοῦ Εὐαγγελίου ἔχουσι, τὴν τῶν Εὐαγγελίων ἀρχὴν μὴ παραλαβόντες· *Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ*· καθὼς γέγραπται ἐν Ἰεσαΐᾳ τῷ προφήτῃ· *Τὴν* (17) *ἀρχὴν τῶν μαθημάτων ἐκβεβλήκασι τῇ ἀρχῇ τῶν τῆς πονηρίας ἰστῶν.*

O rem communem mirabilem! Scripta sunt sanctorum peccata, ut sciatur veritas; quod ex similibus nati et similiter orti, studio virtutis excelluerunt, qui non natura vicerunt, sed virtute claruerunt. Quod si apud Petrum et alios apostolos non natura, sed libera voluntas virtutem definit, apud quosnam naturam peccati expertem invenire possumus, si apud apostolos non potuimus? Ubi indagare poterimus? Frustra et vane quæ non sunt curiose inquirimus. En Petrum interrogo; en Thomam excutio; non loquor vetera; non commemoro David, tametsi debeam, ut a quibus optant ignorantes, inde accusationes ferant; ut de quibus libenter disserunt, ab illis redarguantur. Quia enim Evangeliis studuerunt, ex Evangeliis protulimus unde convincantur. Idcirco enim legem sine lege loquuntur, μὴ φιλολογοῦντες; idcirco scientiam Evangeliorum non tenent, qui initium Evangeliorum non susceperunt: *Initium Evangelii Jesu Christi*; sicut scriptum est in Isaia propheta: *Hi principium disciplinarum repudiaverunt facto principio telarum, quæ in malitia ab ipsis texuntur.*

Cap. XXVI. *De sanctorum excellentia.*

Ὁ τὴν εὐεργεσίαν αὐτοῦ ἀποκρύπτων ἐν τῇ ψυχῇ, D οὗτος ἐὰν εἰσβάλῃ καὶ γένηται ἔνδον, πανηγύρεις θεῖαι καὶ ἱεροπρεπεῖς ἀποτελοῦνται, χωροὶ λαληθῆναι μὴ δυνάμενοι, θυμηδία σιωπῇ τετιμημένη· εὐθὺς γὰρ ἀνέλκει τὴν διάνοιαν, καὶ πτεροῖ τὴν ψυχὴν, καὶ μετάρσιον αὐτὴν πρὸς τὰ κρείττονα κατασκευάζει. Ἀμέλει, ἐάν τις ἐκεῖνον ἴδῃ, οὐκέτι πρὸς ἑαυτὸν βλέψει, ἀλλὰ τῷ θεωρηθέντι κάλλει καταπλήττεται· πάντα ἀκαλλῆ ἡγεῖται. Διὰ τὴν ἐκείνου εὐπρέπειαν βοᾷ· *Ματαιότης ματαιότητος, τὰ πάντα ματαιότης*· βοᾷ· *Πάντα ἡγοῦμαι σκύβαλα, ἵνα Χριστὸν κερδήσω.* Ἐὰν δ' ἄρα οὗτος κρούῃ, καὶ βραδύνῃ ἡ διάνοια καὶ ὕπνῳ χρήσηται, καὶ τοῦ βράδους αἰτία γένηται, ἀφίησι φωνὴν, *Ἄνοιξόν μοι, ἀδελφή μου*,

Qui beneficium suum in anima recondit, hic si ingrediatur et intus sit, divini conventus fiunt in ea et celebritates quæ sanctos decent, et chori quī sermone exprimi non possunt, grato animo et silentio honoratur. Statim enim iste mentem erigit, atque animam reddit aligeram, et sublimem ad meliora efficit. Sane quidem, si quis illum videret, non jam se ipsum aspiceret, sed pulchritudinem quam contemplaretur, obstupesceret; cætera omnia fœda duceret. Propter illius decorem clamat: *Vanitas vanitatum et omnia vanitas* [18]; *Omnia existimo stercora, ut Christum lucrifaciam* [19]. Si vero hic pulset, et mens cunctetur ac somno se dedat, sitque ipse tarditatis causa, emittit vocem: *Aperi mihi, soror*

[18] Eccle. I, 2. [19] Philipp. III, 8.

(17) *Τὴν ἀρχ.* Locus contextus videtur ex Isa. LIX, 4, 6.

Digitized by Google

mea, sponsa, quoniam caput meum impletum est rore, et cincinni mei guttis noctis [20]. Hæc dicit, ut amicitiam declaret, et curam providam significet, et quod ratio exclusa tolerat; et cum foris est, sustinet, et non recedit, donec continua petitione et pulsu seipsam mens aperiat, præbens locum pulsanti.

A *νύμφη, ὅτι ἡ κεφαλή μου ἐνεπλήσθη δρόσου, καὶ οἱ βόστρυχοί μου ψεκάδων νυκτός· ἵνα τὴν φιλίαν δείξῃ, καὶ τὴν κηδεμονίαν σημάνῃ· ὅτι καὶ ἀποκλειόμενος ὁ λόγος ἀνέχεται, καὶ ἔξω ὢν φέρει· καὶ οὐκ ἀφίσταται ἕως ἂν τῇ συνεχείᾳ τῆς αἰτήσεως καὶ τῆς κρούσεως ὑπανοίξει ἑαυτὴν ἡ διάνοια, τόπον τῷ κρούοντι παρέχουσα.*

CAP. XXVII. *Artes pseudo-prophetarum.*

Circumeunt autem præstigiatores, et pseudo-prophetæ ac pseudo-christi, partim pulsantes, partim fodientes; ac pulsu quidem molliore utentes, et verum pulsum imitantes, ut similitudine pulsus fortasse mens decepta, tanquam domestico et noto aperiat; qui non recusant parietes labefactare, imo student perfodere, ut aut per fallaciam aut per vim mentes capiant; et vero alios quidem vi, alios præstigiis fraudulentis fefellerunt. Quamobrem sapientes et honesti custodes clavium scientiam cum vigilantia miscent, ut quia vigilant, non perfodiantur parietes; quia sapientes sunt, non fallantur; sapientia enim non præbet locum præstigiis, neque vigilantia perfodientibus. Quocirca honesti et honestæ qui sumus, mentes nostras clave custodiamus; scientia quidem fraudem vincentes, vigilia vero nos ipsi a direptione servantes.

Περιέρχονται δὲ καὶ οἱ γόητες· καὶ οἱ ψευδοπροφῆται, καὶ οἱ ψευδόχριστοι, πῇ μὲν κρούοντες, πῇ δὲ ὀρύττοντες· καὶ τῷ μὲν κρούσματι ἁπαλωτέρῳ χρώμενοι, καὶ μιμούμενοι τὴν ἀληθῆ κροῦσιν, ὡς τάχα τῇ ὁμοιότητι τῆς κρούσεως ἀπατηθεῖσα ἡ διάνοια, ὡς οἰκείῳ καὶ γνωρίμῳ ὑπανοίγῃ· οὐ παραιτούμενοι δὲ οὐδὲ τὸ τοιχωρυχεῖν, ἀλλὰ καὶ διορύττειν ἐσπουδακότες, ἵνα ἢ ἀπάτῃ ἢ βίᾳ δελεάσωσι τὰς διανοίας· ἀμέλει τοὺς μὲν βίᾳ εἷλον, τοὺς δὲ ἀπάτῃ γεγοητεύκασι. Διὰ τοῦτο οἱ σοφοὶ καὶ σεμνοὶ κλειδοφύλακες ὄντες, ἐπιστήμην μετὰ τοῦ γρηγόρου κερασάμενοι·
B διὰ τὸ ἐγρηγορεῖν οὐδέποτε διορύττονται· διὰ δὲ τὴν ἐπιστήμην, οὐδέποτε ἀπατῶνται· ἐπιστήμη μὲν γὰρ τῇ γοητείᾳ, γρηγόρησις δὲ τόπον τοῖς διορύττουσιν οὐ δίδωσι. Τούτου χάριν οἱ σεμνοὶ καὶ σεμναὶ κλειδοφυλακήσωμεν ἑαυτῶν τὰς διανοίας, ἐπιστήμῃ μὲν τὴν ἀπάτην νικῶντες, τῇ δὲ γρηγορήσει τὸ ἄσυλον ἑαυτοῖς μνηστευόμενοι.

[20] Cant. v, 2.

MONITUM IN SEQUENTEM S. SERAPIONIS EPISTOLAM.

(Angelo MAI, *Classici auctores*, t. V, p. 364.)

Sanctum Serapionem, Thmueos in Ægypto episcopum, præter superstitem *adversus Manichæos* libellum, *epistolas* etiam *utiles ad diversos* scripsisse, narrat Hieronymus *De vir. ill.*, cap. 99. Harum cum nulla diem tulerit, una nuper in vetere Vaticano codice, qui olim in monasterio Cryptæ-Ferratæ fuit, mihi sese obtulit, qua librum meum ceu gemmula exorno. Quis enim beati viri, qui Christi confessione inclaruit, Athanasii et Antonii Magni amicitia floruit, a quo postremo etiam meloten supremis tabulis donatam habuit, quem Hieronymus ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici meruisse dicit, quis, inquam, breve licet epistolium non libenter legat? Utinam vero codex aliquis emergat alicubi, qui vel amissa Serapionis scripta copiosius restituat, vel saltem ejus *adversus Manichæos* tractatum, qui in editionibus hiat, feliciter expleat!

Sancti Serapionis episcopi Thmueos epistola ad Eudoxium episcopum.

Ne dolorum causa mœreas, sed fide erga Deum servata lætare; neque animo concidas quia ægrotas, sed esto alacer quia culpa cares. Morbum ærumnosum ne putes, sola enim ærumnosa culpa est; namque ut ægrotent quidem, bonis æque ac malis contingit; peccare autem improborum proprium esse videmus. Insuper ejus qui ægrotat, commoritur in morte morbus; peccator post funus quoque peccatum suum in sepulcro inveniet. Usque

C *Τοῦ ἁγίου Σεραπίωνος ἐπισκόπου Θμούεως ἐπιστολὴ πρὸς Εὐδόξιον ἐπίσκοπον.*

Μὴ ἀθύμει πάσχων, ἀλλ' εὐθύμει πιστεύων (18)· καὶ μὴ κατάπιπτε νοσῶν, ἀλλ' εὐτόνει μὴ ἁμαρτάνων· καὶ μὴ νόμιζε χαλεπὴν τὴν νόσον, μόνη γὰρ χαλεπὴ ἡ ἁμαρτία· τὸ μὲν γὰρ ἀσθενῆσαι, κοινὸν καὶ καλῶν καὶ κακῶν ἀνδρῶν, τὸ δὲ ἁμαρτῆσαι ἴδιον τῶν φαύλων ὁρῶμεν· καὶ ὁ μὲν νοσῶν, ἅμα τῷ θανάτῳ καὶ τὴν νόσον συναποθνήσκουσαν ἔχει, ὁ δὲ ἁμαρτήσας καὶ μετὰ τὸ μνῆμα εὑρήσει ἐκεῖ τὴν ἁμαρτίαν· μέχρι γε τοῦ μνήματος ἵσταται ἡ νόσος,

(18) Scriptam apparet hanc epistolam a confessore fidei Serapione ad confessorem æque fidei Eudoxium, qui post rem bene gestam in morbum passionis suæ causa incidisse videtur. Et quidem Arianorum, ut puto, adversus Ecclesiam persecutionem nondum sedatam fuisse, epistolæ finis innuit. Porro utrum Eudoxius ille sit, Germaniciæ primum, deinde Antiochiæ, denique CP. episcopus, definire non ausim, præsertim quia prædictus Eudoxius aliquandiu Arianus fuit. Sed tamen is æque ac Serapion sub Constantio imp. vixit.

Digitized by Google

μετὰ δὲ τὸ μνῆμα ἐπιβῆναι τῷ τεθνηκότι οὐ δύναται· ἡ δ' ἁμαρτία τοῖς μὲν ζῶσιν ἐμφωλεύει καὶ ἐγκρύπτει, ἐν δὲ τοῖς τεθνηκόσι πλέον ἐξάπτεται, καὶ τὴν ἑαυτῆς φλόγα ἐνδείκνυται, καὶ τὸν ἁμαρτήσαντα τιμωρεῖται. Ταῦτά σοι γεγράφηκα, ποθεινότατε ἀδελφὲ, ἵνα μὴ πάνυ ἀθυμῇς, ἐν Χριστῷ σεαυτὸν διατηρῶν· τοῦ βίου (19) τὰς συγχύσεις φέρειν δεῖ, καὶ τοὺς θορύβους βαστάζειν προσήκει, καὶ πρὸς τὸ τέλος βλέπειν, καὶ εἰδέναι, ὅτι ὁ Θεὸς ἐπιστατεῖ, καὶ ὀλίγον ἐπανεὶς, πάλιν ἡγεμονεύει· καὶ ὀλίγον συγχωρῶν, πάλιν προΐσταται, καὶ οὐδέποτε ἡ Ἐκκλησία καταλιμπάνεται· οὐδὲ γὰρ πύλαι ᾅδου κατισχύσουσιν αὐτῆς. Τῆς σῆς οὖν ἀρετῆς τὴν διάθεσιν δείκνυε τῷ παντεπόπτῃ Θεῷ, ἵνα δυνηθῇ ἐν πᾶσιν εὐδοκιμεῖν· ἡμεῖς δὲ καλέσαι σε (20) οὐκ ἂν ἐπασχόμεθα, ἵνα μὴ δόξωμεν τῆς πόλεως ἀφιστᾷν.

(19) Cod. αὐτοῦ. Sed prorsus vel βίου scribendum erat vel κόσμου.

ad sepulcrum morbus; ulterius enim vexare morientem nequit. Peccatum viventes insidiose veluti ac latenter occupat; verumtamen in morientibus magis accenditur, et suam flammam exserit, reumque punit. Hæc tibi, charissime frater, scripsi, ne mœrori succumbas, sed temet in Christo confirmes. Vitæ hujus perturbationes atque tumultus fortiter pati oportet, finem ejus spectare, et de Dei providentia cogitare, qui etiamsi parumper videtur remittere, attamen gubernaculum mox resumit, et post brevem veluti dissimulationem, rursus defensor adest, neque unquam Ecclesia ab eo deseritur; etenim portæ inferi adversus eam non prævalebunt. Tuæ igitur virtutis vigorem omnituenti Deo demonstra, ut undique egregius esse videaris. Nos tamen te huc vocare haud passi sumus, ne ex urbe abstrahere videremur.

(20) Cod. καλέσεσαι.

MONITUM IN EPISTOLAM AD MONACHOS ALEXANDRINOS

(Mai, *Spicileg. Rom.*, IV, p. XLI.)

Serapionis episcopi Ægyptii ineditam epistolam ante hos annos impressi in meo *Classicorum Auctorum* volumine quinto, unam ex iis videlicet quas sanctus Hieronymus *De vir. ill.* cap. 99, ab illo scriptas narrat. Nunc ecce alteram multo prolixiorem ejusdem epistolam, libri instar, ad monachos Alexandrinos scriptam codex Vat. 439 obtulit, plenam summæ pietatis, cum insigni laude ac descriptione monasticæ professionis, et cum sanctorum qui circa Antonii Athanasiique tempora floruere virorum commemoratione. Equidem si tam bonum tamque utile scriptum apud me continerem, male de Græcis litteris et de pietate Christiana mererer, nec quisquam miretur, quod in titulo episcopus tantum dicatur hic Serapion, omisso urbis Thmueos vocabulo; hoc enim in nonnullis quoque codicibus operis Serapionis *contra Manichæos* usuvenire, jam nos monuit in adnotatis ad Hieronymum Fabricius. Reapse antiquissimum esse hunc epistolæ auctorem Serapionem, non aliquem ex homonymis paulo recentioribus, constat ex postremo capitulo, ubi is alloquitur vivéntes monachos, quos dicit cum Amune, Joanne Macarioque versatos, qui partim ante ipsum Magnum Antonium vita excesserunt. Serapion abbas loquitur apud Cassianum collatione II, cap. 11, et tota coll. V. Videtur autem idem, qui Arsenoita Serapion presbyter, et monasteriorum multorum parens, apud Palladium *Hist. Laus.* cap. 76.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΟΣΙΩΤΑΤΟΥ

ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΜΟΝΑΖΟΝΤΑΣ.

BEATISSIMI ET SANCTISSIMI

SERAPIONIS EPISCOPI

EPISTOLA AD MONACHOS.

Α'. Ἀγαπητοὶ, ἐπαινῶ ὑμῶν τὸν πόθον, καὶ μακαρίζω τὸν βίον, ὦ μακάριοι Θεῷ μονάζοντες, ὅτι

I. Laudo, charissimi, vestram devotionem, felicemque deprædico vestram vitam, o beati in Deo

Digitized by Google

monachi, quia communi cum cæteris hominibus natura præditi, non idem propositum habetis, imo magnum quid spectantes, ad cœlestes ipsas stationes mentis veluti alas intenditis, ut indidem divinæ disciplinæ utilitatem haurientes, paribus cum beatis angelis moribus sitis, quorum vos gloria excipiet, et felicitas exspectat. Etenim cum homines sitis atque ex hominibus orti, humanis nequaquam cogitationibus abducimini; neque quidquid mortali vitæ videtur optabile, vestrum erga Deum studium imminuere valuit : quippe omnibus vale dicto, unum spectatis scopum, ut Deo scilicet placeatis. Itaque boni consilii vestri susceptus labor apud omnes famigeratur. Profecto nec opum copia, nec oblatorum munerum promissiones egregiam hanc vobis devotionem conciliarunt, sed pia fides, et mens amore succensa, non sine Dei Servatoris gratia et placito. Optabilis hujus sanctique propositi auctor vobis est, dux et perfector Jesus Christus, qui etiam vobis monachis patientiam optimumque finem præstabit, quique se omnibus salvis esse volentibus paratam semitam præbet; quam cum vos ab initio terendam susceperitis, comitem habetis Dominum Servatorem qui ait : *Non te dimittam, neque te deseram.*

II. Itaque præsidio ejus fretis nullum vobis impedimentum præcidere potuit cœleste propositum, non divitiarum cupiditas, non parentum memoria, non propinquorum hæreditates, non fratrum germanorum convictus, non cognatorum affectus, non deliciæ, non balnea, non compotationes, non amicorum occursationes, non mundani honores ; verum hæc omnia contemnentes, ipsis actibus clamatis quod Apostolus dixit : *Omnia arbitror stercora, ut Christum lucrifaciam* [21]. Idcirco et desertum incolitis, et jejuniis, castis exercitationibus, purisque precibus Deum placatis. Nullus omnino jam a vobis rex terrenus timetur, vel princeps, vel judex, aut præses, vel quælibet alia potestas: *Justo* enim *non est posita lex, sed injustis et calcitrantibus, irreligiosis et peccatoribus, parricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorum concubitoribus, perjuris, et si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur* [22]; etenim principes non sunt terrori bene, sed improbe agentibus. Rursusque ait Scriptura : *Vis potestatem minime formidare? recte age, laudemque ab ea reportabis* [23]: vos igitur merito laude digni, uti econtrario secus agentibus acerbarum pœnarum minæ intenduntur.

III. Deus vos sibi elegit pretiosum populum, zelatorem bonorum operum [24]. *Vos estis lux mundi*, ait Servator [25]. Certe quorum idem est zelus, idemque opus, eorum etiam laus eadem est, eademque merces. Beati igitur estis, imo beatissimi, o dilecti Deo monachi. Quis vestram digne laudaverit vitam? Vestra enim diurna nocturnaque opera sunt psalmi, hymni, cantica spiritalia, et dignæ Deo actiones. Charitas enim, res angelica, vobiscum versatur; pax

A κοινὴν ἔχοντες τὴν φύσιν πᾶσιν ἀνθρώποις, οὐ κοινὴν πρόθεσιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ μέγα τι φρονήσαντες, πρὸς αὐτὰς οὐρανίους μονὰς τὸν νοῦν ἑαυτῶν ἐπτερώσατε, ἵνα τῶν ἐκεῖσε θείων παιδευμάτων πολυπραγμονήσαντες τὴν ὠφέλειαν, ὁμότροποι τῶν μακαρίων ἀγγέλων εὑρεθῆτε, ὧν ἡ δόξα ὑμᾶς ἐκδέχεται καὶ μακαριότης περιμένει· ἄνθρωποι γὰρ ὄντες καὶ ἐξ ἀνθρώπων προελθόντες, οὐ τοῖς ἀνθρωπίνοις συγκατηνέχθητε λογισμοῖς, οὐδὲ τὰ δοκοῦντα τοῦ βίου ποθεινὰ πράγματα, τοῦ εἰς Θεὸν ὑμῶν πόθου ἐλαττῶσαι τὸν τόνον δεδύνηνται· πᾶσι δὲ ἅπαξ ἁπλῶς ἀποταξάμενοι, ἵνα σκοπὸν ἔχετε τὸ ἀρέσαι Θεῷ. Καὶ τῆς ὑμετέρας εὐδοκιμήσεως ὁ ἀγὼν πᾶσι λελάληται· οὐ χρημάτων ὑμᾶς περιουσία, οὐδὲ προκειμένων δώρων ἐπαγγελίαι τὸν ἀγαθὸν ὑμῖν τοῦτον πόθον προεξένησαν, ἀλλὰ πίστις εὐσεβὴς καὶ διάνοια ἐρωμένη, Θεοῦ Σωτῆρος μεσιτεύσαντος καὶ εὐδοκήσαντος· τῆς ἀποδεκταίας ταύτης καὶ ἀγαθῆς προαιρέσεως ὁ χορηγὸς γενόμενος καὶ ἀρχηγὸς καὶ τελειωτής, ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ ὑμῖν τοῖς μονάζουσιν ὑπομονὴν καὶ χρηστὸν τέλος διδοὺς, καὶ πᾶσι τοῖς ἐθέλουσι σώζεσθαι ἑτοίμη ὁδὸς εὑρισκόμενος· ἥντινα παρὰ τὴν ἀρχὴν προθυμηθέντες ὁδεῦσαι, συνοδοιπόρον ἔχετε τὸν Σωτῆρα Κύριον λέγοντα, *Οὐ μή σε ἀνῶ οὐδὲ μή σε ἐγκαταλείπω.*

B Β'. Διὰ γὰρ αὐτὸν, ἐμπόδιον οὐδὲν τὴν οὐράνιον ὑμῶν ἐκκόψαι πρόθεσιν δεδύνηται, οὐ χρημάτων πόθος, οὐ μνήμη γονέων, οὐδὲ πρὸς γένους κληρονομίαι, οὐδὲ ἀδελφῶν συνουσίαι, οὐ συγγενῶν διαθέσεις, οὐ τρυφαὶ, καὶ λουτρὰ, καὶ πότοι, οὐ φίλων συντυχίαι, C οὐ κοσμικαὶ δόξαι, ἀλλὰ πάντα μὲν ὑπερφρονήσαντες, αὐτοῖς ἔργοις βοᾶτε ἀποστολικῷ κεχρημένοι λόγῳ· *Πάντα ἡγοῦμαι σκύβαλα, ἵνα Χριστὸν κερδήσω*· διὸ καὶ τὴν ἔρημον αὐλίζεσθε, νηστείαις, ἀγνείαις, ἀσκήσεσιν, εὐχαῖς καθαραῖς τὸν Θεὸν ἱλασκόμενοι· οὐδὲν ὑμῖν οὐδὲ πώποτε βασιλεὺς ἐπίγειος φοβερὸς, οὐκ ἄρχων καὶ δικαστὴς καὶ ἡγούμενος, οὐδέ τις ἑτέρα ἐξουσία· *Δικαίῳ γὰρ νόμος οὐ κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, πατρολῴαις καὶ μητρολῴαις, ἀνδροφόνοις, πόρνοις καὶ ἀρσενοκοίταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται·* οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν· καὶ πάλιν· *Θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις* D *ἔπαινον ἐξ αὐτῆς*· ὑμῖν οὖν οἱ ἔπαινοι δικαίως, ὡς καὶ τῶν ἐναντιουμένων ἡ τῶν ἀπειλουμένων τιμωρία πικρά.

Γ'. Θεὸς ὑμᾶς ἐξελέξατο ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων· *Ὑμεῖς ἐστε φῶς τοῦ κόσμου*, ὁ Σωτὴρ εἴρηκεν· καὶ ὧν ὁ ζῆλος ὁ αὐτὸς, καὶ τὸ ἔργον τὸ αὐτὸ, καὶ ὁ ἔπαινος ὁ αὐτὸς, καὶ ὁ μισθὸς ὁ αὐτός· μακάριοι τοίνυν ἐστὲ καὶ τρισμακάριοι, ὦ τιμιώτατοι Θεῷ μονάζοντες· τίς ὑμῶν ἐπαξίως ἐπαινέσειε τὴν διαγωγήν; ἔργα γὰρ ὑμῖν ἡμέρας καὶ νυκτὸς ψαλμοὶ καὶ ὕμνοι καὶ ᾠδαὶ πνευματικαὶ καὶ πράξεις Θεῷ πρέπουσαι· ἀνάπη γὰρ ὑμῖν πολιτεύε-

[21] Philipp. III, 8. [22] I Tim. I, 9, 10. [23] Rom. XIII, 3. [24] Tit. II, 14. [25] Matth. V, 14.

Digitized by Google

A ται, τὸ τῶν ἀγγέλων χρῆμα· εἰρήνη παρ' ὑμῖν ἐστήρικται, τῶν οὐρανῶν περίβολος· ἀφιλάργυρος ὑμῖν ὁ τρόπος, ἀεὶ τῇ χρείᾳ φιλούμενοι, ἐν νηστείαις εὔτονοι, ἐν εὐχαῖς εὐτονώτεροι, ἐν ἀγρυπνίαις ὑμῖν τὸ καθ' ἡμέραν τῇ ἐγρηγορήσει διανύεται· *Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν*, εἶπεν Κύριος· καὶ ὃ εἴρηκε, φαίνεται· μὴ ἀγαπητὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ὑμεῖς τετηρήκατε· μακάριοι τοίνυν ὑμεῖς τῷ Θεῷ, μακάριος δὲ καὶ ὁ κόσμος δι' ὑμᾶς· αἱ ἐρημίαι σεμνύνονται δι' ὑμᾶς, καὶ ἡ οἰκουμένη σώζεται ταῖς ὑμετέραις προσευχαῖς· ὑετὸς τῇ γῇ καταπέμπεται ταῖς ὑμετέραις ἱκεσίαις, ἡ γῆ χλοηφορεῖ, καὶ δένδρα καρποῖς βριθόμενα ἀβλαβῆ τὸν καρπὸν ἀποδίδωσιν· ποταμὸς (21-99) δὲ ἐτησίως αὐξανόμενος καὶ ὅλην τὴν Αἴγυπτον ἀρδεύων, λίμναις τε φιλιούμενος καὶ θαλάτταις πολὺ πλῆθος μεταδιδοὺς, τῶν ὑμετέρων ἱκεσιῶν B γνωρίζει τὴν δύναμιν. Εἰ γὰρ Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς, ὡς γέγραπται, καὶ προσευχῇ τὸν ὑετὸν συνέστειλεν, καὶ πάλιν προσήνεγκεν, καὶ ὁ οὐρανὸς ἔβρεξεν, καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς, πόσῳ μᾶλλον αἱ ὑμέτεραι πρεσβεῖαι τὰ κατ' εὐχὴν ἡμῖν ἀνοίσει χρήσιμα;

Δ'. Μακαρία τοίνυν ἡ Ἀλεξανδρέων πόλις ὑμᾶς ἔχουσα πρεσβευτάς· οὐκ ἂν αἱ Σοδόμων πόλεις τεφρωθεῖσαι κατέπεσον, εἰ δέκα δίκαιοι ἐκεῖσε διέτριβον· οὐδ' αὖ πάλιν ἕτεραι πόλεις διεστράφησαν εὐμοιροῦσαι τῆς ὑμῶν ἁγιότητος· οἱ φίλοι τοῦ θεοσεβοῦς Ἰὼβ χαλεποὶ ὄντες ἐσώθησαν δι' αὐτὸν, ὡς γέγραπται· *Ἰὼβ δὲ ὁ θεράπων μοι εὔξεται περὶ ὑμῶν, ὅτι εἰ μὴ πρόσωπον αὐτοῦ λήψομαι, εἰ μὴ γὰρ δι' αὐτὸν, ἀπώλεσα ἂν πάντας ὑμᾶς*· C ἥμαρτεν πάλιν ποτὲ ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς, ὅτε ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων τὸν νόμον ἐδέξατο· ὀλιγωρήσας τοῦ πρέποντος ὁ ἀεὶ ἀσύνετος καὶ ἀπαίδευτος λαὸς παρηνόχλει τῷ Ἀαρὼν λέγων· *Ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν*· παραβάντων δὲ αὐτῶν, ὠργίσθη Κύριος αὐτοῖς καί φησιν· *Μωϋσῆ, Μωϋσῆ, σπεῦσον, κατάβηθι, ὁ γὰρ λαὸς ἠνόμησεν*· ὁ δὲ καταβὰς καὶ θεασάμενος τὴν παρανομίαν, ἀπεκρίνατο τῷ Θεῷ λέγων· *Εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μή γε, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου ἧς ἔγραψας*. Ὢ πόση τοῖς ἁγίοις διάθεσις! ὢ πόσον αἱ ὑμέτεραι εὐχαὶ τὰ κατ' εὐχὴν ἡμῖν ἀνοίσει χρήσιμα, τοῦ Θεοῦ ἐπισπῶσαι τὴν εὐμένειαν! ὢ πόση ἀποκείσεται ὑμῖν ἡ ἀνάπαυσις Θεῷ συναφθῆναι D σπουδάζουσιν! ὢ πόσων ἀγαθῶν ἐμπλησθήσεσθε, πατέρα, καὶ μητέρα, καὶ ἀδελφοὺς καταλείψαντες!

Ε'. Τῷ Ἀβραὰμ πάλαι ὁ Θεὸς ἔλεγεν· *Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω*· καὶ ὁ μὲν Ἀβραὰμ ὑπακούσας ἐξῆλθεν· ὁρῶ δὲ καὶ ὑμᾶς ἁρπάσαντας τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἵνα τῷ Ἀβραὰμ ἐξακολουθήσητε, καὶ τῆς εὐλογίας συναπολαυθήσητε· *Ἀγαθὸν ἀνδρὶ, ὅτ' ἂν ἄρῃ ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ, καθιεῖται δὲ καταμόνας καὶ σιωπήσεται*· τοῦτο ἡ ὑμετέρα ἀνα-

firma apud vos, quæ est cœlorum custos; alieni ab avaritia mores vestri, qui rebus necessariis contenti estis, in jejuniis constantes, in precibus adhuc constantiores, in vigiliis experrecti quotidianam vitam peragitis. *Luceat lux vestra*, dixit Dominus [36]; et quod dixit, apud vos paret; neque vobis mundus aut omnino quæ sunt in mundo curæ sunt. Beati igitur vos coram Deo, beatus item mundus propter vos. Deserta loca vestri causa venerationi sunt, vestrisque precibus terrarum orbis manet incolumis. Vobis orantibus pluvia in terram demittitur, tellus herbis virescit, arbores pomis onustæ inviolatum fructum suppeditant, flumen quotannis auctum, universam Ægyptum irrigans, stagnis se socians, maribusque aquarum copiam tribuens, vestrarum supplicationum vim declarat. Si enim Elias, vir, uti scriptum est, æque ac alii homines passionibus commotus, prece nihilominus pluviam inhibuit, rursusque prece ab eo oblata, cœlo pluit, et suum tellus fructum germinavit [37], quanto magis vestra intercessio postulata nobis utilia impetrabit?

IV. Felix igitur urbs Alexandria quæ vos habet intercessores! Certe Sodomitarum civitates nequaquam in cineres redactæ fuissent, si decem ibi justi inhabitassent [38]; neque item aliæ urbes eversæ essent, si vestram apud se manentem sanctitatem habuissent. Religiosi Job amici, quanquam distortis moribus, ejus tamen gratia, ut ait Scriptura, servati fuerunt: *Job*, inquit, *servus meus pro vobis orabit, cujus ego faciem reverebor; nisi enim per eum stetisset, utique vos omnes pessum dedissem* [39]. Olim præterea Judaicus populus peccavit, quo tempore Dei servus legem sibi traditam accipiebat; namque officii sui oblitus ille semper insipiens maleque moratus populus, importunus Aaroni erat dicens: *Fac nobis deos, quos viæ duces sequamur* [40]. Ergo illis peccantibus iratus Dominus ait: *Moyse, Moyse, festina descendere, populus enim prævaricatus est* [41]. Ille vero descendens, visa ea perversitate, Deo respondit dicens: *Si quidem hoc illis peccatum vis dimittere, utique dimitte; si minus, me quoque de libro quem scripsisti deleto* [42]. O quanta est sanctorum benignitas! quantam nobis vestræ preces utilitatem impetrabunt, Dei benevolentia conciliata! Quanta vos in futurum manet requies, qui Deo conjungi satagitis! Quot bonis replebimini, qui patrem, matrem fratresque deseruistis!

V. Abrahamo olim Deus ait: *Exi de terra tua ac de cognatione tua, et veni in regionem quam demonstravero tibi* [43]. Et Abraham quidem obtemperans exiit. Vos pariter video Dei voci ultro obsecutos, ut Abrahami imitantes exemplum, ejus æque benedictionibus fruamini. *Bonum est homini, cum portaverit jugum ab adolescentia sua; sedebit enim et tacebit* [44]. Dictum hoc vestra in eremum secessio inter-

[36] Matth. v, 14. [37] Jac. v, 17, 18. [38] Gen. xviii, 32. [39] Job xlii, 8. [40] Exod. xxxii, 1. [41] ibid. 7. [42] ibid. 31, 32. [43] Gen. xii, 1. [44] Thren. iii, 27, 28.

(21-99) Nilus videlicet.

Digitized by Google

pretatur. Non vos divitiarum esca illexit, non mulierum pulchritudo decepit, sed quasi incorporei adversarias voluptates divino timore conculcavistis, non inhæsistis hujus mundi curis, imo harum vanitatem vitastis. Dulcior vobis in eremo simplex panis cum sale et aquæ potu, quam urbanæ deliciæ et convivia cum ærumna. Melius esse frustum cibi cum delectatione in pace, quam domum multis bonis iniquisque victimis redundantem, si adsint contentiones, antiquus Proverbiorum auctor censebat [46]. Vos in summa libertate versamini, o charissimi Deo monachi. Uxor vobis non est molesta propter mundum muliebrem; filii filiæque nequaquam vos vexant, variis postulationibus obtundentes; non servus ablato ære aufugit; non opum sollicitudo somnum eripit. Homini quidem divitiis redundanti, inquit Ecclesiastes, quieto dormire non licet [46].

VI. Istæ porro sunt mundanæ vitæ dulcedines, hæc ejus optabilia bona; cum aliquis in urbe nubit, negotii initium est rei familiaris dispendium. Gravida est uxor? peperit? natus puer? Urget virum cura, quomodo uxoris placito occurrat. Feminam peperit? angitur vir, de dote cogitans. Masculus in lucem editus? Brevi tempore patris vultus hilarescit; nam paulo post infirmatur puer; calamitosus pater medicos invocare non desinit, multa dat daturusque est, si filius convalescet. Interim mœstus occurrit amicis dicens: Orate, quia puer ægrotat; qui si forte funestum quid patietur, suspendio me perire necesse est. Amici condolent. Deus tamen benignitate sua vitam largitur. Convaluit, evolvitur ex infantia, crescit, fit adultior; magistri varii assumuntur, et pro ætatis progressu eruditur secundum mundi consuetudinem. Juvenilem ætatem attigit, copulandis nuptiis idoneam. Pater ejus rursus nuptialibus curis occupatur; parata omnia, paratus thalamus, et ecce mors inopina juvenem abripit. Subitus ergo parenti dolor et intolerabilis. Effertur juvenis, hinc luctus et ejulatus; pater ad sepulcrum progrediens gemitum pectore mittens, manibus caput scabens, vultum vellicans et percutiens, Ileu! heu! continenter clamat. Atque hoc luctu graviter afflictus, periculosum in morbum sæpe incidit, paulatimque consumptus, mortem deinceps sibi invocat.

VII. Discite, o Deo dilectissimi monachi, quantis vos curis Christus expedivit! discite quantas vitastis calamitates! discite quod vitæ genus ingressi estis! Nam vestra conversatio angelica est. Sicuti enim cum mortui resurrexerint, *hi neque nubent neque nubentur, sed sicut angeli in cœlo justi degent* [47], sic et hanc convictus rationem secuti, fervore vestro rem futuram præoccupastis. Quis ergo vos non beatos deprædicet, qui vitam adeo sollicitudinibus vacuam elegistis? Quis vestram in eremis non amet vitam? Quis tranquillitatem hanc vestram non discu-

A χώρησις ἑρμηνεύει· πλοῦτος ὑμᾶς οὐκ ἐδελέασεν, οὐδὲ κάλλη γυναικῶν ἐξηπατήθη, ἀλλ' ὥσπερ ἀσώματοι ὄντες τῷ θείῳ φόβῳ τὰς ἐναντίας ἡδονὰς ἐπατήσατε· οὐ προσηλώθητε ταῖς τοῦ κόσμου φροντίσιν, ἀλλ' ὑπεφύγετε τούτων τὸ μάταιον· ἡδὺς ὑμῖν ἐν ἐρημίᾳ λιτὸς ἄρτος καὶ ἅλας καὶ πότιμον ὕδωρ, ἢ αἱ ἐν πόλει τρυφαὶ καὶ εὐφρασίαι μετὰ μόχθου· Κρεῖσσον γὰρ, φησὶ, ψωμὸς μεθ' ἡδονῆς ἐν εἰρήνῃ, ἢ οἶκος πολλῶν ἀγαθῶν καὶ ἀδίκων θυμάτων μετὰ μάχης, ἐκ πάλαι ὁ Παροιμιαστὴς συμβουλεύει· ἐλεύθεροί ἐστε κατὰ πάντα, ὦ θεοφιλέστατοι Θεῷ μονάζοντες· γυνὴ ὑμᾶς οὐκ ἐνοχλεῖ περὶ γυναικείου σκεύους· υἱοὶ ἢ θυγατέρες ὑμᾶς οὐ συμπνίγουσι, διαφόρους αἰτήσεις ὑμῖν προσφέροντες· οὐ θεράπων ἀποσυλήσας τὸν πλοῦτον φεύγει· οὐ χρημάτων μέριμνα κλέπτει ὑμῶν B τὸν ὕπνον. Τῷ γὰρ ἐμπλησθέντι τοῦ πλουτῆσαι, φησὶν ὁ Ἐκκλησιαστὴς, οὐκ ἔστιν ὁ ἀφίων αὐτὸν τοῦ ὑπνῶσαι.

Ϛ'. Ταῦτα τοῦ βίου τὰ ἡδέα, ταῦτα τοῦ βίου τὰ περισπούδαστα· ὅτ' ἂν γήμῃ τις ἐν πόλει, ἀρχὴ περιστάσεως, ἀναλωμάτων χρεία· ἔγκυος ἡ γυνή; γεγέννηκεν; ἀπετέχθη τὸ βρέφος; φροντὶς τῷ ἀνδρὶ πῶς τῆς γυναικὸς τελέσει τὰ καταθύμια· θῆλυ τέτοκεν; ὁ ἀνὴρ ἀηδίζεται περὶ προικῶν περισπώμενος· ἄρσεν ἐτέχθη; φαιδρὸν αὐτοῦ πρὸς ὀλίγον τὸ πρόσωπον· μετ' οὐ πολὺ τὸ παιδίον νόσῳ συνεσχέθη· συμφορὰ τῷ ἀνδρὶ, οὐ διαλιμπάνει ἰατροὺς προσκαλούμενος· πολλὰ δίδωσιν, εἰ τὸ παιδίον σωθήσεται· κατηφὴς προῒὼν τοῖς φίλοις συντυγχάνει, Εὔξασθε, λέγων, ὅτι τὸ παιδίον νοσεῖ· ἐάν τι πάθῃ, ἀγχόνῃ ἐμαυτὸν ἀπολῶ. Οἱ φίλοι συνέχονται· ὁ δὲ Θεὸς οἰκείᾳ εὐμενείᾳ ζωὴν παρέχει· ὑγίανεν τὸ παιδίον, προέβη, ἐμηκύνθη, ἐγένετο παῖς· διδάσκαλοι τοῦτον διάφοροι παραλαμβάνουσιν, καὶ ὅσον προβαίνει παιδεύεται κατὰ τὸν κόσμον· νέος λοιπὸν ἐγένετο, ἁρμόδιος πρὸς γάμου συνουσίαν· ὁ πατὴρ αὐτοῦ πάλιν περὶ γάμων ἀσχολεῖται· ἕτοιμα πάντα, ὁ θάλαμος ἕτοιμος, καὶ ὁ θάνατος ἅφνω τὸν νέον ἁφήρπασεν· συμφορὰ αἰφνίδιος τῷ πατρὶ ἀνηκέστως· ὁ νέος ἐκκομίζεται, στεναγμοὶ λοιπὸν καὶ ὀλοφυρμοὶ, περὶ τὸ μνῆμα ἀπερχόμενος οἰμωγὰς πέμπων, καὶ ταῖς χερσὶν ψοφῶν τὴν κεφαλὴν, δονούμενος καὶ τύπτων τὸ πρόσωπον, Οἴμοι, οἴμοι, συνεχῶς ἐπιλέγων· καὶ μάλα δακνόμενος ὑπὲρ τῆς συμφορᾶς, πολλάκις δυσιάτῳ περιπίπτει νόσῳ, καὶ κατὰ βραχὺ δαπανώμενος θάνατον λοιπὸν ἐπικαλεῖται. D

Ζ'. Μάθετε, ὦ τιμιώτατοι Θεῷ μονάζοντες, πόσων ὑμᾶς περιστάσεων Χριστὸς ἠλευθέρωσεν· μάθετε πόσας συμφορὰς ἐκερδάνατε· γνῶτε οἷον μετέρχεσθε βίον· ἰσάγγελοί ἐστε τῇ πολιτείᾳ· ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν *οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι εἰσιν ἐν οὐρανῷ οἱ δίκαιοι*· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὑμεῖς οὕτω συμβιοτεύοντες, προελάβετε τῷ πόθῳ τὸ ἐσόμενον· τίς τοίνυν οὐκ ἂν ὑμᾶς μακαρίσειεν ἀπερίσπαστον ἑλομένους βίον; τίς οὐκ ἂν ἀποδέξοιτο ὑμῶν τὴν ἐν ἐρήμοις δίαιταν; τίς οὐκ ἂν ὑμῶν ποθήσειε τὴν ἡσυχίαν; βουλευτήρια ἐν πό-

[46] Prov. xv. 17. [46] Eccle. v, 11. [47] Matth. xxii, 20.

Digitized by Google

λεσιν συγκροτεῖται, καὶ ζητήσεις περὶ πολιτείας· τίς ὀρχηστῶν καὶ μιμολόγων καὶ αὐλητῶν ἐμπλήσει γαστέρας; τίς ἀθέσμοις θεωρίαις καὶ ματαίαις κενώσει τὸν πλοῦτον; καὶ τῆς τούτων ἐρεύνης ὑμεῖς ἐκτός ἐστε διὰ τὸν Κύριον· δημοσίαις λειτουργίαις ἢ πολιτικαῖς οὐχ ὑπάκεισθε, οὐδὲ χεὶρ φορολόγου θύραν τινὸς ὑμῶν κρούει ἵνα τέλος καταβράσητε· οὐδεὶς ὑμᾶς ἐν πραιτωρίῳ ἕλκει, οἷα συμβαίνει, ἀλλ' οὐδὲ δεσμωτήριον οἰκήσετε συκοφαντούμενοι, ἀλλ' οὐδὲ κλοιοὺς οἱ πόδες ὑμῶν δέξονται, συκοφαντούμενοι μεγάλα ἵνα δημόσια χρήματα καταβάλητε· οὐδὲ καλωδίοις αἱ χεῖρες ὑμῶν δεθήσονται δι' ἑτέραν τινὰ περίστασιν· στρατιωτῶν διασεισμοὺς οὐκ οἴδατε, ἀλλ' οὐδὲ ταξεωτῶν ἀπάνθρωπα κωμῳδία· οὐκ ἐμπορίαις μετέρχεσθε, ἵνα ταῖς ἐπιορκίαις πλοῦτον συνάξητε, ἐπιστάμενοι κρεῖσσον ὀλίγον τῷ δικαίῳ ὑπὲρ πλοῦτον ἁμαρτωλῶν πολύν· καθεύδοντας ὑμᾶς δανειστὴς οὐκ ἐξυπνίσειεν, γραμμάτιον ἐπιφέρων, οὐδὲ λιβέλλους καθ' ὑμῶν γράψας ἄρχοντι παρέστησεν· οὐδὲ πλῆθος τόκων ἀπαιτούμενοι ἐστενάξατε· ἀλλ' οὐδὲ θάλατταν δεδοίκατε, μὴ ἀθρόον χειμάσασα ἀπολέσει τὸν φόρτον, καὶ πένης παραχρῆμα ὁ πλούσιος εὑρεθῇ.

piat? Consilia in civitatibus agitantur, et de rebus urbanis disceptationes; quis saltator, aut mimus, aut aulœdus ventres implebit? quis turpibus vanisve spectaculis opes absumet? His quoque consultationibus vos propter Dominum alieni estis, quippe publicis aut urbanis ministeriis immunes; neque manus exactoris fores vestras pulsat, ut vectigal solvatis; nemo vos in prætorium, ut fit, pertrahit, neque carceres calumniis circumventi incolitis, neque ferrea compede gravamini, grandi crimine, puta de repetundis, pulsati; neque vobis manus quamlibet aliam ob causam vinciuntur: militum concussiones non patimini, neque apparitorum inhumanas exagitationes: mercaturam non exercetis, ut perjuriis opes cumuletis; satis gnari potiorem esse rem tenuem justi, quam divitias peccatorum multas. Dormientes vos fenerator non excitat allatis syngraphis, neque oblatis prætori libellis in judicium vos appellat, nec usuras ingentes postulati ingemiscitis; sed neque mare formidatis, ne repente tempestate commotum mercem absorbeat, et pauper subito deprehendatur qui divitiis pollebat.

Η'. Ταῦτα τοῦ βίου τὰ ἐπιτηδεύματα, ταῦτα τοῦ βίου τὰ πράγματα, ταῦτα οἱ γάμῳ συναφθέντες ὑπομένουσιν· ὑμεῖς δὲ ἐν ἐρήμῳ ἀπερίσπαστοι διατελεῖτε, μόνου λαμπροῦ βίου ἐπιμελούμενοι· ὦ πόσης τιμῆς ὑπεροχὴν ἔχει τὸ ἅγιον καὶ ἱερὸν ὑμῶν σχῆμα! ὦ πόσης εὐωδίας πνευματικῆς πνέει! ὦ πηλίκου τοῦ ἐπαγγέλματος ἐψηφίσασθε! λόγος οὐδεὶς ἀνυμνῆσαι δύναται! ὦ ἐπάγγελμα οὐρανοῦ ἀπτόμενον! ὦ ἐπάγγελμα Θεῷ συναπτόμενον! ὦ ἐπάγγελμα ἀγγέλοις ἐξεικονιζόμενον! ὦ ἐπάγγελμα τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ σῶζον! ὦ ἐπάγγελμα Θεῷ παρεστηκός! ὦ ἐπάγγελμα Θεῷ τιμιώτατον! ὦ ἐπάγγελμα δι' οὗ σώζεται ὁ κόσμος! Ὑμᾶς τις μακαρίζων, δικαίως ἂν λέξειεν, *Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου*· τοῦτον γὰρ τὸν νόμον μελετῶντες ἡμέρας καὶ νυκτὸς, *ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιεῖ κατευοδωθήσεται*· οὕτω τοίνυν καρποφοροῦντες λόγῳ καὶ ἔργῳ παῤῥησιαστικώτερον δύνασθε λέγειν Θεῷ· *Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ*· ἕκαστος γὰρ ὑμῶν, ὦ ἀξιοπόθητοι Θεῷ μονάζοντες, κῆπός ἐστε Χριστοῦ παντοδαπῶν δένδρων εἶδη περιέχων, ταῖς τοῦ νόμου φυλακαῖς καὶ ἐντολαῖς γεωργούμενος· οὐκ ἐστὲ δρυμὸς ξύλων ἵνα ἄγρια θηρία ἐν ὑμῖν ἐνοικήσῃ, τῶν ἐναντίων δυνάμεων τὸ αἱμοβόρον σύστημα· ἀλλὰ γὰρ κῆπος κεκλεισμένος λίθοις τιμίοις τὴν ἐκ τοῦ νόμου φυλακὴν καὶ ἀσφάλειαν· διὸ οὐκ ἐγένεσθε ζωγρήματα τοῦ διαβόλου, ἀλλ' ἐσαγηνεύθητε τῇ σαγήνῃ τοῦ Χριστοῦ ἐκ τῆς ἀλμυρᾶς τοῦ κόσμου ἀκαταστασίας.

VIII. Hæ sunt mundanæ vitæ sollicitudines, hæc quotidiana negotia, hæc illi sustinent qui conjugio vinciuntur. Vos autem in eremo nullis curis distracti versamini, de vitæ tantum puritate solliciti. O quam omni pretio major est vester hic sacrosanctus habitus! quantam redolet suavitatem spiritalem! Quale quantumque promissum exhibuistis, nulla oratio satis celebrare valet. O promissum omni cura liberum! o promissum cœlum ipsum attingens, Deo promissorem copulans, et angelorum similem efficiens! O promissum, quod in homine Dei imaginem conservat, hominemque ad Deum adducit! O promissum coram Deo pretiosissimum! O promissum denique cujus gratia mundus servatur! Quisquis vestram beatitudinem prædicabit, recte dicet: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini* [48]. De hac enim lege diu noctuque meditantes, *instar arboris* eritis *plantati secus decursus aquarum, quæ fructum proprium dabit tempore suo, et folium ejus non decidet, et quidquid fecerit, feliciter succedet* [49]. Sic ergo verbis et opere fructificantes, confidentius dicere Deo potestis: *Descendat patruelis meus in hortum suum, manducetque fructum juglandium suarum* [50]. Vestrum enim unusquisque, o merito chari Deo monachi, hortus Christi estis omne arborum genus continens, legis præceptorumque custodia excultus. Non estis arborum saltus in quo feræ silvestres inhabitent, adversariarum scilicet potestatum cœtus sanguinolentus; sed hortus circumseptus estis pretiosis lapidibus, legis nimirum custodia et præsidio. Quamobrem præda diaboli non fuistis, sed in Christi sagenam ex amara mundi tempestate incidistis.

Θ'. Ὁ γάμῳ κοινωνῶν περὶ πολλὰ μερίζεται τὴν

IX. Qui vitam coniugalem sectatur, mentem

[48] Psal. cxviii, 1. [49] Psal. i, 2, 3. [50] Cant. v, 1.

Digitized by Google

suam ad diversas curas partitur, ut ait Paulus : *Qui uxorem duxit, cogitat ea quæ sunt mundi, quomodo feminæ suæ placeat, et divisus est* [81]. Vos vero, o admirabiles Deoque amabiles, ab eo nunquam divulsi, semper id dicitis quod David fervido mentis affectu aiebat : *Adhæsit anima mea post te, me vero suscepit dextera tua* [82]. Non enim agros, aut domos, aut quasvis alias facultates studio vestro prosecuti estis, ut adeptis frueremini; sed neque turpibus cupidinibus, neque maledictis, neque avaritiæ, neque alii cuivis fraudi indulsistis; sed id quod scriptum est egistis : *Post Dominum Deum tuum ambulabis, et illi adhærebis* [83]; eaque verba in rem contulistis : *Vade, vende quæ possides, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, venique et sequere me* [84]. Et hujus quidem effati vis in vobis apparet, cujus tenaces mundo ejusque curis vale dixistis; Deo magnopere confisi qui dixit : *Quærite primum regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* [85].

X. Quamobrem laudibus præconiisque digni estis, qui sic Christo rudem adhuc auditum vestrum subjecistis, ne eum stultis vulgi obtrectationibus obnoxium haberetis. Atque ut oculos quoque vestros rectum cernere, minimeque alienæ rei invidere doceretis, ad Deum ipsos curastis dirigere, cum hymnographo David dicentes : *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlo; ecce ut oculi servorum ad manus dominorum suorum, ut oculi ancillæ ad manus dominæ suæ, sic oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec nostri misereatur* [86]. Levantes sanctas manus indesinenter rursus ad Deum soletis aspicere cum puris precibus, ne illæ rapinarum, furtorum bellorumve reæ fiant; pedes autem vestros aut in Dei domum, aut ad sanctorum Patrum cellas recto cursu procedere docuistis, ne forte ad malitiam currentes in foveas decidant. Nam quod attinet ad odoratus vestri libertatem, sic Deo dicere soletis : *In odorem unguenti tui currimus* [87]. Didicistis etiam gustum vilibus escis et aquæ potui assuefacere, scilicet ne ventris causa induamini hypocrisi, et quia Adam gulæ maxime causa peccavit. Præter hæc omnia humilem quoque asperamque vestem gestatis, sinceri videlicet devotique moris imaginem. Gratior vobis lodix et storea sine lapsu in culpam, quam molles lectuli cum peccato. Jucundior vobis commemoratio resurrectionis et formidandi judicii, quam tibiæ citharæque et vanæ cantiones. Optabilior vobis mors beata, quam vita in turpibus deliciis diu protracta.

XI. Beati igitur vos, summe honorandi monachi! hoc enim sæpe vobis dici dignum est. Beati estis,

διάνοιαν, ὡς λέγει Παῦλος· *Ὁ δὲ γήμας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί, καὶ μεμέρισται·* αὐτοὶ δὲ, ὦ θαυμάσιοι Θεῷ γλιχόμενοι, ἀχώριστοι αὐτοῦ διατελεῖτε, ἀεὶ λέγοντες τὸ παρὰ τοῦ Δαβὶδ πόθῳ εἰρημένον· *Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου, ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου·* οὐ γὰρ ὀπίσω ἀγρῶν ἢ οἰκιῶν ἢ ἑτέρας τινὸς οὐσίας ἐπορεύθητε, ἵνα ταῦτα καταλαβόντες κτήσησθε· ἀλλ' οὐδὲ ὀπίσω ἀλόγου ἐπιθυμίας ἢ καταλαλιᾶς ἢ φιλαργυρίας ἢ ἑτέρας τινὸς ἀπάτης, ἀλλ' ὡς γέγραπται· *Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πορεύσῃ, καὶ πρὸς αὐτὸν προσκολληθήσῃ·* τοῦτο ἀληθείᾳ ὑμεῖς πεποιήκατε· *Ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι·* καὶ τοῦ ῥήματος ἡ δύναμις ἐν ὑμῖν φαίνεται, ὃ οὐ παραδραμόντες παγίως ἀπετάξασθε τῷ κόσμῳ καὶ ταῖς τοῦ κόσμου φροντίσιν, λίαν θαῤῥήσαντες τῷ εἰπόντι Θεῷ· *Ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.*

Ι'. Διὸ ἐπαίνων καὶ μακαρισμῶν ἐστε ἄξιοι, οὕτως Χριστῷ τὴν ἀπαίδευτον ἀκοὴν ὑποτάξαντες, ἵνα μὴ ματαίαις αὐτὴν καταλαλιαῖς καταδουλώσητε· ἵνα δὲ καὶ τοὺς βλέποντας ὑμῶν ὀφθαλμοὺς ὀρθὰ παιδεύσητε μὴ ἐρᾷν ἀλλοτρίων κτημάτων, πρὸς Θεὸν αὐτοὺς ἀνατείνειν ἐμελετήσατε μετὰ τοῦ ὑμνογράφου Δαβὶδ λέγοντες· *Πρός σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ· ἰδοὺ ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν, ὡς ὀφθαλμοὶ παιδίσκης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, ἕως οὗ οἰκτειρήσῃ ἡμᾶς·* ἐπαίροντες ὁσίας χεῖρας ἀκαταπαύστως πάλιν πρὸς Θεὸν εἰώθατε ἐνατενίζειν διὰ καθαρῶν προσευχῶν, ἵνα μὴ ἁρπαγῶν καὶ κλοπῶν καὶ πολέμων αἴτιοι γένωνται· τοὺς δὲ πόδας ὑμῶν ἢ εἰς οἶκον Θεοῦ ἢ εἰς μονὰς ἁγίων Πατέρων τροχίαις ὀρθαῖς βαδίζειν εἰώθατε, ἵνα μὴ εἰς κακίαν δραμόντες βόθροις ὑποπεσοῦνται· περὶ γὰρ τῆς ἐλευθέρας ὑμῶν ὀσφρήσεως σύνηθες ὑμῖν λέγειν Θεῷ· *Εἰς ὀσμὴν μύρου σου δραμούμεθα·* μεμαθήκατε γὰρ καὶ τὴν γεῦσιν εὐτελέσι τροφαῖς καὶ ποτῶν ὕδασι ἐθίζειν· ἵνα γὰρ μὴ γαστρὸς χάριν ὑποκρίνησθε πρόσωπα, καὶ ὅτι μάλιστα τῷ Ἀδὰμ ἡ παράβασις διὰ γεύσεως γέγονεν· πρὸς δὲ τούτοις ἅπασιν καὶ ἄμφια κέκτησθε ταπεινὰ καὶ τραχέα, τῆς ἀληθείας ἅμα καὶ ἀσκήσεως ἐπιδεικνύντες τὸν τρόπον· ἡδὺς ὑμῖν ψίαθος καὶ σεμνὸν περιβόλαιον δίχα παραπτώματος, ἢ στρωμναὶ μαλακαὶ μετὰ ἁμαρτίας· ἡδὺ ὑμῖν τὸ ἀκροᾶσθαι περὶ ἀναστάσεως καὶ φοβερᾶς κρίσεως, ἢ ἀκοῦσαι αὐλῶν καὶ κιθάρας καὶ ᾀσμάτων ματαίων· αἱρετὸς ὑμῖν θάνατος εὐκλεὴς, ἢ ζῆν τρυφερῶς πολὺν χρόνον ἀσέμνως.

ΙΑ'. Μακάριοι τοίνυν ἐστὲ, τιμιώτατοι· τοῦτο γὰρ συνεχῶς ὑμῖν λέγειν ἄξιον· μακάριοί ἐστε τῇ ὁμοσυ-

[81] I Cor. VII, 33. [82] Psal. LXII, 9. [83] Deut. X, 20. [84] Matth. XIX, 21. [85] Matth. VI, 33. [86] Psal. CXXII, 1, 2. [87] Cant. I, 3.

Digitized by Google

σίῳ Τριάδι στρατευσάμενοι· στρατιώτην ἰδιώτης ἄνθρωπος οὐκ ἀπατᾷ, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν οἱ δραπετεύσαντες δαίμονες· Θεὸς γὰρ ὑμῖν δωρεὰς διδοὺς ἔλεγεν· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει*· οὐκ ἐστρατεύθητε ἀνθρωπίνῳ βασιλεῖ, ἵνα ἐν πολέμῳ θεάσησθε τὰς τῶν ὁμογενῶν ἀνθρώπων σφαγάς, ἀλλ' ἐστρατεύθητε τῷ Χριστῷ, ἵνα τῶν δαιμόνων θεάσησθε τὰ πτώματα· οὐδ' ἐκέκτησθε ὅπλα ἐκ χαλκοῦ καὶ σιδήρου, ἵνα τοὺς ὁμοδούλους ἀνέλητε· ἀλλ' ἔκτησθε πίστιν ἰσχυρὰν δι' ἧς ὁ διάβολος καταβάλλεται· οὐδὲ πάλιν ἐστρατεύσασθε ἵνα ἐκχέητε αἷμα ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἐστρατεύσασθε Θεῷ ἵνα διηνεκῶς ἐκχέητε τὴν δέησιν ὑμῶν ἐνώπιον αὐτοῦ. *Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν*· δεήθητε οὖν ὑπὲρ τοῦ κόσμου, εὖ μάλα εἰδότες ὡς ὅτι εὐχαῖς δικαίων ὑπακούει, καὶ ὅτι πολὺ ἰσχύει ἡ δέησις δικαίου ἐνεργουμένη· διηνεκῶς μέμνησθε ἡμῶν· ὑφ' ὑμῶν ὁ παράδεισος τῆς τρυφῆς εἰσοικισθήσεται· καὶ ἃς ἀπέκλεισε τοῦ παραδείσου θύρας ἡ τοῦ Ἀδὰμ παράβασις, ταύτας ὁ ὑμέτερος ἔρως ὁ εἰς Θεὸν ἀνοίξει· ὑφ' ὑμῶν γὰρ ὁ οὐρανὸς οἰκισθῆτε, ἵνα τοῖς ἀποστόλοις συναντήσητε, ἵνα προφήτας ἴδητε, ἵνα τοὺς μάρτυρας θεάσησθε, ἵνα πάντας τοὺς δικαίους περιπτύξησθε, ἵνα τοῖς ἀγγέλοις συνδιατρίψητε· ὑμεῖς ἐνθάδε μακάριοι, καὶ μετὰ τὴν ἐνθένδε ζωὴν μακαριώτεροι· ἐκεῖ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ὄψεσθε, τὸν τῆς ὑμετέρας ἀσκήσεως εὑρετὴν, τὸν ἐν ἐρημίᾳ τραφέντα καὶ ἐν ἀσκήσει διαπρέψαντα· ἐκεῖ ὄψεσθε τὸν ἀνδρειότατον Ἰὼβ πολλῇ περιβεβλημένον δόξῃ, τὸν τῶν ὑμετέρων πόνων ἐργάτην, καὶ τῆς ὑπομονῆς φίλον· ἐκεῖ ὄψεσθε τὸν προπάτορα ὑμῶν Ἀβραὰμ τὸν τῆς ὑμετέρας φιλοξενίας ἐραστὴν γνήσιον γενόμενον· ἐκεῖ ὑμῖν ἀπαντήσει πραότατος Δαβὶδ ὁ ἀσκητικώτατος, οὗ ὁ βίος καθ' ἡμέραν ὑμᾶς ἀλείφει· καὶ ἵνα μὴ ἕκαστον τῶν δικαίων ὀνομάζων μακρύνω τὸν λόγον, αὐτὸν τὸν Χριστὸν ὄψεσθε πάντων τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, τὸν εἰπόντα ὅτι *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.*

qui consubstantiali Trinitati stipendia facitis. Militi privatus homo non illudit; ita nec vestræ pietati perfugæ dæmones. Deus enim gratiæ suæ munera vobis tribuens ait: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi serpentes et scorpios, atque universam inimici potentiam, nihilque vobis noxium futurum est*[58]. Nequaquam sub rege homine militatis, ut in bello cædes hominum homogeneorum spectetis; sed Christo militatis, ut dæmones profligatos cernatis: arma ex ære ferroque non habetis, ut conservos vestros interficiatis, sed adepti estis fidem validam qua diabolus prosternitur; neque in militia versamini, ut humanum sanguinem effundatis, sed in Dei militia versamini, ut preces constanter vestras coram ipso fundatis. *Oculi Domini super justos et aures ejus ad preces eorum*[58*]. Orate igitur pro mundo, bene conscii, quod Deus bonorum precibus aurem inclinat, et quod justi hominis intercessio plurimum valet[59]. Semper nostri memineritis. Vos deliciarum paradisum patefacto aditu incoletis; et quas paradisi januas Adami prævaricatio clausit, eas vestra in Deum devotio recludet. Vos cœli stationes occupabitis, ubi apostolis occurretis, prophetas videbitis, martyres mirabimini, justos omnes complectemini, cum angelis versabimini. Vos hic beati, et illic post hanc vitam beatiores. Ibi Joannem Baptistam videbitis, vestri ascetici instituti inventorem, illum scilicet in eremo nutritum et religiosæ vitæ laude pollentem. Ibi videbitis fortissimum Jobum multa vestitum gloria, laborum vestrorum participem et patientiæ perstudiosum. Ibi videbitis progenitorem vestrum Abraham egregium vestræ erga hospites benignitatis æmulum. Ibi vobis occurret mitissimus et devotissimus David, cujus vitæ exemplum vestram quotidie pietatem corroborat. Et ne singulos justos nominatim appellans sermonem diutius protraham, Christum ipsum videbitis bonorum omnium caput, qui ait: *Beati mundi corde, quoniam hi Deum videbunt*[60].

ΙΒ'. Τίς τοίνυν μακαριώτερος ἢ εὐδαιμονικώτερος ὑμῶν, ἵνα Θεὸν αὐταῖς ὄψεσιν ἴδητε; μακάριοί ἐστε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ποθεινότατοι, ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων· ὅτι τὰ πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐστιν· ὅτι *πάντας ἡμᾶς παραστῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον*· τρόμος ὑμᾶς οὐ λήψεται τὸ τηνικαῦτα, ἀλλ' εὐφροσύνη καὶ χαρὰ καὶ στέφανος ἀγαλλιάματος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ὑμῖν οὐ κρίσις φοβερὰ, οὐδὲ πῦρ αἰώνιον, οὐδὲ σκώληξ ἀκοίμητος, ἀλλὰ τοῖς ἐναντίοις καὶ παραβαίνουσι τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ· ὑμεῖς ἀκούσητε τό· *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*, οἱ ἀμέμπτως τὰ Χριστοῦ φρονήσαντες· τῷ δὲ κοινῷ πάντων ἐχθρῷ

XII. Quis itaque vobis beatior aut fortunatior, qui Deum ipsum estis visuri? Beati eritis in die judicii, o desiderantissimi, cum Deus de arcanis hominum judicabit, cujus oculis nuda omnia et patentia sunt. Namque *omnes nos necesse est ante tribunal Christi consistere, ut unusquisque in corpore referat remunerationem, secundum ea quæ egerit sive bona sive perversa*[61]. Tunc vos timor non corripiet, sed hilaritas et gaudium, et corona lætitiæ in sancto Spiritu. Haud vobis erit formidabile judicium, neque æternus ignis, neque vermis vigil, sed iis qui contrario more exstiterunt, et Dei præcepta violaverunt. Vos illa verba audietis: *Venite, benedicti a Patre meo, possidete paratum vobis regnum a mundi constitutione*[62], qui Christi instituta constanter servastis. Communi autem omnium hosti, et hujus asseclis, tremendam illam sententiam in-

[58] Luc. x, 19. [58*] Psal. xxxiii, 16. [59] Jac. v, 16. [60] Matth. v, 8. [61] II Cor. v, 10. [62] Matth. xxv, 34.

Digitized by Google

timabit : *Tollatur de medio impius, ne gloriam Domini videat* [63]. Illuc vos abibitis cum lætitia gaudioque, unde exsulant dolor atque tristitia et gemitus, unde honor et gloria et reliqua Dei dona auferri nequeunt.

XIII. Enimvero vestra pietas in universo terrarum orbe celebratur. Quænam civitas, audita religiosæ vestræ et apostolicæ vitæ fama, vos spectare non cupit? Quis rex sive præterito sive etiam præsenti tempore sceptra tenens, fando audiens vestros Deo dignos et virtute plenissimos mores, non optavit vos consulere, et summo affectu complecti? Ex vobis exstitit abbas Antonius, summum disciplinæ apicem consecutus, cujus etiam vita scripto commendata apud vos servatur. Item ex vobis abbas Amun, et abbas Joannes, et abbas Macarius, qui eximia virtute fulserunt, et miracula etiam, atque alia sanctimoniæ suæ documenta hominibus exhibuerunt; et dæmones Deo volente ejicientes, magnosque morborum dolores variasque passiones sanantes, medicæ artis debilem esse virtutem ostenderunt. Medici enim quos morbos nequaquam pellere poterant, eos horum sanctorum precibus validæque fidei pervincendos concedebant, quippe qui artis suæ limites modulumque noverant : quæ cum reges audirent, admirati magnopere Deum laudabant.

XIV. Hæc vos me ipso accuratius scitis : vos enim cum prædictis versati estis, necnon patres vestri. Quis ergo laudes vestras digne enarrare valeat? Quis vestrum non comprobet laudetque erga Deum amorem, pietatem, devotionem, temperantiam, fortitudinem, justitiam, patientiam, sapientiam, et cum prudentia simplicitatem? Quid dicam de mansuetudine, silentio, mitibus moribus et pacificis? Quid de sinceritate, simplicitate, tranquillitate, pecuniæ contemptu, misericordia, eleemosynis, liberalitate, mutua compassione, fraterno amore, erga hospites ac pauperes benignitate, affabilitate, veracitate, concordia secundum Deum, sermone mellifluo ac leni, composito incessu, solitudine, optima fama, orthodoxa mente, et fide in Deum? Quanta vos in virtute versamini! quot vos virtutes circumornant, o Deo charissimi! quot virtutum corona cingimini! quanta est apud vos bonorum operum constantia! Pax eminet inter vos propter vitiorum abstinentiam. Humilitas inter vos præcellit, qui est bonus Domini typus, a quo recedens olim diabolus juste profligatus est.

XV. Hæc a me vobis scribi dicique necesse fuit et apprime conveniens; scriptum est enim : *Memoria justorum cum laude* [63*]; et quod justis laudatis,

[63] Isa. xxvi, 10. [63*] Prov. x, 7.

A καὶ τοῖς τούτῳ ἀκολουθήσασι λέξει τὸ φρικῶδες ἐκεῖνο ῥῆμα· *Ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου*· ἐκεῖ ὑμεῖς ἀπελεύσεσθε μετ' εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμὸς, ἔνθα τιμὴ καὶ δόξα καὶ χαρίσματα ἀναφαίρετα.

ΙΓ'. Τὸ γὰρ ἐπιεικὲς ὑμῶν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ὅλης διανέμεται· ποία πόλις ἀκούσασα ὑμῶν τὸν ἐνάρετον καὶ ἀποστολικὸν βίον, οὐκ εὔχεται ὑμᾶς θεάσασθαι; ποῖος βασιλεὺς τῶν φθασάντων, ἢ καὶ τῶν νυνὶ χρόνων, ἀκούων ὑμῶν τὸν θεοπρεπῆ καὶ ἐνάρετον βίον, οὐκ ἠξίωσε ὑμᾶς ἱστορῆσαι, καὶ μετὰ πολλοῦ πόθου περιπτύξασθαι; Ἐξ ὑμῶν ἁββᾶ Ἀντώνιος δι' ἀκρότατον βίον γενόμενος, οὗ καὶ ὁ βίος ἔγγραπτος παρ' ὑμῖν διασώζεται (1-16)· ἔτι τε καὶ ὁ B ἁββᾶ Ἀμοῦν, καὶ ἁββᾶ Ἰωάννης, καὶ ἁββᾶ Μακάριος (17), οἱ καθ' ὑπερβολὴν ἐναρέτως διέλαμψαν, οἳ καὶ σημεῖα καὶ ἑτέρας δυνάμεις τοῖς ἀνθρώποις ἐπεδείξαντο, κατὰ βούλησιν Θεοῦ δαιμόνια ἀπελάσαντες, καὶ μεγάλας νοσημάτων ἀλγηδόνας ἰασάμενοι, καὶ ἕτερά τινα πάθη, τῶν ἰατρῶν ἔδειξαν τὴν ἀσθένειαν· ἃ γὰρ οὐκ ἠδύναντο πάθη οἱ ἰατροὶ θεραπεῦσαι, ταῦτα ταῖς τούτων ἁγίαις εὐχαῖς καὶ ἰσχυρᾷ πίστει παρεχώρουν, τοῦ ἰᾶσθαι τὸν οἰκεῖον τρόπον ἐπιγινώσκοντες τοὺς ὅρους· ταῦτα βασιλεῖς ἀκούοντες, λίαν ἐθαυμάζοντο Θεὸν ὑμνοῦντες.

ΙΔ'. Ταῦτα μᾶλλον ἴστε ἡμῶν ἀκριβῶς· ὑμεῖς γὰρ αὐτοῖς καὶ συνδιατρίψατε (18) καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν· C τίς τοίνυν ἐπαξίως ἐγκώμια δυνήσεται φράσαι; τίς δὲ οὐκ ἀποδέξεται ἢ ἐπαινέσειεν τὸ φιλόθεον, τὴν ὑπομονὴν, τὴν σύνεσιν, τὸ ἀκέραιον ὁμοῦ καὶ φρόνιμον; ἀλλὰ τὸ πρᾶον καὶ ἡσύχιον, ἀλλὰ τὸ ἥμερον ἦθος, ἀλλὰ τὸ εἰρηνικὸν, ἀλλὰ τὸ ἁπλαστον καὶ ἁπλοῦν, ἀλλὰ τὸ ἀπαθὲς, ἀλλὰ τὸ ἀφυλάργυρον, ἀλλὰ τὸ εὔσπλαχνον, ἀλλὰ τὸ ἐλεημονικὸν, ἀλλὰ τὸ εὐμετάδοτον, ἀλλὰ τὸ συμπαθὲς, ἀλλὰ τὸ φιλάδελφον καὶ φιλόξενον, ἀλλὰ τὸ φιλόπτωχον, ἀλλὰ τὸ ὁμιλητὸν, ἀλλὰ τὸ φιλάληθες, ἀλλὰ τὴν εἰς Θεὸν ὁμόνοιαν, ἀλλὰ τὸ μελισταγὲς ὑμῶν ῥῆμα, ἀλλὰ τὸν ἡσύχιον λόγον, ἀλλὰ τὸ εὔτακτον βάδισμα, ἀλλὰ τὴν ἀναχώρησιν, ἀλλὰ τὸ χρηστὸν ὄνομα, ἀλλὰ τὸ ὀρθόδοξον, ἀλλὰ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν; Ὢ πόσῃ ἀρετῇ συναναστρέφεσθε! ὦ πόσαι ἀρεταὶ ὑμᾶς περιστέφουσι, Θεῷ τιμιώτατοι! D ὦ ἐκ πόσων ἀρετῶν διάδημα περίκεισθε! ὦ πόση παρ' ὑμῖν χρηστῶν ἔργων εὐστάθεια! Εἰρήνη παρ' ὑμῖν ἡγεμονεύει τῶν κακῶν ἀποχῇ· ταπεινοφροσύνη παρ' ὑμῖν ἡγεμονεύει, ὁ τοῦ Κυρίου χρηστὸς τύπος, οὗ ἀστοχήσας παρὰ τὴν ἀρχὴν ὁ διάβολος δικαίως καταβέβληται.

ΙΕ'. Ταῦτα δὲ ὑμῖν γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαῖον καὶ πρεπωδέστατον· ἐπειδὴ γέγραπται· *Μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων*· καὶ ὅτι ἐγκωμιαζομένων δι-

(1-16) Intelligitur illa ab Athanasio scripta *Magni Antonii Vita*. Fuit autem Serapionis nostri coætaneus Athanasius.

(17) De Amune Palladius cap. 10, et de abbate Joanne, cap. 44. Macarium intelligo antiquiorem e tribus hoc nomine claris.

(18) Loquitur ergo Serapion de illis sanctis Antonio, etc., tanquam coætaneis.

Digitized by Google

καίων εὐφρανθήσονται λαοί· ὅτε τοίνυν τις ὑμῶν μνημονεύει, πάντως καὶ ἐγκωμίων ἐφάπτεται· διὸ ἀνδρειότατοι, σαφῶς ἐπιγινώσκοντες ὑμῶν τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν ἑαυτῶν δόξαν, τελειῶσαι ὑμῶν τὸν μισθὸν ἐνισχύσατε, νήφοντες ἐπὶ πλεῖον τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι· καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ ᾄδοντες· *Ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν Κύριον*· μηδὲ πώποτε κἂν ἔννοιά τις ἐμφωλεύῃ τὸ σύνολον, μηδὲ τοῦ τοσούτου χρόνου βραχεῖά τις ῥαθυμία τῶν ἀγαθῶν ὑμῶν τῆς ψυχῆς ἐναντίος ἄνεμος πνεύσας σβέσει τὰ λάμποντα φῶτα ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ φαινόμενοι, ἵνα σὺν τοῖς ἀποστόλοις ἀκούσησθε· *Ὑμεῖς ἐστε φῶς τοῦ κόσμου*· τοῦ δὲ Ἀποστόλου λέγοντος· *Ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες κομίσησθε* (19) *τὴν ἐπαγγελίαν*· μὴ ἀποκάμητε οὖν, τιμιώτατοι, ἀλλὰ τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος συνάψατε, καὶ τῷ τέλει τὴν ἀρχὴν συνάψατε· *Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται*· γένοιτο δὲ ἡμᾶς καὶ ἡμᾶς μακαρίου καὶ ὁσίου τέλους τυχεῖν ἐντρεφομένους δόγμασι θείοις, ὑπὸ Θεοῦ ἀρχόμενοι καὶ παρ' αὐτοῦ ποιμαινόμενοι· καὶ τὰ εὐκταῖα ἐκεῖνα ῥήματα τῷ Ἀποστόλῳ κατορθώσαντας μετὰ παῤῥησίας λέξαι, *Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτής*· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A lætabuntur populi[64]. Quoties ergo quis vestri meminit, toties ei laudum vestrarum in mentem venit. Itaque, o fortissimi, vestram dignitatem probe scientes vestramque famam, deinceps vestram mercedem cumulare nitimini, futurorum bonorum spe alacrius vigilantes, illudque David cantantes : *Fortiter age, et roboretur cor tuum, et sustinè Dominum*[64a]; ne forte aliquando vel unica cogitatio thesaurum universum pessumdet; neque post tantum temporis tractum brevis aliqua negligentia vestræ animæ bona, ceu flans ex adverso ventus ardentem facem exstinguat, qui reapse veluti luminaria in orbe lucetis; ut cum apostolis audiatis : *Vos estis lux mundi*[65]. Sed et Apostolus ait : *Patientia opus est vobis, ut Dei voluntatem complentes, promissionem reportetis*[66]. Ne igitur lassemeni, o desiderantissimi, sed finem initio jungite, et fini initium : *Qui enim sustinuerit usque ad finem, hic salvus erit*[67]. Utinam vero vobis nobisque contingat beatum sanctumque terminum consequi, divino dogmate enutritis, Deo duce et pastore! ut illa desiderabilia Apostoli verba exsequentes dicamus : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; deinceps reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex*[68] : cui gloria et potentia, Patri videlicet cum Filio sanctoque Spiritu, per sæcula sæculorum. Amen.

B

[64] Prov. xxix, 2. [64a] Psal. xxvi, 14. [65] Matth. v, 14. [66] Hebr. x, 36. [67] Matth. xxiv, 13. [68] II Tim. iv, 7, 8.

(19) An κομίσησθε?

ANNO DOMINI CCCXLVIII.

S. PACHOMIUS
TABENNENSIS ABBAS

NOTITIA.

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, tom. IV, Proleg., p. XXIX.)

1. *Pachomii ortus et vitæ institutum, antequam Christo nomen daret. Anachoresim primum professus, postmodum Tabennensium monachorum auctor, quo tempore floruit. Celebris ejus memoria. Annus emortualis.*

Pachomius apud Thebaidem inferioris Ægypti ex parentibus ethnicis ortus, militiæ primum nomen dedit; postmodum vero ad Christi fidem conversus,

C Constantini Magni ejusque filiorum temporibus maxime claruit. Anachoreticam enim vitam amplexus, deinceps divinitus admonitus, Tabennensium monachorum auctor et institutor exstitisse perhibetur, ut post Palladium (*a*) scribit Sozomenus (*b*), evangelicæ perfectionis professor eximius, optimis præceptis institutisque discipulos suos erudivit : *Vir*

(*a*) Pallad. *Hist. Laus.* cap. 38.

(*b*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. III, cap. 14.

Digitized by Google

cætera humanissimus, Deoque admodum charus ; adeo ut futura prænosceret, et cum angelis frequenter colloqueretur (*a*) : Ἀνὴρ τὰ μάλιστα φιλάνθρωπος, καὶ θεοφιλὴς εἰς ἄγαν, ὡς προειδέναι τὰ ἐσόμενα, καὶ θείοις ἀγγέλοις ὁμιλῶν πολλάκις. Hinc Pachomii nomen cum apud vetustos scriptores, tum in fastis ecclesiasticis, sive Græcis sive Latinis, summis laudibus celebratum invenias. Magnus quidem Athanasius, teste Hieronymo (*b*), *quasi ad tutissimum communionis portum Romam confugiens, Vitam beati Antonii adhuc tunc viventis, monasteriorumque in Thebaide Pachomii Disciplinam*, primus in Urbem invexit. Factumque proinde, ait vir doctus (*c*), ut Romana tum primum Ecclesia in monastici instituti amorem fuerit accensa. Hinc monasteria multa per Italiam excitata, et institutum hujusmodi exinde per Occidentem manavit in dies latius. Supremum diem obiit sanctissimus abbas anno 348 (*d*) ; ejusque gesta admiranda descripsit quidam monachus Tabennensis ætate suppar, quæ apud Bollandianos videas (*e*).

II. *Vir apostolicæ gratiæ*, Regulam *Ægyptiace perscripsit. Eam Græce redditam Latinis litteris tradidit Hieronymus. Quo anno versionem suam confecerit sanctus doctor.*

Pachomius, inquit Gennadius (*f*), *vir tam in docendo quam in signa faciendo, apostolicæ gratiæ, scripsit* Regulam *utrique genori monachorum aptam, quam angelo dictante perceperat.* Quod quidem multo ante tradiderant Heraclides (*g*), Palladius (*h*), Sozomenus (*i*), et longe post Nicephorus (*j*). Hanc autem *sancti Pachomii Regulam* Ægyptiaco primum sermone conscriptam, deinde Græce redditam, in Latium transtulit sanctus Hieronymus, rogatu hominis Dei Silvani presbyteri ; qui propterea Leontium presbyterum et cæteros cum eo fratres ad sanctum Doctorem in Palæstinam direxerat, quo Græci exemplaris interpretationem coram peterent, flagitarent, urgerent. *Tantis* itaque *viris imperantibus, ne dicam rogantibus*, morem gessit sanctus Pater, ut ipsemet in Præfatione ad versionem suam scribit : ubi etiam tempus indicat quo manum operi admovit. Currebat scilicet annus 404, quo sancta Paula supremum diem obiisse comperitur, VII *Kalendas Februarias, tertia Sabbati post solis accubitum, Honorio Augusto* VI *et Aristeneto coss.*, ut in ejus *Epitaphio* tradit idem Hieronymus (*k*). Sic igitur Doctor maximus in modo laudata Præfatione : *Quamvis acutus gladius et levigatus, si diu in vagina conditus fuerit, sordescit rubigine et splendorem pristini decoris amittit. Unde et ego mœrens super dormitione sanctæ et venerabilis Paulæ, — quo multorum incisa illius morte refrigeria suspirarem, accepi libros*, etc. Et mox : *Itaque quia diu tacueram, et dolorem meum silentio devoraveram, — accito notario, ut erant de Ægyptiaca in Græcam linguam versa, nostro sermone dictavi, ut — bono, ut aiunt, auspicio longum silentium rumperem, reddens me pristinis studiis, et sanctæ feminæ refrigerans animam, quæ monasteriorum semper amore flagravit.*

III. *Versio* Regulæ *Hieronymo vindicatur, simulque operis integritas astruitur*

Hæc autem Hieronymiana propterea in medium adduximus, ut Guilielmo Caveo (*l*) allisque obviam iremus, qui dum Hieronymum Pachomianæ Regulæ interpretem agnoscere abnuunt, ejusdem quoque *Regulæ* sinceritatem in discrimen vocare videntur : Nimirum, inquiunt, si hanc *Regulam* transtulisset Hieronymus, Pachomium enimvero inter scriptores ecclesiasticos retulisset, vel saltem inter suasmet versiones hanc itidem recensuisset sanctus Pater. At qui sic arguunt eruditi viri, non adverterunt *Catalogum* suum confecisse Hieronymum anno demum 392, qui propterea neque inter suos *Viros illustres* Pachomium, neque suas inter versiones beatissimi illius abbatis *Regulæ* translationem referre potuit, cujus scilicet Græcum exemplar duodecim tantum post annos Latine vertendum recepit.

Ad hæc Tillemontius, licet admittat sancti Pachomii Regulam interpretatum fuisse Hieronymum ; *Monita* tamen quæ Regulæ Pachomianæ subduntur, ab eodem Hieronymo Latine fuisse reddita, sibi persuadere haud potest (*m*), propterea scilicet quod locus in illis occurrat his verbis expressus (*n*) : *Odiamus ergo mundum, et omnia quæ in eo sunt ; odiamus etiam omnem requiem corporalem.* Quibus recitatis : Num, inquit, adeo parum Latine locutum fuisse Hieronymum existimemus ? Annon ipse potius scripsisset *oderimus* ? Verum præter quam quod *Monita* illa in *Collectione Regularum sancti Benedicti Anianensis*, qui unus Hieronymianam Pachomianorum operum interpretationem nobis servavit, medium locum tenent inter Pachomii *Regulam* et ejus *Epistolas*, quarum interpres indubius habetur idem Hieronymus ; ipsemet sanctus Doctor palam profitetur (*o*) *simplicitatem Ægyptii sermonis* se fuisse imitatum, *ne viros apostolicos et totos gratiæ spiritualis, sermo rhetoricus immutaret.* Quid quod ipsummet Doctorem maximum in sanctarum

(*a*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. III, c. 14.
(*b*) Hieron. epist. 127, al. 16, *ad Princip. virgin.*, § 5, p. 948.
(*c*) Montfauc. *Vit. S. Athan.* ad ann. 341, § 40, pag. 36.
(*d*) Tillem. *Mém.* tom. VII, pag. 691, not. 35, *sur S. Pacome.*
(*e*) Bolland. *Act. SS.* Janii tom. III, pagg. 25, 287.
(*f*) Gennad. *De vir. illust.* cap. 7.
(*g*) Heracl. *Parad.* cap. 19.
(*h*) Pallad. *Hist. Laus.* cap. 38.
(*i*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. III, cap. 14.
(*j*) Niceph. *Hist. eccl.* lib. IX, cap. 14.
(*k*) Hieron. epist. 108, al. 27, § 34, pag. 719.
(*l*) Cav. *Hist. litter.* tom. I, p. 208.
(*m*) Tillem. *Mém.* tom. VII, pag. 685, not. 15 *sur S. Pacome.*
(*n*) Pachom. Opp. infra col. 947.
(*o*) Hieron. in *Præfat. ad Pachom.* sub fin.

Digitized by Google

Scripturarum interpretatione eodem ferme loquendi genere Latinis auribus minus probato quandoque usum fuisse novimus? Ut autem cætera omittamus, ex unius verbi *odisse* usu nonnulla proferamus exempla. Comperimus itaque Hieronymum in sacris Bibliis vertendis aut recensendis (*a*) usurpasse voces *odientis* Exod. XXIII, 5; *odientes*, II Reg. XIX, 6; *odibunt* Prov. I, 22; *odiet*, Luc. XVI, 3: quæ sane *Latinissimæ* haud sunt, ut verbo utar Hieronymiano (*b*). Nimirum subinde profitetur sanctus Doctor, se non omnia sermonis vitia declinasse, quamvis ea probe novisset. *Non enim*, inquit (*c*), *curæ nobis est vitare sermonum vitia, sed Scripturæ sanctæ obscuritatem quibuscunque verbis disserere.* Et alibi (*d*): *Scio*, ait, *hæc molesta esse lectori: sed — mihi sufficit sic loqui, ut intelligar; ut de Scripturis disputans, Scripturarum imiter simplicitatem.* Atque iterum in eamdem sententiam hæc habet (*e*): *In ecclesiasticis rebus non quærenda verba, sed sensus; id est, panibus est vita sustentanda, non siliquis.* Itaque sive spectes versionis exempla Hieronymiana modo allata, sive hac ipsa de re placita ejusdem sancti Doctoris; utrinque arbitror equidem satis esse compertum, neque improbandum verbum *odiosus* in Monitis Pachomianis, neque propterea eorum versio Hieronymo abjudicanda. Sed ad propositum redeamus.

IV. *De Pachomii* Epistolis *ejusque* Alphabeto mystico, *ex Gennadio et Sozomeno.*

Scripsit præterea Pachomius, ex Gennadio (*f*), *ad collegas præposituræ suæ* Epistolas, *in quibus* Alphabetum *mysticis tectum sacramentis, velut humanæ consuetudinis excedens intelligentiam, clausit.* Sed Gennadio hæc scribenti præiverat ipse interpres Hieronymus, sic inquiens (*g*): *Aiunt autem Thebæi, quod Pachomio — angelus linguæ mysticæ scientiam dederit, ut scriberent sibi et loquerentur per* Alphabetum *speciale, signis quibusdam et symbolis absconditos sensus involvens: quas nos* Epistolas *ita, ut apud Ægyptios Græcosque leguntur, in nostram linguam vertimus, eadem, ut reperimus, elementa ponentes.* His gemina refert Sozomenus (*h*): *Dicunt*, inquit, *divinum angelum Pachomio apparentem monuisse ut juniores monachos colligeret et una cum illis versaretur: — præterea, ut universa congregatio in viginti quatuor classes divideretur, eæque ex* Græcorum litteris *cognomentum acciperent: cognomen vero ipsi aptaretur pro vita ac moribus singulorum. Verbi gratia simpliciores iota appellarentur; versuti ζ vel ξ, et sic de aliis, prout institutum cujusque classis figura alicujus litteræ apte exprimere licet* Οἷον, ἁπλουστέρους μὲν ἰῶτα ἀποκαλοῦντας, σχολιοὺς δὲ ζ ἢ ξ, καὶ ἄλλους ἄλλως, καθὼς ἐκλαμβάνειν εὐστόχως ἐστὶ πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ γράμματος τὴν προαίρεσιν τοῦ τάγματος. Hinc fortasse lux aliqua Epistolis Pachomianis accedet.

V. *In adornanda Pachomianorum scriptorum editione studium adhibitum.*

Porro editionem nostram exegimus ad primam Holstenianam *Codicis Regularum S. Benedicti Aianensis abbatis*, quæ Romæ prodiit anno 1661. Hæc enim multo est emendatior Parisiensi, anno 1663 evulgata, ut ex nostris subjectis animadversionibus constat. Doctissimi editoris notas quæ ad calcem exstant, easque præsertim quas post editionem suam ex duobus codicibus mss. Vaticano et Cassinensi exprompsit Holstenius, suis quibusque locis aptavimus. Neque Vallarsii adnotationes præteriimus, quas V. C. ad Pachomiana litterarum monumenta in secundo Hieronymianorum operum volumine apposuit. *Præcepta* demum adjecimus ejusdem sancti Pachomii, ex ms. codice Florentino a Bollandianis in lucem emissa (*i*); quibus præterea eruditissimi interpretis observationes subdidimus.

(*a*) Hieron. *Divin. Bibl.* pagg. 87, 387 940 1518, Opp. tom. I, edit. BB. Paris. 1693.
(*b*) Id. epist. 58, al. 13, *ad Paulin.*, § 9, pag. 324, tom. I, edit. Veron.
(*c*) Id. lib. XII, *Comm. in Ezech.* XL, tom. V, pag. 472, edit. Veron.
(*d*) Hieron. epist. 31. al. 38, *ad Damas.*, § 14, p. 166.
(*e*) Id. epist. 21, al. 115, § 42, pag. 86.
(*f*) Gennad. *De vir. illustr.* cap. 7.
(*g*) Hieron. in *Præfat. ad Pachom.* sub fin.
(*h*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. III, cap. 14.
(*i*) *Act. SS.* Maii tom. III, pagg. 62*, 346.

VITA S. PACHOMII

ABBATIS TABENNENSIS.

Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. LXXIII, col. 227.

REGULA S. PACHOMII

S. HIERONYMO INTERPRETE.

Exstat inter Opera S. Hieronymi, *Patrologiæ Lat.* tom. XXIII, col. 62.

EJUSDEM

Præcepta et Instituta, Præcepta et judicia, Præcepta et leges, Monita, Epistolæ et verba mystica.

Vide tomo citato, col. 77-88, *ex interpretatione S. Hieronymi.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΩΝ ΕΝΤΟΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΧΟΥΜΙΟΥ.

PRÆCEPTA

SANCTI PACHOMII [1].

(*Ex codice ms. Florentino, interprete Daniele Cardono Soc. Jesu*, ap. Galland., tom. IV, pag. 735.)

Hoc est principium fundationum:

I. Quando audieris sonum appellantem te ad ecclesiam, vade meditabundus usque ad januam ecclesiæ, ad hoc ut ores.

II. Nemo orantes fratres circumspiciat.

III. Si quis riserit aut locutus fuerit in ecclesia, pœnitentiam suscipiat ante altare.

IV. Qui de die ad ecclesiam venire neglexerit, pœnitentiam accipiat; qui autem noctu a trina precatione abfuerit (2), pœnitentiam similiter accipiat.

V. Nemo exeat ecclesia quo tempore fratres orant, non petita facultate.

VI. Ab ecclesia dimissi, meditemini usque dum monasterium fueritis ingressi.

VII. Nemo, dum meditationi vacatur, caput habeat coopertum.

VIII. Nemo fratres comedentes circumspiciat, neque ad meliora manum extendat.

IX. Si quis immodestiæ vitio abreptus, in loco comestionis riserit aut locutus fuerit, pœnitentiam accipiat.

X. Qui preces persolvere neglexerit, dum comedit pœnitentiam faciat, aut jejunus revertatur.

XI. Si qua re inter comedendum opus fuerit, non loqueris, sed pulsabis.

XII. A mensa revertens, ne multo utaris sermone.

XIII. Nemo, dum comedit, caput huc illuc ad mensæ apparatum aut cibos fratrum curiosius inspiciendos vertat.

XIV. Fratri ægrotanti necessaria procuret abbas, requirens ea pro loco infirmorum.

XV. Nemo, cum ægrotat, ex iis comedat aut bibat vasis e quibus fratres reliqui, sed seorsim comedere jubebitur, subministratis omnino necessariis.

Αὕτη ἡ ἀρχὴ τῶν οἰκοδομῶν·

Α'. Ὅτε ἂν ἀκούσεις τῆς φωνῆς προσκαλουμένης σε εἰς τὴν σύναξιν, πόρευσον μελετῶν ἄχρι τῆς θύρας τῆς συνάξεως εἰς τὸ προσεύχεσθαι.

Β'. Μηδεὶς περιβλέψηται τοὺς ἀδελφοὺς εὐχομένους.

Γ'. Ἐάν τις γελάσῃ ἢ λαλήσῃ ἐν τῇ συνάξει ἐπιτιμίαν λαμβάνει ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου.

Δ'. Ἡμέρας ὁ ἀπολειπόμενος εἰς τὴν σύναξιν, ἐπιτιμίαν λαμβάνει· νυκτὸς δὲ ὁ ἀπολειπόμενος τριῶν εὐχῶν, ὡσαύτως ἐπιτιμίαν λαμβάνει.

Ε'. Μηδεὶς ἐξείτω τῆς συνάξεως, τῶν ἀδελφῶν εὐχομένων, ἄνευ τοῦ ἐρωτῆσαι.

Ϛ'. Τῆς συνάξεως ἀπολυόμενοι, μελετήσατε ἄχρι τῆς μονῆς.

Ζ'. Μηδεὶς ἔστω κεκαλυμμένος τὴν κεφαλὴν περὶ τὴν μελέτην.

Η'. Μηδεὶς περιβλέψεται τοὺς ἀδελφοὺς ἐσθίοντας, οὐδὲ μὴ ἐκτενεῖ χεῖρα πρὸς τοῦ μειζοτέρου.

Θ'. Εἰ δέ τις προπετείᾳ φερόμενος λαλήσῃ καὶ γελάσῃ ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἑστιάσεως, ἐπιτιμίαν λαμβάνει.

Ι'. Ὁ στερῶν τῆς εὐχῆς τοῦ φαγεῖν ἐπιτιμίαν λαμβάνει, ἢ νηστικῶς ὑποστρέφει.

ΙΑ'. Χρεία τις ἐὰν γένηται ἐπὶ τῆς τραπέζης, οὐ μὴ λαλήσεις, ἀλλὰ κρούσεις.

ΙΒ'. Ἐξιὼν δὲ τῆς ἑστιάσεως, οὐ μὴ πολυλογήσῃς.

ΙΓ'. Μηδεὶς τὴν κεφαλὴν παραλλάξει ἐσθίων, παρὰ τὴν παρασκευὴν τῆς τραπέζης καὶ τῶν ἀδελφῶν τὰ βρώματα.

ΙΔ'. Τῷ ἀσθενοῦντι ἀδελφῷ ὁ ἀββᾶς τὴν χρείαν ἀποπληρώσῃ, ἐκζητήσας τὰ τῆς χρείας εἰς τὸν τόπον τῶν νοσερῶν.

ΙΕ'. Μηδεὶς ἑστιάσει νοσερὸς ἐν ᾧ πάντες οἱ ἀδελφοὶ ἐσθίουσιν, ἀλλὰ ἰδίᾳ ποιήσουσιν αὐτὸν φαγεῖν, μὴ παρορῶντες δοῦναι κατὰ τὴν χρείαν.

(1) Desumpta sunt hæc *Præcepta Pachomiana* ex Maio Bollandiano, tom. III, pag. 346 seq. et pag. 62, sub finem. Quæ vero subjiciuntur adnotationes, ipsummet interpretem agnoscunt auctorem.

(2) In prolixioribus Regulis ab Hieronymo Latine additis num. 10 additur causa discriminis, *quoniam nocte corporis infirmitati plus aliquid conceditur*: videturque agi non de iis qui a synaxi diurna seu nocturna omnino abfuerint, sed qui tantillum serius venerint post unam aut tres orationes, eas scilicet quæ velut præparatoriæ sunt ad consuetum Officii canonem.

Digitized by Google

ΙϚ'. Ἐάν τις προσέλθῃ τῇ μονῇ, ἐλθὼν γενέσθαι ἀποτακτικὸς, παραδώσουσιν αὐτῷ τὴν εὐχὴν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ ψαλμοὺς διδάξουσιν· μενέτω δὲ πρὸς τὴν θύραν δοκιμαζόμενος, καὶ διδάξουσιν αὐτὸν πάσας τὰς ἐπιστήμας τῶν ἀδελφῶν. Μετὰ ταῦτα ἐκδύσουσιν αὐτὸν τὰ κοσμικὰ ἱμάτια, καὶ ἐνδύσουσιν αὐτὸν τὸ σχῆμα τὸ ἀποτακτικόν.

IZ'. Ἃ ἀποδύεται ἱμάτια ἢ ἄλλο τι εἶδος, δώσει αὐτὰ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῆς κοινωνίας, ὑπὸ τὴν γνώμην τοῦ Πατρὸς τῆς μονῆς.

IH'. Ἐὰν γένηται, τινὰς ἀνθρώπους εἰς τὴν μονὴν εἰσελθεῖν, εἰ μὲν κληρικοὺς ἢ μοναχοὺς ὄντας, οὕτως αὐτοὺς ὑποδέξονται· τοὺς μὲν πόδας αὐτῶν ὑπονίψουσιν, κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ τὴν φιλοξενίαν εἰς αὐτοὺς ποιήσουσιν· ὁμοίως κοσμικοὺς κατ- B αχθέντας εἰς τὴν μόνην, καὶ πρὸς αὐτοὺς τὴν φιλοξενίαν δεόντως ποιήσουσιν.

IΘ'. Μηδεὶς ἐσθιέτω ἐν τῷ πνευματικῷ οἴκῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν κυριακῷ ἢ ἐν μοναστηρίῳ τῆς αὐτῆς πίστεως.

K'. Ἐὰν παρασκευάζωσιν αὐτοῖς φαγεῖν, οὐ μὴ γεύσωνται ἐψημένου γεύματος, οὔτε γάρος, οὔτε οἶνον πώσωσιν.

KA'. Μηδεὶς ἀποσταλῇ μόνος εἰς πρᾶγμα, ἀλλὰ δύο συνοδεύσωσιν.

KB'. Μηδεὶς ὑπολειπέσθω, ἐὰν εἰς ἐργασίαν κληθῶσιν οἱ ἀδελφοί· οὐ μὴ ζητήσωσιν ποῦ μέλλουσιν ἐκβαίνειν· ὁ γὰρ ἡγούμενος, ὥσπερ οἱ προαξῆται, αὐτῶν προπορεύεται.

KΓ'. Μηδεὶς ἐργαζομένων περὶ τὰς ὕλας λαλήσῃ, C ἀλλὰ μελετήσωσιν, ἢ ἡσυχάσωσιν.

KΔ'. Μηδεὶς καθεσθῇ εἰς ἐργασίαν, χωρὶς τοῦ προσταχθῆναι.

KE'. Μηδεὶς ἀπὸ τοῦ κήπου λάβῃ ἀφ' ἑαυτοῦ λάχανον, χωρὶς τοῦ κηπούρου.

KϚ'. Μηδεὶς φάγῃ σταφυλὴν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, οὐδὲ στάχυν· καὶ ἀπὸ τῶν καρπῶν τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς μηδεὶς φάγῃ πρὸ τοῦ δοθῆναι τοῖς ἀδελφοῖς πᾶσιν.

KZ'. Ἐὰν εὕρωσιν καρποὺς ὑποκάτω τῶν φυτῶν, οὐ φάγωσιν ἀπ' αὐτῶν, ἀλλὰ ἀναλέξαντες παραθήσουσιν εἰς τὰς ῥίζας τῶν φυτῶν, καὶ ὁ προσταχθεὶς ἀναλέγῃ αὐτά.

A XVI. Si quis ad monasterium accesserit volens fieri novitius, precationem ei evangelicam porrigent, et psalmos docebunt. Maneat porro ad monasterii fores, ibique probetur; quidquid autem alii norunt fratres, istic et ipse addiscat. (3) Quo facto, sæcularibus eum vestibus exuent, et novitiorum habitu vestient.

XVII. Vestes quas exuerit, aut alia ejus res quæcunque, in potestate erunt communitatis, prout monasterii Pater statuerit.

XVIII. Si quos homines, seu clericos seu monachos, in monasterium ingredi contigerit, hoc modo eos excipient. Pedes quidem ipsis lavabunt, quemadmodum in Evangelio præcipitur, et omnia hospitalitatis officia exhibebunt. Similiter si homines sæculares ad monasterium accesserint, eodem officiorum genere excipiendi erunt.

XIX. Nemo in domo spirituali comedat, sed potius in dominica vel in monasterio ejusdem fidei (4).

XX. Quando fratribus paratur cibus, nemo ex eo quidquam degustet, sed neque garum, (5) neque vinum bibant.

XXI. Nemo solus mittatur ad laborandum, sed bini semper proficiscantur.

XXII. Quando ad laborandum evocabuntur fratres, nemo ab opere excusetur; non quærant etiam quo sint egressuri : præcedit enim eos hegumenus, sicuti præsidem provinciæ (6) viatores sui.

XXIII. Nemo laborantium inter cædendum ligna loquatur, sed pii quidquam meditabuntur, servato silentio.

XXIV. Nemo inter laborandum sedeat, nisi jubeatur.

XXV. Nemo olus ex horto decerpat, non conscio hortulano.

XXVI. Nemo fratrum uvam aut herbam aut quidquam ex agris sumere audeat, antequam detur singulis.

XXVII. Si forte inter herbas fructus aliquos repererint, illos ne comedant; sed collectos ad plantarum radices deponant, donec is qui curam habet colligat.

(3) Nota est distinctio *magni* et *parvi habitus;* et D utriusque conferendi ritum posteriori tempore ordinatum habes apud Goar in Euchologio. *Parvus* dabatur novitiis; *magnus* post expletum probationis tempus monachis, ut nos loqueremur, professis. Ἀποτακτικός autem, id est *renuntians*, hic intelligitur *novitius*.

(4) Postremum hoc addi videtur propter monasteria Arianorum vel Origenistarum : quæ non potuerunt iis temporibus defuisse, maxime si monasterium intelligas in prima ac propria significatione, in quo unus aliquis solitarius degit : vel duo tantum simul aut paulo plures. Quæ autem *spiritualis*, quæ *dominica domus* dicatur, non facile est divinatu : fortassis *dominica* dicitur hospitium seu diversorium publicum ad Domini, puta Cæsaris, jus pertinens; *spiritualis* autem locus aliquis deliciosus, liberum aerem undique admittens, nec satis clausus honestati.

(5) Sic in Regula prolixiori 44 : *Vinum et liquamen absque loco ægrotantium* nullus contingat. Dicitur autem *garum* a nomine piscis ex quo præstantius ad aliorum ciborum condimentum conficiebatur.

(6) Ecgraphum nostrum hoc loco mutilum videtur, sic enim habebat : ὁ γὰρ ἡγεμόνος προαξῆται αὐτῶν προπορεύεσθαι, quod supplemus corrigimusque per conjecturam. Προαξῆται autem dici videtur a προάγω, *prægredior*, *præcedo*, unde πρόαξις, *progressus*, et hinc προαξήτης, quod *viatorem* reddidi : nam *viatores* Latinis, teste Festo, dicebantur *qui magistratibus apparent*, unde et *apparitores* appellantur. Si liceret syllabam addere ut fiant προαξινῆται, *fascigeros* seu *securigeros* verterem, quales consulibus et proconsulibus aliisque supremis magistratibus Romani jungebant, in publicum progressuris.

Digitized by Google

XXVIII. Nemo sibi quidquam putet permissum.

XXIX. Nemo rem ullam possideat præter ea quæ viritim (7) dantur et præter vestimentum ; ut sunt, bina lebitonaria et semitrita florea, pellis, melotes, sandalia, duo cuculli, zona et baculus

XXX. Nemo sine Patris facultate quoquam abeat.

XXXI. Nemo extra constitutam sibi cellam dormiat.

XXXII. Nemo exeat monasterio absque Patris licentia.

XXXIII. Nemo in eo in quo dormit loco, vicinum alloquetur.

XXXIV. Nemo lecto suo quidquam substernet, nisi forte stoream.

XXXV. Nemo, nisi cum ægrotat, totum suum corpus perunget, neque lavabit aut absterget se (8) indecenter.

XXXVI. Nemo in tenebris cum fratre habebit sermones.

XXXVII. Nemo alterius manum aut aliud quid apprehendet.

XXXVIII. Sive consistas, sive ambules, cubiti saltem unius spatium intersit; quod, cum sedebis, similiter erit observandum.

XXXIX. Nemo sine Patris licentia caput radat.

XL. Nemo, nisi ad hoc constitutus, caput alterius radat.

XLI. Nemo, non requisito Patre, e rebus alterius quidquam admittat.

XLII. Nemo asinum nudum cum alio inscendat.

XLIII. Nemo sine superioris venia in opificum officinas ingrediatur.

XLIV. Nemo vel a proprio fratre quidquam accipiat in depositum.

XLV. Nemo in officina fratrum panem pinsentium loquetur; sed taciti meditabuntur usque dum cessabunt ab opere : si qua re indigeant, non sermone sed pulsu id significent.

XLVI. Si quis fratrum e vita migraverit, nemo excusetur ab ejus funere in montem deducendo.

XLVII. Nemo inter eundum præcedat hegumenum.

XLVIII. Nemo perficiat opus aliquod absque Patre, et ipsi cedant omnes (9).

XLIX. Nemo in virginum monasterio abeat, ut quampiam illarum visat, nisi qui ad id statuti sunt seniores, qui necessaria quoque ipsis subministrant.

L. Hæc porro qui neglexerit, absque omni contradictione pœnitentiam suscipiat, ut æterno in cœlis regno potiantur in Christo. Amen.

(7) *Viritim* interpretor, quod Græce παρὰ τῆς κεφαλῆς, quasi *in caput* seu *capitatim*.

(8) Græce, κακῶς, *male*. Ita Regula prolixior 92 : *Nemo lavabitur aqua nudo corpore*. Quin et cum abluendæ erant vestes, monet Regula 99 : *Nemo lavet retractis in altum vestibus plusquam statutum est.*

ΚΒ'. Μηδεὶς ἑαυτῷ ἐάσαι μηδέν.

ΚΘ'. Μηδεὶς ἑαυτῷ κτήσηται μηδὲν χωρὶς τῶν δεδομένων παρὰ τῆς κεφαλῆς, παρεκτὸς τοῦ ἐνδύματος· ἅπερ εἰσὶν δύο λευϊτωνάρια καὶ ἡμιτριβακὸν στρῶμα, δέρμα, μηλωτὴ, σανδάλια, κουκούλλια δύο, ζώνη καὶ ῥάβδος.

Λ'. Μηδεὶς ἀπέλθῃ πώποτε χωρὶς τοῦ Πατρός.

ΛΑ'. Μηδεὶς κοιμηθῇ ἐκτὸς τοῦ καθισματίου αὐτοῦ.

ΛΒ'. Μηδεὶς ἐξέλθῃ ἔξω τῆς μονῆς χωρὶς τοῦ Πατρός.

ΛΓ'. Μηδεὶς λαλήσῃ πρὸς τὸν πλησίον ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ καθεύδῃ.

ΛΔ'. Μηδεὶς ὑποστρώσηται εἰς τὸ καθισμάτιον μηδὲν, εἰ μὴ ψιάθιον.

ΛΕ'. Μηδεὶς ὅλον τὸ σῶμα ἀλείψηται χωρὶς νόσου, οὔτε λούσηται ἢ ἀπονίψηται κακῶς.

ΛϚ'. Μηδεὶς λαλήσει πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐν σκοτείᾳ.

ΛΖ'. Μηδεὶς δέξηται τῆς χειρὸς τοῦ ἑτέρου ἢ ἄλλου εἴδους αὐτοῦ.

ΛΗ'. Εἴτε στήκων, εἴτε ὁδοιπορῶν μεταξὺ διάστημα ποιήσεις ὡς πῆχυν ἕνα· ὡσαύτως καὶ καθήμενος ποιείτω.

ΛΘ'. Μηδεὶς τὴν κεφαλὴν κείρηται χωρὶς τοῦ Πατρός.

Μ'. Μηδεὶς μηδένα κείρῃ χωρὶς τῆς προστάξεως.

ΜΑ'. Μηδεὶς λάβῃ τι εἶδος παρά τινος ἀδελφοῦ χωρὶς τῆς γνώμης τοῦ Πατρός.

ΜΒ'. Μηδεὶς καθεσθῇ εἰς ὄνον γυμνὸν μετὰ ἄλλου.

ΜΓ'. Μηδεὶς ἀπέλθῃ εἰς τὰ ἐργαστήρια τῶν χειροτέχνων χωρὶς τῆς κεφαλῆς.

ΜΔ'. Μηδεὶς λάβῃ εἶδος ὡς ἐν παραθήκῃ μεχρὶ τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ.

ΜΕ'. Μηδεὶς λαλήσῃ ἐν τῷ ἀρτοκοπίῳ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀρτοποιούντων, ἀλλὰ μελετήσωσιν ἕως ἂν ἀποσχῶνται· ἐὰν δὲ χρῄζωσίν τινος, οὐ μὴ λαλήσωσιν, ἀλλὰ κρούσωσιν.

ΜϚ'. Μηδεὶς ἀπολῃθῇ τῶν ἀδελφῶν, ἐὰν κοιμηθῇ ἀδελφὸς, προπέμψαι εἰς τὸ ὄρος.

ΜΖ'. Μηδεὶς πορεύσηται ἔμπροσθεν τοῦ ἡγουμένου.

ΜΗ'. Μηδεὶς πληροποιήσῃ παρὲξ τοῦ Πατρὸς, καὶ πᾶν πρόσφατον παρὲξ αὐτοῦ.

ΜΘ'. Μηδεὶς ἀπέλθῃ εἰς τὴν μονὴν τῶν ἀειπαρθένων, εἰς τὸ ἐπισκέψασθαί τινας αὐτῶν, εἰ μὴ μόνοι οἱ προσταχθέντες πρεσβῦται, οἱ καὶ διακονοῦντες αὐταῖς.

Ν'. Τούτων ὁ ἀμελῶν ἐπιτιμίαν λαμβάνει ὑπὲρ αὐτῶν χωρὶς πάσης ἀντιλογίας, ἵνα κληρονομήσωσιν τὴν αἰώνιον βασιλείαν ἐν Χριστῷ. Ἀμήν.

(9) Græce, Μηδεὶς πληροποιήσῃ παρὲξ τοῦ Πατρὸς, καὶ πᾶν πρόσφατον παρὲξ αὐτοῦ. Quod ut recte Latine reddiderimus, vereor; nam sicut πληροφορέω variam habet significationem : ita et de πληροποιέω, licet melioribus scriptoribus ignoto, cogitare possumus, habere hic propriam aliquam et nobis necdum compertam notionem.

Digitized by Google

S. ANTONIUS MAGNUS ABBAS.

NOTITIA.

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, t. IV, Proleg., p. XXVII.)

I. *Antonii Magni gesta strictim proposita.*

Antonium genere Ægyptium, cognomento Magnum, vitæque monasticæ institutorem, floruisse sub Constantino et filiis ejus regnantibus, tradit S. Hieronymus (*a*). Sub Dionysio autem antistite Alexandrino ipsum in eremum secessisse atque inde anachoreticæ vitæ initium dedisse, scribunt Elmacinus, Makrisius et alii : quanquam sub Philippo imperatore illius secessum collocet Abulfaragius, ut observat cl. Renaudotius (*b*). Quorum tamen scriptorum placita ex iis reformanda noscuntur, quæ de Antonio nostro tradit S. Athanasius. Præclara enim ejus gesta insigni volumine prosecutus est magnus ille Alexandrinæ urbis episcopus, temporis ordine sedulo ubique servato, ut primus advertit doctissimus Montfauconius (*c*) ; sanctitatis vero non minus, quam Christianæ fidei ac religionis studiosissimus vir beatus, supremum diem obiit ineunte Christi anno 356, ætatis 105.

II. *Nulla litterarum scientia imbutus, divinas Scripturas optime calluisse comperitur beatus abbas.*

Neque scriptis suis, neque gentili sapientia, neque arte quacunque inclaruit Antonius, ut scribit Athanasius (*d*). Verum quamvis *nulla scientia litterarum* fuerit imbutus, *Scripturas* tamen *divinas et memoriter audiendo tenuisse, et prudenter cogitando intellexisse prædicatur*, auctore Augustino (*e*). Quod quidem satis luculenter testantur, quæ etiamnum superant sive ab eo litteris mandata, sive ab aliis ex ore ejus excepta Christianæ doctrinæ monumenta; *in quibus*, ut cum Hieronymo loquar (*f*), *loquendi simplicitatem excusabit sanctimoniæ magnitudo.* Neque enim reprehendendam in vetustis potissimum Ecclesiæ Patribus sermonis imperitiam quis jure putaverit, siquidem, ut ait Augustinus (*g*), *bonorum ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba.* Quibus veterum sententiis et illud hac de re præclare dictum a magno Ecclesiæ annalium parente addere haud alienum a proposito nostro fortasse fuerit (*h*) : *Sicut effossum*, ait, *informe aurum et rude eo charius esse solet, quod nihil videatur alterius metalli habere commistum : ita tanti confessoris egregia monumenta, sua ipsius vetustate atque simplicitate micantia, quibus res potius quam verba in pretio esse solent, gratiora plane erunt atque jucundiora quovis scripto recentioris auctoris, quibuscunque eloquentiæ phaleris exornato : quidquid enim obducitur fuco atque pigmentis, suspectum redditur, pulchriorque enitescit ipsa sui puritate simplicitas ; quæ quod mentiri nesciat, omne quamvis ad ornatum compositum velamentum abhorret.*

III. *Quænam scripserit S. Pater, exponitur. Et primo de illius* Sermonibus *agitur.*

Jam vero, ut tanti Patris scripta quæ adhuc supersunt, summatim recenseamus, primum sistimus ejus *Sermones ;* quos inter principe sane loco dignus existimandus, quem nobis servavit magnus Athanasius (*i*). In eo siquidem suos ascetas sanctus abbas ad militiam spiritualem informans[1], eisdem monita plane admirabilia suggerit ; quibus imbuti, *ad colluctandum adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus* [1], promptiores validioresque redderentur. Nimirum, unus Antonius præ cæteris, omne genus conflictationum aerearum expertus, potis erat investigabiles diaboli versutias detegere, quibus modo clam, modo palam

[1] Ephes. VI, 12.

(*a*) Hieron. *De vir. illustr.* cap. 88.
(*b*) Renaud. *Hist. patriarch. Alex.* pag. 38.
(*c*) Montf. in *Monit. ad Anton. Vit. Athanas.* § 8, pag. 791.
(*d*) Athan. in *Vit. Anton.* § 93, pag. 895.
(*e*) Aug. *De doctr. Christ.* in prolog. n. 4.
(*f*) Hieron. epist. 57, al. 101, *ad Pammach.* § 12.
(*g*) Aug. *De doctr. Christ.* lib. IV, cap. 11. num. 26.
(*h*) Baron. ad ann. 356, § 91.
(*i*) Athan. in *Vit. Anton.* a num. 16-45, pagg. 808-829.

Digitized by Google

lile humani generis hostis improvidos animos irretire conatur.

Sequitur sermo *De vanitate mundi et resurrectione mortuorum*, quem ex antiquo Aldi Manutii Latino codice ms. edidit Moguntiæ anno 1604. Gerardus Vossius Tungrensis præpositus inter *Miscellanea sanctorum Patrum*, Operibus S. Gregorii Thaumaturgi subjecta.

His porro duobus alios attexuimus sermones XX *De virtutibus et vitiis*, breves illos quidem, sed cœlesti doctrina refertos; quos ad filios suos monachos sanctus Pater habuisse traditur. Eos vero ex ms. codice Arabico Latine interpretatus est Abrahamus Ecchellensis Maronita, cumque aliis Christianæ pietatis monumentis mox enumerandis Parisiis evulgavit anno 1646. Illud autem scite admonet in Præfatione ad lectorem eruditus interpres, nullis quidem rationibus nullisque certis testimoniis comprobari posse, hæc aliaque ejusmodi spiritualia documenta fuisse a sanctissimo abbate litteris tradita, nisi una omnium Orientis monachorum traditione atque universali consensu: quorum sane omnium concursus ad confingendum aliquid commune impossibilis esse videtur: præsertim cum orientales illi monachi variarum sint sectarum, variæque proinde persuasionis quoad religionem; uti sunt Melchitæ, Jacobitæ, Nestoriani, Cophtitæ, Æthiopes, Maronitæ aliique.

IV. *Septem* Epistolæ *primum Ægyptiace scriptæ, deinde ex versione Græca Latine redditæ. Earum auctoritas comprobata. Recensitæ editiones.*

Sermones excipiunt *Epistolæ;* quarum *septem*, Hieronymo teste (*a*), *apostolici sensus sermonisque*, *misit* Antonius *Ægyptiace ad diversa monasteria, in Græcam linguam* deinceps *translatas;* earumque *præcipua est ad Arsinoitas*. Hieronymo accedit auctor Græcus incertus *De gestis et verbis Seniorum*, cujus opus recenset Photius (*b*): exstatque Latine redditus (*c*), interprete Pelagio S. R. E. diacono; de quo deque ejus versione verba facit Sigebertus (*d*). Sic itaque anonymus ille scriptor (*e*): *Dixit abbas Antonius: Æstimo quod habeat corpus motum naturalem conspersum in se*, etc. Qui quidem locus integer occurrit in Epistola I Antoniana, § 4, ut ad eum locum monuimus. Ecquis porro jure dubitet de harum *Epistolarum* sinceritate, tot tantisque testibus confirmata. Sic ferme Bivarius (*f*), a quo uno hæc accepimus, Tillemontio, Fabricio aliisque viris eruditis plane incomperta.

Has autem septem *Epistolas* nunc tantum Latine habemus, e Græco redditas a Valerio Sarasio; cui tamen in sua satis implexa interpretatione res parum feliciter cessit. Cæterum versionem Sarasianam primus evulgavit Parisiis anno 1515 Symphorianus Champerius: quam postmodum excudendam curavit Coloniæ anno 1536 Dionysius Carthusianus, suis in libros Areopagiticos commentariis adjectam fol. 369 sqq. Exinde vero semel iterumque prodiit Basileæ ann. 1550, 1555 et 1569, cum in *Micropresbytico*, tum in *Orthodoxographis* Heroldi et Grynæi; necnon in *Bibliothecis Patrum* Paris. Colon. et Lugdunensi: in quibus tamen omnes Epistolæ Antonianæ, si primam excipias, perperam *ad Arsinoitas* missæ feruntur; cum Hieronymo teste, ut modo intelleximus, unam tantummodo, eamque *præcipuam*, Arsinoitis fuisse inscriptam compertum sit: estque secunda, quæ sola in antiquioribus editis, nobis inspectis, *ad Arsinoitas* missa perhibetur. Quod quidem erratum in *Patrum Bibliothecis* occurrens, primus agnovit emendavitque Bivarius (*g*), qui et in suo erudito *De veteri monachatu* opere tres priores Antonianas exhibuit epistolas, simulque illarum e regione expositionem apposuit. Neque aliter demum nobis agendum existimavimus.

V. *Harum* Epistolarum *præstantia. Quo tempore scriptæ.*

Sed illud potius referre juverit, quod nobis ediserit de his *Epistolis* primus earum editor Champerius in epistola Hectori Dallo sedis apostolicæ protonotario inscripta, suæque editioni præfixa. Sic igitur ille: *Accepi tandem*, inquit, *quas diu desideravi a te litteras, cumque his simul divi Patris Antonii* Epistolas *septem, quas sacer Theodorus totius monasticæ archipræsul communicaverat; — quasque una et Ægyptiace scriptas, et Græce interpretatas, nuper vero a Valerio Sarasio Latine scriptas, ad me misisti. Quarum gravitatemne an suavitatem plus admirer, nescio. Namque aptissime exorditur Antonius, lucide prophetarum narrat historias, invehit acriter, varie ornat, artificiose complectitur: tam apte, tam ornate, tam copiose, tam pulchre in* Epistolis *oravit Antonius. Quid hac Antoniana oratione perfectius? quid absolutius? quis modus? quis ordo? Nunquam, mi Hector, æque delectatus sum.* Hactenus ille.

Has autem *Epistolas* scripsisse comperitur beatissimus abbas, cum provectæ admodum esset ætatis, ut ipsemet profitetur his verbis (*h*): *Unde et ego quoque deterrimus qui hanc descripsi epistolam, expergefactus a dormitione mortis, plurimum illud temporis quod mihi fuit super terram, factum existimo luctum et fletum*, etc. Quod iterum confirmat, dum Arium e tenebris mundo emersisse, virusque suum effundere jam cœpisse testatur, sic inquiens (*i*): *De Ario vero qui in Alexandria surrexit, et loquitur aliena verba de Unigenito*, etc. Quin etiam rogantibus episcopis et fratribus omni-

(*a*) Hieron. *De vir. illustr.* cap. 88.
(*b*) Photius *Bibl. cod.* 198.
(*c*) Lib. v *De Vitis Patrum*.
(*d*) Sigeb. *De script. eccl.* cap. 115.
(*e*) Anon. *Gr. libell.* v § 1, in *Vit. PP.* lib. v, p. 436.
(*f*) Bivar. *De vet. monach.* lib. III, cap. 2, § 5, p. 201.
(*g*) Id. ibid. pag. 201 sqq.
(*h*) Anton. epist. 3, § 5.
(*i*) Id. epist. 8, sub fin.

Digitized by Google

bus Alexandriam petiit ut Arianos confutaret, qui A secum sentire Antonium mentiebantur, ut a sancto Athanasio erudimur (*a*).

VI. *Aliæ subjiciuntur* Epistolæ XX, *ex Arabico ab Abrahamo Ecchellensi Latinitate donatæ : quas inter, septem priores comprehensæ. Quid de iis sentiant eruditi. Quæ reliqua sunt, paucis exposita.*

Subjecimus præterea Epistolas XX, quas ex Arabico transtulit ediditque Parisiis anno 1641 modo laudatus Abrahamus Ecchellensis Maronita. Harum septem priores eædem sunt cum iis, ordine tamen inverso, de quibus modo sermonem habuimus. Verum illas quoque haud prætermittendas existimavimus, eo in primis nomine quod Arabs interpres præ Græco, vel si mavis, quod posterior interpres Ecchellensis præ priore Sarasio, sancti B Patris sententias luculentius expressisse videatur. Ad reliquarum autem tredecim quod attinet pretium, eas B. Antonii ingenio divinaque ejus sapientia, hominis vere θεοδιδάκτου, dignissimas, ac ejus vivos characteres esse censet Combefisius (*b*). Tradit porro Ecchellensis in Præfatione ad lectorem, Arabicam versionem, ut aliquorum codicum fert titulus, fuisse adornatam a quodam monacho Ægyptio, nomine Abrahamo, ejusdem beatissimi Patris institutum profitente, circa Christi annum 800.

His denique XX Epistolis aliam addimus ex Amonis episcopi *Epistola ad Theophilum Alexandrinum, De conversatione et vita SS. Pachomii et Theodori*, quam ex ms. codice Florentino in lucem emisit doctissimus Papebrochius (*c*). Ea vero inscribitur Theodoro beati Orsisii successori, scriptaque perhibetur anno 353 aut 354 (*d*), cum scilicet annum ultra centesimum ageret sanctissimus abbas.

Reliqua porro quæ subsequuntur, ex Parisiensi editione ann. 1646 laudati Abrahami Ecchellensis exhibemus; qui ea omnia transtulit ex ms. codice Arabico collegii Maronitarum de Urbe, unde *Epistolas* quoque descripsit. Omisimus tamen *S. Antonii Vitam*, quam idem editor et interpres decerpsit ex codice inscripto, *Clavis januæ paradisi de gestis monachorum :* quippe quæ pluribus commentis referta esse noscatur (*e*). Habent sane, judice Renaudotio (*f*), Arabes Christiani S. Antonii vitæ historias plurimas; quæ tamen, ut omnia ferme scripta ejusmodi, fabulis inquinatissimæ sunt, nec ullius pretii.

Cæterum Antonii Magni ascetica opera laudantur quoque a Thoma episcopo Margensi, qui Syriaco sermone *Historiam monasticam* scripsit, claruitque sub Abrahamo et Theodosio patriarchis sæculo IX ineunte, ut auctor est V. C. Assemanus (*g*).

(*a*) Athan. *Vit. S. Anton.* § 69, pag. 847.
(*b*) Combef. Recens. auct. *Bibl.* concion. tom. I, pag. 5.
(*c*) Papebr. *Act. SS.* Maii tom. III, pag. 70, num. 20.
(*d*) Tillem. *Mém.* tom. VII, pag. 250.
(*e*) Id., l. c. pag. 136.
(*f*) Renaud. *Hist. patriarch. Alex.* pag. 38.
(*g*) Assem. *Bibl. Orient.* tom. III, part. I, pagg. 463, 501.

S. ANTONII ABBATIS

VITA,

Uti habetur in Martyrologio Ægyptio sub die XXII *mensis Tubæ.*

Hac die requievit sanctus, justus, stella deserti C et omnium monachorum Pater, magnus Antonius. Erat sanctus hic ex incolis Caman, quæ sita est ad partem australem Memphis, Christianis progenitus parentibus. Is viginti completis annis, sacro baptismate ablutus est. Post obitum parentum suorum, infirmis et pauperibus omnes suas erogavit facultates; et unicam quam habebat sororem, sacris virginibus tradidit. Religiosum cultum et solitudinem apprime amabat; nondum enim tunc promulgatum erat monachatus nomen; sed qui se in solitudinem conferre volebant, non longe secedebant a patria, ut religioso cultui operam navarent, quemadmodum præstitit initio magnus Antonius. Ibi oppugnabant eum diaboli torpore, tædio, pigritia et operibus peccati; inducebantque illi figuram mulieris veluti cum eo concumbentis. Ille vero hæc omnia superabat ope Domini Christi, quæ semper præsto illi erat. Post hæc quoddam petiit monumentum, habitavitque ibi, maximopere religionis cultibus sese dedens. Loci occlusit januam, amici vero eum cibis invisebant. Quod videntes diaboli invidia exarserunt, et irrumpentes in ipsum multis crudelibusque acceperunt flagellis, et jacentem humi reliquerunt. Venientes autem amici, et eo in statu illum reperientes in ecclesiam asportaverunt, ubi sanitate eum donavit Deus. Qui in se reversus præcepit eis, ut in priorem locum referretur. Hoc animadvertentes diaboli, variis sub larvis et phantasmatibus illi sese obtulerunt, sub formis scilicet ferarum, ut luporum, leonum, draconum, serpentum, scorpionum ac ejusmodi; et D singula istorum vim faciebant ad illum deperdendum. Ipse vero deridebat ac illudebat eos dicens;

Digitized by Google

Si potestatem ullam haberetis in me, unus vestrum A *intis esset.* Tunc autem instar fumi dissipabantur coram eo; et liber a passionibus atque tentationibus efficiebatur : et dedit ei Deus auctoritatem victricem adversus diabolos. Panem bis in anno conficiebat et torrebat, ut melius conservaretur. Neminem ad se ingredi permittebat, sed foris astantes verba excipiebant ejus qui eo adventabant.

Viginti annorum spatio sedulam inibi dedit operam religiosis cultibus et institutis. Tum præcepit ipsi Dominus, ut proficuus esset generi humano, et timorem Dei ac verum ejus cultum edoceret eos. Quare in Phaium profectus est; et qui inibi erant fratres, confirmavit : et reversus est ad suum monasterium. Tempore persecutionis martyrum, martyrii consequendi coronam maximo desiderio flagrabat. B Eamque ob causam monasterio relicto Alexandriam contendit, et ibi palam Christum est confessus, sed nemo tenuit illum. Carcere inclusos pro nomine Christi solandos adibat. Cum autem videret præfectus, quam parum sibi timeret Antonius, edixit ut nullus monachus in publicum prodire auderet. At ille sese palam ei offerebat, et alloquebatur, ut forte ira percitus, tormentis illum subjiceret, et sic martyrii consequeretur lauream; sed nec verbo quidem virum Dei offendit aut læsit, quia in multorum utilitatem ipsum Deus conservabat : quamobrem divina dispensatione suum repetiit monasterium. Indumentum, ex pilis tunica erat. Toto vitæ spatio nec aqua quidem corpus lavit. Molestia affectus propter frequentiam illorum qui eo confluebant ad excipienda ejus documenta, annuente Domino in desertum interius se contulit. Eo profectus est cum Arabum quorumdam comitatu trium dierum itinere per desertum, donec invenit aquam, et ibi constitit; Arabes vero afferebant illi panem. Perplures erant eo in deserto feroces feræ, quas ejus precibus inde expulit Deus, nec amplius in illud desertum sunt reversæ. Revertebatur aliquando ad exterius monasterium, et fratres qui ibi morabantur, invisebat et consolabatur; tum interius repetebat monasterium. Constantinopolim ad Constantinum Magnum imperatorem ejus delata est fama, qui scripsit Antonio epistolam qua illum commendabat, ac ut pro se oraret Deum, enixe rogabat. Litteris regis gavisi sunt fratres, at non Antonius, qui nihili eas duxit, sed fratribus ait: *Ecce habemus litteras Regis regum, quæ nos quotidie admonent; et nos nihili illas facimus : et regis terreni gaudemus litteris?* Et vix quidem responsum dare voluit instantibus fratribus, et dicentibus : *Hic imperator est justus, amator Ecclesiæ.* Illis adductus vix scripsit, et solutus est eum, ac benedixit. Cum aliquando tædio affectus esset, audivit vocem sibi dicentem : *Egredere foras, ut videas;* et cum esset egressus, vidit angelum stola indutum, et cingulo accinctum decussatim, qui formam referebat pallii monastici, et capiti ejus cucullus, ut galea erat impositus; et sic sedens folia contexebat palmarum; tum surgebat ad orandum, iterumque sedebat et contexebat. Et venit ad illum vox dicens : *Ita fac, Antoni, et quiesces.* Exinde autem assumpsit sibi habitum illum qui est habitus monasticus, operamque item dedit palmarum contexendis foliis, nec amplius tædium perpessus est.

De Ecclesiæ vastatione per hæreticos vaticinatus est, itemque de ejus restitutione in pristinum statum. Vaticinatus quoque est de monachis, eorum multitudine et augmento, et quomodo urbes inhabitaturi erant, relictis desertis. Vaticinatus etiam est de consummatione sæculi. Ipse Macharium habitu induit monastico, et consolatus, quæ ei eventura erant prædixit ipsi. Profectus etiam ad magnum Patrem B. Paulum, et curam gessit sepeliendi ejus corpus, quod Athanasii involvit pallio. C Suum discessum ad requiem instare animadvertens Antonius, ut corpus suum absconderent, filiis suis præcepit. Mandavit etiam, baculum suum dari Macario, vestem pelliceam Athanasio, et Serapioni pelliceam melotam. Humi itaque extensus spiritum tradidit, et angelorum ac sanctorum obviam ivit, quem ad locum requiei asportaverunt. Corpus vero illius discipuli absconderunt, ut mandaverat ipsis, quia exsecrabatur eos, qui corpora sanctorum et martyrum eo exponebant publice ad aurum cogendum, ac propter solum lucrum, non autem venerationem. Vixit ad perfectam senectutem, nec immutatum est corpus ejus, neque defecerunt vires, nec dentes exciderunt. Et profectus est ad Christum, quem dilexit. Ejus orationes et D benedictiones nobiscum sint. Amen.

Ex Martyrologio Maronitarum, sub die XVII *Januarii.*

Hac die commemoratio celebratur beatissimi Antonii Magni abbatis. Hic genere Ægyptius erat, quem ab ipsa infantia in Christiana religione ac fide erudierunt parentes. Sub Diocletiano et Maximiano floruit, et protensa est ejus ætas ad Constantinum Magnum religiosissimum imperatorem usque. Operam dedit instituto monastico ac vitæ religiosæ; tantumque præcessit omnes hujus instituti, ut cunctis monachis tanquam exemplar imitandum proponeretur. Quod vero magis admirandum est, tametsi non omnium primus institutum hoc angelicæ vitæ ipse esset aggressus; ab omnibus tamen ut primus dux et auctor semper habitus est; quod ille solus ad ejus summæ perfectionis culmen pervenisset, ut fidelium omnium ac ubigentium scripta testantur et universalis affectus. Ejus in præsens ad aures fidelium enarrare virtutes, superfluum esset, cum nemo earum sit ignarus. Hoc tamen unum silentio non est prætermittendum, quod scilicet cum adhuc esset in corpore mortali,

Digitized by Google

vidit ascensiones et gradus animarum, nec non diabolos eas illaqueantes; quod non est corporeæ naturæ facultatis, sed incorporeæ. Quinque supra centum vixit annos, et migravit ad Dominum : cui gloria. Amen.

VITA S. ANTONII ABBATIS

AUCTORE S. ATHANASIO.

Vide inter Opera S. Athanasii, hujusce Patrologiæ *tom. XXVI.*

S. ANTONII MAGNI ABBATIS

ORATIO AD MONACHOS.

Exstat in Vita S. Antonii modo memorata, § 16 *sqq., tomo supra citato.*

S. ANTONII M. ABBATIS (10)

SERMO DE VANITATE MUNDI ET DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

I. Tempus operationis est, dilectissimi, in quo ad æternam pervenire possimus vitam, et incommutabilem gloriam. Huic enim vitæ succedit mors, et mundanam gloriam apprehendit confusio. Multi quippe potentium, ante præfinitum tempus, canum more in infernum detrusi sunt; et judices ab infimis judicati sunt, et divites eguerunt in posterum, et sapientes nihilominus in stultitiam devoluti sunt. Potens, invalidus effectus est; et qui incolumis erat, infirmatus est. Qui exsultabat, lamentatur et plangit; et qui principatum obtinebat, eo privatus est; nihilque firmum manet ac stabile, quia boni aliquid non reperitur in mundo. Filii injuriis et contumeliis suos patres afficiunt; et patres proprios perhorrescunt filios. Conjuges suos viros repudiant; et viri suis conjugibus conscientiam (11) minime servant. Juniores cum senioribus delirare noscuntur; et senes cum juvenibus lascivire delectantur. Non est in amico fides, nec in proprio fratre confidentia. Homo pacifica sua loquitur proximo, et in semetipso mala adversus eum excogitat. Invidia et dolus omni cum malitia exercetur; et infidelitas obtinet universa. Nullus recipit memoriam Dei, nec quisquam se rationem redditurum Deo post mortem æstimat. Et propterea multiplicantur mala, quoniam contemnitur Deus. Intellectum nobis tribuit Deus, ut ejus cognita voluntate, quod bonum est operemur: nos autem percepta cognitione ejus, quod malum est operamur. Virtutem etiam nobis contulit, qua possimus quod æquum et rectum est perficere, et nos per ipsam, potius iniquitatem exercemus. Divitias nobis tribuit, ut et ipsas his qui indigent ministremus; at nos qui divitias possidemus, pauperes e contrario spoliamus. Principatum nobis et potestatem largitus est, ut per eam possimus illos qui violentiam patiuntur defendere; at nos contra non defensionem miseris, sed violentiam magis inferimus. Non est qui per viam ambulet rectam, neque qui justum judicium exerceat aut sequatur. Refrixit charitas [1], et odium multiplicavit fructum suum. Pro nihilo habetur virtus animi, et simulatio passim magis placet. In abominationem venit humilitas, et in honore maximo habetur elationis arrogantia. Abolita est veritas, et mendacium in terris prævaluit. *O altitudo divitiarum, benignitatis et patientiæ Dei* [2]! quia super his quæ gerunt malis, longanimiter differt, et nequaquam ulciscitur. Non quasi eo quod nequeat statim inferre vindictam, suam indignationem temperat, sed quasi pius pater clementer nobis condolens suam misericordiam prætendit, ut vel sero compuncti ad pœnitentiam convertamur, et immensæ bonitatis ejus misericordiam consequamur. Non enim vult Deus mortem peccatoris, sed pœnitentiam. Quæ est autem nostra virtus, quod divinæ virtuti resistendum putamus? Flavit in nos ventus, et arefacti sumus, et tempestas quasi phryganum (12) ac sarmentum seu stipulam dispersit nos. Utquid ergo gloriatur terra et cinis? cum scriptum sit : *Vidi impium superexaltatum, et elevatum sicut cedros Libani; et transivi, et ecce non erat, et quæsivi eum, et non est inventus locus ejus* [3].

[1] Matth. XXIV, 12. [2] Rom. XI, 33. [3] Psal. XXXVI, 35.

(10) Ex antiquo Aldi Manutii ms. Latino hunc sermonem edidit Moguntiæ 1604 Gerardus Vossius præpositus Tungrensis in *Miscell. SS. Patrum*, Opp. S. Gregorii Thaumaturgi subjectis, pag. 128.

(11) *Conscientiam*. Fidem.

(12) *Phryganum*, Φρύγανον. Cremium, virgultum aridum et crematu facile.

Digitized by Google

II. Ne igitur sic arbitremur, quasi post obitum nihil futuri simus, et post præsentem vitam nullum futurum sit judicium. Erit enim resurrectio post mortem, et judicandi erimus a Deo, qui redditurus est unicuique secundum opera sua. Ne ergo errantes, nosmet ipsos decipiamus, et in hac vita instar irrationabilium pecudum conversemur. Nam si non est resurrectio, neque mors. Si autem resurrectio erit, utique et judicium. Qui enim statuit mortis sententiam, ipse comminatus est etiam judicium [5]. Si in hoc verax est, nec in illo potest mendax exsistere. Quid enim facilius potest homo perficere; vetustam domum destruere, et ex ipsis reædificare impendiis; an aliam ex integro novam construere, ubi nihil prioris fuerit ædificii? Igitur si terram ex qua homo factus est, creavit ex nihilo, quanto magis hominem ex materia subsistente erectum, et a morte corruptum, ex ejusdem terræ manente substantia, facilius denuo poterit reformare? Non enim cum labore operatur Deus. Sermo autem Dei, opus est ejus; et consilium, sermo ipsius est. Utique sicut voluit, *Dixit, et facta sunt* [6]. Quemadmodum scriptum est: Qui *vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt* [7]. Nam sicut virtus Dei et potentia ejus incomprehensibilis est: ita et operationes ejus. Et sicut sapientia ejus immensa est: ita et *viæ ejus investigabiles* [8]. Ne ergo increduli remaneamus, quia potens est Deus facere quod promisit, ut ne pro incredulitate magis quam pro A pravis operibus condemnemur. Nam in operibus delinquere, infirmitatis indicium est; incredulum vero esse, audaciam temeritatis significat. Vix enim audax et temerarius ullum bonum opus perficit. Ergo dum tempus habemus, parcamus nobismetipsis, et propitiemus Deum pro peccatis nostris, ne quando, *ligatis manibus et pedibus, in exteriores tenebras* projici jubeamur, *ubi est fletus et stridor dentium* [9]. Quid autem fletus indicat et planctus, nisi crudelium et horribilium suppliciorum immensitates? Et quid significat stridor dentium, nisi quia pro iisdem peccatis, major erit postmodum pœnitudo malorum? Tunc enim certissime, tunc incipiemus adversum nosmetipsos indignantes, cum stridore dentium pœnitere, quando nullus utilitatis locus, B nec tempus supererit pœnitentiæ. Cum ergo possumus in hoc brevi tempore deservire Deo, et liberari a gehenna et cruciatibus sempiternis, cur negligimus, et despicientes præcepta Dei, servimus propriis voluptatibus, ut efficiamur obnoxii irremediabili pœnæ? Deus autem noster, qui est magnus et amator hominum, *dives in misericordia* [10], et potens in operibus suis: ipse adjuvet infirmitatem nostram, conterens Satanam sub pedibus nostris velociter [11], et det virtutem nobis, et intellectum tribuat spiritalem, ut in hoc quod superest tempore, in veritate ei et fideliter servientes, inveniamus gratiam apud Deum, in illa terribili die judicii ejus. Amen.

[5] Hebr. IX, 27. [6] Psal. XXXII, 9. [7] Rom. IV, 17. [8] Rom. XI, 33. [9] Matth. XIII, 24, 25. [10] Ephes. II, 4. [11] Rom. XVI, 20.

SANCTI ANTONII ABBATIS

PATRIS NOSTRI,

SERMONES XX AD FILIOS SUOS MONACHOS [13].

SECTIO PRIMA.

De fide in Christo Domino.

Ante omnia, fratres, credamus in Dominum nostrum Jesum Christum, colamus illum, nosque submittamus ipsi, et ejus faciamus voluntatem omni tempore ac momento; nec in alium Deum præter ipsum credamus, quoniam est Deus magnus, Dominus dominantium. Benedicamus eum in justitia et veritate, et nulli creaturarum assimilemus illum, neque iis quæ sunt in cœlis sursum, neque in terra deorsum, quia omnia hæc per ipsum facta sunt, et ipse est ante omnia, ac in æternum permansurus, nullumque habebit finem. Quamobrem in eum credamus et colamus illum, ut cum illo regnemus atque simus in æternum ejus fruentes bonis, quia est Rex C regum, et omnia regna ab eo sunt. Credamus ergo in eum ex totis cordibus nostris, et in ejus ambulemus præceptis, quoniam *fides sine operibus mortua est* [12]: ut faciat nobiscum misericordiam in regno suo, cum exibimus ex peregrinatione mundi præparati, dicentes: *Utique credidi, propterea locutus sum* [13].

SECTIO SECUNDA.

De timore Domini.

Eia, fratres, ambulemus in timore Domini, quoniam præscriptum est nobis, ut serviamus cum timore et tremore [14], ut operemur salutem nostram. Quandoquidem nihil præstantius est timore Dei Domini nostri Jesu Christi. Timor Domini est gloria, et gratia maxima: quare magni ponderis et existimatio-

[12] Jac. II, 20, 26. [13] Psal. CXV, 10. [14] Philipp. II, 12.

(13) Ex Arabico Latine redditi ab Abrahamo Ecchellensi.

Digitized by Google

nis est ille, qui timet Dominum. Timorem Domini qui possedit, magnos est adeptus thesauros bonis æternis refertissimos; et jam exemptus est ab æternis suppliciis, quæ peccatoribus sunt parata. Timor Domini est electus, plus quam aurum et argentum ac pretiosissimi lapides. Nullus sapiens ita est exaltatus, ut ille qui timet Dominum. Timor Domini omnes dolos et peccata ab anima eradicat. Qui Dominum non timet, in multa incidet mala. Timor Domini hominem efficit liberum, illumque a peccatis, paratis suppliciis et a dracone nequam salvat. Timor Domini quandiu exsistit in homine, illum custodit et servat, quousque abjiciat a se corpus hoc grave portatu, et hæres efficiatur bonorum cum sanctis, quibuscum gaudebit gaudio æterno, quemadmodum scriptum est : *Propter timorem tuum, Domine, concepimus, dolorem partus passi sumus, et peperimus spiritum salutis* [15].

SECTIO TERTIA.

De longanimitate.

Sacræ asserunt Scripturæ, filii mei dilectissimi, quod melior sit longanimis, quam fortis in sua fortitudine [16], istumque ille excellit tanquam fugiens ab igne. Estote itaque viri fortes, sed ambulantes in longanimitate, quia Deus in longanimi habitat. Ille vero qui angusto operatur pectore, est secundum voluntatem diaboli, et ejus pessimorum coadjutorum : contra, longanimis est secundum voluntatem Dei omni tempore. Adnitamur igitur, filii mei dilectissimi, ad operandum secundum longanimitatem Domini nostri Jesu Christi [17], ut adimpleatur in nobis verbum illud Scripturæ : In tempore requiei longanimis fuit, et possedit testamentum.

SECTIO QUARTA.

De simplicitate, seu innocentia.

Asserit beatus David in Spiritu sancto : *Innocentes et recti adhæserunt mihi, quia sustinui te, Domine Deus* [18]. Hæc prophetia, fratres, est de sanctis qui juncti sunt Deo sua innocentia; quia abjecerunt a se dolum, quem pessimum fructum esse noverunt : contra vero, fructum innocentiæ, vitam æternam. Hominem innocentem in perfecto Dei timore comperies. Quisquis eam possidet, perfectus est et similis Deo; et odores emittit suavissimos atque gratos, estque gaudio et gloria repletus, et requiei spiritus Dei domicilium. Innocentia est thus Deo; quicunque illam adipiscitur, consequitur gloriam et honorem in hoc sæculo atque in futuro, et nomen ejus erit in generationem et generationem. Quemadmodum quam plures silvas comburit ignis, si illum neglexeris : ita dolus animam tuam deperdet, si in corde illum admiseris, corpusque ad hæc tuum coinquinabit, et multa tibi afferet mala et iniquas cogitationes. Deridet innocentem dolosus, et bonos omnes; et cor ejus multis ac pessimis cogitationibus a diabolis illatis corripitur, quæ pervagari faciunt intellectum, ac mala excitant certamina, plagas, bellicos rumores, invidiam, odium et similia mala, quæ corpus etiam aggravant et morbos inferunt illi. Qui dolose operatur, tradetur suppliciis; et cor diaboli, ac pessimorum sociorum lætificat. Eia igitur, filii mei dilectissimi, comparate vobis modo innocentiam, ne moriamini ante tempus vestrum [19]. Adipiscimini vobis quoque sanctorum simplicitatem, ut ad se Dominus noster Jesus Christus vos suscipiat, dicamusque cum gaudio : *Propter innocentiam nostram ad te suscepisti nos, et confirmasti coram te in æternum* [20]. Amen.

SECTIO QUINTA.

De humilitate.

Fratres, propheta dicit : *Ad quem respiciam, nisi ad mitem, humilem ac trementem sermones meos, quos loquor* [21]? Dominus vero noster ita in Evangelio dicit : *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris* [22]. Qui igitur sibi comparavit humilitatem, jam Dei altissimi factus est habitaculum; et altitudinem, amorem innocentiæ, pacem et charitatem adeptus est. Eia ergo humilitatem vobis comparate, et cum superbia cordis diabolorum ne ambuletis. Superbia enim cordis despecta est coram Deo et angelis ejus atque sanctis. Quisquis ergo ambulat cum superbia cordis, diabolorum particeps est. Propter superbiam cordis inclinati sunt cœli, et commota fundamenta terræ, conturbatæ abyssi, et deturbati angeli a gloria sua, ac diaboli facti propter superbiam cordis eorum : iratus est propterea Omnipotens, et abyssum sursum ignem emittere fecit, simulque mare igneum sursum extollere fluctus. Propter superbiam cordis infernum instituit, et supplicia. Propter superbiam cordis vincula facta sunt et flagella, quibus diabolus ob cordis sui superbiam torquetur. Propter superbiam cordis ejus factæ sunt abyssi inferorum, et vermes qui non moriuntur [23] nec dormiunt. Propter superbiam cordis facti sunt currus ignei, et instrumenta flammarum ardentia, et carbones ignis. Propter superbiam cordis omnia conturbata sunt, confliguntque simul, unde orta est tyrannis. Cuncta hæc facta sunt propter superbiam cordis. Superbia cordis hominum coram Deo immunda est : corda vero humiliata et contrita non abominatur Deus. Ad nos autem, filii et fratres mei dilectissimi, veniens Dei clementia ab altissimis, facta est humilis usque ad ultimum spiritum. Quare gloriemur cum dicente : *Respice humilitatem meam et laborem meum, et dimitte mihi peccata mea* [24].

SECTIO SEXTA.

De puritate.

Sacræ asserunt Scripturæ, filii mei dilectissimi, quod magnæ divitiæ sit purus homo. Dicunt quoque : *Estote sancti, quoniam ego sanctus sum, ait*

[15] Isa. XXVI, 18. [16] Prov. XVI, 32. [17] II Pet. III, 15. [18] Psal. XXIV, 21. [19] Eccle. VII, 18. [20] Psal. XL, 13. [21] Isa. LXVI, 2. [22] Matth. XI, 29. [23] Marc. IX, 45. [24] Psal. XXIV, 18.

Digitized by Google

Dominus omnipotens [25]. Eia ergo decertemus pro puritate usque ad mortem, et ab omnibus caveamus immunditiis, quæ sunt præter naturam, juxta verba primogeniti prophetarum Moysis. Plurimum quoque caveamus ab hoc negotio amaro, ne scilicet nostra invicem detegantur verenda, neve mulierum aspiciamus pulchritudines : quippe haud nescimus ex his mortem ortam fuisse; et sane omnium pessimum est mulieres aspicere ad concupiscentiam. Propter visum enim oculorum angeli cecidere a sua gloria et honore spoliati sunt. Multi quidem periere, fratres, propter mulieres. Quidam enim uxoris causa interfecti, nonnulli sororum causa, aliqui propter filias : omnia autem hæc ob solam immunditiam. Ambulemus igitur, fratres, in puritate, quia puritatis fructus est lumen, veritas et vigilantia. Ne sitis ergo pessimarum abjectarumque passionum servi, aut obscenarum voluptatum quæ immundæ sunt coram Deo. Dei nomen in cordium vestrorum oculis perscribite, ut jugiter intra vos exclamet dicens : *Vos estis templa Dei vivi* [26], et locus requiei Spiritus sancti [27]. Qui autem operatur immunda, dolo cumulatus est et ira et amaritudine et suspiriis et vinculis pessimis coram Creatore suo. Homo deceptus immunditiis, similis est coram Deo jumentis omnis cognitionis expertibus, juxta sententiam psalmistæ sancti David prophetæ [28]. Eia nunc igitur, filii mei dilectissimi, venite, odio habeamus oculum illum nequam, et puritatem perquiramus, quia gloria hæc est angelorum Dei. Si autem persuadente diabolo ceciderimus, per pœnitentiam surgamus, et adeamus illum qui venit quærere unam ovem quæ erraverat per peccatum [29]; Deum nempe, qui peccata condonat omnibus illis, qui ipsum rogant ex toto corde suo : ut audiamus nos quoque vocem illam suavem dicentem : *Pretiosa est in conspectu Dei mors electorum suorum, sine interitu in sæculum* [30].

SECTIO SEPTIMA.

De pace.

Hoc manifestum vobis sit, fratres, quod Dominus ipse præcepit nobis pacem perquirere, ut apprehendamus eam; quoniam oculi Domini respiciunt justos, et aures ejus intentæ sunt ad eorum orationes [31]. Fratres, dignoscamus pacem Dei et properemus ad illam, ne nobis objiciatur, quod pax nostra pax peccatorum sit, quandoquidem ipse dixit : *Pacem meam do vobis*, et, *pacem meam relinquo vobis* [32]. Eia ergo, fratres, venite : verum ineamus certamen, ut nobis Christi retineamus pacem, quia pax hæc descendit a Patre luminum [33], et Rege sæculorum. Amator pacis jam consors effectus est dilecti Patris Jesu Christi atque angelorum, nullisque afficitur incommodis; ubi osores pacis invidia et perturbationibus retorquentur. Propter invidiam autem quæ est principium omnis doli et fraudis, supplicio affecti sunt filii Dei, ejusque causa invaluit peccatum; regnavit mors super infernum, et arbores infructiferæ redditæ sunt, suamque commutarunt naturam. Propter invidiam effusi sunt sanguines innoxii. Fugiamus igitur invidiam et contentiones. Qui amicus est invidi et contentiosi, amicus est nocentis feræ. Imo qui se confidit feræ aut draconi, securior est eo qui se confidit contentioso et invido. Qui a contentionibus non abhorret, nemini hominum parcit, nec ipsis amicis; et nemo illi potens videtur, nec dirigitur in via. Etenim sanguinem tuum manibus suis, ut pugillum aquæ effundent super terram, et vita tua nihili ducitur ab illis. Eia nunc ergo, filii mei, fugite invidiam, et estote filii amatores pacis, et proximis vestris ne adversemini, quoniam perfectio legis est, ut sustineas et diligas proximum tuum [34]. Nequaquam duplicis cordis sitis, ut sitis fortes. Ne mali sitis in invicem, quia homo malus amarus est tota vita sua, et festinus est in operibus perditionis, et vitæ operam dat pessimæ : pretiosæ et honorabiles sunt apud illum injuriæ, et in verbis stultitiæ gloriatur. Nunc itaque, filii mei, si qui ex vobis vitam agere super terram deligunt, fructus agrorum colendo aut vinearum, ne comedatis et bibatis sine mensura, ne obliviscamini Dominum Deum vestrum juxta verba sacri Evangelii [35], sed laboremus opere manuum nostrarum, ut offeramus Domino sacrificia et holocausta pacifica, ut optimus nostram exaudiat orationem Deus, nosque audiamus vocem illam ipsius dulcem : *Beati reconciliantes pacem inter homines, quoniam vocabuntur filii Dei* [36], qui est Deus pacis in æternum. Amen.

SECTIO OCTAVA.

De silentio.

Sapiens asserit Salomon [37], dilectissimi, thesaurum electum esse in ore sapientis; item, qui non potest custodire os suum atque linguam, satagat ne multiplicet verba. Cave, homo, et linguæ dominare, nec multiplices verba, ne multiplices tibi peccata. Ori tuo pone digitum, et frenum linguæ tuæ, quia homo multiloquus nusquam Spiritui sancto inhabitandi in se relinquit locum. Noctu diuque nomen Domini versetur in ore tuo, et spiritali esto conditus sale [38], ut cognoscat unusquisque continentiam tuam. Si quis tiro adhuc tecum loquens te rogaverit verbum aliquod in quo est lucrum animæ, responde illi; sin vero nullum est lucrum esto ut surdus qui non audit, et ut mutus qui non loquitur. Eia nunc igitur, filii mei, veram vobis comparate doctrinam, ut sitis perfecti : impense quærite veritatem et mansuetudinem, ut impleamini bonis. Qui autem silet sedens coram Deo, adimplebitur de illo verbum scriptum : Beati qui miserebuntur illis propter timorem [39] Dei judicis vivo-

[25] Levit. xi, 44; xix, 2; xx, 7; I Pet. i, 16. [26] II Cor. vi, 16. [27] I Cor. vi, 19. [28] Psal. xlviii, 13, 21. [29] Luc. xv, 4. [30] Psal. cxv, 15. [31] Psal. xxxiii, 15, 16. [32] Joan. xiv, 27. [33] Jac. i, 17. [34] Rom. xiii, 20. [35] Luc. xxi, 54. [36] Matth. v, 9. [37] Prov. x, 20. [38] Coloss. iv, 6. [39] Judæ 23

Digitized by Google

rum et mortuorum : qui autem adimplet consilium justorum sine corruptione, vivet in æternum ac in sæculum. Amen.

SECTIO NONA.

In qua solatur eum qui se religioni addicit propriæ salutis causa, nec perseverat in peccatis.

Dixit Psaltes : *Servite Domino in timore : et exsultate ei cum tremore* [46]. Scriptura etiam dicit : *Ne alium colatis Deum præter me* [47]. Expedit nobis ergo, fratres dilectissimi, servire Deo : quoniam *melius est*, uti scribitur [48], *confidere in Domino, quam confidere in hominibus*. Ne solliciti ergo simus servire hominibus, ne in laqueos eorum incidamus, pravasque ipsorum concupiscentias. Ne ambules post concupiscentiam visus oculorum tuorum, nec cor tuum dissolvas, ne incidas in loca tenebrarum fumis plena in æternum. Concupiscentia namque mala cor pervertit, et mentem permutat. Longius igitur recedite ab ea, ne Dei inhabitans in vobis irascatur Spiritus. Vos autem, filii mei, æquo fortique estote animo, et diabolum flocci ducite, quoniam habemus Creatorem, qui præsto est ad opem nobis ferendam, ut ejus faciamus voluntatem et cuncta beneplacita omni tempore. Quare exclamemus dicentes : *Deus mi, ego sum servus, et filius ancillæ tuæ* [49]. Deus qui solus sapiens est, custodiat vos, ut excrescatis in operibus Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in æternum. Amen.

SECTIO DECIMA.

Oportet nos plurimum cavere a linguis nostris.

Dominus noster Jesus Christus in suo sacro Evangelio nobis dicit : *Intrate per angustam portam* [50]. Dicit item : *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum* [51]. Quid autem sit porta angusta per quam nobis intrandum est, fratres dilectissimi, id nobis sapiens Salomon aperit, dum dicit : *Fili mi, ne permittas ori tuo, ut aperiatur, ne peccet caro tua* [52]. Necnon : *Os stulti, contritio ejus* [53]. Admonitamur ergo oribus nostris fortem ponere custodiam, ne mali quidquam proferamus, quoniam sermo pravus cunctis venenis pejor est. Omnia vulnera curantur; vulnus vero linguæ nullam curationem habet. Lingua draconis præstat lingua susurronis, qui est a pessimo diabolo, quia rixas et acria certamina in medio excitat fratrum, et seditiones ac mala seminat inter pacificos, et congregationes dissipat plurimas. Si ad te illum ingredi permiseris, omnibus dignitatibus spoliabit te. Quicunque societatem cum illo iniverit, jam homicidis et interficientibus gladio factus est socius, quia homicida et susurro eumdem producunt catulum; nam si gladio non interimunt te, eo te adducent eodem vulnere. Lingua susurronis haud absimilis est morsui colubri : imo magis expedit habitare cum colubro et scorpione, quam una habitare cum susurrone. Blasphemus atque tyrannus meliores sunt susurrone. Omnia peccata murmuratione sunt minora. Susurro et qui ipsi aurem præbet, eamdem referunt condemnationem. Expedientius tibi est ad ignem accedere et comburi, potius quam accedere ad susurronem. Si incesseris super picem ebullientem tibique caveris, facile salvus evades : at si casu transieris prope susurronem, longe recede ab illo, ne irremediabilibus te plagis tradat, quia os ejus omni tempore plenum est homicidiis et fraudibus. Quamobrem vobis stricte præcipio, ut maxima qua potestis fuga, a susurrone vos recipiatis ; monachus sit ille, anachoreta, vel decertans, sive novitius, dummodo susurro est, quisquis sit, fuge illum, etsi pater fuerit tuus vel frater; susurro est, longe te ab ipso recipito. Expedit enim magis commorari cum leone et leæna, quam cum susurrone. Nec te pudeat fuga ab illo recedere, ne peccati veneno te inficiat. Eia igitur, filii mei, murmurationem fugite, et silentio navate operam ; quia silentio deditus prope Deum est et angelos ejus, et in altissimis collocatus. Dominus autem dicit, quod tunc custodiet vias tuas, quando ipse tuos custodies sermones [54]. Dicetque nobis propterea in die visitationis nostræ : Beatus es, Israel, qui custodis os tuum. Quis similis est tui ? Deus autem vos servet pace sua atque gratia. Amen.

SECTIO UNDECIMA.

De sapientia et intelligentia, seu scientia.

Dicit sapiens Salomon [55] : *Principium sapientiæ est timor Domini.* Scientia itaque operanti secundum ejus statuta, optima est. Ait etiam [56] : *Omni diligentia custodi cor tuum, quoniam semitæ vitæ ex his procedunt.* Nam consentaneum est, ut in nostro regimine solliciti simus, ne stulti habeamur, stultus autem nauci ducitur ; ideoque dicitur, quod stultus et insensatus una pereunt, et in nullo honore habentur. Dicit præterea Salomon : *Ira stulti eo pejor est* [57]. Necnon : *Durus corde in multa incidet mala* [58], et ossibus ejus non est sanitas, neque anima ejus requiem nanciscetur, et in morte ejus non est requies neque honor. Homo elatus corde omnibus est exosus, quod opera illius nimis fastuosa sint; propterea in multa incidit peccata. Omnia peccata coram Deo sunt despecta, sed omnium despicatissimum est superbia cordis. Quicunque aut petit aut dat consilium superbo corde, similis est effundenti aquam in vas perforatum : vel illi similis est, qui transvolantem alloquitur avem. Societatem cum dracone et hydro pessimo inire, expedientius est, quam cum superbo corde : quare insensatum qui erudit, exprobrat legem [59]. Draco si hominem nudum viderit, capite demisso retrocedit : at homo superbus corde nullo capitur pudore propter nequissimam cordis ejus superbiam.

[46] Psal. II, 11. [47] Exod. XX, 3. [48] Psal. LXVII, 8. [49] Psal. CXV, 16. [50] Matth. VII, 13. [51] Act. XIV, 21. [52] Eccle. V, 5. [53] Prov. XVIII, 7. [54] Prov. XIII, 3; XXI, 23. [55] Prov. I, 7. [56] Prov. IV, 23. [57] Prov. XXVII, 3. [58] Prov. XXVIII, 14. [59] Prov. IX, 7.

Digitized by Google

Diabolus etiam ob cordis sui superbiam e cœlo deturbatus est. Vos ipsi, vos corrigite, et peccata vestra coram Deo et vestris majoribus confitemini, ut vos ipse exaltet, quia summus ille in cœlis est, et humiles a longe respicit. Fia nunc igitur, filii mei, decertamus secundum veram optimamque sapientiam, ne de nobis adimpleatur Scriptura illa : *Cor stulti in sinistra ejus* [54]; sed ut de nobis dicatur : Intellectus sapientis in dextra ejus. Itemque illud Psalmistæ : *Manus tua deducet me, et dextera tua suscepit me* [55]. Deus autem sit vobiscum omnibus. Amen.

SECTIO DUODECIMA.

De verecundia.

Sacræ asserunt Scripturæ [56], duplicem esse verecundiam ; una ex qua enascitur peccatum, altera vero ex qua enascitur gloria et gratia. Asserunt etiam inverecundum omnibus exosum despectumque esse ; verecundus vero verecundia sua ad verecundiam elevatur. Verecundia ob contractum peccatum verusque pudor, est utilis verecundia ; verecundia vero ex qua enascitur peccatum, est ea verecundia quæ impedit ne exsecutioni mandentur Dei præcepta. Filii mei, cavete, ne operam injustitiæ navetis et oppressionibus ac judicio, nec cum effusore sanguinis ambuletis; sed omnium maxime munera acceptantem et exercentem usuras fugite, ne capiamini amore argenti, sicut illi : siquidem argenti amor multa suis amatoribus infert mala. Cavete ne propter verecundiam consentiatis, atque concurratis cum multitudine in dolum et fraudem. Cavete adhuc, ne propter verecundiam quod vestrum non est, concupiscatis. Odio ne habeas ætate provectas, et viduas, necnon pauperes parentibus orbatos ; fuge tamen viduam fatuam, et pupillos cognitionis expertes. Cave omnino, ne litigiis capiaris, sed a contentionibus longe recedito. Cum muliere fatua cave loquaris, aut cum reprobata, præsertim autem, quæ injuria afficit viros, quemadmodum de illa scriptum est. Ne te pudeat recedere ab illis qui pervagantur in plateis, ac per civitates et solitudines errant, quia plurimi hoc capti sunt laqueo. Sed revertamur nunc ad eam verecundiam, quæ gloriæ et gratiæ est plena. Ne te igitur facere pudeat quidquid est secundum voluntatem Dei, nec in opere veritatis celes te, nec Domini doctrinas ediscere aut verba sapientiæ verearis, aut tua sacerdoti tuo peccata aperire te pudeat. Principem, aut divitem immisericordem ne timeas, aut verearis potentem, vel tyrannum, peccatorem aut perpetratorem iniquitatum. Verecundia ad aliquod peccatum perpetrandum ne seducaris aut inducaris, ne illa te perducat ad pessimum supplicium : propter peccatum enim gloriæ vestimento exspoliatus est homo. Deus ergo scientiam vobis concedat, et induat sapientia gloriæ et intelligentiæ, ut exclamemus nos quoque dicentes : *Propter innocentiam meam suscepisti me, et confirmasti me in conspectu tuo in æternum* [57]. Amen.

SECTIO DECIMA TERTIA.

De vana gloria.

Dicit propheta, fratres dilectissimi : *Panem desiderabilem non comedi* [58], *neque gloriam concupivi hominum* [59]. Et Dominus noster qui animarum nostrarum commiseratione ducitur, in sacro Evangelio dicit : *Væ vobis, si dixerint de vobis bona verba et glorificent vos, et gloriam Dei non quæretis* [60]. Decertemus igitur nos etiam ad mortem usque vanæ gloriæ obsistendo, ejusque pessimos abscindamus ramos, ne ad supplicium perducamur. Vana gloria cordibus nostris dominari assolet : cui vero dominata est vana gloria, ad condemnationem est destinatus suppliciorum, ac sese in sacrificium offert præsidibus abyssi inferorum ; similisque est homini, qui aquam reponit ad suam sitim levandam in vase perforato. Fuge vanam gloriam : plures enim interierunt causa illius ; hominemque ad multiplices compulit labores, jejunia, preces, plures vigilias nocturnas, eleemosynas multas coram hominibus erogatas ac alia ejusmodi ; quibus demum nihil aliud consequetur nisi confusionem et opprobrium. Hanc ergo fugiamus inanem gloriam, quia omnibus diabolis pejor est. Si autem nulla exstat in nobis vana gloria, ad magna ostentanda ne curramus, ne intereamus propterea, et multiplicibus eorum ramis implicemur, quoniam diaboli inanis gloriæ multi sunt nimis. At impensius multo inquirere admitamur sanctorum gloriam eorumque paupertatem, ut suave illud comprehendamus Dei eloquium : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [61].

SECTIO DECIMA QUARTA.

De gloria et patientia.

Dicit Dominus noster Jesus Christus in sacro suo Evangelio : *In patientia vestra lucrabimini animas vestras* [62]. Necnon : *Qui sustinuerit usque in finem, hic salvus erit* [63]. Quanto magis ergo in veritate nobis laborandum et sustinendum erit, ut ea quæ nobis in cœlis parata sunt consequamur ? Antequam ad sanguinis effusionem pervenerimus, ne glorie-mur ; nullus enim artifex de opere suo antequam absolvatur, gloriatur, sed artificio jam perfecto. Si enim ambulaverimus secundum veritatem, et dilexerimus odio nos habentes, et quod nobis fieri nolumus, alteri non fecerimus, et amaverimus pacem, humilitatem jam sumus consecuti. Si superbiam cordis odio habuerimus, jam inimicos amplexati sumus nostros. Si benedixerimus maledicentibus nobis, jam frenum imposuimus oribus nostris. Si dilexerimus charitatem, jam optimum præstitimus cultum, vicimus tædium, multiloquium et odium erga proximum. Cum hæc omnia compleverit homo, tum glorietur, ut ille qui tota die est operatus, juxta

[54] Eccle. x, 2. [55] Psal. CXXXVIII, 10. [56] Eccli. IV, 25. [57] Psal. XL, 13. [58] Dan. x, 3. [59] Jerem. XVII, 16. [60] Joan. V, 44. [61] Matth. V, 3. [62] Luc. XXI, 19. [63] Matth. X, 22 ; XXIV, 13.

Digitized by Google

Evangelii testimonium [64], et cum fiducia postulet mercedem suam; Deus enim noster haud injustus est, sed unicuique tribuit secundum merita. Ille autem beatus est dicendus, qui humilitate victoriam est consecutus, et suo tempore glorificabitur in altissimis, ut Lazarus. Nobis autem exclamandum est, atque dicendum : *Quoniam humiliatus sum, liberasti me, Domine; revertere, anima mea, ad locum requiei tuæ in æternum* [65]. Amen.

SECTIO DECIMA QUINTA.

De intelligentia.

Dixit psaltes David : *Eloquia tua dulcia sunt in faucibus meis, præ melle in ore meo* [66]. Item : Consilia cordis ejus electa sunt præ lapidibus optimis pretiosis. Vere beatus est ille qui evigilat, et facit præcepta Domini nostri Jesu Christi, donec assequatur veram ejus scientiam, ut dicere possit : *Admirabilis est scientia tua* [67]. Infidelis cave sis, ne irascatur qui nos creavit. Quicunque enim non ambulat secundum rectam fidem, escam vermibus præbet qui non dormiunt, et principi tenebrarum mactat victimas; ejusque spiritus alienus fit a vita æterna, et manifeste recedit a Deo. Eorum quidem plerique qui in inferis sunt, eo infidelitatis causa aguntur. Propter infidelitatem incredulitatemque duxerunt originem omnia ea mala, quæ in Dominum nostrum Jesum Christum perpetrata sunt. Sed neque in illum a mortuis resurgentem crediderunt perfidi illi, ut salvi fierent. Væ illi generationi! væ miseris eorum animabus! Qui incredulo annuntiat, aut corripit vel docet illum, similis est homini illi qui pretiosissimas gemmas in profundum dejicit maris. Quemadmodum aqua in declivem terram decurrit, et eo cum impetu fertur; ita verbum Domini influit in animam fidelis. Eia igitur, filii mei dilectissimi, fugite infidelitatem tanquam malorum omnium originem, ut magis magisque Dominus glorificetur, ejusque sancta resurrectio. Credamus igitur in nomen Domini Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut nos illud scriptum comprehendat verbum : *Qui credunt in Dominum, erunt sicut mons Sion : quia non commovebitur in æternum, qui est in Jerusalem* [68] : firmum quippe sanctorum omnium fundamentum fides est, qua ora occluserunt leonum et flammam exstinxerunt ignis, ob suam accensam semper in Deum fidem.

SECTIO DECIMA SEXTA.

De bona diligentia.

Asserit beatus apostolus Paulus : *Haud consentaneum est nobis, fratres, vivere secundum carnem, quia secundum carnem viventes morientur* [68*]. Dixit etiam beatus Joannes : *Nolite diligere mundum, quia mundus transit, et omnes concupiscentiæ ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum* [69]. Evigilemus ergo, filii mei dilectissimi, constituamusque nobis bonam diligentiam in domo mentis nostræ, ne indiligentes vocemur et pigri. Dictum jam quoque est : Si possederis diligentiam bonam, bonæ mentis particeps eris. Qui bona diligentia est præditus, templum jam factus est Dei, nomenque honorificentissimum sibi comparavit, nimis ditabitur, ac thesauros bonis cumulatissimos nanciscetur. Beatus qui invigilat ad portam sapientiæ. Contra diligentem invigilantemque passiones nequaquam prævalebunt. Si autem ceciderit propter fraudes tentatoris, statim erigit illum diligentia atque vigilantia. Incurius autem ac piger minimeque divino invigilans cultui, si ceciderit propter diaboli tentationes, non advertit peccatum quod perpetrat, quia cor ejus instar lapidis est durum, et simile domito vinctoque mulo, quem continuo conscendunt minime reluctantem, quemadmodum scriptum est : *Assimilatus est jumentis, quibus non est intellectus* [70]. His indiligens comparatur homo, quoniam in ejusmodi hominum genere suas manifestat diabolus concupiscentias et desideria, suamque confusionem universam; et illum quocunque lubet, trahit, donec compleantur iniquitates ejus, et cum gemitibus ac fletu moriatur. Eia nunc igitur, filii mei dilectissimi, comparate vobis perfectionem et diligentiam, ne in omnia hostis certamina incidatis. Negligens instar est domus eversæ et destitutæ incolis, quæ nullo est in pretio apud quempiam, sed exsecrabilis omnibus, ut viperarum, scorpionum et diabolicarum ferarum domicilium; nemoque de illa curat, ut quæ eversa sit et desolata. Hæc est ratio negligentis; nam nullam comperies divinam opem illum custodientem aut inhabitantem in eo, quæ hæc omnia ab illo arceat, quin in eo habitent. Filii mei dilectissimi, hanc diligentiam servare satagite, nec eam deponatis a vobis, ne imperio hostis subjiciamini. Dum exstat in homine optima diligentia et cura, ab omnibus casibus et ruinis erigit illum et præservat, ita ut fiat homo ille Spiritui sancto requiei locus, et suum iter absolvat feliciter, atque mereatur locum requiei sanctorum in pace adire, et pulchram suavemque illam audire vocem : *Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet* [71].

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

De religiositate et virginitate.

Audivimus beatum Paulum apostolum, cum ad virginitatis pervenisset honores, ita de ea dicentem : *Præceptum Dei non habeo* [72]. Non habuit præceptum, quia non omnes grave hoc jugum ferre possunt : ideo electioni relictum est eorum qui illud ferre valent. Virginitas est signaculum, quod non corrumpitur; perfecta similitudo, quæ non commutatur; spirituale sanctumque sacrificium, specula, et visus quo observatur iter ad perfectionis ducens metam; diadema veris perfectionibus contextum; suavis ille ros, qui omnes refrigerat creaturas. Ipsa evangelium vitæ quod abscondita ab omnibus

[64] Matth. xx, 12. [65] Psal. cxiv, 6, 7. [66] Psal. cxviii, 11. [67] Psal. cxxxviii, 6. [68] Psal. cxxiv, 1, 2. [68*] Rom. viii, 12, 13. [69] I Joan. ii, 15, 17. [70] Psal. xlviii, 13, 21. [71] Psal. l, 19. [72] I Cor. vii, 25.

Digitized by Google

sæculis et generationibus reserat arcana. Maxima sane hæreditas est et possessio, virginitas. Qui virginitatem aspernatur, Deum ille et angelos afficit injuria. Nemo profecto ex adversarii exercitu accedere audet, aut valet in eam. Attamen nemo virginum glorietur de virginitate : gratia quippe ipsius Dei est. Virgo muliebres sensus, cogitationes carnis, cordis superbiam et amorem eorum omnium quæ diaboli sunt, a se amoliatur. Murmurationem procul amoveat quoque ; item erga homines odium, et gloriam mundi. Religioni incumbat, contineat linguam, ventremque castiget jejuniis. Nam si his omnibus exornata fuerit, erit sacrificium sine macula aut pollutione. Virginitas urnæ auro plenæ comparatur, quam diu noctuque custodiunt excubiæ. Virginitas odor est suavissimus Christo Domino, et B diademata vitæ connectit. Si, virgo, sollicita fueris de multis cibis, et cum tui ambulaveris admiratione, in omnibus operibus tuis confusionem referes. Si linguam tuam non custodieris, vacua eris toto vitæ tuæ cursu, et adimplebitur de te scriptus ille sermo : Suscepisti magnos labores frustra. Nolite ergo, fratres, nolite permittere, ut id vobis accidat ; sed optimæ ac perfectissimæ patientiæ operam demus, ut nos quoque dicere valeamus : Non timeo, quia Dominus adjutor meus est. Et sicuti dictum est : Timentes se Dominus diligit in cunctis bonis.

SECTIO DECIMA OCTAVA.

In qua præcipit, ut recedamus a malo, et accedamus ad bonum, faciamusque illud.

Sacræ asserunt Scripturæ : *Ecce proposui coram te duas vias, scilicet bonum et malum* [73]. Viam autem mali novissimum ad profundum inferorum conducere, eædem nos certiores fecerunt. Recedamus ergo ab ea, et ambulemus cum rectitudine per eam quam ambulaverunt sancti, quemadmodum dictum est : *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini* [74]. Via sanctorum vero est, ut ambulemus in lege Domini, scilicet in puritate corporis, puritate linguæ, puritate oculorum, puritate manuum, puritate aurium, puritate pedum, et recta ad Deum cogitatione mundoque corde erga invicem, ut dicere valeamus : *Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis* [75].

SECTIO DECIMA NONA.

In qua agitur de continentia linguæ.

Charissimi fratres, vestram rogo charitatem erga Christum Deum, ut fugiatis et evitetis semen nequam, plenum fraudum et omnium pessimorum dolorum. Sacra siquidem asserit Scriptura : *Lingua quidem modicum membrum est, sed maculat corpus totum* [76]. Dicit item : *In ipsa benedicimus Deum ; et in ipsa maledicimus homines, quos creavit Deus ad suam similitudinem* [77]. Mors ergo residet in eo qui bicipitis est linguæ, quia cum morte fœdus percussit, sibique perditionis in inferno præparavit A domum, nec habebit hæreditatem in terra viventium, qui faciunt Dei voluntatem. Certe hominem bilinguem animas deperdere comperies, familiares et amicos perturbare, dissipare cœtus et congregationes, omnibus malis patrandis dare operam, ac sese immiscere, semperque in proximum machinari dolum. Orationes, eleemosynas et jejunia bilinguis tenebris obvoluta comperies coram Deo. Quamobrem scriptum est, quod oratio hominis hujusmodi fiat in peccatum [78]. Eia nunc igitur, fratres dilectissimi, longe fugite a bilingui, amicitiam cum eo nequaquam ineatis, quia qui amicitiam cum illo iniverit, eam cum morte inivit. Imo adnitere totis viribus, ne cum illo loquaris, ne ejus pessima ediscas opera, teque inficiat. Beatus est homo ille, B qui sibi diligenter cavet, et experimento ediscit fidelem in omnibus esse ; quia is vocem illam lætam audiet : *Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam intra in gaudium Domini tui* [79].

SECTIO VICESIMA.

De dolo.

Extollemus manus nostras et corda nostra ad Altissimum qui in cœlis est, et fugere adnitamur primum illud peccatum, nempe dolum qui erat in Cain, secundum verbum illud scriptum : *Deus, libera me ab homine iniquo et doloso* [80]. Homo dolosus animam suam decipit tantum, quia dolus ejus revertitur in caput ipsius, ut scriptum est in Psalmo : *Labor ejus convertetur in caput ejus, et iniquitas* C *veniet usque in medium domus ejus* [81]. Hominis mali ne familiaritate utaris, nec iniquum sequaris hominem, nec penitus tangas illum ; sed exsecrare ut sindonem mortuorum fetoribus coinquinatam. Lingua quippe hominis dolosi excitat contentiones inter turbas, effusionemque sanguinis. Qui amicitiam contrahit cum dolosa, eamdem cum pessimo diabolo contrahit. Qui societatem init cum doloso, eam init cum effusoribus sanguinis, et propriæ mortis fit ipse reus. Multo expedientius est habitare in solitudine, quam cum homine doloso. Cum doloso amicitiam ne contrahas : in domum ullam cum eo ne ingrediaris, quia si fueris ingressus, pertrahet te ad suum fetorem. Satius tibi est esse cum feris, quam cum homine doloso : siquidem D suaviter ad te accedit iste, et pacifice loquitur tecum ; at si cor illius semel contristaveris, statim absconditum eructat dolum, teque imparatum jugulat. Quamobrem Deus qui erat cum patribus nostris Abraham, Isaac et Jacob, sit vobiscum, ut vos eruat ab illo cujus fortitudo est in lumbis [82], nempe diabolo ; qui omni tempore religiosis invidet viris, et suo hamo eos capere, ut deglutiat, nititur : verum, qui orat pro nobis [83], habemus Dominum nostrum Jesum Christum, qui nobis dedit potestatem calcandi virtutem ejus [84]. Oculus qui a videndo non defatigatur, et auris quæ ab auditu non deficit,

[73] Deut. xxx, 15. [74] Psal. cxviii, 1. [75] Psal. l, 12. [76] Jac. iii, 5, 6. [77] ibid. 9. [78] Psal. cviii, 7. [79] Matth. xxv, 21, 23. [80] Psal. xlii, 1. [81] Psal. vii, 17. [82] Job xl, 11. [83] Hebr. vii, 25. [84] Luc. x, 19.

Digitized by Google

ipsa asseverat, quod complementum legis sit charitas [86]. Dicit etiam : Horum complementum est, ut sitis omnes cor unum in Jesu Christo : opem invicem ferentes, et fraternam exhibentes charitatem, misericordes exsistentes, ut Dominus etiam nostra præparet corda ad sua mandata facienda usque ad diem manifestationis plenæ gloriæ per Jesum Christum in omnes generationes sine corruptione, fratres quos diligo, per Jesum Christum : cui gloria, et honor ex nunc, et omni tempore, et in sæcula sæculorum. Amen.

Completi sunt viginti Sermones sapientissimi Patris nostri S. Antonii abbatis, monachorum omnium parentis. Dominus nostri per ejus orationes misereatur. Amen.

[86] Rom. XIII, 10.

B. PATRIS ANTONII,

MERITO MAGNI, ABBATIS SANCTISSIMI,

EPISTOLÆ VII,

Ex Græco Latine redditæ, interprete Valerio de Sarasio.

EPISTOLA I.

AD FRATRES SUOS.

I. Primum saluto vos in Domino. Existimo autem animas quascunque apprehenderit gratia Dei vocantis ad prædicationem suam per verbum proprium, habere tres modos, seu masculos seu feminas. Quidam enim per testamentariam legem et inditum in eis semel bonum, a prima sui conditione pertingere verbo Dei ad eos morati non sunt, sed perrexerunt parati cum eo, sicuti et noster progenitor Abraham; cui primo, quia porrexit indaginem Deus per testamentariam legem, apparuit dicens : *Exi de terra tua et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni ad terram quam ostendero tibi* [87]. At ille in nullo hæsitans, paratus fuit in vocatione. Hic autem figura erat primæ vitæ hujus institutionis, quæ nunc usque persistit in eis qui ejus sequuntur vestigia. Unde et iterum si animæ sic sustineant et ita egerint, facile easdem virtutes assument, eo quod parata sint corda earum repleri Spiritu Dei. Et hæc institutio prima. Huic vero secunda exsistit de iis qui audiunt scriptam legem testificantem eis universa supplicia quæ peccatoribus præparantur, et annuntiantem de sanctis promissionibus ad eos qui proficiunt, quibus et per testimonia inscriptæ legis sobria voluntas exsistit, et per hanc quæsierunt intrare in vocatione vocantis. Sic et David testificatur dicens : *Lex Domini immaculata, convertens animas* [88]. Et in hoc eodem loco : *Declaratio*, inquit, *sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis* [88]. Sed et alia quam plurima, de quibus modo non possumus enarrare. Porro tertia institutio est, in qua duris cordibus sæpe inter vitia et in peccati operibus permanentibus, aliquoties benignus Deus infert labores ad increpandum, donec sentiant per ærumnam, et pœnitentes ex toto, accipientes et ipsi virtutes, quemadmodum et illi de quibus prædixi. Hæ igitur sunt introductiones tres in animabus quæ ad pœnitudinem veniunt, donec adipiscantur gratiam et vocationem Filii Dei.

II. Sed puto quod eos prius vocet Spiritus, qui ingrediuntur ex toto corde certamen, et ordinant semetipsos ad sustinendum in omni luctatione adversarii, donec devincant eum. Præstat vero eis et lenitate in omnibus juvans eos Spiritus, ut inculcentur in illis opera pœnitentiæ; ponit eis terminos per modum quemdam pœnitudinis in corpore et anima eorum, usquequo doceat eos etiam conversionis modum ad conditorem proprium, Deum : necnon et præbet eis violentiæ compulsionem in anima discurrentem et corpore, ut utraque sanctificari queant, ut eodem modo hæreditatem utraque sumant : corpus quidem in jejuniis crebris et vigiliis; anima vero in spiritu atque solertia, ministeriis quoque quæ facit in corpore. Conandum hoc in omni fructificatione carnali.

III. Spiritus quoque pœnitentiæ deductor efficitur in istis, et tentat eum in his, ne qua sit inimicitia ad convertendum forte retrorsum. Tum vero ille deductor Spiritus incipit adaperire animæ oculos ad pœnitentiam exhibendam, et ut sanctificetur etiam sensus, districtionem intermediam præbet, incipiens doceri a Spiritu sanctificare corporis et animæ pœnitentiam sensu edocto per Spiritum deducentem nos ad illud animæ corporisque agendum, qui sanctificans omnia ac districtionem præbens ut et carnis misceatur fructus ad universa corporis naturalia, ex quibus transgressio fuit; et adducit unumquodque corporum naturalium ad priorem conditionem, non habens aliquid alienum aut hostile spiritus. Corpus siquidem redigitur sub potestatem sensus doctum a spiritu secundum eloquium Pauli : *Obculco corpus meum, et in servitutem re-*

[86] Gen. XII, 1. [87] Psal. XVIII 8. [88] Psal. CXVIII, 130.

Digitized by Google

digo[89]. Quoniam vero sensus antea semetipsum sanctificat in escis et potationibus a sopore, semel ac simpliciter in cunctis motibus suis, quique et naturalem copulam segregaverat sanctificationi propriæ.

IV. Reor autem (14) tres corporis motus exsistere. In ipso enim est naturale corporis concretum illi; quod tamen non operatur aut efficit aliquid sine animæ voluntate, nisi quod judicat in corpore solum. Nam et alius motus exsistit ex pastu corporis multorum ciborum ac potuum, ex quibus adinflatio sanguinis orta, per escas oppugnat totius animæ corpus epularum sumptione permotum. Ob hoc et Apostolus ait : *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*[90]. Deinde Domino nuntiante discipulis suis in Evangelio, dicitur : *Videte ne quando graventur corda vestra in esca et potu*[91], sive deliciis. Inquirentibus præsertim mensuram sanctificationis, debitum est istud efferre : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo*[92]. Tertius vero motus est spirituum malignorum tentantium per livorem, ac volentium flaccidiores efficere eos qui conantur sanctificare semetipsos. Verumtamen si in iisdem tribus modis sustineat anima semetipsam testimoniis quibus spiritus docuerit sensum, sanctificabitur in utroque ab illo languore triformi. Sin vero dimiserit semetipsum sensus a testimoniis quibus spiritus testificatur ei; tunc maligni spiritus supersederunt congregationi corporis, et oppugnant illo motu usque dum anima fatigetur, et incipiat requirere unde auxilium veniat; conversaque reprehendat spiritus testimonia, ac sanetur. Tunc etiam ei dat quod unica sit requies postulanda a Deo, et quia sic fit pax ejus.

V. Hæc autem asserui ad pœnitendum in corpore et anima, et qualiter oportet mundari eam; cumque sumpserit tale certamen, tunc nuntia spiritus adsunt, et incipit discernere etiam ægritudines animales quæ accedunt et per proprias voluptates. Tunc siquidem erit participatio spiritus cum sensu, per custodiam mandatorum quæ ei tradidit; et docet eum curare omnem languorem propriæ animæ, unumquodque eorum discernens, et permistione accepta in corpore, naturalium ac reliquorum quæ sunt peculiariter ei extra corpus a capite usque ad pedes, propriam voluntatem permistam habens in illis, et oculis quidem terminum ut recte et confidenter conspiciatur, nihil ultra peregrinum gerentes. Deinde ut aures audiant in pace, nec oblectentur amplius obtrectationem ac contumelias spirituales audire; sed potius, ut omnium correctionem et miserationem incessuram præ omni desiderent possessione, quoniam in illis ægrotabat prius. Deinde rursus ut linguam propriam doceat sanctitatem, quoniam hujusmodi languor insederat ei dudum, ut quibus ægrotabat, ex ipsis semper aliquid loqueretur, tradens linguæ promenda organo, utpote exstanti sibi. Hic ergo languor abundantius magnificatus est illi in hoc membro quod est lingua. Unde et Jacobus apostolus testificatur : *Si quis videatur religiosus esse, non refrenans propriam linguam, semetipsum fallit, et hujus religio vana est*[93]. Idemque ibi ait : *Et lingua parva est, maculans totum corpus*[94]; et alia multa quæ non possum adjicere cuncta. Quod si prævaluerint sensus sumere ab spiritu, ipse prius sanctificabitur : et tandem perscrutans sermones, tradet quidem propriæ linguæ, sed nihil habentes pravum, aut animæ voluntarium, per quæ verbum Salomonis implebitur dicentis : *Mei sermones dicti sunt a Deo, nec est in illis aliquid pravum atque perplexum*[95]. Idem rursus in alio loco ait : *Lingua sapientium sanat*[96]; et alia quam plurima.

VI. Deinde iterum manuum motus intra me si erant aliquando motæ, in quibus non oportebat animæ voluptatibus; sed nunc ei spiritus unus terminat sensum, ut in sanctitate, in orationibus et misericordiis moveantur, hujusmodique opera perficiant. Quin etiam in his illud eloquium compleatur orationum causa prolatum : *Elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum*[97]. Idem alibi Salomon : *Et quia manus fortium ditantur*[98]. Sicque postmodum ut ipsam escam ventris et potum emundet, etiamsi ad satietatem eis utatur; aut si aliquando illis animæ voluptas paululum in desideriis fuerit, considerans quod nonnulli in satietate escæ vel potus dæmonibus obtemperarint, de quibus Spiritus per David ait : *Superbo oculo et insatiabili corde, cum hoc non edebam*[99]. Nam et isti si iterum Domini inquisierint sanctitatem, etiam spiritus rursum terminat eis eadem sanctimonia, ut moderate et sufficienter ad sustinendum corpus utantur, et ultra non habeant in eo concupiscentiam aut voluptatem. Sicque eloquium Pauli complebitur dicentis : *Sive comeditis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite*[1]. Deinde et his quæ per cogitationem coitus sub alvo metitur, rursus sensus ab spiritu doctus, discretionem tribuit motibus eorum in supradictis tribus modis, et innititur ad sanctificationem, auxiliatorem spiritum habens. Exstinguitur etiam motus ille per virtutem spiritus pacificantis totum corpus, et perimentis totum illum motum. Hoc est verum eloquium quod a Paulo prædictum est : *Mortificantes membra vestra quæ sunt super terram; fornicationem, immunditiam, concupiscentiam malam*[2]; et quæ deinceps. Sic denuo pedes, qui licet aliquando non erant habentes incolumem gressum,

[89] I Cor. IX, 27. [90] Ephes. V, 18. [91] Luc. XXI, 34. [92] I Cor. IX, 27. [93] Jac. I, 26. [94] Jac. III, 5, 6. [95] Prov. VIII, 8. [96] Prov. XII, 18. [97] Psal. CXL, 2. [98] Prov. X, 4. [99] Psal. C, 5. [1] I Cor. X, 13. [2] Coloss. III, 5.

(14) *Reor autem*, etc. Citatur hic locus ab auctore Græco incerto *De verbis seniorum*, libell. V, § 1, interprete Pelagio S. R. E. diacono. Exstat vero lib. V *De Vitis Patrum*, p. m. 436.

Digitized by Google

nec secundum Deum ambulabant : hos iterum sensus qui sub spiritus fuerit voluntate, ad pergendum ministrare operibus optimis cogit, ut immutatum corpus fiat sub spiritus potestate. Sed æstimo quod talis habitatio jam acceperit etiam in hoc partem quamdam spiritualis corporis, quam acceptura erat in resurrectione justorum.

VII. Hæc vero dixi propter animæ ægritudines quæ usurpant permistionem inter naturalia corporis, cum inde anima movetur in illis, sectatrix effecta malignorum spirituum, ut operentur in membris. Sed etiam prædixi, quod habeat proprie etiam ipsa discretionem horum. Nam superbia, languor est ejusdem corporis : jactantia vero, ægritudo est ei extra corpus : item inflatio, odium, invidia, ira atque pusillanimitas, impatientia quoque ac reliquæ minutiæ horum. Quod si vero crediderit se Deo ex toto corde; tunc benignus Deus tribuit ei spiritum pœnitentiæ, et testificatur illi ut de unoquoque languore pœniteat. Propter quæ adversarii prohibent, eam tentantes usurpare sibi, nec sinunt pœnitere. Qui si sustinuerit, obediens, hortantem se spiritum ad pœnitendum; Creator quoque illius, miserationis visceribus motus supra labores ejus quibus in egestatibus corporeis, id est jejuniis plurimis, in vigiliis, in meditationibus multis, in verbo Dei, ac precibus largis, vel in abdicationibus mundanis, in humilitate, in paupertate spiritus; in quibus cunctis sustinentem Deus benignus aspiciens et considerans, et patientiam ejus in tentationibus perdurantem miserans, adjuvabit eum.

EPISTOLA II.

AD ARSINOITAS.

I. Antonius omnibus dilectissimis qui sunt in Arsinoite et in parochia ejus, vel qui cum illis, in Domino salutem.

Universos vos paratos abire ad Deum, saluto in Domino, charissimi, a minore usque ad maximum, et a masculis usque ad feminas. O filii Israelitæ, secundum sensualem vestram exstantiam. Vere etenim, filioli, grandis vobis in generatione vestra promissio. Decebat quippe vos propter eum qui visitationem vestri fecit, nequaquam fatigari certantes, donec vosmetipsos offerretis sacrificium Deo in omni sanctimonia, sine qua nemo poterit hæreditare Deum. Nam pro certo, charissimi, magnum est vobis istud, ut percontemini de cognitione sensualis exstantiæ, in qua non est masculus neque femina, sed substantia tantum immortalis exsistit, habens quidem principium, finem vero nequaquam : debitumque vobis erat cognoscere de eo, quomodo omnino deciderit in tantam humilitatem et confusionem eximiam, quæ pertransiens in omnibus vobis advenit.

II. Igitur quando substantia immortalis exsistit non consolvenda corporibus, hanc ob causam Deus eamdem plagam aspiciens irremediabilem effectam, et quia magnificata esset vehementer, per suam indulgentiam, visitationem eorum faciens propter propriam bonitatem, post aliquantum temporis legem posuit eis, unde et operatus est per Mosem præbendo legem. Et Moses quidem fundavit eis veritatis domum, curare volens eamdem validam plagam; sed perficere nequivit ædificium domus. Insuper autem et omnis sanctorum chorus collectus in unum, petlit Patris bonitatem de salutari (15) nostro, ut calcaret in terris pro nostra cunctorum salute, ipso utpote exstante nostro magno et fideli pontifice ac medico vero, qui solus sanare posset hanc enormem plagam. Unde et voluntate Patris *exinanivit semetipsum* propria gloria, Deusque exsistens, *formam servi assumpsit*[8], tradens se propter nostra peccata. Et delicta quidem nostra humiliaverunt eum, sed *livore ejus nos omnes sanati sumus*[9].

III. Quamobrem, dilectissimi filioli in Domino, scire vos volo quod pro nostra stultitia elegit stulta[8], et pro nostra infirmitate formam infirmitatis assumpsit : ob quam nostram pauperiem effectus est pauper, et ob nostram mortem figuram induit mortis. Ergo quia in his omnibus sustinuit propter nos, vere dico, dilectissimi in Domino, quia non debemus dare somnum oculis nostris, neque palpebris nostris dormitationem [6], postulantes ac perurgentes Dei Patris inæstimabilem bonitatem, usquequo egrediatur nobiscum, et in hoc requiem habeamus adventus Jesu atque virtutis, ut obsequamur sanctis qui nos excolere festinant, tempore negligentiæ nostræ alacritatem animorum dantes ei, ad juvandum nos in tempore tribulationis nostræ : tunc enim seminans pariter cum metente gaudebit.

IV. Nosse etiam vos cupio, filioli, quam plurimum dolorem meum quem habeo pro vobis, aspiciens grandem illam confusionem quæ super universos advenit, et considerans multum illum laborem sanctorum omnium atque gemitum quem emittunt pro vobis semper ad Deum, cernentes laborem proprii Conditoris, omnesque malitias parvipendentes, nec non et decipulas diaboli et angelorum ejus insidiantium, juges ad perditionem nostram. Quoniam etenim portio eorum in infernum habet ire, idcirco et illi volunt nostrum quoque studium una secum attrahere. Vere igitur, charissimi in Domino, sicut prudentibus loquor[7], ut cognoscatis cunctas Opificis nostri dispensationes pro nobis factas, quæ et visitationem nostri faciunt per manifesta et occulta præconia. Nos sumus rationabiles nuncupati; sed gerimus irrationabilem sensum, dum ignoramus occultas calliditates et artes diaboli multiformes, quæ sint, qualesque noscantur. Quando enim compererint conari nos confusionem nostram cognoscere, et quod quæramus modum efficaciæ illorum, operantes in nobis; et non tantum ut non obedia-

[8] Philipp. II, 6, 7. [9] Isa. LIII, 5. [6] I Cor. I, 27. [6] Psal. CXXXI, 4. [7] I Cor. X 15.

(15) *De salutari.* Cl. Toutteus dissert. III Cyrill. num. 23, pag. CLVI, legendum monet *de Salvatore.* Quod equidem minime necessarium existimarim.

Digitized by Google

mus malitiis eorum aut hortamentis quæ dissemi- A crantes benignitatem Patris, ut semper possitis habere vobiscum adjutorium ejus, doceatque vos cognitionem sui, qui se bene habet.

nant in cordibus nostris, sed et ne quam plurimi nostrorum profiteantur studia eorum : ipsi quoque cognoscentes indulgentiam Conditoris, quod mors his fiat in terris, illis vero sit præparatum hæreditare gehennam propter negligentiam suam...

V. Scire autem vos volo, filioli, quod non desino obsecrans pro vobis Deum nocte ac die, ut ipse aperiat oculos cordis vestri ad providendum crebrius occultam malignitatem illorum, quam per singula super nos effundunt in isto nunc tempore. Quæso etiam ut concedat vobis scientiæ cor, ac discretionis spiritum præstet, ut possitis offerre proprium cor, hostiam sanctam in conspectu Patris in multa sanctitate, et sine querela. Vere enim, filioli, invident nobis per omnem horam in suo ma- B ligno consilio et persecutione quam plurima et malitia sua, necnon et spiritibus erroris sive cogitationibus blasphemis, infidelitatibus nostris quoque quæ seminantur ab ipsis in cordibus, ac doloribus multis, quæ irrogant nobis per omnem horam; animi etiam defectionibus, in quibus per singula labefacere animum non desistunt; in universis quoque iracundiis suis et obtrectationibus, quas docent nos habere, et adversus alterutrum ; et ut justificemus nosmetipsos in iis quæ facimus, et condemnationem quæ seminatur ab ipsis in mentibus nostris, etiam cum exsistimus singulares; cumque faciunt nos proximum judicare, nec tamen ipso exstante nobiscum : præsumptionibus siquidem quas ingerunt cordibus nostris, in superbia duri cordis exstantes, et invicem spernentes, amaritudinem habentes; omni hora vituperantes alterutrum, et non nosmetipsos; opinantes laborem nostrum ex propria constare virtute, judices exsistentes manifestorum, totum intra domum nostram immutante latrone ; et in jurgiis atque simultatibus adversusque alterutrum affectibus, donec sermonem proprium constare faciamus, ut pareamus in conspectu nostro justificati, animositatem nobis præbentes ac facientes studia quæ tamen impossibile est geri : intempestive enim facientes nos resolvi, ob id quod sumus ex illo, quod emolumenti est nobis? Propter quæ ridere nos faciunt tempore fletus, et flere in tempore risus : et ut semel atque simpliciter dixerim, transponunt D semper e recta via in aliis quam plurimis erroribus, per omnia nos ipsos sibimet in famulos redegerunt, quorum tempus non est in propatulo fieri modo. Cum vero his omnibus corda nostra repleverint, et inebriati fuerimus illis ; tunc indulget Deus, quandiu gerit malitia nostra ; ac de reliquo visitationem nostri faciens resolutione gravissimi corporis hujus relinquentibus illud, tunc maligna opera quæ gerebamus male, revelat nobis in corpore pœnæ exposito quod induti fuerimus per indulgentiam Conditoris : tunc etiam *fiunt novissima* nostra *pejora prioribus*[8]. Propter quod nolite affligi obse-

VI. Vere etenim dico vobis, nati mei, quia vas istud in quo sumus inhabitantes, in perditionem nobis exsistit, et domus est plena bellis. Pro certo, filioli, dico vobis quod omnis homo illectus in voluptatibus suis, et prostratus a cogitationibus propriis, complexusque a maligno, seminavit in corde : qui congaudet eis, et recipit sensu veluti magna exsistentia sacramenta, in eo quod agit justificans semetipsum. Hujusmodi anima coexsistit malignis spiritibus, consiliatrix in malum : corpus quoque illius, custodia est horrendorum quæ occultat in semetipso. Prævalebunt autem adversus hujusmodi, quoniam non traduxit eos coram omnibus. At nunquid et ipsi nescitis quod non hujusmodi capturas habeant, quas nos cognoscentes procul dubio fugiamus? Cæterum et si quæsieris, non invenies peccatum eorum nec iniquitatem corporaliter manifestam. Corpus enim est animæ recipiens malignitatem eorum : quam cum susceperit, tunc si velit, in propatulo punit per corpus istud in quo sumus inhabitantes. Nunc itaque, filioli, non demus ei locum ullum, alioquin nobismet Dei excitabimus iram, et illi permiscentur in domibus nostris irridentes nos; quoniam hoc noverunt quod perditionis est nostræ, quæ tamen et ipsa de proximo consistit, sicuti et vita de prope. Quis enim unquam Deum aspexit ut videns congauderet ei de re tanta apud semetipsum, C ne forte aufugeret eum, sed ut adjudicaret etiam velut habitanti in hoc pondere tanto? aut quis aliquando aspexit diabolum oppugnantem nos, et prohibentem beneficia adipisci, adversantem nobis et stantem in loco corporali secreto, ut prævidens fugeret ab ipso? Sed illi quidem habitant in occulto, nos autem propalamus eos per studia meliora.

VII. Quoniam igitur ex uno Creatore sunt omnes secundum sensualem exstantiam eorum, in fugiendo vero eos a Deo, et multa diversitas est in illis effecta ob diversas operationes ipsorum, idcirco autem omnia hæc nomina adjecta sunt istis, propter uniuscujusque eorum operationem : ideo et nunc quidam ipsorum vocantur archangeli, alii sedes, et dominationes, et potestates, et cherubim. Hæc autem eis nomina sunt addita, pro eo quod Conditoris proprii custodierunt voluntatem. Item ob crimen aliorum motuum, necessarium fuit nominari etiam istos, propter malignas adinventiones ipsorum, diabolum et Satanam. Porro alii nuncupati sunt dæmones spiritusque maligni, etiam mundi, flatus erroris, principes quoque sæculi hujus, aliæque complures in eis adversitates exsistunt. Rursum vero et qui obviaverunt illis in gravissimo corpore isto in quo et sumus inhabitantes, et ipsi etiam nuncupati sunt quidam patriarchæ, alii vero prophetæ et reges ac sacerdotes, nonnulli judices et apostoli, atque alii multi electi effe-

[8] Luc. xi, 26.

Digitized by Google

cti propter egregium motum suum. Universa autem hæc nomina adscita sunt eis, sive masculi, sive feminæ, ob diversitates operationis eorum, et juxta principatum ipsorum, quia ex uno sunt omnes. Propterea ergo quicunque in proximum peccaverit, in semetipsum delinquit; et qui male fecerit proximo, semetipsum efficit malum. Itidem qui bene fecerit proximo, sibimet hoc facit; sin vero quis erit qui aliquando peccare potuerit in Deum, vel quis est qui eum unquam reficere queat? Quis vero erat qui ei ministraverit aliquando, aut quis benedicat eum unquam, ut opus habeat benedictione ejus? Quis enim potuit honorare illum, ut ipse honorandus exsistit? vel quis est qui valeat exaltare eum sicut excelsus habetur? Quamobrem dum sumus vestiti gravissimo corpore isto, alieno invitamento suscitemus Deum in nobis, ut hoc agentes commendemus illam circa nos bonorum viscerum essentiam. Non autem simus nosmetipsos amantes, sin minus, illorum inconstantis portionis erimus. Nam qui cognoverit semetipsum, universos cognovit. Ideo et scriptum est : *Qui vocavit ex nihilo, ut essent cuncta*[9]. Hoc autem dicentes, significant de sensuali natura, quæ occulta est in hoc corruptibili corpore, exstante in principio, increpanda ab eo. Aut qui potuerit diligere semetipsum, nihilominus diliget omnes.

VIII. Charissimi filioli mei, quæso vos ut non laboretis, neque fatigemini invicem diligentes; sed tollite corpus quo estis induti, et facite illud altare, ponentes desuper omnem deliberationem vestram, omnemque malignum instructum relinquite in conspectu Domini. Extollite manus cordis vestri ad eum [10]; id est sensus agendorum : et precamini Deum ut donet vobis illum invisibilem et magnum ignem, qui descendens cœlitus comedat altare [11] et omnia quæ in eo; universique sacerdotes Baalim, qui quidem exsistunt operationes adversæ, timeant fugientes a facie vestra, quemadmodum Eliæ prophetæ. Tunc demum videbitis vestigium hominis in mari adducens specialem imbrem, quod est Paracleti Spiritus consolatio. Dilectissimi mei nati in Domino, filii Israelitæ sanctissimi, non opus est beatificari corporum nostrorum vocabula transitura; nec enim ignoratis charitatem quam habeo in vobis, quia non est charitas corporalis, sed spiritualis et amans Deum. Dilecti, in hoc et repleor quod beatitudo vobis facta sit in tempore isto. Sermo igitur vobis exsistat judex, ac non æstimetis perfectum vestrum institutum. Quod est ergo obsequium Dei, nostram in tantum operationem exsistere? Sed est virtus quædam cooperans vobis. Certantes itaque vos ipsos *offerre hostiam Deo* [12], continue præbete cooperanti vobis virtuti et requiem Christi Jesu, quoniam unita est universo sanctorum choro, sed et mihi deterrimo habitanti in hac lutea et tenebrosa domo. Quam enim ob causam dissererem vobis, nisi ut requiem exhiberem? Unde et obsecro, ut quia omnes creati sumus unius substantiæ invisibilis et initium habentis sine fine, unice diligamus alterutrum; quotquot enim cognoverint semetipsos, cognoscent quod unius substantiæ immortalis exsistant.

IX. Scire quoque vos volo, quod Jesus Christus Dominus noster ipse Patris verus est sensus, in quo omnis plenitudo totius naturæ rationabilis effecta est, eorum maxime qui sunt imagini ejus conformes effecti, caput totius creaturæ et corpus Ecclesiæ. Nam et idcirco nos omnes *membra sumus in alterutrum et corpus Christi* [13] : *Nec potest dicere caput pedibus : Non vobis habeo opus; sed si patitur unum membrum, totum corpus movetur cum eo et patitur* [14]. Alienatorum vero membrorum corporis quæ proprio non sunt capiti sociata, sed fœditati dedita, propter proprias libidinum passiones; irremediabilis eorum effecta est plaga, quia oblivionem acceperunt principii atque finis. In quo et creaturarum genitor, visceribus motus pro plaga nostra quæ sanari non poterat nisi per solam ipsius bonitatem, misit Unigenitum nobis, ut per servitutem nostram, servitutis assumeret formam, traderetque se pro peccatis nostris. Et peccata quidem nostra humiliaverunt eum, sed *livore ejus nos omnes sanati sumus* [15]. Hic congregavit nos ex omnibus regionibus, usquequo resurrectionem cordium nostrorum de terra faceret, docens cunctos nos unius esse substantiæ et membra alterutrum. Propterea debemus diligere vehementer, quia quicunque dilexerit proximum, diliget animam propriam.

X. Et hic sermo manifestus sit vobis, charissimi nati in Domino, filii Israelitæ sancti, qui parastis vosmetipsos ad Deum ire, offerre vosmetipsos hostiam Deo in omni sanctitate, quoniam nec potest hæreditatem capere quispiam sine sanctitate. Aut nunquid ignoratis, dilectissimi, quod adversarii virtutis veritati semper insidiantur? Et idcirco, charissimi, observate ne detis oculis somnum, aut dormitationem palpebris [16], proclamantes ad proprium Conditorem die ac nocte, si forte regrediatur vobis adjutorium ab Excelso, quo protegente, sint corda vestra et cogitationes in Christo. Nam vere, o filioli, in domo sumus latronis inhabitantes, et in vinculis mortis exstamus vincti. Pro certo etiam dico vobis, quod nostra negligentia et humiliatio, extranea commotio, non nobis solis est detrimento, sed angelis labor exsistit, et omnibus sanctis in Christo Jesu, quia nondum usque requieverunt propter nos. Vere, nati mei, hæc nostra humiliatio, illis omnibus tristitia est, sicut iterum salus et gloriatio nostra, lætificationem eis ac requiem omnibus præbet, ut autem cognoscatis quia benignitas Patris non cessat, a quo motio facta est, beneficia

[9] Sap. I, 14. [10] Psal. CXXXIII, 2. [11] III Reg. XVIII, 38 seqq. [12] Rom. XII, 1. [13] I Cor. XII, 27. [14] Ibid. 21, 26. [15] Isa. LIII, 5. [16] Psal. CXXXI, 4.

Digitized by Google

fulciens semper usque in hodiernum, ut obnoxios facceret nos propriæ morti, quoniam in nostra sumus potestate creati : unde et illi postulant pro nobis semper, sicut scriptum est : *Immittet se angelus Domini in circuitu timentium eum, et liberabit eos* [17].

XI. Ergo, filioli, scire vos volo, ex quo factus mundus usque nunc, universa quæcunque extra virtutem fuerunt, completa malitia ipsorum, et ipsi cognoscunt se inter filios esse diaboli reputatos, propterea quod conantur unicuique nostrum ingerere propriam voluntatem. Nam pro certo est, quod cum se noverit diabolus per superbiam et inanem gloriam cœlitus fuisse dejectum ; ideo et ille eos qui pervenerint in magnam mensuram, aggreditur, in primis artifices exsistentes per superbiam et inanem gloriam, ut sint adversum se alterutrum, scientes quod per ista segregent nos a Deo. Et quia noverunt quod qui dilexerint proximum, diligant Deum, ideo et illi cum sint virtutis inimici, proprium seminant fomitem simulationum in corde nostro, ut possideamus inimicitiam magnam adversus alterutrum, ne vel de longe proximo colloquamur. In totum vere, filioli, volo vos etiam istud cognoscere, esse quamplurimos qui sustinuerint maximum certamen in conversatione sanctissima ; sed indiscretio interfecit eos. Vere, filioli, quia non est tantum mirandum si negligatis vosmetipsos, quantum si non discernentes proprium opus incidatis in mensuram diaboli, arbitrantes quod jam vicini Dei sitis effecti ; et exspectantes fortem lucem, tenebris occupemini. Quid enim omnino fuerat opus, ut præcingens se Jesus linteo ac ponens pelvim, inferiorum se lavaret pedes [18]? Sed exemplum istud effecit, significans de conversuris ad proprium illud supernumque principium : initium quippe motus superbia exsistit, quæ facta est in primis. Et ne si rursus post multa confoderis in corde tuo, et in tota anima tua, et in toto spiritu tuo, in tota etiam anima et corpore toto : non poteris hæreditatem capere regni Dei.

XII. Vere, filioli mei in Domino, quæso Creatorem meum die ac nocte, a quo et habeo spiritum commendatum, ut aperiat oculos cordis vestri ad cognoscendam dilectionem nostram a vobis, quam habeo erga vos, et ut pateflant auditus animæ vestræ ad conspiciendam confusionem propriam. Quisquis etenim cognoverit dedecus suum, hic domum requiret et electam gloriam suam. Et quicunque cognoverit propriam mortem, iste iterum cognoscet etiam suam æternam vitam. *Quasi prudentibus loquor* [19], vere filioli, quia timeo ne forte fames nos comprehendat in via, et in loco quo poteramus divites fieri si velimus. Volebam ante videre vos ad faciem in corpore, sed jam exspecto tempus quod est prope, in quo possimus ex ipso nos contuitu alterutrum pervidere ; cum aufugerit dolor, tristitia ac gemitus [20], cumque super caput exsultatio exstiterit universorum. Erant et alia multa quæ velim dicere ; sed si dedero occasionem sapienti sapientior erit [21]. Saluto omnes desideratissimos meos et natos in Domino, per nomen.

EPISTOLA III.

I. *Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quod propter nos pauper factus est cum dives esset, ut nos paupertate illius ditaremur* [22] ; servitus autem illius liberavit nos, et infirmitas ejus constituit validos. Stultitia illius nos sapientes effecit, si tamen iterum, per mortem propriam, resurrectionem faciat nostram, ut in hac possimus vocem magnam elevare dicentes : *Tametsi novimus secundum carnem, sed creatura est in Christo nova* [23]. Vere, charissimi in Domino, dico vobis quod juxta minutias verbi libertatis in qua cuncti liberi sumus effecti, alia habeo multa quæ dicam vobis ; sed non est horum tempus dicendi modo. Saluto interim vos omnes, charissimi mei nati in Domino, filii Israelitæ sancti, secundum vestram sensualem exstantiam. Vere, inquam, decebat vobis quasi propinquantibus proprio Conditori, ad inquirendam salutem animarum vestrarum per testamentariam legem, licet propter multitudinem malitiæ et maliguitatis distinctionem ac libidinum voluptates refrixerit testamentaria illa lex, animæque vestræ sensus officio obierint ; et idcirco nequaquam potueritis animadvertere sensualem et gloriosam essentiam propter mortem qua corruerunt. Ideoque scriptum est in Scriptura divina, quod *sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur* [24]. Ergo ipse est vita totius rationabilis naturæ, creatæ in ipso secundum effigiem imaginis ejus. Ipse etiam exsistit sensus verus Patris. Sed imago quidem Genitoris inversabilis est, quæ assumpta est. Præter illam tamen vobis accidit malitia, in qua et universi mortui sumus ; extra naturam siquidem est substantiæ sensualis in Deo. Ergo omnibus, inquit, extra naturam est ; acquisivimus domum tenebrosam ac præliis plenam. Et in hoc testificamur vobis, quod totius vigoris scientia deficit a nobis. Ob quam etiam causam aspiciens genitor noster Deus infirmitatem nostram, quod impossibiles simus effecti gestare veritatem ; ex quo hujus rei gratia bonitate propria venit visitationem facere creaturarum suarum per ministerium sanctorum.

II. Obsecro vos universos in Domino, charissimi, ut intelligatis quæ scribo vobis. Quia non dilectionem corporalem habeo in vos, sed charitatem spiritus culturæ Dei. Præparate vosmetipsos ad Conditorem vestrum ire. *Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra* [25]. Et scitote quid possimus restituere Domino pro cunctis donationibus quæ dedit nobis, quique et usque et hic in ista habitatione

[17] Psal. xxxiii, 8. [18] Joan. xiii, 4, 5. [19] I Cor. x, 15. [20] Apoc. xxi, 4. [21] Prov. ix, 9. [22] II Cor. viii, 9. [23] II Cor. v, 16, 17. [24] I Cor. xv, 22. [25] Joel ii, 13.

Digitized by Google

memoriam nostri facit, propter immensam bonitatem suam et infinitam dilectionem non faciens nobis secundum peccata nostra : qui et solem usque fecit ministrare nobis in tenebrosa domo, lunam quoque ac sidera cuncta jubens deservire vanitati perituræ, propter corporum constabilitionem, aliasque virtutes multas nobis ministrare præfecit, quas neque vidimus corporis oculo. Quid ergo dicemus quasi in aliquo boni fraudemur ab eo quod ipse non fecerit nobis? Nunquid patriarchæ non passi sunt pro nobis, aut sacerdotes non docuerunt nos? Nunquid prophetæ pro nobis mortui non sunt, aut apostoli persecutionem non sustinuerunt pro nobis? Nunquid Filius Dei dilectus non pro nobis omnibus mortuus est? Ob quæ universa debemus et ipsi properare ad pergendum in omni sanctitate ad proprium Conditorem : qui cernens creaturam non posse curare plagam quæ facta fuerit Judæis, propriis videlicet membris, Pater ipse creaturarum, sciens infirmitatem sensus eorum, est motus visceribus circa eos, et secundum multam dilectionem suam non pepercit unigenito Filio suo, sed ob nostram omnium salutem tradidit eum propter nostra peccata [26]. Et iniquitates quidem nostræ humiliaverunt eum, livore autem ejus nos omnes sanati sumus [27]. Hic congregavit nos ex omnibus regionibus verbo virtutis suæ, donec illam sensus nostri resurrectionem effecerit, docens nos alterutrum exsistere membra.

III. Docet idcirco universis nobis properantibus ad proprium Conditorem, exercere habitudines nostras ac sensus officia ad agnoscendam dignitatem, boni malique discrimen, ut sciatis omnes illas Jesu dispensationes quas ille proprio dedit affectu, similis nobis factus per omnia excepto peccato [28]. Propter multam vero malitiam nostram districtionemque malitiæ et gravedinem inconstantiæ nostræ, factus est adventus ejus, quibusdam quidem stultitia, aliis vero scandalum [29]; alteri parti emolumentum; itemque aliis sapientia et virtus; porro aliis resurrectio et vita. Hoc quoque manifestum sit vobis, quod adventus illius factus sit omni mundo judicium. *Ecce enim*, ait, *veniunt dies, dicit Dominus; et omnes scient me a minimo usque ad maximum eorum, et auditum faciam usque ad extremum terræ* [30]; *ut omne os obstruatur, et subditus fiat omnis mundus Deo* [31] : *Quia cum cognovissent Deum, non ut creatorem proprium glorificaverunt* [32] : et id propter vecordiam suam, per quam nec potuerunt capere sapientiam ejus. Sed unusquisque nostrum vendidit semetipsum propriis voluptatibus in mala, et ipsis servus dictus est. Ob quæ ipse Jesus *exinanivit semetipsum* a gloria, *formam servi accipiens* [33], ut illius servitus nos liberaret. Stulti fuimus, et in stultitia nostra facinus gessimus. Assumpsit ille habitus stultitiæ, ut nos faceret sapientes. Inopes eramus, et in paupertate nostra omnis defecerat vigor a nobis. Item ille ob hæc assumpsit inopiæ formam, ut paupertate sua nos in omni sapientia et intellectu ditaret. Non solum autem hæc, sed insuper et infirmitatis nostræ figuram assumpsit, ut propria infirmitate nos robustos efficeret, *obediens factus* Patri in omnibus *usque ad mortem, mortem autem crucis* [34] : ut in sua morte et humilitate illam cunctorum resurrectionem efficeret, eumque destrueret qui mortis habebat imperium, hoc est diabolum. Igitur si pro certo liberabimus nosmetipsos in ejus adventum, profecto inveniemur discipuli Jesu, et divinæ hæreditatis instituemur hæredes.

IV. Charissimi in Domino, turbor vehementer et moveor in spiritu meo, quod nominibus amicti sumus, et sanctorum schemata bajulamus in conspectu infidelium gloriantes. Sed metuo ne illud Pauli oraculum impleatur in nobis, quo ait : *Habentes formam pietatis, virtutem autem ejus negantes* [35]. De charitate vero quam habeo in vos, oro pro vobis ad Deum, ut consideretis vitam vestram, et hæreditate capiatis ea quæ non videntur; nam verum est, filioli, quod etiam si demus nos ipsos ex tota virtute inquirere Deum, nec sic quidem condigna gratia erit. Id enim inquirimus quod nostrum exsistit, et quod naturale est substantiæ nostræ. Vere etiam, charissimi in Domino, qui in omni sanctitate parastis vosmetipsos offerre hostiam Deo; quia nihil de his quæ expediebant celabimus vobis, sed perspicua facientes testificabimur ea quæ adversarii virtutis subripiunt veritati. Hoc quoque cognoscite, scientes quod hic, *qui secundum carnem est, semper insectatur eum qui secundum spiritum* [36]; et, *quod omnis quis voluerit pie vivere in Christo, persecutionem patitur* [37]. Propter quod Jesus cognoscens tribulationes omnes ac tentamenta, veniens in mundo ad apostolos, et sciens quod per patientiam suam resolveret universam inimici virtutem, id est idololatriam, consolabatur dicens : *Vos tribulationem habetis in mundo; sed constantes estote, quia ego vici mundum* [38]. Docebatque eos dicens : Nolite timere mundum, quia omnes afflictiones mundi condignæ non sunt ad eam quæ expectatur gloriam [39]. Nam *si eos qui ante vos fuerunt, prophetas insecuti sunt, et vos persequentur; et si me oderunt, et vos oderint* [40]. Sed confidentes estote, quia vestra sapientia solvetis omnem inimici virtutem. De minutia vero verbi libertatis in qua liberati sumus, habeo alia multa dicere vobis : sed *si dedero occasionem sapienti, sapientior erit* [41]. Opus tamen habemus consolari invicem exiguis quibusque sermonibus : quod si vere perspexerit mens, jam nequaquam egebit loquelæ corporalis mendacio.

V. Gaudeo autem in omnibus vobis, dilecti in

[26] Rom. VIII, 32. [27] Isa. LIII, 5. [28] Hebr. IV, 15. [29] I Cor. I, 23. [30] Jerem. XXXI, 34. [31] Rom. III, 19. [32] Rom. I, 21. [33] Philipp. II, 7. [34] ibid. 8. [35] Rom. II, 20; Tit. I, 16. [36] Galat. IV, 29. [37] II Tim. III 12. [38] Joan. XVI, 32. [39] Rom. VIII, 18. [40] Joan. XV, 20. [41] Prov. IX, 9.

Digitized by Google

Domino, viri Israelitæ sancti, secundum propriam sensualem exstantiam. Quia primum quidem decebat rationalem virum cognoscere semetipsum : deinde ut cognoscat ea quæ sunt Dei, et universas ipsius gratias quascunque semper cum eo facit; ac deinceps noverit quod omne peccatum et totum quidquid querulosum exsistit, extra naturam est sensualis exstantiæ; denique videns Conditor noster nos hæc extra naturam possidere arbitrio liberali, in quo hic moriebantur : horum causa visceribus pro nobis motus, propria bonitate voluit convertere nos ad illud sine fine principium; visitationem fecit creaturarum non parcens sibimetipsi ob nostram universorum salutem. Tradidit quippe se pro peccatis nostris; et iniquitates quidem nostræ humiliaverunt eum, sed *livore ejus nos omnes sanati sumus* [45]. Verbo etiam virtutis suæ congregavit nos ex omnibus regionibus, ab extremo terræ usque ad ultimum orbis, docens quod essemus alterutrum membra. Quamobrem si pro certo paravimus nosmetipsos liberos facere in ejus adventu, scrutetur semetipsum rationabilis homo, quidnam possit retribuere Deo pro cunctis donis quæ fecit in nobis. Unde et ego quoque deterrimus qui hanc descripsi epistolam, expergefactus a dormitione mortis, plurimum illud temporis quod mihi fuit super terram factum, existimo luctum et fletum, lugens quidnam possum tribuere Domino pro omnibus quæ fecit mihi. In nullo enim frustrati sumus eorum quæ non perfecerit nobis in humilitate nostra. Angelos etenim suos nobis ministrare fecit, prophetasque proprios vaticinari præcepit, apostolos etiam suos nobis evangelizare jussit. Insuper vero illud omnium insigne est præceptorum, quod Unigenitum suum formam servi fecit assumere pro nobis.

VI. Obsecro itaque, charissimi in Domino, vos qui sanctorum exsistitis cohæredes, ut excitare velitis proprias mentes in timore Dei. Sermo enim vobis iste sit manifestus, quod Joannes quidem præcursor Jesu baptizaverit in remissionem peccatorum propter nos; spiritu autem sanctificati fuerimus in Christo. Præparemus nos ipsos nunc in omni sanctitate ad purgandam sensualem mentem nostram, ut simus mundi in baptismate Jesu ad offerendum nosmetipsos hostiam Deo. Hic vero Paracletus Spiritus qui consolatur nos, convertit rursus ad principium nostrum ad recuperandas hæreditates proprias, et magisteria ejusdem Spiritus consolantis, hujus rei gratia quotquot in Christo baptizati sunt, Christo induti sunt; nec est masculus aut femina; non est servus aut liber [46]. Omnis etiam lingua corporum destruitur apud illos, accipientibus eis doctrinam sancti Spiritus in tempore quo sument hæreditatem sanctam, et adorabunt Patrem, sicut oportet, in spiritu et veritate [47]. Manifestus siquidem sit vobis sermo iste, nec exspectare velitis judicium futurum in illa præsentia Jesu; jam etenim adventus illius omnibus nobis judicium exsistit. Scitote etiam quod omnes in se gestantes spiritum, respicientur et vestientur vestimento illo, quo sumus exuti juxta sensualem nostram exstantiam. Nam et sæpe fit vox veniens semper a Deo Patre ad omnes illos qui in se ipsum gerunt, dicens eis : *Consolamini, consolamini populum meum, dicit Dominus; et sacerdotes, loquimini in corde Hierusalem* [48]. Deus quippe visitationem continuo fecit creaturarum suarum, manifestans propriam bonitatem. Et vere, charissimi, secundum minutias verbi libertatis in qua liberati sumus, sunt et alia quamplurima quæ dicantur vobis : sed *si dedero occasionem sapienti, sapientior erit* [49]. Deus autem pacis det vobis gratiam discretionis, ut cognoscatis quæcunque scribo vobis, quod mandatum sit Domini. Custodiat vos idem totius gratiæ Deus sanctos in Domino usque ad novissimum flamen. Oro autem Deum semper pro omnium vestrum salute, in Domino dilectissimi. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA IV.

I. Charissimis et honorabilibus, in Domino salutem. Vere dilectissimi in Domino, quia non in uno tempore tantum visitationem facit Deus creaturarum suarum, sed a constitutione mundi quotquot venerant ad opificem Deum per testamentariam legem, iis coadest Deus singulis in simplicitate secundum gratiam per Spiritum suum. De rationalibus autem naturis in quibus illud testamentum refriguit, et officia animorum illorum mortificata sunt, ita ut ultra non inquirant cognoscere semetipsas secundum suam priorem conditionem, aliæ irrationabiles omnino effectæ, servierunt creaturæ potius quam Creatori. Idem vero Conditor, propria bonitate nostri visitationem effecit per testamentariam legem, quoniam substantia immortalis exsistit. Quotquot igitur digni habiti sunt gratia, et concreverunt per suam cardinalem legem, et edocti sunt per Spiritum sanctum capientes filiorum adoptionis spiritum, hi etiam prævaluerunt adorare Conditorem proprium sicut oportet. De quibus Paulus ait, quia non perceperunt repromissiones propter nos [50].

II. In sua vero impartibili dilectione volens ipse cunctorum Deus visitationem facere refrigidationis nostræ ac dispensationis, excitavit Mosen doctorem legis, qui daret nobis legem in littera. Et fundavit ipse nobis veritatis domum, quæ est Ecclesia catholica quam creavit, volens convertere Deus ad primum initium. Et quia Moses quidem ædificavit ut præcedens, idcirco non timebimus asserere eumdem latorem legis unum esse ex præcursoribus : et quia Spiritus qui fuerit cum Mose, idem sit operatus et in choro sanctorum, omnesque petierunt de Unigenito Dei. Item Joannes unus de præcursoribus exstat; et ideo *lex atque prophetæ usque ad Joannem* [51]; *regnum cœlorum vim patitur, et violenti*

[45] Isa. LIII, 5. [46] Galat. III, 27. [47] Joan. IV, 23. [48] Luc. XVI, 16. [49] Isa. XL, 1, 2. [50] Prov. IX, 9. [51] Hebr. XI, 13.

Digitized by Google

diripiunt illud [49]. Prævidentes autem ii qui spiritu A ferebantur, quod nulla creatura possit curare illam grandissimam plagam, nisi sola beatitudo Dei qui est Unigenitus ejus, quemque et destinavit ad salutem totius orbis, qui et est medicus magnus potens curare ingentem plagam sua bonitate : Pater creaturarum non pepercit Unigenito propter nos, eum pro nostra universorum salute tradens pro peccatis nostris et pro iniquitatibus [50]. Et ipse quidem semetipsum humiliavit, sed *illius livore* nos omnes *sanati sumus* [51]; verboque virtutis suæ congregavit nos ex omnibus regionibus ab extremo terræ usque ad ultimum orbis, faciens resurrectionem cordium nostrorum a terra, docuitque nos alterutrum exsistere membra.

III. Obsecro ergo vos, charissimi in Domino, ut B intelligatis scripta, quia Dei mandata sunt. Magnum quippe nobis est hoc, ut advertamus mentem ad formam quam assumpsit Jesus propter nos, eo quod per omnia nobis similis fuerit excepto peccato [52]. Decet etiam ut et nos ipsi liberemus ipsos nos in ejus adventum, et illius stultitia nos sapientes efficiat, paupertas ipsius ditet, et infirmitas robustos ostendat, et ut ipse omnium resurrectio fiat, destruens eum qui mortis habet imperium. Tunc enim cessabimus opus habere secundum carnem in Jesu adventu. Namque Jesus cooperatur nobis in bono servitio, usquequo destruamus malitiam omnem. Tunc quoque dicet nobis Jesus : *Jam non vocabo vos servos, at fratres* [53]. Quando igitur sic eos vocavit Deus ut acciperent spiritum filiorum adoptionis, tunc et Spiritus sanctus docuit eos adorare Patrem sicut oportebat. Unde et mihi quoque deterrimo, juncto Jesu, tempus istud in quo advenimus, factum est lætificatio et luctus, et fletus. Quoniam et multi de genere nostro induerunt indumenta pietatis, virtutem vero negaverunt. Quamobrem et ego in his quidem lætificor qui præparaverunt semetipsos liberare in adventu Jesu; in illis vero lugeo, qui interpellant nomen Jesu, et faciunt voluntates cordis et carnis. Necnon et eos defleo, qui intuentes longitudinem temporis, pusillanimes effecti sunt, et spoliaverunt se pietatis amictu, facti sicut bestiæ.

IV. Agnoscant vero hujusmodi dicentes : *Quia jam non vocabo vos servos, sed et amicos et fratres; quia quæcunque nota fecit mihi Pater, manifestavi vobis* [54]. Confitentes igitur mente quod agnoverunt semetipsos secundum sensualem suam substantiam, dederunt vocem dicentes : *Quia etsi cognovimus te aliquando secundum carnem, sed nunc jam non novimus* [55]. Quique accipientes filiorum adoptionis spiritum, exclamaverunt dicentes : *Non enim accepimus spiritum servitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum adoptionis in quo clamamus : Abba, Pater* [56]. Nunc ergo, Deus, cognovimus quæcunque donasti nobis, et scimus quoniam filii sumus, et hæredes erimus : *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi* [57]. Manifestus igitur sit vobis iste sermo, quod nisi quis præparaverit emendationem propriam, nec conatus fuerit ex tota virtute, quod huic adventus Salvatoris in judicium fiet. Quibusdam enim est *odor mortis in mortem, quibusdam autem odor vitæ in vitam* [58]; propterea quod *in ruinam et in resurrectionem multorum positus sit in Israel, et in signum contradictionis* [59]. Quapropter obsecro vos, ne negligatis salutem propriam; sed unusquisque vestrum scindat cor, et non vestimenta, ne forte amicti habitu injusto, paremus nobis judicium. Ecce enim jam appropinquabit tempus, in quo probentur uniuscujusque vestrum opera. De minutia vero verbi, erant alia quæ scriberentur vobis, sed scriptum est : *Da sapienti occasionem, et sapientior erit* [60]. Saluto vos omnes in Domino a minimo usque ad magnum. Deus autem pacis custodiat vos universos, charissimi.

EPISTOLA V.

I. Antonius dilectissimis natis, filiis Israelitis secundum sensualem ipsorum exstantiam : non enim necesse est nominari vocabula quæ transeunt, quia filii estis Israel. Adhuc vere nati mei, dilectio quam habeo in vos, non est dilectio corporalis, sed est charitas spiritus culturæ Dei. Propterea autem nec defatigor, obsecrans Deum die ac nocte pro vobis, ut possitis cognoscere gratiam quæ concessa est vobis. Quia non in uno tempore visitationem facit C creaturarum suarum, sed a constitutione mundi moderatur Deus proprias creaturas, per generationes singulas expergefaciens quemque occasionibus quibusdam et gratia. Nunc itaque, filioli, nolite negligere proclamantes ad Dominum die ac nocte, compellantes benignitatem Patris, ut hoc donet vobis adjutorium de cœlo, docens vos usquequo cognoscatis quid in se habeat. Nam vere, filioli, qui in propria nece consistimus, habitantes et in latronis domo et manentes, non et mortis vinculis obligamur nunc. Quapropter ne dederitis somnum oculis vestris, nec palpebris dormitationem [61], offerentes vosmetipsos sacrificium Deo in omni sanctitate, quam nemo hæreditare potest sine sanctimonia. Vere, charissimi in Domino, mani- D festus sit vobis iste sermo, et id quod bonum est faciatis, in quo et universos reficietis sanctos, alacritatem animorum præbentes, obsequium angelorum, et lætificationem Jesu, quoniam necdum requiem habuerunt propter nos usque ad hanc horam, sed et mihi deterrimo, habitanti in hac lutea domo, eamdem lætitiam in spiritu meo. Vere etenim, filioli, quia nostra incommoditas et inutilitas dolorem eis omnibus præbet, utuntur lacrymis atque gemitibus pro nobis in conspectu Conditoris; et ob hoc cunctorum etiam Deus irascitur super opera nostra maligna propter gemitum sanctorum : sicuti

[49] Matth. xi, 12. [50] Rom. viii, 32. [51] Isa. liii, 5. [52] Hebr. iv, 15. [53] Joan. xv, 15. [54] ibid. [55] II Cor. v, 16. [56] Rom. viii, 15. [57] ibid. 17. [58] II Cor. ii, 16. [59] Luc. ii, 34. [60] Prov. ix, 9. [61] Psal. cxxxi, 4.

Digitized by Google

iterum profectus et emendatio nostrorum animorum, alacritatem præbet choro sanctorum. Et utuntur prece multa atque lætitia in exsultatione coram Creatore nostro. Ipse quoque cunctorum opifex lætatur in operibus nostris, et propter testimonium sanctorum donat nobis charismata immensa.

II. Igitur ut cognoscatis quod Deus diligat semper propriam creaturam, eo quod sit immortalis exstantiæ, non est resolvenda corporibus, aspiciens sensualem naturam ipse quod mortua omnino perrexisset in abyssum, et illud testamentarium refriguisset, tum idem Deus propria bonitate eamdem visitat ex morte, per Mosen ædificare volens, et magnam curare plagam, gestiens convertere eam ad pristinam concordiam, sed potens discessit ab eis. Adhuc insuper et omnis prophetarum chorus ædificaverunt supra fundamentum Mosis, sed nec isti valuerunt mederi ingentem plagam membrorum suorum; cernentesque quod cessasset virtus eorum, iterato adhuc universus sanctorum chorus collectus in unum, orationes refert in conspectu proprii Conditoris, dicens : *Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus inibi ? Quare ergo non ascendit sanitas filiæ populi mei*[63] ? *Domine, curavimus Babylonem, et non est sanata : nunc fugiemus ab ea*[64] : petentibus cunctis benignitatem Patris de Unigenito, quod nisi ipse in terris curaret, nulla creatura curare possit ingentem plagam. Hujus rei causa, bonitate propria vocem dedit dicens : *Fili hominis, facio tibi vasa captivitatis*[65]. Voluntas itaque Patris Unigenito non pepercit pro nostra omnium salute, sed tradidit eum pro peccatis nostris [66]. Et iniquitates quidem nostræ humiliaverunt eum, sed *livore ejus* nos *omnes sanati sumus*[66] : congregans ipse nos ex omnibus regionibus a summo terræ usque ad extremum orbis, faciens resurrectionem sensuum nostrorum de terra, et docens quod alterutrum membra sumus.

III. Attendite ergo, filioli, ne forte illud oraculum Pauli impleatur in vobis : *Habentes quidem formam pietatis, virtutem autem ejus negantes*[67]. Quamobrem unusquisque nostrum scindat proprium cor, deflens in conspectu ejus, et dicens : *Quid retribuam Domino pro omnibus bonis quæ retribuit mihi*[68] ? Formido iterum, filioli, ne forte illud eloquium impleatur in vobis : *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem*[69] ? Vere, filioli, quia *sicut prudentibus loquor*[70], ut intelligatis quæ dico vobis : quod nisi unusquisque vestrum exuerit omnem pulverem naturæ hujuscemodi materiæ, et abrenuntiaverit ei et omni operationi ejus ex toto corde, expanderitque manus cordis sursum ad universorum Patrem, et ipse visceribus moveatur circa laborem ejus, et donet ei invisibilem ignem qui comburat omnem immunditiam ab eo, ac principalem ipsum expurgans; tunc Spiritum suum sanctum faciat habitare nobiscum, et sic possimus habitare apud Patrem sicut oportet; nam quandiu fatiscimus naturali materiæ, velut inimici exsistimus angelorum Dei atque sanctorum ejus.

IV. Nunc ergo obsecro vos, dilectissimi, in nomine Domini nostri Jesu Christi, uti ne velitis negligere propriam vitam, nec confundat exiguitas temporis illud sine fine tempus, ne pellicula carnis corruptibilis obfuscet regnum ineffabilis lucis, neque condemnationis locus exitialis in angelis exterminet sedes. Vere, filioli, quia anima mea phantasma patitur, et spiritus meus in pavore consistit, quod universi nos velut gurgite immersi sumus, et velut ebrii musto consistimus, cum unusquisque nostrum propria distrahitur voluntate. Hujus enim dominio subjugamur, nolentes attollere oculos nostros ad cœli gloriam inquirendam, et illam sanctorum omnium operationem illustrem, ipsorum vestigiis inhærentes. Ut ergo sciatis quod cœli sancti angeli sive sedes, sive dominationes, sive cherubim, sive seraphim, sive sol, sive luna, sive astra, sive patriarchæ, sive prophetæ, sive apostoli, sive diabolus, sive Satanas, sive spiritus maligni, sive principes aeris hujus, et (ne plura dixerim) sive masculus, sive femina, secundum principium creaturæ suæ ex uno sunt omnes, excepta sola perfecta ac beata Trinitate Patris et Filii et Spiritus sancti. Propter bonum vero quorumdam motum, opus fuit, ut Deus horum nomina vocitaret, et secundum studia ipsorum, his qui amplius profecerunt, attribuit superexcellentem gloriam dignitatis.

EPISTOLA VI.

I. Debet rationabilis homo paratus esse, ut libere set semetipsum in adventu Filii Dei, cognoscens se esse secundum sensualem suam exstantiam. Quia quicunque cognoverit semetipsum, cognoscet dispensationem proprii Conditoris, vel quæcunque facit in propriis creaturis. Dilectissimi nobis in Domino, membra nostra et cohæredes sanctorum, obsecro vos in nomine Jesu Christi facere, ut præstet ipse vobis omnibus discretionis spiritum ad discendum et sciendum dilectionem quam habeo in vobis, quia non est corporalis dilectio, sed est spiritualis charitas divinæ culturæ. De nominibus vero corporum nostrorum non opus est nominari ea; pertranseunt enim. Cognoscat autem homo id quod verum est nomen. Propter quod et Jacob luctante per totam noctem cum angelo, nomen illi erat Jacob. Mane autem facto vocavit nomen ipsius Israel [71] : quod est, *mens videns Deum*. Puto etenim non ignorare vos, quod adversarii virtutis obsideant veritatem. Unde nec uno tantum tempore Deus visitat proprias creaturas, sed ab exordio mundi. Nonnulli etenim paraverunt se venire ad proprium Conditorem per testamentariam ipsius legem, edocti ab illo adorare opificem suum sicut oportet. Quoniam vero ob passionem infirmitatis, et gravedinem corporis, ac dis-

[63] Jerem. VIII, 22. [64] Jerem. LI, 9. [65] Ezech. XII, 3. [66] Rom. VIII, 32. [66] Isa. LIII, 5. [67] Rom. II, 20; Tit. I, 16. [68] Psal. CXV 12 [69] Psal. XXIX, 10. [70] I Cor. X, 15 [71] Gen. XXXII, 24-28.

Digitized by Google

tinctionem malignam refriguit testamentarium illud, et officia sensus animæ lassaverunt, idcirco non potuerunt exquirere proprie secundum suam creationem, quod esset substantia immortalis, non resolvenda corporibus: unde nec prævaluit semetipsam liberare injustitia. Hujus rei gratia aggressus est eos Deus per scriptam legem, ut doceret eos adorare Patrem sicut oportet. Sed quoniam Deus unus exsistit, et secundum sensualem essentiam in idipsum est unitas, sit iste vobis sermo manifestus, quod omnis locus in quocunque non fuerit consonantia, illic bella congerunt sibi, et judicia faciunt oriri apud semetipsos.

II. Videns autem Conditor quod plaga eorum magnificata fuerit vehementer, et opus haberet remedium Jesu medici veri (ipse enim Unigenitus, creator illorum exsistit, et ipse curat eos), misit ante se instructorem domus; ac ille nequaquam proficiens abiit sibi. Itemque Deus excitavit prophetarum choros per Spiritum suum, qui ædificaverunt quidem supra fundamentum Mosi; verumtamen nec isti quidem potuerunt, sed eodem modo derelinquentes abierunt sibi. Et ipsi cuncti Spiritum in se gerentes perviderunt plagam quod insanabilis esset, et quia per nullam creaturam curari possit, nisi per Unigenitum qui sensus est Patris, et imago ejus exsistit [72]; cujus etiam imaginis effigie tota facta est creatura. Agnoscentes liquido quod hic Salvator et medicus exsisteret magnus, collecti sunt in idipsum omnes, et retulerunt orationes pro commembris suis, qui sumus nos, proclamantes ac dicentes: *Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non ascendit sanitas filiæ populi mei* [73]? *Quia curavimus eam, et non est sanata: nunc ergo ibimus ab ipsis* [74]. At ipse Deus supereminenti et non simulata dilectione adfuit nobis per sanctos suos, dicens: *Fili hominis, facito tibi captivitatis vasa* [75]. Ipse quoque *in forma Dei exsistens, non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, semetipsum exinanivit formam servi accipiens; et obediens factus est usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus illum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen. ut in nomine Jesu Christi omne genu curvetur cœlestium, terrestrium et infernorum; omnisque lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris* [76].

III. Nunc ergo, charissimi, sermo iste sit vobis manifestus, quod benignitas Patris *non pepercit Unigenito propter nos; sed tradidit eum propter nostram omnium salutem, tradens ipse semetipsum propter peccata nostra* [77]. Et iniquitates quidem nostræ humiliaverunt eum; sed *livore ejus nos sanati sumus* [78]. Ipse quoque verbo virtutis suæ congregavit nos ex omnibus regionibus ab extremo terræ usque ad ultimum orbis, faciens resurrectionem sensuum nostrorum et remissionem peccatorum, docens nos alterutrum exsistere membra. Quapropter, fratres, obsecro in nomine Jesu Christi, ut cognoscatis hanc tam magnam dispensationem, quod similis nobis per omnia fuerit, excepto peccato [79]. Debet autem universa rationabilis natura propter quam maxime Salvator advenit, ut dijudicet habitudinem suam et ignorantiam proprii sensus, distinctionemque dare inter medium mali ac boni, liberari quærens per ejus adventum. Etenim quotquot liberi facti sunt per illius dispensationem, ii vocati sunt servi Dei. Quod tamen necdum perfectum est, nisi quod tantum in tempore suo justum exsistit, et deducet ad filiorum adoptionem; nam is Salvator noster sciens quod appropinquaret accipere spiritum filiorum adoptionis, dedit ut etiam cognoscerent eum docti a Spiritu sancto, quod adventus Jesu factus sit hominibus judicium. Unde et vos, charissimi in Domino, cognoscite vosmetipsos, ut ad hæc et tempus possitis cognoscere, et parati sitis offerre vosmetipsos sacrificium Deo.

IV. Vere, charissimi in Domino, quod tanquam rationabilibus vobis scribo, et qui potuistis cognoscere vosmetipsos. Scio enim quod quicunque cognoverit semetipsum, agnoscet et Deum. Qui vero cognoverit Deum, agnoscet et dispensationes illius, quas efficit in propriis creaturis. Manifestus quoque sit vobis iste sermo, quod non corpoream dilectionem habeo in vobis, sed charitatem spiritus culturæ Dei, ejus videlicet Dei, *qui gloriatur* (16) *in concilio justorum* [80]. Parate ergo vos ipsos dum habetis qui pro vobis exorent, et postulantes pro vestra salute, ut ignem quem venit ipse mittere super terram [81], immittat cordibus vestris, ut possitis exercere habitudines vestras; et det sensuum officia ad cognoscendum discernere malignum a bono, a sinistra dexteram, a substantia insubstantiam. Sciens enim Jesus quod imperium diaboli materia facit, advocans discipulos dixit eis: *Nolite thesaurizare vobis super terram* [82]: *nec solliciti sitis de crastino; crastinus enim dies sollicitus erit de se* [83]. Vere, fratres, scitis quod tempore ventorum prosperitatis, omnis gubernator plaudit sibi, in contraria vero quæque ventorum, omnis gubernator manifestatur. Intelligite ergo tempus in quod advenimus, quale sit. De minutia autem verbi libertatis, erant plurima quæ dicerentur vobis; sed si dedero *occasionem sapienti, sapientior erit* [84]. Saluto vos a minimo usque ad maximum.

EPISTOLA VII.

Antonius, omnibus dilectissimis fratribus in Domino, salutem. Non deficio memorans vestri, qui

[72] Hebr. I, 3. [73] Jerem. VIII, 22. [74] Jerem. LI, 9. [75] Ezech. XII, 3. [76] Philipp. II, 6-11. [77] Rom. VIII, 32. [78] Isa. LIII, 5. [79] Hebr. IV, 15. [80] Psal. LXXXVIII, 8. [81] Luc. XII, 49. [82] Matth. VI, 19. [83] ibid. 39. [84] Prov. IX, 9.

(16) *Gloriatur.* Forte *glorificatur.*

Digitized by Google

estis Ecclesiæ catholicæ membra. Agnoscere autem vos volo dilectionem quam habeo in vobis : quia non est corporea, sed est dilectio spiritus culturæ Dei. Corporum quippe nostrorum amicitia, in insubstantia et inconstantia est, quæ movetur sæpe ab extraneis ventis. Cuncti vero qui timent Dominum, et custodiunt mandata ejus, servi sunt Dei. Sed non est in ipsa servitute perfectio, nisi quod tantum justa tenet, deducens ad filiorum adoptionem. Propter quod et prophetæ et apostoli, omnisque sanctorum chorus Deo suscepti, ut crederetur ei apostolica prædicatione per voluntatem Patris, vincti Christi effecti sunt. Denique Paulus ait : *Vinctus Jesu Christi, vocatus apostolus* [85]. Scripta itaque lex cooperatrix fiat vobis in hoc servitio, usquequo dominari possimus omni vitio, et perficiamur in optimo ministerio virtutis per apostolicum mandatum. Quia si prope fuerimus effecti ad accipiendum, tunc dicet vobis Jesus : *Quia jam non vocabo vos servos meos, sed amicos et fratres, quia quæcunque nota fecit mihi Pater, revelavi vobis* [86]. Quotquot enim proposuerunt, edocti sunt per Spiritum sanctum, hi cognoverunt semetipsos secundum sensualem suam exstantiam; in ipsa vero sui cognitione proclamaverunt dicentes : *Non enim accepimus spiritum servitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum filiorum adoptionis, in quo clamamus : Abba, Pater* [87] : ut cognoscamus quanta nobis donaverit Deus, quia et *filii sumus et hæredes : hæredes quidem Dei, cohæredes sanctorum* [88]. Fratres dilectissimi et cohæredes sanctorum, omnis virtus non est aliena vobis, sed vestra exsistit ; si tamen inculpabiles sitis a mala vita, Deo autem manifesti. *In malam enim animam non intrabit Spiritus Dei, nec habitabit in corpore subdito peccatis* [89] : sancta quippe est virtus, fugiens ab omni dolo. Vere, dilectissimi, quia sicut rationabilibus scribo vobis et quasi potentibus cognoscere vosmetipsos ; quia qui semetipsum cognoverit, Deum cognovit ; qui vero cognoverit Deum, hunc adorare debet sicut oportet. Et, charissimi in Domino, cognoscite vosmetipsos, quia qui semetipsos cognoscunt, et tempus cognoverunt ; qui vero cognoverunt tempus, ii poterunt statuere semetipsos immobiles a diversitate linguarum. De Ario vero qui in Alexandria surrexit et loquitur aliena verba de Unigenito ; cui, qui est et qui sine tempore est, tempus non ascivit ; et incessabilis, finem inter creaturas non dedit ; immobilis, immobilitatem non afflixit.

[85] Ephes. III, 1 ; Rom. I, 1. [86] Joan. XV, 15. [87] Rom. VIII, 15. [88] Ibid. 17. [89] Sap. I, 4.

S. P. N. B. ANTONII MAGNI

MONACHORUM OMNIUM PARENTIS

EPISTOLÆ VIGINTI,

Nunc primum ex Arabico Latini juris factæ ab Abrahamo Ecchellensi, Maronita e Libano.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI, DEI UNICI.

Incipimus ope Domini nostri Jesu Christi (cujus memoriæ adoratio) scribere viginti Epistolas Patris sancti abbatis Antonii ad filios suos monachos. Oratio ejus sit nobiscum. Amen.

EPISTOLA I.

Quam dixit de exitu a sæculo ad monasticam vitam.

Tribus utique modis contingit exitus a sæculo. Primum, et ante omnia cupio vestram salutem in Domino. Dico autem, spiritus ad quos pervenit evangelizatio Spiritus Dei, ex viris et mulieribus triplici esse in ordine. Primus quidem eorum est qui susceperunt in lege naturæ et libertatis inditæ iis initio, quidquid pervenit ad eos ex evangelizatione per sermonem, et non sunt morati, sed parati festinarunt, quemadmodum erat paratus pater noster Abraham in lege naturæ : quare allocutus est eum Deus dicens : *Exi de terra tua et de cognatione tua, et ingredere terram quam ostendero tibi* [90] ; et ne sis duplicis cordis. Et paratus est Abraham hac vocatione, et factus est exemplar incipientibus ; et nunc usque hæc vocatio permansit ingredi volentibus secundum hunc modum ; si ita proinde egerint, ut cor eorum sit paratum sequi Spiritum Dei, sic utique suscipient promissiones cum requie. Et hæc est horum ratio.

Secundus autem ordo eorum est qui audiunt legem scriptam attestantem iis judicium quod erit peccatoribus, et bonas promissiones quæ erunt bene operantibus ; et propter hæc testimonia scripta in lege evigilarunt animæ eorum, et operam dederunt ingredi hanc vocationem, sicut ait David propheta : *Lex Domini vivificat animas* [91] ; et dixit etiam :

[90] Gen. XII, 1. [91] Psal. XVIII, 8.

Digitized by Google

Verba tua lucent mihi, et lex tua docet parvulos [92]. Et ejusmodi quamplurima scripta exstant.

Tertius vero ordo est eorum quorum corda dura sunt, et perpetrandi peccati assuetudinem contraxerunt : quamobrem infert Deus misericors super eos ærumnas et tribulationes, ut excitentur arcana et conscientiæ eorum præ multitudine illorum quæ eis accidunt; eosque pœniteat, et revertantur, et præparentur, et ingrediantur hanc vocationem, et pœnitentiam agant ex toto corde ; et suscipiant promissiones, sicut alii duo ordines, primus et secundus. Hi quidem sunt tres ordines quibus vocantur animæ revertentes ad Dominum, ad consequendam gratiam Dei Filii Dei.

Dico autem, omnes qui ingressi sunt ex toto corde suo, ita ediscant patientiam, ut hosti adversari valeant. Porro ante omnia Spiritus sanctus eos vocat, et omnia illis facilia reddit, ut iis dulcescat ingressus ad pœnitentiam, et ostendit illis vias ejus secundum veritatem, ut eos pœniteat spiritu et corpore; et revertantur ad Deum creatorem, qui corroborabit eos ad coercendum corpus et spiritum, ut mundent verba sua, et hæredes efficiantur vitæ æternæ. Corpus autem coerceatur multo jejunio et vigiliis et certaminibus, ac reliquis ministeriis, et labore fructuum corporalium. Quare spiritus pœnitentiæ erit huic in consolationem, edocebitque eum ne revertatur retro, et ne hæreat cuiquam rerum sæculi hujus. Aperit præterea oculos animæ ad pœnitentiam puram, ut expietur una cum corpore, et sint ambo unum in puritate. Hæc est enim doctrina Spiritus sancti, qui eos præcedit et emundat, deletque ab ipsis naturas invidia permistas, eosque transfert ad primævam conditionem quæ fuit ante inobedientiam, donec nihil remaneat in homine eorum quæ hostis sunt. Tum corpus sequetur voluntatem intellectus; quippe intellectus mundat illud in cibo et potu et somno ac reliquis ejus actionibus, et perpetuo ex Spiritu sancto ediscit, quemadmodum dixit Apostolus : *Subjicio corpus meum, et redigo illud in servitutem* [93]. Etenim haud me latet, tres inesse corpori motus. Primus quidem semper ei inest, nec ullam operandi habet potestatem sine voluntate animæ. Alter vero motus corpus movet ad cibum et potum, appetibiles, quandoquidem calor sanguinis qui ex copia alimentorum oritur, bellum gerit adversus corpus, illudque deflectit ad malas concupiscentias. Quare Christus Dominus noster (cui gloria) suos admonuit discipulos, dicens eis : *Ne graventur corda vestra satietate et ebrietate* [94]. Et Paulus apostolus ait : *Non ebriemini vino, exquo luxuria* [95.96]. Oportet ergo ut omnes qui habitum induunt monasticum, dicant cum Paulo ; *Subjicio corpus meum, et redigo illud in servitutem.* Motus autem tertius est ex spiritibus malis ad divertendos eos, qui ingredi cupiunt januam puritatis.

Verum si anima instruatur perpetua patientia, atque testimoniis quæ ab ipsomet Deo sunt, Spiritus sanctus edocebit intellectum, ut animam emundet et corpus ex his tribus motibus. Si vero homo contempserit hæc testimonia et documenta quæ jam audivit, tunc prævalebunt adversus eum spiritus mali, et inquinabunt corpus ejus, ambigetque anima illius unde veniat sibi auxilium. At si reversa fuerit, et adhæserit Spiritui salutis, tum cognoscet patientiam quæ est in Domino, esse sui requiem atque pacem. Hæc autem dicta quæ dixi, sunt ad concordiam corporis et animæ in pœnitentia. Cum vero consecutus fuerit intellectus gratiam hanc, tum quæret Spiritum sanctum, et incipiet abjicere ab anima omnia ardua quæ eveniunt a concupiscentiis cordis. Hic autem Spiritus, si participationem habuerit cum intellectu ob præceptorum quæ didicit observantiam, illum diriget ad amovendas singulas ab anima passiones, quæ jam corpori admistæ sunt ; nec non passiones ei peculiares quæ illi insunt, penitus evellit a vertice capitis usque ad imum pedum ; et oculos dirigit, ut luceant cum rectitudine et videant cum puritate, et ne remaneat in illis quidquam alienum ; et aures, ut audiant in pace, non autem in susurratione neque opprobrio unquam, sed in rectitudine, et intendant in puritate et miseratione in universam creaturam ; et linguam dirigit, ut loquatur cum puritate, atque ut anima linguam instruat eloqui perpetuo bona ; etenim passiones hæ dominatæ sunt in eam, lingua mediante, sicut ait apostolus Jacobus : *Si quis autem dicit se servire Deo, et non refrenat linguam suam, seducit cor suum, et vanum est ministerium ejus* [97]. Ait etiam alio in loco : *Lingua, modicum quidem membrum est, et inquinat corpus* [98]; et ejusmodi quamplurima in sacris exstant Scripturis. Cum autem corroboratus fuerit intellectus, et acceperit ex Spiritu, emundabitur; tum investigabit de singulis verbis quæ loquetur lingua, ut nulla insit in ea carnalis voluntas ; atque de illa implebitur dictum Salomonis dicentis : *In verbis quæ data sunt mihi a Deo, nulla est declinatio aut obliquitas* [99]. Dicit etiam : *Lingua justi sanat ab infirmitatibus* [1]. Insuper, et manibus alii sunt motus operantes aliquando secundum animæ propensionem : quod sane haud consentaneum est, cum spiritus eas destinaverit puritati et elevationi in precibus, et misericordiæ et elargitioni ; et implendum sit de illis quod scriptum est de sanctis orationibus : *Elevatio manuum mearum sicut sacrificium vespertinum* [2]. De misericordia autem, et elargitione, ait : *Manus meæ fortes elargiuntur cum celeritate* [3]. Venter quoque caveat a cibo et potu, quemadmodum dicit Spiritus per linguam David : *Non edam cum prædito avido*

[92] Psal. CXVIII, 130. [93] I Cor. IX, 27. [94] Luc. XXI, 34. [95.96] Ephes. V, 18. [97] Jac. I, 26. [98] Jac. III, 5, 6. [99] Prov. VIII, 8. [1] Prov. XII, 18. [2] Psal. CXL, 2. [3] Prov. X, 4.

Digitized by Google

oculo, insatiabili corde [4]. Si vero prævaluerit ei vis cibi et potus et insatiabilitatis, et allexerit illum ad hæc anima concupiscibilis, admiscebitur sane illi potentia hostis.

Porro, qui hanc mensuram et puritatem exquirunt, diriget eos Spiritus Dei ad vias rectas ; et puritas et carnis rectitudo eis opitulabitur, implebiturque de illis dictum Pauli apostoli dicentis : *Sive ergo manducatis sive bibitis et quidquid facitis, id sit in gloriam Dei* [5]. Nam si corpori prævaluerint præmemorati tres motus, illudque a rectitudine abduxerint, cupiens salutem secundum veritatem, eos cum requie a se amovebit, persistetque in puritate. Quandoquidem Spiritus jam factus est huic asylum, atque fortitudine illum augebit, et exstinguet ab illo omnia mota in eum mala, quemadmodum nos docet Paulus apostolus dicens : *Mortificate membra vestra quæ super terram, nempe, fornicationem, et immunditiam, et passiones, et malas concupiscentias* [6]; ac reliqua ejusmodi. Pedes quoque, si haud recti fuerint, nec ambulaverint secundum Dei voluntatem in libertate ; cor quod impletum est gratia, custodit, et dirigit secundum voluntatem Spiritus sancti, ad inserviendum optimis in rebus, ut corpus omnibus bonis perficiatur, et reducatur sub Spiritus sancti potestatem. Sane dico, corpus hujuscemodi, jam particeps effectum esse corpori resurrecturo in resurrectione justorum. Hoc autem asseruimus ob animæ passiones, quæ cum corpori permistæ sint, illud movent et inclinant ad spiritus malos, his inservientes omnibus in membris. Dico præterea, alios animam habere motus, ut dictum est, quos vobis indicare volumus. Et sunt superbia, variæ passiones a passionibus corporis, injuria hominibus inferenda, ira, pusillanimitas, oblivio ac reliquæ passiones. Quod si anima Deo sese tradiderit ex tota sua virtute, elargietur ei Deus optimus veram pœnitentiam, et emundabit singulas ejus passiones, ut deflectat ab eis, ne prævaleant adversus eam motus inimicorum, mediantibus tentationibus : etenim ea est eorum intentio, ut ab eis minime eripiatur. Si autem perseveraverit in patientia et bona obedientia Spiritus sancti, qui eam ad pœnitentiam attrahit, Creator misericors ejus miserebitur laboribus, laboribusque corporis, qui sunt nimium jejunium, crebræ vigiliæ, meditatio divinarum Scripturarum, oratio sine intermissione, servire omnibus hominibus in puritate cordis, paupertas spiritus. Si autem in his perseveraverit, Deus optimus ad eam respiciet, eamque vindicabit ab omnibus tentationibus, ac sua eripiet miseratione : amator quippe hominum est. Quem decet laus, Filiumque ejus unigenitum, ac Spiritum ejus sanctum in sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA II.

Ad filios suos monachos de promulgatione legis, et de incarnatione Dei Verbi ; eosque incitat ad implenda præcepta. Dixit :

Antonius filiis suis dilectissimis in Domino scribens, salutem dicit. Ecce, dilectissimi : non unum tantum est tempus, quo suam Deus invisit creaturam ; verum omni tempore a conditione mundi usque ad finem ejus. Quicunque igitur quærit Dominum cum sollicitudine et dilectione, prout ab illius percipit documentis, ipse erit cum eo et gratiam ei largietur Spiritus sancti. Cum autem naturæ rationales corporum participes, infirmatæ atque alteratæ sint ob animæ motus, ac mortificatæ, ut non valeant cogitare de primaria sui conditione, sed factæ sint tanquam jumentum, et servierint creaturis, plus quam Creatori, invisit Creator omnium virtute suæ bonitatis suam creaturam suis vivificantibus legibus. Qui vero hanc meruerunt gratiam, et ambulaverunt in legibus ex tota sua virtute et voluntate, et susceperunt spiritum filiationis, et edocti sunt a Spiritu sancto, maluerunt adorare Creatorem, ut oportet, juxta dictum Pauli apostoli : *Quod hi qui testimonio fidei suæ probati, non acceperint repromissionem, nostram Deo providente utilitatem, ne sine nobis consummarentur* [7]. Ob magnitudinem autem suæ bonitatis (cum sit Deus omnium) nostram invisere voluit infirmitatem, constituens nobis Moysen legislatorem, cujus manibus tradidit nobis legem, posuitque fundamentum veræ domus, quæ est Ecclesia rationabilis unica ; intendit namque restituere creaturam ad primariam sui conditionem. Ædificavit itaque Moyses domum, quam non absolvit : sed ea derelicta, discessit. Deus autem substituit post eum chorum prophetarum hoc eodem Spiritu : qui ædificarunt et ipsi super hoc eodem fundamento quod posuerat Moyses, nec absolverat ; at discesserunt et ipsi, ea derelicta. Hinc patres hi nostri spirituales, cum morbum hunc insanabilem esse vidissent, noverunt nullam creaturarum illum sanare posse, excepto solo Patris Unigenito, qui est forma ejus æternitatis, per quem tota facta est creatura, quæ est ejus similitudo ; ac certiores facti sunt ipsum duntaxat esse liberatorem et medicum. Quare enixe rogarunt pro nobis (quippe eorum in membris sumus participes) dicentes : *Nunquid non est theriaca in Galaad, aut medicus ? Quare igitur non renit sanitas filiæ populi mei* [8] ? *Dedimus nostra medicamina, et non est sanata ; derelinquamus ergo eam* [9]. Deus autem Verbum sua incomprehensibili charitate venit ad nos juxta oracula suorum sanctorum prophetarum : *Fili hominis, sume tibi instrumentum captivitatis* [10] : quod est ille perfectus in figura Dei, qui non rapiendo rapuit id quod est, se esse æqualem Deo ; sed humiliatus est, et accepit formam servi (et assimilatus est nobis hominibus excepto peccato [11]) usque ad mortem crucis : pro-

[4] Psal. c, 5. [5] I Cor. x, 31. [6] Coloss. III, 5. [7] Hebr. XI, 39, 40. [8] Jerem. VIII, 22. [9] Jerem. LI, 9 [10] Ezech. XII, 3. [11] Hebr. IV, 15.

Digitized by Google

pter quod exaltavit illum Deus magis, et dedit illi nomen majus omnibus nominibus, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum; ut omnis lingua confiteatur, quia Jesus est Dominus, et gloria Dei Patris [12].

In posterum itaque, dilectissimi, sit vobis sermo hic manifestus, quod Deus Pater sua bonitate non pepercerit Filio suo unigenito, sed tradiderit illum pro nostra liberatione ab iniquitatibus nostris et peccatis nostris [13]; et humiliatus est pro nobis, et sanavit nos suis doloribus, et verbo virtutis suæ adunavit nos ex quatuor terræ cardinibus totoque habitabili orbe; constituitque nobis resurrectionem et salutem a nostris peccatis, ac invicem nos esse membra, certiores fecit. Rogo itaque vos, fratres dilectissimi, in nomine Domini nostri Jesu Christi, B ut agnoscatis hanc magnam dispensationem, scilicet Deum Verbum nobis esse assimilatum in omnibus præter peccatum. Nam consentaneum est omnibus ratione præditis, hoc scire secundum intellectualem rationem, ac ut distinguant inter bonum et malum, ut liberi esse queant in ejus adventu ad nos. Qui autem liberi sunt effecti, ejusque dispensatione usi sunt, hi sunt ei servi. Nec sane vocatio hæc est perfectio; verum justitia suo tempore est perfectio, quæ dirigit ad filiationem. Quare cum Dominus noster Jesus Christus novisset suos discipulos ad filiationem jam accessisse, ipsumque cognovisse, et a Spiritu sancto esse edoctos, dixit eis : *Jam non voco vos servos, sed amicos et fratres, quia omnia quæcunque audivi a Patre, nota feci vobis* [14]. C Itaque qui agnoverunt veram rationem suæ intellectualis substantiæ, suas protulerunt voces dicentes : *Haudquaquam accepimus spiritum servitutis ut timeremus, sed spiritum filiationis per quem vocamus Patrem Abbana* (Pater noster) [15]. Utique, Domine, novimus omnia quæ nobis elargitus es; nam si filii sumus, hæredes quoque sumus, et amici ac participes hæreditatis Jesu Christi. Notus ergo vobis sit sermo hic; quod quicunque totis viribus surgere paratus non fuerit, is sciat Domini liberatoris adventum illi fore ad judicium : *Sumus quippe quibusdam odor mortis in mortem, aliis vero odor vitæ in vitam* [16]. *Hic enim est ad casum et resurrectionem multorum ex filiis Israel, et in signum ad quod aspicitur* [17]. Rogo itaque vos, fratres dilectissimi, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ne vos pigeat vestræ salutis, sed unusquisque vestrum scindat cor suum, non autem vestimentum [18] : ne induti habitu monachatus, præparemus nobis judicium; prope namque tempus est judicandi unumquemque juxta opera sua. Ob sermonis autem hujus obscuritatem, plura vobis scribere decreveram; destiti vero propter dicentem : *Da sapienti occasionem, et augetur sapientia ejus* [19]. Dico vobis salutem in Domino, maximis minimisque; et gratia Domini sit A vobiscum, filioli dilectissimi, in sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA III.

Ad filios suos monachos : quos incitat ad operandum auctoritatibus ex Evangelio, et Apostolo. Dixit :

Filioli mei, homo rationalis si præparetur vindicare sese in libertatem in die adventus Domini nostri Jesu Christi, agnoscat semetipsum intellectuali substantia; nam qui agnoscit semetipsum, agnoscit et dispensationes Creatoris in ejus creaturas dilectissimas in Domino, et earum participationem in æterna hæreditate participationis membrorum sanctorum. Quare rogo vos in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut impigre vestra solvatis debita Domino, ut elargiatur vobis omnibus spiritum discretionis ad discernendum et cognoscendum, charitatem quæ est in vobis, non esse carnalem, sed spiritualem charitatem. Idcirco minime vos appellamus vestris carnalibus nominibus, quippe hæc transitura sunt, sed permanentibus. Quandoquidem unusquisque novit nomen verum per respectum ad nomen veritatis; quemadmodum erat nomen Jacob prius, quando cum angelo noctu erat; cujus, lucescente mane, vocavit nomen *Israel* [20]. Interpretatio autem Israel est, *intellectus aspiciens ad Deum.* Equidem scio, vos minime latere, virtutis adversarios perpetuo intendere destructionem veritatis. Deus vero omni tempore suam invisit creaturam a conditione mundi usque in æternum. Quare, qui accedere volunt ad Creatorem ex tota lege cordium suorum, ipse docebit eos, qua ratione eum colere debeant. Cum autem præ nimia infirmitate ac gravitate cadaveris, et certamine malignorum hostium, corporis hujus apparentis aruerint sensus, et virtute destituti sint sensus animæ (quippe quæ cum corpore dissolubilis non est, et substantia est immortalis, nec valet se sua justitia vindicare); propterea nequeunt assequi, quod sibi peculiare est, ut sese reducere possint ad primariam sui conditionem. Quapropter operatus est Deus cum eis sua bonitate, et docuit eos adorare Patrem, ut oportet; Deus enim unus est; substantia intellectualis in unitate est item posita. Sit ergo sermo hic vobis manifestus, quod omnes congregati, nisi unum habeant D cor, animabus suis certamina inducent, facientque sibi judicium. Cum viderit itaque Creator creaturæ jam dilatatum esse vulnus, et medicis ad sanitatem comparandam indigere, præmisit Dominus noster Jesus Christus, qui est ejus Creator et Medicus, ante se prædicatores; nec asserere dubitamus Moysen, maximum prophetarum et legislatorem, esse unum prædicatorum. Spiritus autem qui operatus est in Moyse, idem operatur in reliquis sanctis post illum, qui omnes locuti sunt de Filio Dei unigenito. Pari quidem ratione Joannes unus est prædicatorum : quippe *lex usque ad Joannem, et exinde vim patitur*

[12] Philipp. II, 6-11. [13] Rom. VIII, 32. [14] Joan. XV, 15. [15] Rom. VIII, 15. [16] II Cor. II, 16. [17] Luc. II, 34. [18] Joel II, 13. [19] Prov. IX, 9. [20] Gen. XXXII, 24-28.

Digitized by Google

regnum Dei, et vim inferentes illud rapiunt [21]. Hi autem omnes Deo induti, noverunt nullam creaturarum tale tantumque sanare posse vulnus, excepta Filii Dei unigeniti bonitate, quem misit in salutem universi habitabilis orbis. Ipse namque est magnus ille Medicus, qui sanare potest vulnus hoc ingens. *Pater* vero sua bonitate, *haud suo pepercit Unigenito, sed tradidit illum pro peccatis nostris* [22], et pro nostra omnium liberatione ab iniquitatibus nostris, et sese pro nobis obtulit Unigenitus, hisque nos omnes sanavit, et virtute verbi sui ab universo mundo, a cardinibus terræ usque ad cardines congregavit; et constituit cordibus nostris resurrectionem e terra, notumque nobis fecit, invicem nos esse membra.

Rogo itaque vos, dilectissimi in Domino, ut Scripturam expendatis, quam Dei præcepta esse sciatis. Magnum hoc quippe nobis est, quod est cognoscere formam Domini nostri, quam pro nobis assumpsit, et factus est nobis similis in omnibus præter peccatum [23]; ideoque nos liberos fieri oportet, ut lætemur in ejus adventu. Quandoquidem ejus stultioribus facti sumus sapientes, et ejus paupertate facti sumus divites, et ejus infirmitate facti sumus fortes; et ipse factus est nobis omnibus resurrectio, amovens a nobis potestatem mortis. Hinc quievimus, nec alio indigemus Jesu in carne : etenim adventus Domini nostri Jesu Christi servitutem nobis esse optimam effecit, et amovit omnia mala; tum dixit : *Jam non voco vos amplius servos, sed fratres meos* [24]. Cumque prope spiritum filiationis essent accepturi, docuit eos Spiritus sanctus adorare Patrem, ut oportet. Ego autem infelix vinctus in Jesu Christo, dico, ex hoc tempore in quo sumus, nos cepisse lætitiam, et lamentationem, ac fletum. Quandoquidem generis nostri plures induti sunt habitu religionis : e quibus quidam operati sunt ex toto corde post consecutam per adventum Domini Christi manumissionem; et hi quidem sunt, quorum causa lætor. Alii vero hujus negata virtute, operati sunt penes cordis sui carnisque voluntatem ac propensionem; factusque est propterea iis Domini adventus in supplicium, et hi profecto sunt, pro quibus conquerer. Porro alii temporis diuturnitatem ac distantiam pensitantes, corde ceciderunt; quare abjecto religionis habitu, facti sunt tanquam bruta; et hi quoque sunt super quos fleo, cum adventus Domini nostri Jesu Christi factus sit illis in judicium. Quamobrem, dilectissimi in Domino, agnoscite tempus, et estote ex toto corde hostia Deo. Certe namque, dilectissimi in Domino, scripsi vobis, sicuti scribitur hominibus rationalibus qui Scripturam percipere valent; nam me non fugit, percipientem Scripturam facile Deum cognoscere : qui autem Deum cognoscit, ejus cognoscit dispensationes quas operatur in suis creaturis. Sit ergo sermo hic vobis notus, sicuti superius dixi, quod scilicet, non carnali dilectione scripsi vobis, verum Dei spirituali dilectione, qui est glorificatus in concilio sanctorum [25]. Agnoscite etiam totis viribus vestris eum qui Deum causa vestra deprecatur, ut ignem quem injecit Dominus Jesus Christus super terram [26], injiciat in corda vestra; ut dirigatis proposita vestra ac sensus vestros, atque distinguere queatis inter bonum et malum, et eos qui sunt dexteræ et qui sunt sinistræ, et stabiles ab instabilibus. Dominus enim, diabolum seductorem esse sciens, ideoque suis discipulis præcepit dicens : *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra* [27]; dixit præterea : *Nolite ergo esse solliciti in crastinum; crastinus enim sollicitus erit sibimet ipsi* [28]. Equidem dico, fratres mei, tempore æquationis ventorum omnes nautas sese jactare; at contingente ventorum mutatione, peritorum nautarum scientia innotescet. Qua de causa perpendite tempus hoc in quo sumus, quale sit. De his autem verbis eorumque obscuritate plura mihi restant dicenda, sed quia dicens dicit : *Da sapienti occasionem, et augetur sapientia ejus* [29]; dico vobis omnibus salutem, maximis minimisque, in Domino : cui laus semper in sæcula.

EPISTOLA IV.

Qua docet servitutem in lege virtutis, minime esse servitutem, sed filiationem libertatis. Dixit :

Antonius filiis suis in Domino dilectissimis salutem scribit. Nunquam cesso a vestra recordatione, consortes Ecclesiæ orthodoxæ. Volo autem ut sciatis, meam erga vos charitatem haudquaquam carnalem esse, sed spiritualem; nam carnalis participatio instabilis et inconstans est : movetur namque cum ventis externis. Quicunque ergo timet Dominum, ejusque servat præcepta, hic Deo servus erit. Hæc vero servitus in qua versamur, nequaquam servitus est, sed justitia ducens ad viam filiationis. Quamobrem elegit Dominus noster prophetas et apostolos, crediditque eis apostolicam evangelizationem, et vincti sunt in Jesu Christo. Paulus enim apostolus dicit : *Ego vinctus Jesu Christi, vocatus Apostolus* [30]. Liber quoque legis constituit nobis servitutem optimam, ut dominari valeamus cunctis passionibus, et optimum perficere ministerium virtutis, de qua locutus est Apostolus. Accedentibus autem nobis propius ad gratiam, dicet Dominus noster Jesus Christus, ut dixit discipulis suis : *Jam non voco vos servos, sed amicos meos et fratres meos; quia omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis* [31]. Qui autem ad gratiam accesserunt, Spiritum sanctum cognoverunt, et suam noverunt intellectualem substantiam; qua agnita et cognita, exclamaverunt dicentes : *Nos minime suscepimus spiritum servitutis ut timeremus, sed spiritum filiationis quo vocamus Patrem Abbana* (Patrem no-

[21] Luc. xvi, 16; Matth. xi, 12. [22] Rom. viii, 32. [23] Hebr. iv, 15. [24] Joan. xv, 15. [25] Psal. lxxxviii, 8. [26] Luc. xii, 49. [27] Matth. vi, 19. [28] ibid. 34. [29] Prov. ix, 9. [30] Ephes. iii, 1; Rom. i, 1. [31] Joan. xv, 15.

Digitized by Google

strum) [32]. Agnoscamus igitur gratiam quam elargitus est Deus nobis, constituens nos filios, et consequenter hæredes atque consortes hæreditatis sanctorum. Nunc, fratres dilectissimi, sanctorum cohæredes, non longe a vobis cunctæ sunt virtutes, sed vestræ sunt atque in vobis; nec celamini in hoc momentaneo mundo, sed Deo manifesti estis. Spiritus autem Dei minime inhabitat in anima et corpore pollutis peccato [33]: quippe sanctus est, et ab omni dolo alienus. Ego autem scribo vobis, dilectissimi, tanquam hominibus rationabilibus, semet ipsos novisse valentibus; etenim qui semet ipsum novit, jam Deum novit. Qua de causa consentaneum nobis est, illum ut oportet adorare. Jam, dilectissimi, agnoscite vosmet ipsos: qui enim semet ipsos agnoscunt, agnoscunt et tempus; qui vero tempus agnoscunt, resurgendi habent potestatem sine ulla perturbatione innovationis idiomatum. Siquidem surrexit Alexandriæ Arius, et externas voces de Unigenito protulit, constituens principium non habenti principium, et imperturbato perturbationem. Nos autem scimus quod si homo homini peccaverit, Deum pro illo supplicari posse; at qui Deo peccaverit, quis pro illo supplicabit? Homo autem ille qui est Arius, grande est aggressus opus, et insanabili percussus est plaga; qui sane, si semet ipsum vere novisset, lingua ejus non protulisset quod illum latebat. Quare planum est, eum semet ipsum non agnovisse, ideoque temere ausus est in mysterium Filii unigeniti. Cui cum Patre suo, et Spiritu suo sancto gloria, et majestas, et honor ac adoratio, ex nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA V.

Filiis suis monachis, incitans eos ad sanctos imitandos, eorumque gesta æmulanda. Dixit:

Antonius scribens filiis suis dilectissimis in Domino, salutem eis dicit. Filioli mei, sancti Israelitæ, in sua intellectuali substantia, haud mihi necesse est vestra nuncupare carnalia nomina, quæ cum corpore transeunt, sed nuncupo vos veros filios Israelitas. Notum vobis sit, meam erga vos charitatem haud carnalem esse; idcirco non cesso deprecari Deum pro vobis, ut agnoscatis gratiam quæ vobis concessa est: Deus enim omnes suæ gratiæ effectibus excitat. Quare, filioli mei, non pigeat aut tædeat vos exclamare ad Deum diu noctuque, ad cogendam Dei Patris bonitatem, ut vobis desuper opem elargiatur, ut quæ consentanea sunt sciatis. Quandoquidem, filioli mei, nos vere inhabitamus domum latronum, et vinculis mortis nos omnes (17) cogentis vincti sumus. Jam igitur ne seducamini, neque detis somnum oculis vestris, neque soporem palpebris vestris [34], ut offeratis vosmet ipsos Domino hostias omni puritate, eumque intueamini; sine puritate enim nemo Deum intueri potest, ut ait Apostolus [35]. Itaque, dilectissimi mei, scitote, quod si bona egeritis, quiescere facietis omnes sanctos immaculatos, cum adhuc veram quietem non sint adepti; quæ erit, cum perficiemur nos; necnon afferetis magnum gaudium ministerio angelorum, et adventui Domini Christi, cui gloria; mihi autem miserrimo, luteam hanc incolenti domum dabitis lætitiam, et spiritui meo. Equidem scio omnes sanctos immaculatos contristari, cum nos pigros inertesque videant, et lacrymas gemitusque Creatori offerre. Dominus autem ob sanctorum gemitus spiritibus adirascitur malis, refringens a nobis malas eorum operationes. Cum vero rectos nos esse effectos viderint atque crevisse, impense lætantur, ac jugiter cum gaudio et lætitia multiplices pro nobis Creatori effundunt preces. Quare Dominus noster nostris bonis operibus lætetur, nec non suorum sanctorum testimoniis ac precibus; ideoque plura nobis elargietur dona. Etenim Dominus noster perpetuo suis adest creaturis ejus adimplentibus præcepta, sicuti vobis in nostris *Epistolis* prædiximus. Deploremus itaque, filioli mei, coram bonitate ejus, et dicamus ut dixit Psalmus: *Quid retribuemus pro bonis quæ fecit nobis* [36]? Dicamus quoque dictum Davidis in Psalmo: *Quæ utilitas in sanguine meo, si descendero ad perditionem* [37]?

Cupio etiam, ut percipiatis, quid tum sim vobis dicturus atque testificaturus. Profecto, filioli mei, quicunque odio non habuerit ea quæ materialis ac terrenæ naturæ propria sunt, omnesque ejus operationes ex corde suo, et sursum ad Patrem omnium, intellectum suum non sustulerit, salutem consequi minime poterit. Qui vero sic egerit, Dominus noster illius miserebitur laboribus, invisibilem immaterialemque ignem elargiens ei ad comburendas cunctas passiones quæ ei insunt, purgandumque ejus intellectum; tum vero inhabitabit in illo Spiritus Domini nostri Jesu Christi, eritque cum illo ad Patrem adorandum ut oportet. Nam quandiu concordes sumus cum hac materiali natura, hostes sumus Deo angelisque ejus ac sanctis omnibus. Ego autem rogo vos in nomine Domini nostri Jesu Christi, ne vestram vitam salutemque negligatis, nec permittatis modicum hoc tempus momentaneum subripere vobis tempus æternum, cui finis non est, nec corpus hoc carneum deturbare vos a regno luminum, quod immensum atque ineffabile est; neque thronum hunc caducum dejicere vos a throno, qui angelorum est domicilium. Profecto, filioli mei, anima mea confusa et spiritus meus stupidus est, eo quod nobis omnibus eligendi libertas data sit, ad operandum opera sanctorum; nos vero passionibus jam ebrii facti sumus, tanquam ii qui vini delectatione inebriati sunt; erigere nolumus intellectus nostros et supernam exquirere gloriam, nec sanctorum omnium imitari gesta aut eorum insistere vestigiis, ad eorum hæreditanda opera, ut cum eis æternam

[32] Rom. VIII, 15. [33] Sap. I, 4. [34] Psal. CXXXI, 4. [35] Hebr. XII, 14. [36] Psal. CXV, 12. [37] Psal. XXIX, 10.

(17) Videsis in hunc locum, quæ adnotavimus ad epist. XIX.

Digitized by Google

consequamur hæreditatem. Scitote autem, dilectissimi, virtutes sanctas, supernas, intellectuales ac splendidas, et naturas illustres, ad unum conditas esse a sui principio, quod est Dei laudatio; et sunt angeli et archangeli et throni et dominationes, prophetæ et apostoli, et Satana et diaboli, et spiritus mali, et principes aeris. Hi quidem omnes sunt opus Trinitatis sanctissimæ Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Quorum quosdam ob eorum optimos motus nuncupavit Deus secundum opera eorum; qui vero plus creverunt, plus glorificati sunt a Deo, cui majestas et honor in sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA VI.

Filiis suis monachis, nota eis faciens certamina dæmonum, et auxilia sanctarum virtutum : incitat eos præterea ad patientiam, et absolutionem illius ad quod egressi sunt. In pace Domini. Dixit :

Antonius filiis suis dilectissimis in Domino, et omnibus qui ad Deum accedunt de toto corde suo, salutem dicit omnibus vobis, maximis minimisque, qui vere Israelitæ estis. Consecuti enim estis felicem beatitatem gratia operante, quæ est in vobis. Verumtamen oportet, ut impigri certetis propter eum qui *visitavit vos oriens ex alto*[38], ut efficiamur ei hostia sancta, immaculata. Scimus enim quomodo cecidit natura hæc substantialis ex sua altitudine in profundum ignominiæ et miseriæ, et quomodo visitavit eam Deus misericors suis legibus per manus Moysis, reliquorumque prophetarum. Novissimum autem id factum est per Filium ejus unigenitum, qui nostrorum pontificum Princeps est maximus, et Medicus noster verus, qui nostros sanare valet dolores; qui assumpsit corpus nostrum, et tradidit semet ipsum pro nobis ac pro peccatis nostris, accipiens propter nostram stultitiam figuram stultitiæ, et propter nostram infirmitatem similitudinem infirmitatis, et propter nostram paupertatem figuram paupertatis, et propter nostram mortalitatem gustavit mortem. Quæ omnia passus est pro nobis, ac per ejus mortem liberati sumus. Quare nos oportet totis decertare viribus atque nervis, ut lætentur pro nobis sancti omnes, qui pro nobis deprecantur tempore nostræ pigritiæ, lætabiturque serens atque metens simul[39]. Oportet præterea vos scire, filioli mei, quam in gravissimis versor passionibus causa vestra. Nam aspicio labores sanctorum pro vobis, eorumque gemitus ac preces quas omni tempore coram Deo pro vobis effundunt. Quare imitari eos satagite : quippe qui prospexerunt sui Creatoris in sua mirabili Incarnatione dispensationes, ejusque labores pro nostra salute, hostisque dolos quærentis semper nostram perditionem in inferno (quod est ejus suorumque commilitonum portio); semper namque perdere nos intendit hac magna perditione.

Rogo itaque vos, filioli mei dilectissimi, ut hoc percipiatis, et perpendatis dispensationes nostri Creatoris, ejusque visitationes nostri secundum hominem externum et internum, eo quod cum rationales simus, facti sumus irrationales ob nostram inclinationem cum voluntate hostis mala operantis, patris mendacii. Cupio autem vos scire, quot quantæque dæmonum artium myriades, et quam earum species innumeræ sint : qui cum vidissent, nos jam proprias passiones ignominiamque cognovisse, ac præterea eorum malas operationes quas nobis suggerunt, fugere conatos esse; neque hæc duntaxat, verum etiam malis eorum consiliis quæ nobis injiciunt aures non dare : opus suum cum joco aggressi sunt. Norunt enim sui Creatoris donum factum esse sibi hic in mortem, et jam de se actum esse præparari, et esse hæredes inferorum ob suam aversionem ac nimiam malitiam. Quapropter, filioli mei dilectissimi, nunquam cesso noctu diuque pro vobis deprecari, ut cordium vestrorum aperiat Dominus oculos, ut videre queatis magnitudinem multitudinis fraudum dæmonum eorumque malitiam quam nobis ingerunt quotidie, ac ut vobis elargiatur cor vigilans et spiritum discretionis, ut vosmet ipsos offerre possitis Deo hostiam vivam, immaculatam, et cavere invidiam dæmonum omni tempore et eorum mala consilia, illorumque latentes machinationes ac subvelatam malitiam, et spiritus eorum subducentes, et cogitationes blasphemas, et infidelitatem quam jugiter suggerunt, et cordis stupiditatem, subtilesque eorum perturbationes quas quotidie inferunt cum mœstitia cordis, et eorum iram et susurrationem quam injiciunt nobis, ut de invicem susurremus, nosmet ipsos duntaxat justificantes, judicantes alios, invicem maledicentes, suavi loquentes lingua, nostris in cordibus amaritudine recondita; proximi extrinsecum judicantes, intra nos habentes latronem; decertantes et adversantes nobis invicem, ad nostra stabilienda verba et ut honorabiliores videamur. Præterea nos ad alia concitant opera quæ perpetrare haud valemus, invertentes quæ nostræ sunt utilitatis. Quare nos tempore lugendi ad risum incitant, et lugere nos curant tempore gaudendi, perpetuo intendentes nostram declinationem a via recta ut nos sibi suis fraudibus subjiciant. Haud enucleanda in præsens mihi sunt singula eorum mala excepto quod si corda nostra ejuscemodi rebus impleantur, tanquam esca fient; tum vero multiplicabitur in nobis malum, radices emittens, eritque nobis horrendum supplicium.

Quapropter nos oportet assiduas ad Patris bonitatem effundere preces, ut veniat ejus auxilium, et in cunctis actionibus nostris opituletur nobis. Quippe apparatus hic ad nostram perditionem est, et domus confusione plena. Dico autem vobis, filioli mei, quod omnis homo qui suis delectatur cogitationibus, sponte cadit, cum iis quæ sibi inferuntur lætetur, eaque permagna esse mysteria existimet, ac semet ipsum justificet in iis duntaxat quæ operatur; cum

[38] Luc. I, 78. [39] Joan. IV, 36.

Digitized by Google

sit habitaculum mali spiritus qui mala ei consulit, atque corpus illius implebitur ejus mysteriis abominabilibus absconditis. Qui enim ejusmodi est, apprehendunt illum passiones dæmonum, cum minime a se eos abegerit. Nos itaque noscere oportet diaboli laqueos ejusque calliditates, et eas declinare atque fugere; quandoquidem peccata et iniquitates quæ sunt a dæmonibus, minime apparentia sunt aut corporea. Non enim sunt isti visibilia corpora; verum nos illis corpora sumus, animæque nostræ ab illis tenebrarum excipiunt cogitationes : quibus exceptis, efficimus eos manifestos in corpore. Satagite itaque, filioli mei, ne locum illis in vobis concedatis, ne veniat ira Domini super nos, gaudentibus illis et irridentibus, nobis destitutis. Verba mea nolite negligere ; etenim bene sciunt, nostram vitam ab invicem impertiri. Nam quis Deum vidit unquam, et apprehendit illum ne a se elongaretur, et ut eo gauderet, et salvaretur a corporis hujus gravis obluctationibus? Aut quis diabolum corporaliter contra se stantem vidit, ut eum effugeret? excepto quod, cum diaboli sint in abscondito, nos illos nostris manifestamus operationibus; nam omnes ejusdem sunt substantiæ intellectualis; sed recedentes a Deo, hæc varia sortiti sunt nomina, quorum plura de iis comprobata sunt ob plures eorum iniquitates. Et sunt Satan, diaboli, genii, spiritus mali, turpes, perfidi, principes hujus tenebrosi mundi et plura hujusmodi. At cœlestium virtutum nomina sunt, archangeli, throni, dominationes, potestates, cherubim, seraphim ; et comprobata sunt de iis hæc nomina, quoniam servarunt voluntatem sui Creatoris. Qui vero odio habuerunt corporis hujus quo sumus induti sarcinam, illam a se abjicientes; eorum quidam nuncupati sunt patriarchæ, quidam prophetæ et reges, et sacerdotes, et judices, et apostoli. Quæ quidem nomina sortiti sunt, sive viri sint, sive mulieres, ob varia eorum gesta ac propensionem in bonum, et plura ejusmodi ; quamquam omnes ex uno eodemque sint principio et ex eadem substantia.* Ideoque qui in fratrem suum peccat, aut in proximum suum, in semet ipsum peccat; et quicunque in proximum suum molitur malum, vel in æqualem sibi in genere, id profecto in animam suam molitur. Nam quis unquam Deo inferre valuit laborem aut requiem, aut illi inservire ut eum decet, aut laudare quantum ei convenit, aut honorare quantum meretur, aut exaltare quantum est dignus? Quod quidem ob corporis hujus gravitatem qua opprimimur, accidit. Quamobrem consentaneum nobis est, his cognitis, excitare Deum inhabitantem in nobis, nostris operibus et gaudio et miserationibus erga invicem ; et ne nostri amatores exsistamus, ne mali portio efficiamur.

Sed nosmet ipsos agnoscamus : quippe qui semet ipsum agnoscit, agnoscit quoque omnes creaturas quas Creator de privatione ad esse produxit; agnoscet etiam hanc naturam intellectualem, immortalem, in hoc dissolubili corpore reconditam esse ad suas propalandas operationes in illo ac per illud. Qui autem hoc noverit, Deum solum diligere poterit ; qui vero Dominum diligit, omnes diligit. Itaque, filioli mei dilectissimi, impigre atque indesinenter invicem diligite, corpus hoc quo induti estis, thuribulum constituentes, in quo offeretis omnes cogitationes vestras ac vestra mala consilia, ea coram Domino statuentes, extollendo corda vestra potentiamque intellectualem ad illum, flagitantes ab eo, ut vobis elargiatur ab alto suum immaterialem ignem ad comburendum quidquid est in illo thuribulo, expians illud. Et timebunt adversantes sacerdotes Baal, fugientque e conspectu vestro, sicuti e conspectu Eliæ prophetæ [60]. Tum videbitis hominem emergentem ex aquis divini fontis, qui pluere faciet vobis spiritalem pluviam, qui est Spiritus Paracleti. Cum autem consecuti fueritis, filioli mei, hæc præstantia dona, nolite putare ea esse ex operibus vestris, cum adsint et vobis virtutes sanctæ, vestri participes in cunctis vestris actionibus. Ego autem vos obsecro, ut incumbatis et perseveretis in vestris optimis operibus, ut lætentur in vobis sancti omnes ac spiritus mei infelicis, cum omnes ex uno principio et ex una eademque substantia intellectuali invisibili conditi simus. Qui itaque semet ipsum cognoscit, se immortalem substantiam esse novit; et quod Dominus noster Jesus Christus sit verus Patris intellectus, a quo est vera ratio totius rationalis naturæ, quæ ad similitudinem ejus imaginis condita fuit. Cum vero sit *caput corporis*, caput *Ecclesiæ*, ut asserit Paulus apostolus [61]; et idcirco omnes invicem sumus membra, et unum corpus Christo. *Nec potest caput dicere pedibus : Non estis mihi necessarii; sed cum unum patitur membrum, omnia membra compatiuntur*, ut idem ait Apostolus [62]. Unde potissimum nos oportet erga invicem servare dilectionem. Etenim, *qui fratrem diligit suum, is Deum diligit;* qui vero diligit Deum, semet ipsum diligit, quemadmodum dicit Joannes apostolus [63]. Rogo vos præterea, filioli mei dilectissimi, ut percipiatis, quod potestatem in nostram voluntatem habentes conditi sumus, ac propterea nos oppugnant spiritus maligni, nos obsidentes. Verumtamen percipite quod scriptum est in Psalmo : *Angelus Domini castra metatur in circuitu electorum ejus, et ab omnibus mœroribus eripiet eos* [64]. Cupio etiam ut scialis, quod de omnibus qui elongati sunt a virtute, jam consummata est dæmonum fraus, et Scriptura adimpleta est de illis, quod scilicet sint filii diaboli; diabolus enim cum ex suo cœlesti ordine ob superbiam cecidisset, perpetuo intendit casum omnium qui ad Dominum accedere cupiunt totis viribus, hac eadem arte qua ipse

[60] III Reg. XVIII, 25 sqq. [61] Coloss. I, 18. [62] I Cor. XII, 21, 26, 27. [63] I Joan. IV, 21. [64] Psal. XXXIII, 8.

Digitized by Google

cecidit, superbia videlicet et inanis gloriæ amore.

His itaque nos oppugnant dæmones, nos a Deo his aliisque separare putantes. Sciunt enim, quod quicunque diligit fratrem suum, diligit et Deum. Quare injiciunt in corda nostra (ob eorum stultitiam et inimicitiam, qua virtutem prosequuntur,) odium erga invicem : ita quidem, ut neque fratrem videre quisquam nostrum sustineat suum, aut dicere ei verbum. Quamobrem, filioli mei, notum vobis facio, quod multi vere summum impenderunt laborem in virtute; ob suam vero imprudentiam semet ipsos interemerunt. Et sane scio, hoc mirum non esse, cum vos tæduerit operationis existimantes possidere in vobismet ipsis virtutes : hinc cecidistis in hunc diabolicum morbum, qui est prudentiæ privatio, putantes propinquos vos esse Deo et in lumine esse constitutos, cum re vera in tenebris sitis. Filioli mei, quid, obsecro, Dominum nostrum Jesum Christum ad accingendos lumbos suos sindone, et deponenda vestimenta, et aquam in pelvim fundendam, et pedes se inferiorum lavandos [45] compulit, nisi ut humilitatem nos doceret? Quam nobis hoc exemplo quod operatus est, retulit : et sane omnes qui ad pristinum ordinem postliminio recipi cupiunt, id assequi minime valent, nisi humilitate : etenim initio motus superbiæ fuit, quæ (18) e cœlo deturbavit. Nisi ergo ingens in homine exstiterit humilitas de toto corde et de tota mente et de toto spiritu et de tota anima et de toto corpore, non hæreditabit regnum Dei, secundum quod scriptum est. Equidem, filioli dilectissimi in Domino, deprecor Creatorem meum in cujus manibus est spiritus meus, noctu dinque, ut illuminet oculos cordis vestri, ut agnoscatis primum meam erga vos charitatem; tum prospiciatis atque cognoscatis confusionem vestram; nam qui suam cognoscit confusionem, is gloriam electam veram quærit : quippe qui suam novit mortalitatem, is jam novit vitam æternam. Timeo sane, filioli mei, ne comprehendat vos charitas et paupertas in via perducente ad locum, quo assequi valetis divitias. Cupio autem videre vos hic in corpore ; attamen exspecto sæculum illud in quo nulla inest mœstitia neque mœror neque gemitus, sed lætitia et gaudium omnibus vere illud merentibus; ac ut conveniamus ibi quam cito et videam vos. Demum multa adhuc restant mihi verba vobis dicenda : verum tempus haud opportunum nunc est; sed tempus est, ut vobis nominatim salutem dicam, filioli mei dilectissimi. Ac Domino nostro Jesu Christo sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA VII.

Filiis suis monachis, in qua illis demonstrat, nostram salutem neque per angelum neque per hominem factam esse, sed per Deum Verbum incarnatum. Insuper eos incitat ad decertandum summo certamine, ut salutem consequantur. Dixit :

Equidem *novi gratiam Domini nostri Jesu Christi, qui egenus factus est propter nos cum sit dives, ut ejus egestate ditemur* [46] ; ejusque munificentia humilitate, et sapientes efficiamur in stultioribus ejus, et illius morte resurgamus, et clamemus cum Apostolo dicentes : *Et si cognovimus illum in carne, modo non cognoscimus illum sic* [47]. Revera autem, dilectissimi, dico vobis, verba hæc subtilia esse in suo sensu, multaque habeo de illis dicenda : verum hoc tempus non est exponendi ea ; sed ut incipiam dicere vobis salutem in Domino, filioli mei benedicti, notumque vobis facere, quod nobis qui accedere volumus ad Creatorem nostrum, necesse sit, ut certemus pro liberatione animarum nostrarum a passionibus secundum intellectualem legem. Quippe ex adimpletione fraudum et delectatione passionum et diabolicarum tentationum multitudine infirmatum est sensibile nostrum, et demortui sunt motus animarum nostrarum : ideoque non valemus nostræ intellectualis substantiæ cognoscere magnitudinem propter passiones in quas incidimus ; neque nobis salus est, nisi per Dominum nostrum Jesum Christum. Scriptum enim est in apostolo Paulo [48], quod per primum Adam fuit mors, et per Christum fuit vita. Dominus igitur Deus noster Christus est vita omnium rationalium ad similitudinem ejus imaginis conditorum ; quæ est verus Patris intellectus, et imago Patris inconvertibilis et immutabilis. Hæc vero imago apparens exsistens in creaturis convertibilis est : idcirco in ea facta est mors nostra (contra vero est natura intellectualis), et ex ea in carne nati sumus, et facti sumus domus plena certaminis. Ego autem testificor vobis et dico, quod cum jam amisissemus omnes virtutes, vidisseque Deus Pater nostram infirmitatem, et quod sustinere minime valemus ejus in nobis manifestationem secundum propriam formam penes veram ejus rationem, misit Filium suum unigenitum, qui assumpsit carnem nostram, et suam invisit creaturam suosque ministros et sanctos suis donis. Itaque, filioli mei mihi dilectissimi, obsecro vos per meam erga vos dilectionem, ut accedatis ad Dominum de toto corde vestro, exploratum habentes, quod omnia opera nostra quæ Domino offerimus, gratia quam nobis elargitus est mediante, ejus pro nobis humiliationi haudquaquam sint comparanda. Nobis enim non indiget, neque ad nos venit propter nostram humilitatem, verum ob ingentem ejus bonitatem et humilitatem charitatemque incomprehensibilem. Neque egit nobiscum juxta peccata nostra, sed injunxit lunæ et stellis inservire domui huic tenebrarum quæ est mundus, ad corporis subsistentiam.

Constituit præterea alia permulta occulta nobis inservientia, quæ corporeis nostris oculis minime cernimus. Nos vero ob nostrorum peccatorum multitudinem, eorum erga nos servitutem irritam fecimus. At quid, sodes, Domino nostro die judicii dicemus? Nam quid bonorum nobiscum ipsemet

[45] Joan. XIII, 4 sqq. [46] II Cor. VIII, 9. [47] II Cor. V, 16. [48] I Cor. XV, 22.

(18) *Quæ.* Vel *qui.*

Digitized by Google

operatus non est? Etenim nec patriarchæ pro nobis defatigati sunt, nec sacerdotes nos docuerunt, nec judices, et reges pro nobis decertarunt nec apostoli pro nobis persecutionem passi sunt, sed Filius dilectus, Verbum, pro nobis omnibus mortuus est. Quamobrem omni puritate nos parari oportet, eademque ordinantes proposita et sensus nostros inter bonum et malum variabiles; cum necesse quoque sit, nos immutari et occurrere Domino nostro Jesu Christo, qui veniens ad nos suis omnibus dispensationibus, nos liberavit, et in omnibus nobis assimilatus est præter peccatum [49]. Quod quidem aliquibus fuit in scandalum, aliis vero in utilitatem, aliis in sapientiam et fortitudinem, aliis in resurrectionem et vitam. Itaque, filioli mei, notum hoc vobis sit, quod nempe Domini nostri adventus factus sit illis in judicium, et in vitam istis. At de his dicit Jeremias propheta : *Venient dies, dicit Dominus, et constituam legem meam in pectoribus eorum, et scribam illam in cordibus eorum; et ero illis Deus, et erunt mihi populus; et tum nemo docebit civem suum, neque fratrem suum, dicens : Cognosce Dominum; etenim omnes me cognoscent a minori ad majorem, et eniam eos a peccatis eorum, nec amplius revertar recordari illorum peccatorum* [50]. De illis vero Apostolus dicit : *Ut omne os obstruatur, et subdatur omnis mundus Deo* [51]. Quippe qui Deum cognoverunt, nec illum ut Deum laudaverunt ob stram insipientiam quæ sapientiam Dei excipere nequit, ira super illos descendet. Jam, filioli mei, video quod unusquisque nostrum sese malis sponte tradiderit : quæ quidem in nobis consummata sunt; ob nostram insipientiam nobis dominata sunt.

Quamobrem formam servi noster assumpsit Dominus, ut per eam nos salvaret, omnes implens suas dispensationes usque ad mortem crucis, ut ejus morte atque resurrectione sit nobis præstantissima resurrectio, cessetque a nobis mortis potestas quæ est potestas diaboli, ut nosmet ipsos abstrahentes, ejusque imitantes humilitatem, vere simus ei discipuli. Filioli mei dilectissimi in Domino, dico vobis me corpore atque spiritu valde esse perturbatum, eo quod sanctorum nuncupati simus nominibus, eorumque induti habitu quo coram infidelibus gloriamur, operandi vero virtutem minime habemus. Vereor quidem, ne impleatur de nobis Apostoli dictum : *Habentes formam religiositatis, cujus inficiamur virtutem* [52]. Ego autem ob meam erga vos charitatem, nunquam Deum pro vobis deprecari cesso, ut percipiatis vestram in vobis abditam vitam, et per eam operemini id quo digni efficiamini invisibilem consequi hæreditatem. Sciatisque, dilectissimi, quod nostra absolvere opera nostris pro viribus secundum ejus voluntatem, id esse quod debemus, cum nostræ substantiæ id naturale sit; ac præterea virtutis nostræ haud tribuendum est superabundantiæ. Nam quicunque Deo inservierit, illumque de toto corde quæsierit, id sane facit sua naturali substantia. Si autem perpetraverit peccatum aliquod, reprehensione pœnave dignus erit, cum id alienum sit a naturali substantia. Itaque hoc cognoscite, et scitote me nihil celare vos, aut quidquam abscondere a vobis quod ad vestram spectet salutem. Notum præterea vobis facio, corpus perpetuo spiritui adversari, ut ait Paulus apostolus [53]. Quamobrem qui religiositatis vitam in Jesu Christo sequi cupitis, vos oportet longe expellere corporales concupiscentias precibus ad Dominum nostrum Jesum Christum fusis, qui sua misericordia et benignitate amovebit a vobis cunctas ærumnas ac tentationes quæ a corpore emergunt; quales passi sunt patres nostri apostoli, qui sua mediante patientia hostis potestatem, idololatriam videlicet debellarunt : quare elargitus est eis Dominus consolationem et virtutem dicens illis : *Erit vobis pressura in mundo; sed confidite : ego enim vici mundum* [54]. Dixit illis quoque : *Si prophetas persecuti sunt, et me sunt persecuti, et vos persequentur : et si odio me habuerunt, vos quoque odio habebunt; sed confidite, et scitote quod vestra patientia solvetis virtutem hostis* [55]. Ego quoque, filioli mei benedicti, cupio ut sciatis hunc sermonem, nec non quæ dixit Paulus apostolus, quod scilicet passiones hujus sæculi non sint comparandæ gloriæ in nobis manifestandæ [56]. Et notum vobis sit, quod propter meam erga vos charitatem modica hæc verba spiritualia vos sum allocutus, ut æquo sitis corde. Mihi quippe constat evigilantem intellectum corporali verborum multiplicitate indigere minime. Equidem gaudeo in Domino propter vos, filioli dilectissimi, sancti in vestra intellectuali substantia; et cupio, ut sciatis mensuram donorum quæ nobis fiunt a Domino ad nostram conservationem et incrementum, et ut amplectamini opera naturalia substantialia, non autem quæ substantialia non sunt.

Nec non ego infelix planum quoque vobis facio, quemadmodum Dominus meus sua gratia excitavit intellectum meum a dormitatione mortis, et ingens jam contigit mihi ploratus atque gemitus toto intervallo modici temporis hujus, quod mihi in terra superest. Etenim mecum cogito, quid dabimus Domino pro iis quæ nobis fecit? Cum angelos suos nobis servire fecerit, et prophetas suos nobis prophetare, et apostolos suos nobis evangelizare : quod vero his omnibus majus est, misit Filium suum unigenitum ad nostram salutem. Quare vos obsecro, ut corda vestra excitetis in timore Domini, et sciatis, quod Joannes præcursor aqua baptizaverit ad pœnitentiam in præparationem ad baptisma Domini nostri Jesu Christi, qui baptizavit Spiritu sancto et igni, qui est ignis bonorum operum. Præparemur igitur ad emundandum nosmet ipsos corpore et spiritu ad suscipiendum baptisma Domini nostri

[49] Hebr. IV, 15. [50] Jerem. XXXI, 31-34. [51] Rom. III, 19. [52] Rom. II, 20; Tit. I, 16. [53] Galat. V, 17. [54] Joan. X, 32. [55] Joan. XV, 20. [56] Rom. VIII, 18.

Digitized by Google

Jesu Christi, et ad operandum, atque offerendum nosmet ipsos illi hostiam acceptabilem. Spiritus namque consolator qui suscipitur in baptismo, nobis elargitur operari in pœnitentia, ut iterum nos reducat ad pristinum principatum nostrum et ad hæreditatem permanentem obtinendam. Scitote itaque, quod omnes qui in Christo baptizantur, Christum induunt, ut inquit Paulus apostolus [57], adipiscentes gratiam Spiritus sancti. Etenim tam servus quam liber, tam mas quam femina, statim atque hanc consequitur gratiam, cessant ab eo corporalia hæc idiomata; et Spiritus sancti accipit doctrinam eo tempore quo adipiscuntur hæreditatem regni cœlorum sempiternam adorantes Patrem, uti decet, in spiritu et veritate [58]. Nec quispiam vestrum dicat, filioli mei, quod nobis non erit judicium in die adventus Domini novissimi: verum sciamus, quod adventus Domini nostri Christi primus jam nobis comminatus fuerit judicium in die illa, nisi illius adimpleverimus præcepta. Et scitote, quod omnes spiritu induti impense pro nobis deprecantur, ut Domino nostro uniamur, et hæreditemus quod nobis ab initio fuerat constitutum, iterum induentes nostram pristinam substantialem formam qua per inobedientiam exuti sumus. Quippe Patris vox his spiritu indutis semper suam planam facit bonitatem, in eorum reducens memoriam Scripturam dicentem : *Consolemini populum meum, sacerdotes, et loquimini in corde Jerusalem : ego autem mittam ei pacem in misericordia ejus, omni tempore* [59]. Qui invisit creaturas suas manifestans in eis suam bonitatem, elargiatur vobis sapientiam et scientiam et gratiam et spiritum discretionis ad intelligendum quæ scripsi vobis ex præceptis Domini, et ea doceatis, ut vos puros servent usque ad novissimum spiritum. Ipseque suscipiat a me preces has meas quæ sunt pro vestra omnium salute, filioli mei dilectissimi in Domino. Cui gloria et majestas in æternum. Amen.

EPISTOLA VIII.

Filiis suis monachis, incitans eos ad certandum, ut consequantur hic Spiritum sanctum igneum, et simul conveniant illic. Nec non in eorum revocat memoriam sua certamina, significans eis quæ est consecuturus, ut his illos incitet. Oportet autem, ut legatur die ejus obitus. Dixit :

Dilectissimi in Domino, scribo vobis, tanquam filiis, suis parentibus charissimis. Etenim filii carnales, si suorum parentum imitatores obedientesque exstiterint, eos diligunt parentes ex tota corde, summoque prosequuntur honore, plus quam inobedientes sibi filios. Si quid vero pulchri bonique adepti fuerint, id liberis sibi obedientibus suique imitatoribus reponunt. Si ergo carnales parentes id præstant, eo magis patres nostri spirituales præstare cupiunt honores filiis suis sibi obedientibus suique imitatoribus. Quare, dilectissimi in Domino, quos diligo ex toto corde meo, cupio esse apud vos omni tempore, et vos videre ac benedicere. Quippe fœdus vestrum mihi præstitum, imitationemque vestram mei, ac vestram ad Deum reversionem, rectas quidem esse aspicio; etiam inhabitatis in corde meo omnibus modis. Hinc autem rogo Deum meum causa vestri noctu diuque, ut elargiatur vobis sua dona quæ mihi indulsit sua duntaxat gratia, non autem meis meritis. Etenim hæc sunt magnæ illæ divitiæ quas mihi concessit Dominus noster, quem supplico ut eas vobis quoque concedat; et hæc est summa desideriorum meorum et deprecatio mea noctu diuque, ut sitis mecum in loco in quo ero, cum discessero ex hoc corpore. Dominus quidem noster semper exaudit me a mea pueritia usque in hodiernum diem, et scio quoque quod hoc aliud sua misericordia mihi præstabit. Hæc sane scripsi vobis, filioli mei, ob nimiam cordis mei erga vos charitatem; quandoquidem vestris certaminibus pro Domino mei imitatores in omnibus exstitistis. Sciatis itaque, quod Dominus noster Christus (cujus memoriæ adoratio) ob nimiam suam charitatem similiter operatus est suis discipulis, cum dixit eis : *Utique non voco vos servos, sed fratres, et amicos, et filios* [60]. Cumque facti essent ei in filios, rogavit pro eis Patrem dicens : *Pater, volo ut sint isti ubi ero et ego : quoniam ego sum in te, et isti in me, ut simus omnes perfecti in unitate* [61]. Considera igitur et intellige, qua ratione rogavit Dominus noster Jesus Christus Patrem suum pro discipulis suis, eo quod facti sunt ei filii, ut sint videlicet cum eo ubicunque erit. Simili modo est deprecatio hæc mea, dilectissimi mihi, ut simus omnes simul in loco illo, in quo nulla est mœstitia, neque infirmitas, neque tenebræ, neque spiritus mali; sed est omni refertus lætitia, et lumine, et vita æterna, et coronis incorruptibilibus, aliisque quæ ibidem exstant, quæ humana lingua enarrare non potest; duratura namque sunt in sæcula sæculorum.

Quare orate, filioli mei, Dominum, ut facile iter meum ad vos iterum reddat, ut permaneam apud vos aliquid temporis. Haud enim me latet, hoc ad vestram ædificationem et gaudium in fide fore. Ego quoque gaudebo, cum venero ad vos, ut gaudeatis et vos, et affluentius crescatis in fide : nec non plura aperiam vobis arcana, quæ hac in epistola scribere nequeo. Gaudebit quoque in vobis mater vestra Sara, quæ est anima mea, hæc quæ perfecta est in suo amore, et peperit in vobis divinum Spiritum, cupitque vos perficere, quemadmodum rogavi pro vobis, ut Spiritum illum igneum magnum quem suscepi, suscipiatis et vos; quem si suscipere voltis, ita ut maneat in vobis, offerte prius opera corporis, et cordis humilitatem, et vestras elevate cogitationes in cœlum noctu diuque, et quærite cum cordis rectitudine Spiritum hunc igneum, tumque dabitur vobis. Hac enim ratione illum consecutus

[57] Galat. III, 27, 28. [58] Joan. IV, 23. [59] Isa. XL, 1, 2. [60] Joan. XIII, 15. [61] Joan. XVII, 21, 21.

Digitized by Google

est Elias Thesbites, et Elisæus cum reliquis prophetis. Nec cogitetis in cordibus vestris, et ancipitis cordis sitis, dicentes : Quis valet hunc suscipere ? Nequaquam, filioli mei, nequaquam sinatis has cogitationes in vestra venire corda,, sed quærite cum rectitudine cordis, et suscipietis illum profecto. Ego autem Pater vester una quoque vobiscum decerto, pro vobis rogans ut illum suscipiatis ; novi namque vos perfectos esse, illumque suscipere valentes. Quicunque enim semel ipsum hac cultura colit, dabitur ei Spiritus ille semper atque in æternum. Scio autem quosdam, qui cum illum suscepissent, et hanc non perfecissent culturam, in illis minime permansisse. At vos, dilectissimi mihi, quos videre cupio propter intellectuum vestrorum rectitudinem, persistite in precibus cum sollicitudine ex totis cordibus vestris, et dabitur vobis. Spiritus namque ille in cordidus inhabitat rectis. Qui sane susceptus revelabit vobis excelsa arcana, aliave quam plura quæ charta, calamo atramentoque exponere non valeo; et amovebit a vobis timorem hominum, et bestiarum, et charitatum aliorumque ejusmodi; et erit vobis cœleste gaudium noctu diuque, eritisque in hoc corpore tanquam illi qui jam sunt in regno. Nec pro animabus vestris rogabitis duntaxat, verum etiam pro aliis, cum quicunque hunc susceperit Spiritum pro se rogare haud indiget amplius, sed pro aliis. Quemadmodum fecit Moyses; qui cum hunc suscepit Spiritum, rogavit pro populo dicens Deo : *Si deperderis hos, dele nomen meum de libro vitæ* [62]. Ejusmodi quoque est deprecatio omnium sanctorum, aliorumque qui ad hunc pervenerunt terminum, quos nominatim recensere non valeo ; vos vero cum sapientes sitis, eos cognoscitis. Mea autem deprecatio noctu diuque est, ut sit in vobis magnitudo Spiritus hujus, quem susceperunt sancti omnes. Equidem, filioli mei dilectissimi, postquam epistolam hanc scripseram, Spiritu Dei motus sum, ut scriberem vobis in hujus calce de Spiritu hoc igneo, atque de divina charitate. At cum venero ad vos Domini ope, alia quam plura nota vobis faciam de hoc Spiritu, ut ea omnia consequamini. Quemadmodum vero salutem vobis inftio epistolæ hujus sum impertitus; similiter dico vobis salutem in charitate Domini in fine illius per hunc Spiritum igneum, quem suscepimus ego et vos gratia Domini. Rogo demum vos, ut relinquatis vestram sensualem voluntatem, et quieti omnibus modis incumbatis, ut inhabitent apud vos excelsæ virtutes hujus Spiritus sancti afflatu, opem vobis ferentes ad operandum juxta voluntatem sanctæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti : cui laus semper in æternum.

EPISTOLA IX.

Filiis suis monachis : notam eis facit mensuram virtutis Dei in sanctis. Hortatur eos præterea ad illam consequendam, ut obtineant regnum sempiternum. Dixit:

Dilectissimi in Domino, si homo Deum dilexerit de toto corde, et de tota cogitatione, et de tota mente, et de tota virtute sua, timorem consequitur ; timor autem generat fletum ; fletus vero generat fortitudinem : quibus consummatis in anima, fructus feret in omnibus. Deus autem pulchris his fructibus in anima perspectis attrahit illam ad se tanquam odorem thuris electi, illaque lætatur cum angelis omni tempore, elargiens illi quoque lætitiam, eamque custodit in omnibus viis ejus, ut perveniat ad locum suæ requiei ; et non prævalebit adversus eam diabolus, videns altissimum custodem illam circumdantem ; idcirco homini illi accedere prorsus timet, ob magnam illam virtutem. Nunc autem, dilectissimi mei in Domino, quos diligit anima mea novitque esse Dei amatores, comparate vobis virtutem hanc, ut paveant vos dæmones, et laboribus quos peragitis, levemini, et divina vobis dulcescant : siquidem divini amoris dulcedo favo longe dulcior est. Multi sane ex monachis et virginibus qui in congregationibus sunt, cum hanc divini amoris dulcedinem minime degustassent, nec divinam fortitudinem essent consecuti, autumabant, se eam jam nactos esse, quam tamen lucrari haudquaquam sunt conati : ideoque minime eam elargitus est illis Deus. Profecto enim quicunque illam lucrari conatur, eam consequitur Dei concessione : quandoquidem personarum non est acceptor Deus ; verum omnibus in generationibus, generatione post generationem, illam largitur operantibus opera illius. Nunc, dilectissimi mei in Christo, bene scio, vos Deum diligere ; verum satagite, ut id sit ex totis cordibus vestris ; in quo quidem lætatur cor meum, ut valeatis obtinere virtutem Dei, et reliquum vitæ vestræ cum gaudio et lætitia transigere, et ut leviora vobis reddantur opera Domini, cum virtus quæ homini datur, ea ipsa sit quæ illum dirigit ad loca requiei, illumque custodit quousque pertranseat omnes aereas virtutes, sicut ait Psalmus : *Beatus vir, qui complet desiderium suum ex ipsis ; tunc enim non confundetur, cum alloquetur inimicos suos in portis* [63]. Scitote itaque, filioli mei, quod dum habet homo lumen Dei virtutemque ejus, opprobria mundi hujus contemnit atque etiam honores ejus, et odio habet omnia quæ sunt in hoc mundo, et corporis requiem, emundatque cor suum ab omnibus malis cogitationibus ; tum jejunium offert et lacrymas noctu diuque, nec non puras preces : quare largietur ei Deus virtutem illam. Itaque, filioli mei benedicti, hanc obtinere virtutem satagite, qua mediante operabimini omnia opera vestra cum requie et levamine, magnamque nanciscemini coram Domino fiduciam, et implebit vobis omnes vestras petitiones. Præterea scitote quod plura scribere vobis verba decreveram ob meam erga vos charitatem, verum brevi hac epitome contentus fui. Dominum autem deprecor Jesum Christum, ut eam constituat in vestram salutem et gaudium. Quem

[62] Exod. xxxii, 32. [63] Psal. cxxvi, 5.

Digitized by Google

decet laus et honor ab omnibus rationalibus cum Patre suo, et Spiritu sancto in sæcula. Amen.

EPISTOLA X.

Filiis suis monachis : de vana gloria, ejusque certaminibus. Præterea eos docet, qua ratione illis decertandum sit, ut ab illa eripiantur in pace Domini. Dixit :

Scribo vobis, filioli mei benedicti, epistolam hanc, ut percipiatis quod Deus se diligentes, et quærentes de toto corde suo, exaudit, concediteque illis omnes eorum petitiones. Verumtamen illorum qui ad illum de toto corde suo non accedunt, sed ancipitis sunt cordis, et quidquid agunt, id palam præstant ad consequendam gloriam laudemve hominum, petitiones non exaudit, sed potius irascitur illis : ad ostentationem quippe eorum sunt opera. Quare adimpletur de illis dictum Psalmi dicentis : *Deus disperget ossa hypocritarum* [64]. Deus namque (cujus memoriæ honor) eorum adirascitur operibus illorumque precibus haud lætatur, et summopere iis adversatur ; opera enim sua sine fide agunt ; eo quod ad ostentationem humanam ea perpetrent. Atque hac de causa virtus Dei in illis non operatur, cum corde sint infirmi in omnibus operibus quæ aggrediuntur. Idcirco divinam ignorant dulcedinem, ejusque lenitatem et gaudium. Quinimo aggravantur opera illorum super animas eorum, tanquam onus grave. Multos quidem ex genere vestro, qui hanc virtutem quæ animæ suavitatem præbet, eamque in dies gaudio et lætitia auget, atque in illa divinum accendit calorem, non sunt consecuti ; eosque decepit spiritus iste malus, eo quod sua opera ad ostentationem hominibus peregerunt. At vos, dilectissimi mei et cordi meo charissimi, qui laborum vestrorum fructus coram Domino obtulistis, recedere satagite a spiritibus gloriæ inanis, et jugiter adversus eam pugnate, ut accipiat fructus vestros Dominus quos coram ipso obtulistis, et virtutem quæ ejus datur electis, obtineatis. Cor autem meum, dilectissimi mei, vestra causa confirmatum est, cum sciam, vos spiritui gloriæ inanis minime assentiri, sed perpetuo illi adversari ; ideoque fructus vester sanctus atque vivus est. Quamobrem spiritui illi malo adversari persistite ; nam initis ab homine justis operibus, optimoque certamine, ad ineundam cum illo participationem accurrit hic, et ab his eum amovere conatur ; ita quidem, ut quidquam justi illum agere non sinat, cum sit spiritus malus adverseturque omnibus qui fideles esse cupiant. Multi quidem sunt quibus homines gloriantur tanquam fidelibus, et qui statim commutant misericordiam egentibus, quibus quoque adversatur spiritus iste. Aliis vero inter operandum sese immiscet, eorumque deperdit fructus efficitque retrocedentes, et ut suas virtutes et misericordiam inani gloriæ permistas operentur.

Hos autem fructibus esse præditos homines existimant, cum profecto careant : sunt enim instar sycomori, quam dulcibus fructibus refertam esse putant qui eam a longe conspiciunt ; prope vero accedentes ad illam, præter corruptos fructus dulcedinis expertes, nihil nanciscuntur. Similes sane sunt qui inanem suscipiunt gloriam ; nam arbitrantur homines, hos plurimis esse præditos fructibus gratissimis Domino, cum tamen nullos omnino fructus habeant. Quinimo exsiccavit eos Deus, eo quod nullum in iis bonum fructum nactus sit : ac propterea suæ divinitatis dulcedine incomparabili eos privavit. At vos, filioli mei, decertantes, obsistere satagite spiritui inanis gloriæ, et illi adversemini atque prævalete contra illum. Etenim adveniet virtus Dei, vobisque opem feret ac manebit vobiscum, et diligentiam vobis elargietur atque calorem omni tempore. Ego quoque rogo pro vobis, ut permaneat in vobis hic calor in æternum ; nam verax est, et nihil est eo præstantius. Si quis autem vestrum deprehenderit se minime hoc præditum esse calore, illum quærere satagat ; qui quidem quærenti aderit. Etenim igni similis est, in quem volentes homines aliquid olerum concoquere, inflant donec accendatur : quo autem accenso, illius acquirit naturam, ebullitque ascendens et comburens. Pari quidem ratione, filioli mei, cum videritis animas vestras frigefieri per incuriam atque pigritiam, eas erigere studete, super illas plorantes. Procul dubio enim calor ille veniet, et illis scilicet animabus vestris infletur : cujus acquirentes naturam, bonis operibus ebullient. Hinc David cum animadvertisset animam suam jam aggravatam esse atque frigefactam, sic ait : *Projeci animam meam coram te, et recordatus sum præteritorum dierum, et meditatus sum opera manuum tuarum. Præterea expandi manus meas, et facta est anima mea tanquam terra sitiens coram te* [65] : Quare percipite, dilectissimi mei, quæ fecit David, qui, cum aggravatum esset cor ejus, adeo quidem sollicitus fuit, donec accensus est calor in corde ejus, ita ut dixerit : *Cor meum paratum est, Deus, cor meum paratum est* [66]. Et restitutus est ministerio, mediante ejus nocturna diurnaque cura et sollicitudine. Similiter facite et vos, ut unanimes sitis in præparatione cordis, divino opitulante lumine et calore, et ut magna aperiat Deus vobis arcana quæ explicari nequeunt. Ego autem rogo illum, ut corpora animasque vestros atque spiritus incolumes servet, donec transferat vos ad suæ misericordiæ mansionem, locum quem sancti nostri incolunt patres. Estote gaudentes in Domino, cui gloria semper in æternum

EPISTOLA XI.

De discretione, ejusque acquisitione. Dixit :

Scitote, filioli mei benedicti, quod scripserim vobis tanquam filiis dilectissimis, benedictione atque regni hæreditate dignis. Quamobrem vos decet, cum tales effecti sitis, ut memores sitis noctu diuque istorum, cum filii regni fieri cupiatis, ut custodiat vos Dominus ab omnibus malis, ut omnia discernentes, meliora eligatis et bona justis parata con-

[64] Psal. LII, 6. [65] Psal. CXLII, 5, 6. [66] Psal. CVII, 2.

Digitized by Google

sequamini. Cum autem, filioli mei, mihi facti sitis dilectissimi, et filii regni, pro vobis sine intermissione deprecor, ut elargiatur vobis Deus gratiam providendi et discernendi omnia, ut distinguatis inter bonum et malum. Etenim scriptum est in Paulo apostolo, quod *esca fortis perfectorum est* [67]. Hi autem sunt, qui suos exercuerunt sensus ac sua proposita nimia inquisitione circa bonum et malum; et propterea filii regni facti sunt, et divinæ ascripti filiationi: idcirco hanc illis tribuit prudentiam et discretionem in omnibus eorum operibus, ne seducat eos sive homo sive diabolus. Sciendum itaque vobis est hostem fidelibus adversari boni specie, pluresque decipere, eo quod minime illis concessa est prudentia et discretio. Hinc, cum has novisset beatus Paulus divitias quæ erunt fidelibus, quarum magnitudinis non est terminus, scripsit Ephesiis (qui liberi ei facti erant, et filii regni) ob nimiam illius erga eos charitatem dicens: *Fidelibus sanctis, qui sunt Ephesi. Ex quo audivi fidem vestram in Dominum nostrum Jesum Christum, et dilectionem vestram erga omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis, et recordari vestri in orationibus meis, ut Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ et intelligentiæ, ut illuminentur oculi cordium vestrorum, et sciatis quidditatem* (19) *spei vestræ vocationis, et quidditatem gloriæ divitiarum hæreditatis ejus in sanctis* [68]. Et ait etiam. *Equidem flecto genua adorans Patrem, a quo denominatur omnis paternitas, tam in cœlo quam in terra, ut concedat vobis secundum divitias gloriæ suæ, ut confirmetur fides vestra, et corroboret auxilium Spiritus sui in vobis, ut inhabitet Christus in homine vestro interno per fidem, et in cordibus vestris per dilectionem, firmam habentes radicem et fundamentum vestrum, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quidnam sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profunditas* [69].

Intueamini itaque, filioli mei, hunc magnum Apostolum, qui cum cognovisset magnitudinem harum divitiarum, quas ignorabant illi qui in filios ei se adnumeraverant per aditum ad fidem, rogavit pro illis, ut harum divitiarum magnitudinis consequerentur cognitionem quam ipse noverat, quæ est vera providentia, quæ est discretio, qua majus est in fide Christiana nihil. Hoc autem propter ingentem ejus charitatem erga illos; sciens enim quod si eam fuerint consecuti, nullus erit illis labor in quoquam, nec terrebuntur timore ullo, et gaudium Domini consolabitur illos noctu diuque, et opera erunt illis dulcia semper et omnibus temporibus. Ideoque impertitur eis Deus revelationes magnorum arcanorum futuri sæculi, quæ carnea lingua explicare non valemus. Itaque, dilectissimi in Domino, qui filii facti estis, rogate noctu diuque lacrymarum ubertate pro hac providentia et discretione, ut sit vobis bonum sempiternum a Deo nostro, et augeatur gloria vestra in omnibus, et det vobis alia permulta quæ nunquam cognovistis. Ego autem Pater vester rogo etiam pro vobis, ut ad hanc mensuram quæ est nobis, perveniatis. Etenim multi monachorum et virginum qui sunt in congregationibus, hanc mensuram non attigerunt. Vos autem si hanc mensuram attingere cupitis, quæ est perfectio, recedite ab omnibus iis qui hujusmodi habent nomen, monachatus videlicet et virginitatis, nec reperitur in illis hæc providentia et discretio; nam si cum illis communicaveritis, proficere vos non permittent, imo exstinguent calorem ex vobis, cum in illis nullus exstet calor, sed algor, ambulantes secundum suas voluntates. Si ergo venerint ad vos, et locuti fuerint vobiscum verba hujus sæculi et quæ eorum congruunt voluntatibus, nolite illis assentiri. Scriptum enim est in Paulo apostolo: *Non exstinguatis Spiritum, nec contemnatis prophetias* [70]. Scitote autem, filioli mei, quod Spiritus non exstinguitur ex nobis, nisi verbis inanibus aliisque hujuscemodi operibus permultis, quæ singula scribere non valeo. Cum autem illos fugeritis, eos contemnere nolite; verum illis benefacite, non tamen cum illis communicantes, ne vos retrocedere faciant. Et pax Domini nostri sit cum spiritibus vestris mansuetis, filioli mei dilectissimi. Cui laus et honor ab omnibus creaturis in æternum. Amen.

EPISTOLA XII.

De charitate. Cupit præterea eos videre, ut simul omnes consolatione participent. Dixit:

Scitote, dilectissimi mei in Domino, quod charitas Domini perpetuo mentes nostras invisit, omnibusque opitulatur, qui cordis sui cogitationes præpararunt ad recordationem Ecclesiæ primogenitorum [71] noctu diuque, nec ad alia eas admovent. Quemadmodum autem horum recordatio semper est Dei Spiritus, ipse potissimum pro illis rogat, quippe qui facti sunt ei filii, eosque in Deo genuit. Pari quidem ratione non cesso vestri recordari diu noctuque in orationibus meis, ut firma sit fides vestra, et virtutum operibus augeamini, atque ut stabiliat Dominus noster vestram providentiam et discretionem, et magnam tribuat vobis fortitudinem plus quam prædicti estis. Hæc quidem est mea pro vobis assidua deprecatio, cum vos in Christo genuerim, et mihi filii facti sitis. Sic Timotheo, cum eum genuerit Paulus apostolus in Deo, et factus sit ei filius, scripsit ita dicens: *Recordor tui in orationibus meis noctu diuque, et cupio te videre; et recordor lacrymarum tuarum, ut implear gaudiis, memorans fidei tuæ veræ* [72]. Considerate itaque, filioli mei, hunc Apostolum, et quomodo pro Timotheo qui factus est ei filius eumque in Deo genuit, hæc tria faciebat: nempe illius noctu diuque recordabatur, pro illo orabat, ac ipsum videre cupiebat. Pari qui-

[67] Hebr. v, 14. [68] Ephes. i, 15-18. [69] Ephes. iii, 14-18. [70] I Thess. v 19, 20. [71] Hebr. xii, 23. [72] II Tim. i, 3-5.

(19) Substantiam.

Digitized by Google

dem ratione, dilectissimi mei, quos ob cordium vestrorum rectitudinem cor meum diligit, facio et ego quemadmodum fecit Paulus Timotheo, hæc eadem tria; vestri scilicet recordor, oro pro vobis et videre vos cupio. Quæ sane præsto, memor laborum vestrorum vestrique gemitus et cordis vestri mœroris, ac magnæ vestræ patientiæ atque mansuetudinis, cum hæc faciatis corde valido atque sapientia. Quicunque enim opera Dei operatur, spiritu sapientiæ operatur. Hinc ait Paulus apostolus: *Deus haudquaquam nobis dedit spiritum timoris, verum spiritum sapientiæ ac virtutem charitatis*[73]. Dominus autem noster rationem ab unoquoque nostrum exiget, num opera ejus sint secundum hanc sapientiam.

Ego modo, filioli mei, rogo Dominum, ut faciles reddat vias meas ad vos, ut iterum veniens vos videam. Quippe haud me latet, vos me videndi flagrare desiderio, quemadmodum ego magis magisque vos videre cupio. Hoc autem percipite, quod nihil in terra sit, quod amori parentum erga filios, et filiorum erga parentes comparari possit; hi enim omni tempore se invicem videre cupiunt. Si parentes igitur filiique carnales hac sunt præditi charitate, quo magis spirituales parentes eorumque in Deo filii? Quamobrem se invicem cum timore Dei ejusque charitate videre cupiunt, cum parentes in Deo majores sint parentibus in carne. Amor item parentum erga filios major est amore filiorum erga parentes. Hinc ait divinus Paulus apostolus: *Si vobis est erga me modica dilectio, dilectio mea erga vos ingentior quidem est*[74]. Pari sane ratione mei Patris vestri, filioli, amor erga vos ingentior est amore vestro erga me, qua mihi filii facti estis. Oremus igitur simul omnes ut nobis concedat Dominus noster iterum invicem videre. Profecto scio magnum gaudium atque lætitiam vobis allaturum fore mei ad vos adventum, quemadmodum ait Apostolus: *Vehementer vos videre cupio, vobisque utilitatem spiritus afferre, ut ea confirmetur fides vestra, et consolemur omnes simul fide mea ac fide vestra*[75]. Etenim convenientes, alia quamplurima nota vobis faciam, quæ litteris ad vos dare non valeo, ut sit hoc vobis salus in Domino Jesu Christo. Cui gloria, et honor, et veneratio, et laus in æternum. Amen.

EPISTOLA XIII.

Incitat eos ad consequendum gaudium, quod consequuntur militantes. Dixit:

Jam scitis, dilectissimi mei in Domino, quod universæ creaturæ rationali, sive mas sive femina illa fuerit, insit organum amoris ad utrumque, ad divina videlicet et humana amplectenda; divini enim divina diligunt, carnales vero diligunt carnalia. Quoniam vero divina in vobis sunt, diligo vos ex toto spiritu meo, eo quod Deum in vobis habetis, et jam penes me magno in loco constituti estis, semperque Deum meum pro vobis rogo, ut in cordibus vestris divinis augeamini in Dei charitate, et ut aperiatur vobis magnitudo arcanorum Dei, quæ nequeo lingua mea explicare; etenim in summa sunt collocata altitudine. Non quidem sicut ea, qualia sunt hujus mundi; neque immundis revelantur animabus, sed illis qui corda sua expiarunt ab omnibus sordibus et operibus hujus mundi transituri: istis videlicet qui mundum odio habuerunt usque ad animas quoque suas, et crucem portantes secuti sunt Dominum, in omnibus operantes secundum ejus voluntatem. Quare inhabitavit in iis divinitas, et eis elargita est dulcedinem atque lætitiam in Deo, quæ profecto lætitia animas alit, easque satius auget. Et quemadmodum arbores nisi biberint ex natura aquæ, crescere nequeunt: sic anima, nisi susceperit cœleste gaudium, neque crescere valet neque sursum extollitur. At animæ quæ spiritum susceperunt, cœlestique imbutæ gaudio sunt; quæ sursum crescere valent, cum custodierint quod ante diximus: atque adeo aperta sunt illis arcana regni cœlorum adhuc in hac carne exsistentibus, et fiduciam coram Deo in omnibus ita sunt nacti, ut adimpleverit illis cunctas eorum petitiones. Nunc itaque, dilectissimi mei et honorandi, hæc est mea perpetua deprecatio, ut ad hanc nimirum perveniatis metam, ut sciatis atque cognoscatis divitias regni Dei, cujus non est mensura neque finis. Scio quidem, hoc haud promereri, nisi aliquos ex monachis et virginibus qui sunt in congregationibus, quod pervenerint ad terminum perfectionis, paratæque sunt eis sedes, ut sedeant super illas in die judicii ad judicandum. Certe novi aliquos hac nostra ætate, qui ad hunc filiationis Dei pervenerunt terminum. Nec ulla sane ætas ex ætatibus expers fuit horum, qui ad hunc pervenerunt terminum; nec futuræ etiam ætates horum erunt expertes, non virorum duntaxat, verum et mulierum. Qui cum sederint super sedes, ut præcessit sermo, unusquisque eorum judicabit homines suæ ætatis, eo quod decertarunt donec perfecti sunt; nam qui perfecti sunt, judicabunt orbem. Atque hoc est id quod pro vobis deprecor noctu diuque, ut perveniatis ad hanc mensuram judicandi homines vestræ ætatis. Quod sane est ob nimiam meam erga vos charitatem, quam explicare verbis non possum, neque vos quoque potestis. Nam ut Paulus apostolus ait iis qui sibi in filios ascripti erant: *Nolo exhibere vobis evangelizationem tantum, sed et memet ipsum, quoniam facti estis mihi charissimi in Domino*[76]. Et jam misi vobis loco mei Filium meum dilectum, donec facilem reddat Deus præsentiam meam apud vos in corpore, afferamque vobis gaudium præ gaudio vestro; nam videns Dominus filios diligi a parente, fit illis omnibus ipse gaudium, tribuens illis magnam virtutem et pacem in loco solitudinis; quod est regnum æternum, quod estis consecuturi gratia Domini nostri Jesu Christi. Cui laus, et gloria, et majestas in sæculum. Amen.

[73] II Tim. I, 7. [74] II Cor. VI, 12. [75] Rom. I, 11, 12. [76] I Thess. II, 8.

Digitized by Google

EPISTOLA XIV.

De implendâ obedientia, ut inhabitet in illis benedictio patrum suorum. Dixit :

Dilectissimi mihi in Domino quidem estis, quia vosmet ipsos parastis ad regnum cœlorum, et Deum rogastis ut esset vobis, sicuti est Patri vestro, ut abiretis ad locum ad quem abiturus est Pater vester, et ut benedictio quæ inhabitavit in illo, inhabitet in vobis, et gloriam quam est consecuturus, consequamini, eo quod facti estis ei filii secundum filiationem veritatis et benedictionis atque obedientiæ. Etenim filii obedientes patrum suorum divitias, justitiam et benedictionem ut hæredes consequuntur hæreditatis jure. Enimvero preces quas fundunt filii coram Deo, similes sunt precibus patrum suorum; iisque mediantibus hæreditatis jure consequuntur paternas virtutes. Et sane preces Jacob similes erant precibus patrum suorum in omnibus : ideoque descenderunt super illum omnes benedictiones patrum suorum, meruitque visionem scalæ spiritualis, ascendentibus et descendentibus per illam angelis. Antequam vero suscepisset parentum suorum benedictionem, nec unum quidem vidit angelum : at cum benedictionem patrum suorum esset consecutus, angelos vidit, et benedictus est ab illis. Pari quidem ratione veri filii cognoverunt, se nullam virtutem videre posse, nisi assecuti fuerint benedictionem parentum suorum. Quare obedientiam parentibus præstare conati sunt, eos supplicantes ut ab illis benedicerentur, ut eorum mediantibus benedictionibus videre mererentur exercitus angelorum, quibus visis firmi efficerentur sine perturbatione omnibus in sæculis. Similiter Paulus apostolus, cum hos vidisset, confirmatus et corroboratus est, et exclamavit dicens : *Non separat me a charitate Christi nocumentum, aut carcer, aut persecutio, aut fames, aut nuditas, aut adversatio, aut gladius* [77]. Ait quoque : *Neque mors, neque vita, neque angeli, neque principes, neque potestates, neque hæc instantia, neque futura, neque virtutes, neque altitudo, neque profunditas, neque ea alia creatura inferior potest me decidere a charitate Dei in Domino nostro Jesu Christo* [78]. Videte itaque, dilectissimi mei, quomodo omnes qui decertarunt donec imperturbabiles sunt effecti, de nullo penitus solliciti sunt. Sic vos esse cupio, ac vos videre desidero ob nimiam vestri in Deo charitatem, quem rogo noctu diuque, ut inhabitent in vobis benedictiones patrum nostrorum, et benedictio quoque mei infelicis, ut resideant in vobis intellectuales virtutes, et transigatis reliquum vitæ vestræ omni gaudio. Etenim quicunque hanc mensuram non attigerit, haudquaquam cœlestium gaudia nanciscitur.

Scitote item, filioli mei, præcepta neque gravia esse neque laboriosa, sed lumen verum et gaudium sempiternum adimplentibus obedientiam. Dico autem vobis, quod nunquam cesso deprecari pro vobis, ut sitis mecum ubi fuero; facti namque mihi estis filii, et obedientiam mihi in omnibus præstitistis. Nam cum vidisset Dominus noster Jesus Christus discipulos suos sibi obedientes, rogavit Patrem suum dicens : *Pater, in loco in quo ero, volo ut sint hi mecum ; quoniam audierunt verba mea, et ego trado memet ipsum pro illis. Pater, es in me, et ego in te ; et hi in nobis sint igitur in unitate sicut nos* [79]. Intueamini itaque, filioli mei, deprecationem Domini nostri pro discipulis suis, ut sint ubi erit; nec non deprecationem ejus ad Patrem, ut custodiat eos a malo, donec perveniant ad loca requiei, eo quod facti sunt illi amici. Scitote autem ejusmodi meam esse pro vobis deprecationem ad Deum, ut servet vos a malo, donec perveniatis ad loca requiei, et ut vobis largiatur benedictionem patrum nostrorum. Etenim benedictiones istæ si in vobis inhabitaverint, maxima vobis gratiæ fiet accessio. Quandoquidem Jacob Mesopotamiam petens, post acceptam benedictionem, vidit angelos, benedixitque eum Deus ob præstitam parentibus obedientiam, eorumque benedictiones. Cum autem vidisset angelos facie ad faciem sibi apparentes, tenuit unum eorum, donec multiplicem accepisset ab illo benedictionem, qua benedixit filios quoque suos. Similiter etiam infelix ego Deum meum deprecor, cui a pueritia mea usque nunc inservio, ut vos benedicat, augeatque benedictionibus, ut fiatis patri nostro Jacob benedictionibus referto, in spiritibus et corporibus vestris similes. Scitote itaque quod pater noster Jacob dum esset in Mesopotamia recordatus est parentum suorum, et reversus est in terram suam; et timens fratrem suum, obtulit ei antequam obvius illi esset, quatuor munera; et quidem his minime indigebat ejus frater, cum esset valde dives; verum hoc fecit ad dissolvendam inimicitiam quæ inter utrumque intercedebat, et ad consequendam parentum suorum benedictionem; sciebat enim virtutem benedictionis parentum suorum maximam esse. Scriptum namque est : *Benedictio patrum descendet in filios* [80]. Ex nunc itaque, dilectissimi mei, in gaudium mihi erit, ut meæ infelicitatis memores sitis; nec non parentum vestrorum carnalium recordemini, ut descendant super vos eorum benedictiones omni tempore. Hoc vobis notum sit. Et pax Domini servet corda vestra, et gratia ejus vobis opituletur. Cui laus ab omnibus rationabilibus in æternum. Amen.

EPISTOLA XV.

Dixit :

Ante omnia, filioli mei benedicti, Deum deprecor, ut vobis elargiatur invisibilia : *Etenim visibilia hæc, temporalia sunt et caduca; illa vero invisibilia, æterna, permanentia* [81]. Et mea quidem hæc deprecatio pro vobis est, quod vidissem fructus vestros vivos rationabiles, et quod facti essetis Deo Verbo

[77] Rom. VIII, 35. [78] Ibid. 38. 39. [79] Joan. XVII, 8, 19, 23, 24. [80] Eccli. III, 11. [81] II Cor. IV, 18.

Digitized by Google

hæredes atque participes. Quamobrem vehementer cor meum lætatum est: scio quippe Deum lætari in iis quorum fructus sunt ita vivi rationabiles, eosque sibi hæredes ac participes efficere. At omnes quorum fructus mortui sunt, haudquaquam Deo participes reputantur; verum ipse magis illos reprehendet, sicut dixit propheta, id illis notum faciens dicente ei Deo : *Clama cum fortitudine, nec parcas, et exalta vocem tuam quasi tuba, et indica populo meo peccata eorum, et domui Jacob scelera eorum : quippe longe non sunt, et quærent me in novissimis diebus. Ipsi vero sua irascibili concupiscentia dixerunt : Quare jejunavimus, et nescisti ; et humiliavimus animas nostras, et non aspexisti !* Et respondit dicentibus : *Quoniam in diebus jejunii vestri invenimini facientes voluntatem vestrorum malam, et in eos qui in vestra sunt potestate crudeles estis, capita eorum radentes : et jejunium vestrum est ad judicium et contentiones. Cum autem hujuscemodi sitis, jejunium vestrum non exaudiam : quoniam hoc non est jejunium quod elegi, dixit Dominus.* Præterea ait : *Etiamsi torseris collum tuum quasi circulum, et sacco indutus fueris, et cinerem straveris ; minime hoc jejunium acceptabile est* [82].

Scitote itaque, filioli mei, hæc esse fructus mortuos : hinc omnes ea perpetrantes non exaudit Deus cum deprecantur illum, sed magis eos reprehendet. Evangelium quoque sanctum hoc nobis ostendit dicens : *Si ergo lumen quod in vobis est, tenebræ sunt ; ipsæ tenebræ quid erunt* [83] ? Propheta etiam alio in loco dicit : *Omnis quidem justitia vestra penes me est tanquam assumentum menstruatæ* [84]. Cum itaque cognoveritis, filioli mei dilectissimi, hos fructus mortuos ; de quoquam illorum solliciti esse nolitis, ne corrumpant fructus vestros vivos rationabiles. Ego autem supplex Deum oro pro vobis, ut a corruptione servet fructus vestros, eosque multiplicet adaugeatque in gratiam vestram et gaudium vestrum et dilectionem fratrum et pauperum ; et optimas vestras virtutes vestrosque fructus veros perficiat, donec egrediamini ab hoc domicilio et simul conveniatis in locum illum, in quo non est morbus neque angustia neque malum, sed gaudium, et lætitia, et gloria, et coronæ, et diademata, et fructus puri, et Ecclesia sanctorum, et hæreditas permanens, et reliqua *bona quæ oculus non vidit, et auris non audivit, nec venerunt in cor hominis* [85]. Cupio autem, filioli mei benedicti, ut opitulemini huic meæ petitioni et magnitudini dilectionis meæ erga vos, in operibus Domini firmis cordibus persistentes. Præterea illum rogo, ut vos hoc tempore malo custodiat, et ut incolumes sitis corpore et anima ac spiritu, et elargiatur vobis scientiam in omnibus, ut eripiamini a fraudibus sæculi hujus et sit vobis pax et gaudium et salvatio in Domino ab istis fructibus mortuis malis, quorum omnium radix, inanis gloria est et corporis quies. Et pax Domini nostri Jesu Christi inhabitet in omnibus vobis. Cui laus semper in æternum.

EPISTOLA XVI.

Dixit :

Recenseam vobis, filioli mei dilectissimi, parum ex gestis patrum sanctorum purorum, quos exaltavit Deus propter humiliationem, et pristinæ suæ paupertatis jugem recordationem ; dedit que illis hic gloriam et divitias, eo quod humiliati sunt ex toto corde suo, antequam magnificaret eos Deus. Enarremus itaque vobis primum de patre patrum Abraham, quem Deus exaltavit de paupertate ad divitias, et de contemptu ad gloriam : omne autem hoc corporaliter. Nec ideo pristinæ suæ paupertatis oblitus est Abraham, verum umbracula incolebat : similiterque Isaac, et Jacob.

Poterat quippe Abraham ubique sibi palatia ædificare ob multas divitias, quæ ei factæ sunt in auro et argento et servis et ancillis et jumentis ; at sciens quod si corde paupertatis semper memor esset, nunquam oblivisceretur multitudinis bonorum quæ illi fecit Deus, idcirco hoc minime præstitit, sed umbracula incolnit. Qua de causa apparuit ei Deus duos habens secum angelos, sedenti juxta arborem Mambre. Cumque sollicitus esset de Domino nostro angelisque ejus, nemini servorum suorum præcepit ut ageret id quod præstare constituerat, ne oblivisceretur gratiæ quam illi concesserat post suam humiliationem et paupertatem : verum ipsemet sua venerabili senectute, quæ centesimum excedebat annum, ad sua perrexit armenta, optimumque attulit vitulum, et mactavit illum. Et ipsimet Saræ uxori suæ præcepit ut commisceret tria sata similæ, circumstantibus omnibus eorum servis cunctisque ancillis : Abraham autem, cum illis ad comedendum obtulisset, stabat coram eis tanquam pauper qui nullos haberet servos. Propter quam quidem paupertatem quam apertam habebat coram Domino, sese illi aperuit, et implevit ei omnem suam voluntatem, dixitque illi in die illo : *Hoc eodem tempore vertentis anni erit Saræ filius* [86]. Et ita fuit, habueruntque Isaac. Hic autem Isaac erat dives valde, et pauper factus est in corde suo, ita ut Palæstini illum tanquam pauperem opprimerent, nec propterea cum illis contendebat : hinc multiplicabantur ejus divitiæ præ illis. Similiter et Jacob cum decrevisset proficisci in Mesopotamiam ante obitum Isaac patris sui, acceptis ab eo benedictionibus, dimisit a se multitudinem illarum divitiarum ambulans in paupertate, nihil habens præter suum baculum et viaticum ad iter sufficiens ; recumbens vero, capiti lapidem supponebat.

Quapropter magis atque magis ditatus est in domo avunculi sui Laban. Volens autem reverti in domum patris sui, paupertatis non est oblitus ob multiplices quæ factæ erant ei divitias : quippe qui

[82] Isa. LVIII, 1-5. [83] Matth. VI, 23. [84] Isa. LXIV 6. [85] I Cor. II, 9. [86] Gen. XVIII, 10.

Digitized by Google

paupertati semper fuit addictus, quinimo eam coram Domino aperuit dicens : *Transivi Jordanem in baculo meo, et nunc factus sum inter duas turmas* [87]. Aspicite quoque illum, quomodo non est oblitus paupertatis usque ad tempus sui obitus; qui incumbens super baculi sui extremitate circumstantibus filiis, eis mandavit dicens : Nolite oblivisci pristinæ paupertatis, filii mei, propter has divitias quæ vobis factæ sunt. Erat autem baculus ejus semper omni tempore in manu illius, ne magnificaretur cor ejus multitudine suarum divitiarum, illas aspiciendo; et ut recordaretur suæ servitutis, quam exercuit in domo avunculi sui Laban; quippe in manu ejus erat dum pascebat greges illius. Similiter et Joseph cum regnaret super Ægyptum, non est oblitus sui ipsius, nec eum puduit id aperire Pharaoni, dicendo fratribus : *Si sciscitatus fuerit vos Pharao, dicite ei : Servi tui, pastores sunt jumentorum* [88]. Quod sane præstitit, ne gloriaretur penes Pharaonem. Aspicite quomodo regnum atque divitiæ eum oblivisci suæ humilitatis et paupertatis haudquaquam inducere potuerunt. Pari quoque ratione Moyses prophetarum maximus cum filius factus esset filiæ Pharaonis, et omnibus Ægypti potitus esset thesauris, recordans tamen fratrum suorum procreatorum ex Abraham, quem exaltavit Deus ob ejus humiliationem et paupertatem, vitæ eorum operam navavit, recedens ab Ægypto, et factus est advena in terra Madian quadraginta annis; eratque panis ejus et aqua ejus super humero ejus pascens oves. Videns autem Deus multitudinem illius humiliationis, allocutus est eum dicens : *Revertere in Ægyptum, et esto princeps super populum Dei* [89]. Dixit Moyses Domino : *Vide tibi alium præter me huic rei magis idoneum, quippe idoneus non sum* [90]. Et irritavit Dominum verbo hujuscemodi. Quod verbum quidem ad sui ipsius contemptum fuit, minime sese exaltare volens, nimiam ob sui humiliationem erga Dei majestatem : qui dedit illi signum in proprio baculo, ne paupertatis oblivisceretur, sed gratias ageret beneficiorum largitori; et præcepit ei ut baculo quem manu tenebat, signa et mirabilia perpetraret. Et omnia quidem signa et mirabilia fiebant in Domino mediante baculo, ut propriæ paupertatis recordaretur per baculum quem semper manu tenebat : eoque divisit mare, ac eodem operatus est mirabilia in Ægypto. Mare quidem par erat, ut tum divisum fuisset et fugisset, cum vidisset coram populo præcedere columnam ignis : tamen sic non fuit, verum Moysi jussit Deus, ut divideret mare baculo suo quem manu tenebat, ut si magnificaretur cor Moysis, eo quod mare timuisset illum, aspiceret baculum quem manu tenebat, recordareturque illum eumdem esse quo pascebat oves in deserto, cum erat advena et pauper, et humiliaretur. Qui quidem baculus erat Moysi duplici de causa : altera est ad illius magnificentiam ob multiplicitatem mirabilium quæ eo perpetrabat · altera est ad propriæ paupertatis memoriam, ne gloriaretur in corde suo, sed diceret : Hæc virtus non est mea, sed Domini.

Fertur etiam Deboræ cor exaltatum non fuisse, cum obtinuisset a Deo magnam illam exaltationem, quod est regere universum populum; verum memor erat muliebris ordinis, virumque caput suum esse fatebatur. Quare cum decreverit cum Sisara rege decertare, Barac accersivit, deditque ei potestatem ut proficisceretur, et decertaret adversus Sisaram. Sed neque sanctum Barac seduxit honor iste maximus, neque Dei dispensationum est oblitus, sed respondit ei : *Si venies mecum, vadam* [91]. Sciebat enim Deum cum ea esse, et regimen tradidisse illi, ita ut sane Debora illi diceret : *Si egressa fuero tecum, tuus non erit honor; sed dicetur, quod traditus sit in manus mulieris* [92]. Considerate, quæso, filioli mei, mutuam horum reverentiam. Deboræ namque par erat dicere : Dominus dedit mihi hunc honorem, quem alteri non dabo; verum enimvero memor fuit muliebris ordinis ob cordis sui humilitatem. Par quoque erat Barac, ut accepta potestate a Debora pergeret solus ad bellum, ut gloriaretur, et diceret : Ego vici Sisaram. Verum magis magisque humilitatem sibi ascivit, ut præsto ei esset divinum auxilium. Similiter quoque Gedeonis, cum dixerit ei angelus Domini : Ecce mitto te ad debellandum regem Madian, non est exaltatum cor, sed memor fuit propriæ humilitatis, et semetipsum pluribus modis vilitatis accusavit, ut a superbia vindicaretur. Primum enim dixit : *Domine, esto mecum tua potentia, ut liberetur Israel; etenim ego et multitudo hæc sumus oppressi, et ego minimus sum omnium qui sunt in domo patris mei, qui est ex tribu Manasse* [93]. Cui angelus ait : *Perge, ego ero tecum* [94]. Attamen humiliatio cordis ejus non dimisit eum cura vacuum : hinc signa ab angelo sciscitatus est, eo quod penes semetipsum tanto honore minime se dignum esse existimabat. Quare prævaluit contra Madian ope atque virtute Domini, semperque pristinæ suæ paupertatis memor erat, superbiam fugiens. Roganti autem populo, ut esset princeps super eos, respondit humilitate cordis : *Non ero princeps super vos, neque filius meus etiam; sed Dominus est princeps super vos* [95]. Et eripuit se a principatu, nec seducere illum potuit honor in quoquam. Similiter quoque Anna mater Samuelis prophetæ faciebat illi vestimentum singulis annis secundum propriam conditionem (notum enim est templum Domini non egere, ut mater prophetæ ex proprio afferret ei vestimentum); verum hoc præstitit mater ejus, eo quod templum ab ineunte ætate ingressus fuerit, ne diceret : Ego sum angelus, aut virtus, quod vidi revelationes in templo. Præstabat autem hoc singulis annis, ut is nosceret certiorque fieret cujus

[87] Gen. XXXII, 10. [88] Gen. XLVI, 33, 34. [89] Exod. III, 10. [90] Exod. IV, 10. [91] Judic. IV, 8. [92] ibid. 9. [93] Judic. VI, 13-15. [94] ibid. 16. [95] Judic. VIII 23.

Digitized by Google

esset filius, et memor esset humilitatis et generis sui. Idcirco magis atque magis crescebat Deo placens. Anna quoque mater ejus humilis atque mansueta fuit. Eodemque modo David fuit humilis et mansuetus.

Amplectamur ergo et nos, dilectissimi, mansuetudinem et humilitatem sicut isti. Nam David ait : *Memento, Domine, David, et multitudinis mansuetudinis ejus*[96]. Dumque pascebat oves patris sui, elegit eum Deus regem sibi charissimum præ omnibus domus patris sui. Pergens autem ad debellandum Goliath, tres lapides ex torrente accepit, et in sua posuit pera ; sumit quoque baculum suum quo oves pascebat, accessitque ad Goliath gigantem, et debellavit eum, et in Domini virtute vicit eum ; et regi Saul astitit, apud quem honorabilis effectus est. Nec dimisit a se ob palatii regii reverentiam, baculum aut peram suam ; verum eos penes se servavit, ut esset cor ejus semper humile, et nobis exemplar quo erudiamur. Unctus autem unguento, et rex effectus, ait : Non obliviscar paupertatis et humilitatis meæ, neque exaltabor in corde meo. Et manifestius de hoc eodem ait : *Domine, non est exultatum cor meum, neque elati sunt oculi mei ; neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus præ me. Si autem humiliatus non fuero, sed elevavi vocem meam ; sicut ablactati a lacte matris suæ, ita sit retributio in anima mea*[97]. Hos quidem psalmos haudquaquam dixit David, nisi dum regno esset potitus. Nec pristinæ oblitus est suæ paupertatis, sed ait : *Minimus eram inter fratres meos, et adolescens in domo patris mei, pascebam oves patris mei* (20). Quos quidem sermones dixit, ut universo innotesceret mundo, qui disceret ab illo humilitatem et paupertatem. Similiter quoque Elias prophetа cum multiplicia perpetrasset mirabilia, non dimisit a se pallium suum, ne ascendens quidem in paradisum, ne magnificaretur cor ejus multitudine mirabilium quæ faciebat ; sed cum jam ascenderit, projecit illum super Elisæum discipulum suum. Accinctus quoque erat coriaceo cingulo, memor se hominem esse pauperem, et ut memoria illius cinguli coriacei, suæ pristinæ paupertatis non obliviscetur. Similiter etiam Patres apostoli Dominum nostrum Jesum Christum sequi incipientes, semper suæ pristinæ paupertatis memores erant, ut Dominus noster principi apostolorum Petro diceret in Capharnaum, cum tributum ab illo esset postulatum : *Vade ad mare, et mitte hamum tuum ; et primo pisci qui ascenderit, aperi os, inveniesque staterem ; tolle illum, et da pro me et te*[98].

Itaque, filioli mei, aspicite quemadmodum Petrus minime a se dimiserat hamum suum, ne obliviscetur humilitatis et paupertatis suæ. Hinc scitote Dominum hos quorum mentio præcessit, protulisse, ut nosmetipsos humiliaremus, et ut diabolus confundatur et confringatur, et exstinguantur ejus ignea jacula inflammantia[99]. Neque hi sancti præfati duntaxat, iisque similes, propriæ paupertatis memores fuerunt ; verum etiam Dominus noster filium David semetipsum appellavit, et de se ipso dixit : *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*[1]. Cum autem dicebatur ei : *Tu es Filius Dei*[2], increpabat hujusmodi dicentem. Et cum mirabilia perpetrabat et sanitates, præcipiebat eis dicens : *Nemini indicaveritis*[3]. Quæ quidem ejus humiliatio nostri causa erat ; neque id ob superbiæ jactantiæve timorem præstitit ; etenim poterat suæ divinitatis pandere virtutem, quotiescunque voluisset ; verum nos erudivit propriam servare paupertatem et imbecillitatem, ut videntes Dominum nosmet ipsos humiliaremus. Apertum quippe est, neminem se humiliare posse in veritate cordis sui, nisi illum cujus anima jam Dominum vidit. Scitote autem, filioli mei, quod multi ambulant in humilitate, non tamen in veritate cordis sui : quippe qui extrinsecus coram hominibus humiles sunt, minime vero honorem Dei curant : quod quidem nemo consequitur vi auri et argenti et æris, neque ad regem terrenum appropinquatione aut ad exercitus et duces ejus. Memoratur enim de patribus puris sanctis, quod decertantes et Dominum videntes, magis atque magis sese humiliarunt. Audivimus namque scriptum de Job, quod Domino dixisset : *Tu scis, Domine, quia homo peccator sum ; et quis eripitur de manu tua ? Utinam esset inter nos mediator ad judicandum*[4] ! et reliquum sermonis. Job item cum vidisset Dominum in nube, et eum allocutus esset, et cordis sui apertis oculis aspexisset illum, sese pulverem et cinerem reputavit, eumque pœnituit quod allocutus esset Dominum, et ait : *Ponam manus meas super os meum, quoniam locutus sum semel, nec revertar iterum*[5]. Pari etiam ratione Isaias propheta primum reprehendit populum de peccatis eorum : postquam vero Dominum Sabaoth vidit, et seraphim stantes circa illum, magis apertam fecit suam humilitatem dicens : *Væ mihi, quoniam homo sum habens labia immunda*[6]. Nec non discipuli Domini nostri Jesu Christi edebant et bibebant cum illo, nec eum alloqui timebant ; transfigurato vero in monte Thabor, et habitu mutato, ceciderunt super faciem suam, propriam agnoscentes paupertatem et humilitatem, noscentes se nihil esse coram gloria Domini Christi. Et plura quidem apud nos exstant testimonia hujuscemodi. Etenim nimiæ humiliationis sanctorum causa ex eo est, quod vidissent gloriam Domini. Opus autem quod operatus est Dominus cum discipulis, satis superque nobis sufficit ad agnoscendum veram humilitatem inesse animæ in hoc mundo, intuendo a longe gloriam quam est consecutura. Sacrum namque Evange-

[96] Psal. CXXXI, 1. [97] Psal. CXXX, 1, 2. [98] Matth. XVII, 26. [99] Ephes. VI, 16. [1] Matth. XX, 28. [2] Luc. IV, 41. [3] Marc. I, 44. [4] Job X, 6, 7. [5] Job XXXIX, 34, 35. [6] Isa. VI, 5.

(20) Hic psalmus est peculiaris David et extra numerum, et exstat fere in omnibus exemplaribus Orientalium.

Digitized by Google

lium asserit, quod Dominus noster Jesus Christus sciens, quod Pater tradidisset in manus suas omnia, surrexit de cœna, et vestimentis depositis, linteo accincto, et infusa in pelvim aqua, cœperit lavare pedes discipulorum suorum, et tergere eos linteo quo erat accinctus [7] eo quod discipuli humiles facti erant.

Pari quidem ratione, dilectissimi in Domino, cum jam videritis gloriam Domini, et cognoveritis hæreditatem ejus quam estis consecuturi, dimittite a vobis gloriam hominum, et persistite in hac magna humilitate, nec secedatis de loco in locum propter gloriam hominum ; obliviscemini enim vestræ pristinæ paupertatis. Nam video quosdam, quorum hæc est imago, hominum scilicet gloriam appetere : quam autem si consecuti fuerint in congregatione suæ habitationis, ad alias sese recipere curant congregationes, ut humanæ gloriæ eis fiat accessio. Agnoscentes itaque hoc, filioli mei, nolite de congregatione in congregationem vos recipere propter hominum gloriam ; verum estote penes vosmetipsos sicut pueri, et imitemini duos illos Joannis Baptistæ discipulos, qui nequaquam illum destituerunt, intendentes apud alium gloriam aucupari; sed cognoscentes, quod Dominus Jesus Christus esset major Joanne, testimonio ejusdem Joannis de illo perhibito, secuti sunt eum ut fierent ex renovatis pueris. Ita ergo facite omni tempore, quotiescunque ad majorem vobis accesseritis, ut adimpleatur in vobis scriptum : *Renovabitur juventus tua, ut aquilæ* [8]. Et dicite : Peccatores utique sumus, et plorate vosmetipsos propter ea quæ inscite fecistis. Et propter hoc quidem vere erit vobiscum voluntas Domini, et in vobis operans : quippe bonus est ac dimittens peccata omnium revertentium ad se ex omnibus hominibus, nec illorum iterum recordabitur. Verumtamen vult, ut ipsi memores sint suorum peccatorum quæ hactenus perpetrarunt, ne eorum obliviscentes, rationem reddere cogantur de iis peccatis quæ jam sibi sunt condonata : nam ita sane accidit servo illi, cui remiserat dominus suus quæ illi debebat talenta. Obliviscente vero rei hujuscemodi, et inique agente in conservum suum, repetiit ab illo dominus suus quidquid ei debebat quod ei jam dimiserat, eo quod misertus non sit conservo suo, dimittendo ei centum denarios ; quæ summa parva erat respectu illius quod ei dimissum fuerat [9]. Moyses quoque præcepit populo suo, ut non obliviscerentur suorum priorum peccatorum, dicens eis : *Ingredientes in terram hæreditatis vestræ, cavete, ut ne cum ditati fueritis, edatis et bibatis, et ingrati efficiamini ; sed reminiscimini servitutis vestræ in Ægypto, atque eorum quoque quibus ad iracundiam provocastis Dominum in deserto : et hæc memoria sit vobis tota perdurante vestra vita* [10].

Et hoc sane, filioli mei, ad nostram eruditionem est, cum diu servi fuerimus in Ægypto quæ est peccatum, cui nosmetipsos subjecimus sponte.

Satagamus igitur terram promissionis ingredi, ad quam ingressi servitutis nostræ non obliviscamur; verum semper illius reminiscamur, ne edentes et bibentes ingrati efficiamur. Nec Moyses duntaxat hæc nos docet ; sed et reliqui prophetæ pariter nos docent ut non obliviscamur nostrorum peccatorum, quæ jam nobis condonavit Deus, quorumque oblitus est Deus; sed ut eorum semper reminiscamur, ut perpetuo humiles simus coram Domino, sicut qui stant coram eo, cui debito sunt astricti. Intueamini etiam David prophetam, qui cum peccaverit in uxorem Uriæ, et reprehenderit eum Nathan propheta illius causa, et propter id quod in virum ejus perpetraverat, audita reprehensione confestim pœnitentia ductus est, et humiliatus. Quare dixit ei Nathan : *Jam dimisit tibi Deus peccata tua* [11]. David vero peccatorum venia consecuta, illorum profecto oblitus non est, nec a se memoriam dimisit, sed eam posteritati consignavit [12] : factumque est id ad memoriam in omnibus generationibus a generatione in generationem. Et consecuta quidem venia, ait : *Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur* [13]. Quæ utique omnia dixit David, ut addiscant ab illo omnes peccatores, eosque pœniteat ad ejus similitudinem ; et ut suorum peccatorum quæ illis dimittuntur non obliviscantur, sed illorum semper sint memores. Similiter dixit Deus per Isaiam prophetam : *Ecce deleo iniquitates tuas, et peccatorum non recordabor : tu vero illorum ante omnia reminiscere, ut justificeris* [14]. Quare peccatori par est, ut cum dimiserit illi Deus peccata sua, ipse illorum non obliviscatur, sed memor sit, ut justificetur. Ait quoque per Jeremiam prophetam : *Revertimini ad me, omnis domus Israel ; et non inducam reprehensionem meam super vos ; quoniam misericors sum, dixit Dominus, et non irascor vobis in perpetuum ; verumtamen scito iniquitatem tuam, eo quod tui ipsius inscius es, et in Deum tuum impius effectus es* [15].

Eadem ratione, filioli mei, nos oportet, ut dimittente nobis Domino nostro peccata nostra, minime ea nobismet ipsis dimittamus, sed eorum pœnitentiæ renovatione semper memores simus. Hinc Joannes Baptista, dum populum ad remissionem baptizabat, præcepit eis dicens : Nolite curarum esse expertes ob remissionem peccatorum vestrorum, sed *Facite fructus dignos pœnitentiæ ; jam enim securis posita est ad radices arborum ; omnis autem arbor non fructificans fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur* [16]. Quæ quidem in vestram revocavi memoriam, dilectissimi mei, cum vestrarum virtutum magnitudinis memor sim ; et ne negligentibus vobis, obscuretur lumen vestrum ; ac præterea, ut vobis accessio fiat fructuum dignorum vestro angelico habitu quo estis induti. Hoc etiam sciatis, quomodo videlicet, inveniens homo ille thesaurum absconditum in agro, vendidit omnia quæ possidebat, et emit

[7] Joan. XIII, 3 sqq. [8] Psal. CII, 5. [9] Matth. XVIII, 24 sqq. [10] Deut. VIII, 11 sqq. [11] II Reg. XII, 13. [12] Psal. L, 1 sqq. [13] ibid. 15. [14] Isa. XLIII, 25, 26. [15] Jerem. III, 12, 13. [16] Luc. III, 8, 9.

Digitized by Google

agrum illum[17]. Vestra autem nunc, dilectissimi in Domino, gloria jam palam facta est in universa participatione : verumtamen de hoc nolite cogitare, ne gloriemini, sed humilitatis et mansuetudinis pristinæ vestræ puppertatis reminiscimini ; et eritis profecto tanquam id ignorantes. Etenim Moyses, cum glorificatus esset, ignorabat splendorem gloriæ vultus sui propter humilitatem et mansuetudinem suam : populus vero id noverat ; quare illius timebant aspectum ; et hac de causa suam velavit Moyses faciem[18]. Vos quoque dilectissimi mei, si abjeceritis a vobis caduci mundi hujus bona, qui est terra mortuorum, quemadmodum eum abjecerunt ii quorum mentio præcessit, firma sit spes vestra, quod a Domino obtinebitis bona in terra viventium. Nolite itaque, filioli mei benedicti, satagere placere hominibus qui sunt in regione mortuorum, ne forte Deo in regione viventium placere nequeatis. Obtentâ autem solutione a vestris peccatis, nolite vobismetipsis parcere soli, ne impotentes sint pœnitentiæ vestræ fructus ; verum imitemini doctorem orbis terrarum Paulum apostolum, qui postquam pepercerit ei Deus apparendo illi, eumque alloquendo, sibimet solus non pepercit, nec pristinæ oblitus est stultitiæ suæ, cujus Dominus sua misericordia oblitus erat, sed ait : *Persequebar Ecclesiam Dei*[19] : et his similia. Et Dominus noster Jesus Christus custodiat vos in sua obedientia in æternum. Amen.

EPISTOLA XVII.

Dixit :

Scitote, filioli mei, non eum esse religiosum, qui in una perseverat re ; neque eum qui unam amplectitur rem, adversari virtuti. Si enim religio gloria est virtutis, multi quidem mali ei adversantur. Quicunque ergo vult perfectus esse in religiositate, nulli penitus inserviat malo. Etenim qui alicui inservit malo, longe profecto distat a termino perfectionis. Nam perfectio est, ut dicitur : *Liber factus sum ab omnibus, ut plures lucrifacerem*[20]. Quod quidem dictum asserit Paulus apostolus, eo quod malo minime tunc subjectus erat, aut sibi dimissi amplius erat conscius. Cum autem liber factus esset a malo, et usque ad finem esset vindicatus, rogavit pro humilitate multorum qui malo sese subjicere volebant, et a peccato suorum malorum sese eripere minime valebant, cum expertes essent virtutis dicentis in Psalmo : *Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum*[21]. Cum autem vidisset Paulus apostolus Dominum Jesum Christum, adeptus est perfectionem ; tumque epitulatus est impotentibus, ut pervenirent ad finem et sursum pergerent : hoc autem nimia ejus humilitate in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, qui ingenti humilitate suam divinitatem humanitate pertexit ; videbantque illum ut hominem, cum non sit homo tantum, sed Deus humanatus, secundum quod scriptum est : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*[22]. Paulus etiam apostolus perfectus præceptis quæ præceperat ei Dominus, cum humilitate dixit : *Factus sum cum non habente legem, tanquam legem non habens ; ita ut sine lege factus, lucrifaciam eos qui non habent legem*[23]. Nec præterea factus est Apostolus extra suam perfectionem, quemadmodum neque est factus Dominus extra suam divinitatem per suam incarnationem, quæ omnino ei necessaria erat, sicuti dicitur in lege, et ut scriptum est in Evangelio, quod *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*. Igitur Apostolus erat in sua perfectione, quoniam primum liberatus est ab omnibus malis. Secundo nullis deinceps inservivit concupiscentiis, eo quod religiosus factus esset. Novissime vero liber effectus est intuitu Domini Jesu Christi ; quo viso, statim secutus est ejus dicta sine mora, et factus est summe humilis.

Similiter omnes qui amplectuntur dicta Domini, cognoscunt veritatem ; veritas vero liberos eos efficit, et animas eorum eripit ab omni malo, quemadmodum factus est Paulus apostolus ; etenim liberator noster, liberum illum exhibuit ; ideoque dixit de semetipso : *Nonne liber sum ? annon vidi Dominum meum, sicuti viderunt illum illi primi*[24] ? Multi autem dicunt in stultitia sua : Vidimus utique Dominum Jesum Christum, sicut apostoli. Qui quidem, filioli mei, decipiuntur et seducuntur, et oculos non habent quibus videant, sicuti vidit Apostolus Dominum. Etenim Apostolus vidit Dominum, quemadmodum videbant illum apostoli qui cum eo erant, et qui crediderant in illum eo tempore, quando ambulabat circumseptus turbis quæ videbant illum ut hominem. Quem cum vidisset quæ erat in fluxu sanguinis oculis cordis sui, et credidit illum esse Deum, et tetigit cum fide extremum vestimenti ejus, liberata est. Ipse autem dixit : *Quis tetigit me ?* Non quod ignoraret, sed ut manifestam faceret ejus fidem. Quare dixit ei Petrus : *Turba te premit, et dicis : Quis me tetigit ?* Manifestans autem illa, quod sanata esset, dixit ei Dominus : *Vade in pace, fides tua salvam te fecit*[25]. Similiter Pilatus, Anna et Caiphas viderunt Dominum, sed ut reliqua turba, quæ videbat illum sine fide, et non sicut viderunt illum apostoli : idcirco nullam lucrati sunt utilitatem, quod illum vidissent. At Apostolus vidit illum oculis cordis sui suaque validissima fide, sicut vidit illum quæ erat in fluxu sanguinis, et tetigit illum cum fide, et sanata est. Et quemadmodum apparuit Dominus noster Jesus Christus apostolo Paulo post superatas passiones, liberumque illum effecit. Pari quidem ratione quicumque liber fit a passionibus, Dominum videbit cordis sui oculis, fitque liber ; at videre non valet oculis corporeis lumen illud splendidissimum, quod vidit Paulus apostolus. Illi vero qui animas suas seducunt atque decipiunt, quod

[17] Matth. XIII, 44. [18] Exod. XXXIV, 29, 30. [19] I Cor. XV, 9 ; Galat. I, 13. [20] I Cor. IX, 19. [21] Psal. II, 3. [22] Joan. I, 14. [23] I Cor. IX, 21. [24] ibid. 1. [25] Luc. VIII, 45, 48.

Digitized by Google

sane maximum est malum, consequi profecto nequeunt panem vitæ : quippe qui obtenebratos habent oculos, nec placent Deo, quem adorant omnes sancti in corde suo eumque intuentur : his namque et similibus sese Dominus exhibet, cum minime passionibus sint subjecti. Scriptum enim est sic de Isaia propheta, quod Dominus non est reversus apparere prophetæ, eo quod non reprehendisset Oziam regem, et interdicta est illi prophetia. Post Oziæ vero obitum apparuit ei angelus Domini, mundavitque illum prunis et forcipibus igneis.

Quare scitote, quod demortuo in hoc homine regno peccati, apparet Deus animæ, illamque cum corpore emundat. Si vero regnum peccati vivit in corpore, sane nequit homo videre Deum : etenim anima posita est in tenebris, nec apparet in ea lumen quod est visio Dei. Dicit namque David : *Lumine tuo videbimus lumen*[26]. Quid est autem hoc lumen, quo videt homo lumen? Est lumen cujus meminit Dominus noster Jesus Christus in Evangelio[27] : scilicet, ut sit homo totus luminosus, nec sit in eo ulla pars tenebrosa. Et quemadmodum dixit etiam : *Nemo cognoscit Patrem, nisi Filius, et cuicunque vult Filius manifestare*[28]. Filius autem, filioli mei, non manifestat Patrem suum filiis tenebrarum, sed permanentibus in lumine, quique sunt filii luminis, quorum cordum oculos illuminavit cognitione præceptorum. Oportet quidem, nos primum imitari Moysen prophetarum maximum, ut inveniamus gloriam fidei Dei invisibilis. Moyses enim cum factus esset filiæ Pharaonis filius, et cum laborare elegisset cum populo Dei, projecit a se servitutem plenam abjectionis; et hactenus Deum non viderat, cum esset in servitute : at illa excussa servitute quæ est Pharaonis, liber factus est, meruitque videre rubum igne accensum, incombustum tamen. Dicitur autem, quod erat magna visio, habebatque principium et visionem mysterii medii et finem.

Hic quidem Moyses, dum deseruit Ægyptum et effugit Pharaonem, quadragesimum agebat annum, et opus operatus est adversus Pharaonem : quare solitarius factus est in deserto Madian, cujus interpretatio est, *locus Dei*. Intellectum quoque a multitudine segregatum, solumque versantem, corroborat Deus stabilemque efficit, ut valeat quærere et investigare ea quæ Domini sunt; et tum videbit magnitudinem virtutis et divinitatis et splendoris ejus in creaturis. Itaque, filioli mei, initium magnæ visionis est prima visio, quam vidit Moyses in mirabili mirabilium, quod rubus esset accensus, et non combureretur. Quæ sane visio satis remota est a perfectione. At visio secundi mysterii est accessio propior plus quam priori tempore. Dixit enim : *Vadam, et videbo visionem hanc magnam*[29]. Accedenti autem facta est collocutio. Perfectio vero est ejus humilitas post collocutionem et visionem et signorum perpetrationem. Utique sciatis, filioli mei, hos Dei varios aspectus imperfectorum esse, sicuti videntium in speculo : at qui pervenerunt ad perfectionem, cordis eorum aperiuntur oculi, apparetque illis maximum lumen cum requie sine labore. Quandoquidem in perfectorum oculis nihil remanet reprehensionis peccati aut tenebrarum, quoniam hæc duo si cordi insita sint, nequaquam animæ permittunt videre visionem perfectionis quæ est perfectorum, qualis erat visio Pauli et similium, de qu dixit Apostolus : *Vultu velato videmus gloriam Dei, tanquam qui videt in speculo, et immutamur a gloria in gloriam*[30].

Item Moyses non transmigravit de uno in alium locum, neque de una regione in aliam, sed transmigravit transmigratione aperte mirabili. Vidit enim visionem hanc magnam, quæ est accensio ignis in rubo sine combustione, præterea collocutionem et visionem. Quæ quidem contemplatio mirabilis typus est mysterii incomprehensibilis. Et hæc est transmigratio, cujus meminit Paulus apostolus; quod sit transmigratio de gloria in gloriam, et de fide in fidem, et de imperfectiori virtute ad perfectiorem virtutem. Quæ quidem transmigratio et accessio ea est quæ nos appropinquare facit Domino, et acquirere visionem cognitionis ejus virtutis. Siquidem dixit Deus per linguam sui prophetæ : *Accedentes ad me, cognoscunt meam virtutem*[31]. Ille ergo qui accedit ad Dominum, cognoscit ejus virtutem; in intellectu vero qui ad Deum adhuc non accessit, impius exaltatur qui est diabolus, sicut arbor Libani. Cum vero Deo appropinquaverit intellectus ille, et ei unitus fuerit et unum cum illo factus, non apparet amplius impius qui initio in eo exaltabatur. De qua autem re nos edocet David dicens : *Vidi impium celsitudine jam auctum, et exaltatum esse in longitudinem sicut cedros Libani; et transivi, et ecce non erat; et quæsivi eum, et non inveni locum ejus*[32]. David quidem non quæsivit impium, neque locum ejus nisi inquirendo de cognitione Dei. Similiter quicunque inquirit de cognitione Dei, non invenit impium omnino. Dictum autem ejus, *Transivi*, simile etiam est dicto ejus in alio psalmo : *Transibo per loca umbrosa mirabilia ad domum Dei*[33]. Qui quidem transitus qui est ulterior trajectio, indicat nobis animæ incrementum : hoc namque dedit propheta in signum perfecti, cum antea via ejus a Deo remotissima esset. Nec admiremini, filioli mei, quod nostra via sit remotissima, cum adhuc versemur in spirituali pueritia. Videmus enim dictum esse prophetæ illi magno Eliæ : *Surge, comede et bibe, et confortare; longa enim adhuc via tua est*[34]. Et de hac eadem longinquitate dixit David : *Quis dabit mihi alas columbæ, ut volem, et quiescam*[35]? His autem nos scire oportet, quod vita cujusque nostri egena est, et via laboriosa. Quare oportet, ut

[26] Psal. xxxv, 10. [27] Luc. xi, 36. [28] Matth. xi, 27. [29] Exod. iii, 3. [30] II Cor. iii, 18. [31] Psal. xxxiii, 6. [32] Psal. xxxvi, 35, 36. [33] Psal. xli, 5. [34] III Reg. xix, 7. [35] Psal. liv, 7.

Digitized by Google

non ambulemus in infirmitate et dissolutione et pigritia, sed caute, et cum stabilitate. Etenim doctor orbis terrarum Paulus nobis consulit, ut curramus, ut apprehendamus. Et dicit etiam : *Subjicio corpus meum, et redigo illud in servitutem* [36].

Curramus itaque, filioli mei, dum tempus habemus in hoc corpore, ut apprehendamus perfectionem, quemadmodum apprehendit illam hic sanctus Paulus, qui dixit : *Decertavi certamen bonum, et perfeci stadium meum, et servavi fidem meam et servata est mihi ex tunc corona gloriæ meæ* [37]. Cumque apprehendisset hic Apostolus perfectionem in corpore, desideravit egressum ab illo, et dixit propterea : *Si mihi in hac vita corporis mei sunt fructus in operibus meis, nescio quid eligam mihi ipsi ; utrumque enim me angit, ut illud cupiam, quoniam cupio dissolvi et separari a mundo, ut sim cum Christo ; et hoc melius est mihi et utilius : ut autem maneam in corpore, indigeo etiam ad gaudium vestrum et incrementum fidei vestræ. Sit itaque conversatio vestra digna Evangelio* [38]. Similiter, filioli mei, facite et vos, quoniam pigre atque ignave agentem comprehendit finis ante perfectionem in Christo, sicut dixit Salomon in Proverbiis [39], quod animæ transgressorum legis auferuntur, antequam perveniant ad timorem Dei. Et sic accidit Ezechiæ regi [40], quando apprehendit illum finis dierum suorum, cum esset sine cura, revertens autem ac pœnitentiam agens atque rogans Dominum, meruit augmentum aliorum annorum, satiusque crevit. Quibus annis completis, separata est anima ejus a corpore, cum esset in summa perfectione ministerii Dei. Scitote etiam hoc, quod quemadmodum corpori tres sunt status, quandiu est in illo anima, nempe pueritia, virilitas et senectus : similiter tres quoque status habet anima in corpore recondita, scilicet initium fidei, progressum et perfectionem. Primo autem cum incipit anima credere, nascitur in Christo, sicuti dicitur in Evangelio. Joannes quoque apostolus dedit etiam nobis signum hujus nativitatis, et medii, et perfectionis, dum ait : *Scripsi vobis, adolescentes, scripsi vobis, filii, scripsi vobis, patres* [41]. Quæ quidem epistola non est amicis illius corporalibus, sed fidelibus, juxta tres status eorum qui appetunt lac rationale, et accedunt ad perfectionem, ut mereantur veram gratiam. Idcirco David propheta sciens statum dierum perfectionis animæ hic, et quod jam provectus esset diebus corporis, et timuit dissolvi ab illo non habens dies spirituales, rogavit Deum dicens : *Ne accipias me, Domine, in dimidio dierum meorum* [42]. Quæ quidem cura illum angebat causa dierum spiritualium, non corporalium, quoniam sensus ejus dicti, *In dimidio dierum meorum*, fuit ob timorem, ne auferatur anima illius ante complementum dierum suorum, esseque præterea alienus a perfectione.

Item asseritur de Abraham, quod senuerat, et provectus fuerat in diebus. Similiter omnes sancti post fidem defatigabant corpora sua ad ea subjicienda, quoniam subjiciendo corpus pervenerunt ad senectutem incremento cultus et ministerii Dei. Intelligite quoque, filioli, factum Danielis, qui fuit puer corpore, et senex intellectu : non autem tanquam illi duo senes, qui provecti in diebus suis secundum corpus, erant vero opera eorum, opera puerorum, distinebanturque puerili concupiscentia. Daniel enim reprehendit eos manifestis verbis pueritiæ ob eorum senectutem corpoream puerilem, et judicium contra sanctam, justam, puram Susannam, dicens : *O provecti in diebus malis* [43], et reliqua verba. Similiter Josephi, eum qui diligit religionem, imitari oporteat puritatem et continentiam ; incipiatque ordinare semet ipsum contemplatione, et corroborari in omnes alias concupiscentias validas callidi hostis, et dicat sicut dixit Job [44], quod fortitudo evacuata sit ex dorso et lumbis ejus. Et vere, filioli mei, omnis qui decertat et confortatur in has corporales concupiscentias quæ excitantur ex nimio cibo et potu, ille ipse valet accingere lumbos suos in puritate, et corroborare cor suum dicto psalmi : *Accingere gladio tuo super femur tuum, o gigas* [45]. Quo dicto denotatur, quod verbum Dei quo obtinetur puritas, sit gladius anceps, abscindens, sicut dicit Apostolus [46] : qui gladius profecto abscindere atque trucidare valet omnes malas concupiscentias. Similiter quoque luctans angelus cum Jacob, subtraxit ex illius femore nervum : hinc emarcuit, et debilitatum est corpus ejus, et vocatus est Israel, id est, *videns Deum* [47]. Pari etiam ratione nos oportet corpus debilitare, cum sapientia tamen et prudentia, ad debilitandam et exstinguendam concupiscentiam : hæc enim debilitas perficit in nobis virtutem puritatis. Hinc Apostolus, hujus debilitatis causa ait : *Cum infirmatus fuero, tunc fortis evadam* [48]. Similiter de hac infirmitate gloriatus etiam est David propheta dicens : *Non est sanitas corpori meo* [49]. Quod profecto dixit, eo quod debilitaverat corpus suum summa debilitate, maxime appetens salutem, quæ non est infirmitas, sed sanitas et valetudo, quoniam debilitato corpore, corroboratur anima.

Eia ergo debilitemus corpora nostra sapienter et prudenter, ut valeamus continere nosmetipsos ; quoniam si subjiciemus corpus, illudque reducemus in servitutem animæ, tunc cogitationes carnales quarum dilectio est Dei adversatio, mortificantur hac debilitate ; et tum illuminatur anima, et fit templum Deo. Quicunque igitur mundus fieri studet in omnibus membris suis, hic sane est religiosus, et non est fornicator ; et valet dicere cum David : *Omnia ossa mea dicunt : Quis est similis tui, Deus* [50] ? Et hic ille est, qui cunctos sensus suos

[36] I Cor. IX, 27. [37] II Tim. IV, 8, 9. [38] Philipp. I, 22-27. [39] Eccle. VII, 18. [40] IV Reg. XX, 1 sqq. ; Isa. XXXVIII, 1 sqq. [41] I Joan. II, 12-14. [42] Psal. CI, 25. [43] Dan. XIII, 52. [44] Job XL, 11. [45] Psal. XLIV, 4. [46] Hebr. IV, 12 [47] Gen. XXXII, 25. [48] II Cor. XII, 10. [49] Psal. XXXVII, 4. [50] Psal. XXXIV, 10.

Digitized by Google

erudiit, et non reliquit eos sibi dominari, continuitque illos, et portavit super illos jugum Domini magna puritate. Quare oculis suis non permisit videre quidquam mali, neque concupiscere mulierem. Nec non auribus suis audire non permisit susurrationes, neque diaboli consilia, aut injectas sibi ejus cogitationes. Ideoque impleta est de illo Scriptura : Aures tuæ non sunt inclinatæ verbis inanibus. Et hæc verba multo magis illum effecerunt bonitati Christi subditum, et thymiama suavissimum. Ori quoque suo imposuit seras, nec dimisit illud stultitiæ vacare verbis. Et manus suas ordinavit ad operandum sine tyrannide opera optima cum misericordia et veritate. Et pedes non cucurrerunt ad effusionem sanguinis, sed diligenter properarunt ad Domini verba : *Qui angariaverit te unum milliare, ambula cum illo duo* [51]. Et ventrem et pectus suum custodivit, ne mediantibus illis incideret super terram, tanquam draco qui serpit super terram, super ventrem et pectus suum. Et hæc est, fratres, ratio religiosi. Illi vero qui religiosi non sunt, sed diluculo properant ad potum siceræ, de illis audiamus dictum prophetæ dicentis : *Comburuntur sua ebrietate ex vino, et oculos suos dant ad præbendos mutuo calices, et comedunt hædos de grege ovium, et vitulos pingues de armento boum, et lasciviunt in stratis mollibus, et in omni quod materiali est consentaneum* [52]. Existimant tamen isti se sapientes esse, cum sint hostes et dracones; nam draco eorum est magister; et projecerunt ventres suos et pectora sua super terram, putantes se prudentes esse, et Scripturæ peritos quam inique docent, cum sint pectora draconis.

Sciatis itaque, filioli mei, hos quos indicat propheta, esse verarum scientiarum et rectæ fidei transgressores, introducendo alienas professiones in fortem, ac stabili fidei adversando sua instabili atque mendaci fide, asserentes Creatorem omnium esse creatum, ignorantes Deum omnia condidisse suo Verbo, sicuti testatus est Joannes evangelista, dicens de illo : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus est Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* [53]. Cum igitur sit confirmatum, omnia per ipsum facta esse, cœlestia et terrestria, visibilia et invisibilia, sicuti testificatur fides verax : qua ratione audent isti dicere de illo, quod post unionem sit ut unus creaturarum, eo quod corpus Christi sit creatum? Hi sane sunt, qui pectus cordis sui sub pectore draconis incluserunt, sicuti prædixit propheta de illis, quod draco scilicet eorum pectora premit et ventres. At qui erexerunt intellectus suos, filioli mei, e terra, suspicientes cœlum ubi sedet Christus a dextra Dei, et facti sunt extra ventrem et concupiscentias; Dominus noster Jesus suscipit eos, et offeret Patri suo tanquam pretiosa quædam ac optima. Quibus cognitis, dilectissimi mei, oportet, ut unusquisque nostrum qui religiosus esse cupit, conetur elongari a turbis et ab illis recedere, ut sit in corpore et corde et intellectu extra vulgi et conversationis ejus perturbationes, quoniam perturbatio semper inter homines versatur. Dominus autem noster factus est nobis exemplar elongationis et solitudinis, ascendens solus in montem ad orandum seorsim. In deserto superavit diabolum quoque cum illo decertantem, nec sane impotens erat vincere illum in medio multitudinis; verum ut nos doceat, quod solitudine et silentio hostem vincere, et perfectionem consequi facilius valeamus. Item Dominus ipse suam gloriam minime aperuit suis discipulis coram hominibus, sed assumpsit eos, et ascendit ad montem, et ostendit eis gloriam suam. Joannes etiam Baptista fuit in deserto usque ad suam manifestationem Israeli. Notum itaque vobis sit, filioli mei, qualiter hostis noster nos urget suis armis extrinsecis et intrinsecis, sibi asciscens homines quosdam tanquam instrumentum et arma, eo quod illi obtemperant; hisque mediantibus adversatur fidelibus : qualis est mulier impudica, quæ est ipsius arma fortissima, extendens alas suas audaci animo. Petrus quoque apostolorum princeps nos utilitatem docet solitudinis, siquidem cum solus esset, vidit cœlos apertos et linteum descendens super se, de quo allocutus est illum Deus; tum sublatum est linteum ab illo ascendens in cœlum.

Pari quoque ratione Ezechiel cum quatuor vidisset animalia, quatuor habentia facies, et totas gloriam Dei indicantes, non fuit id in civitate neque oppido, sed extra in agro : dixerat enim illi Deus : *Egredere in agrum, et ibi videbis gloriam meam* [54]. In summa quidem hæ visiones et manifestationes nequaquam sanctis factæ sunt, nisi in montibus et solitudinibus. Apostolus autem Paulus locutus quoque est de his sanctis eorumque venerabili instituto in Epistola ad Hebræos sic dicens : *Utique errabant isti in montibus, et desertis, et vallibus, et speluncis, et fissuris terræ* [55]. Similiter etiam cognoscens propheta solitudinem Deo placere, dixit : *Bonum est hominem portare jugum Domini a pueritia, et sedere solum* [56]; et ait etiam psaltes David : *Solus manebo, donec transeat iniquitas* [57]. Jeremias etiam propheta, cum optime novisset perturbationes turbarum magnam afferre molestiam iis qui Deo placere cupiunt, dicere non abstinuit : *Quis dabit mihi domicilium in deserto, ut rejiciam a me populum hunc, et pergam, et longe sim ab illo* [58]? Cognoscite itaque, filioli mei, virtutem solitudinis : siquidem Dominus noster crebra sua solitudine instituit nobis firmam spem dilectionis solitudinis, sicuti ait David propheta : *Tu, Domine, habitare me fecisti in spe securus* [59]. Elias quoque propheta spiritualem meruit cibum et alimentum ab angelis; quod tamen non fuit in medio turbarum neque in civitate aut oppi-

[51] Matth. v, 41. [52] Amos VI, 4-6. [53] Joan. I, 3. [54] Ezech. III, 23 [55] Hebr. XI, 38. [56] Thren. III, 27, 28. [57] Psal. LVI, 2. [58] Jerem. IX, 2. [59] Psal. IV, 10.

Digitized by Google

do, sed tantum in deserto. Omnia quidem quæ acciderunt sanctis, ex his et similibus ad nostram eruditionem scripta sunt, ut imitemur eos qui dilexerunt solitudinem, quæ nos conducere valet ad Dominum : quod est magna consolatio, hominemque perfectum efficit. Quam sane cum quidam dilexissent ex tota sua virtute et ex toto suo esse, adepti sunt gloriam et lumen, plus quam illi qui incolunt civitates et oppida. Quare satagite, filioli mei dilectissimi, mihi in Domino, stabiliri in illa ut par est, ut vos ad Dei conducat visionem, quæ est ipsa spiritualis speculatio, per gratiam Domini nostri et Dei nostri, et vivificantis animas nostras et corpora nostra, Jesu Christi, Verbi æterni, cui laus in æternum. Amen.

EPISTOLA XVIII.

Dixit :

Scitote, filioli mei dilectissimi, quod ab initio, quando anima a præcepto declinavit, exorta est inobedientia; mediante qua inobedientia omnes animæ ad inferos ire cœperunt, sicut dixit Apostolus : *Quod per primum Adam fuit mors* [60]. Quare miseratione motus est Deus Verbum, et incarnatus est ex nobis mysterio incomprehensibili, et implevit omnem dispensationem nostræ salutis, et descendit ad inferos, et captivos illos fecit; et reduxit inde omnes animas ibi detentas, eripiens eas a potestate diaboli usque ad diem tremendum judicii ; et ascendere fecit eas, quia sponte obtemperaverunt et obedierunt, feceruntque præcepta divina, ad cœlum ubi est paradisus. Erat autem causa eorum ascensionis ad cœlum ignis invisibilis, qui est calor bonorum operum, qui accensus est in cordibus eorum. Neque hæc vobis duntaxat plana facio; verum et cui similis sit hæc anima in qua habitavit Ignis Dei. Similis est avi duabus prædítæ alis quibus volat, et sursum per cœli aera elevatur. Etenim avi præ omnibus creaturis alæ peculiares sunt; alæ vero animæ Domino obsequentis sunt virtus ignis Dei, quibus ad cœlum sursum volare valet. Si autem his caruerit alis, minime sursum elevari in aera poterit, cum sit illius ignis expers, similisque erit avi suis spoliata alis quæ volare nequit. Præterea hominis anima assimilatur avi, cum calor causa sit ejus exsistentiæ in mundo; etenim nisi ova semper avis foverit, minime producerentur ab illis pulli viventes, quoniam eorum vita exsistere nequit nisi calore mediante. Hac autem de causa ait sacrum Evangelium : *Hierusalem interfectrix prophetarum, et lapidatrix missorum ad illam, quoties volui congregare filios tuos, sicuti congregat avis pullos suos sub alis suis* [61]? Cum autem, filioli mei, intellexeritis similitudinem animæ Deo addictæ et obsequentis, ad volucrem cujus exsistentiæ radix est calor, ne permittatis vos exui hujus ignis virtute : etenim parata sunt vobis certamina multa a diabolo propter hunc ignem vobis a Deo concessum, ut illo vos exuat : quippe qui optime novit contra vos minime prævalere posse, quandiu est vobiscum hic ignis.

Quare obsistite illi, et cognoscite illius phantasmata, quoniam sub dulcedine suam abscondit amaritudinem, ne appareat, effingitque vobis varia ac pulchra simulacra, quæ profecto non sic se habent, ut inclinet ad se corda vestra calliditate verum imitante : et hæc quidem est ars ipsius semper, adversari videlicet tota sua virtute omnibus animabus Deo bene inservientibus. Nec non multas ac varias passiones animæ injicit, ad exstinguendum ignem illum quo virtus subsistit : præcipue quidem corporis requie, eique annexis. Si vero animadverterit, quod illi minime obtemperetur, neque ejus recipiatur negotium in quoquam, alias adducit calliditates sub facie justitiæ, apparetque in similitudine angeli lucis, ut ait Paulus apostolus [62], et alia his majora, ad inclinandum cor nostrum ad se. Si autem viderit eos sibi ab his cavere, et minime ea suscipere, nec ei obedire penitus penitusque, tunc recedit ab illis confusus, et tum habitabit in illis Spiritus Dei. Cum autem habitaverit in illis Spiritus Dei, requiescere eos faciet in omnibus eorum operibus, et dulcis redditur illis portatio jugi Dei, sicuti scriptum est in Evangelio : *Portate jugum meum super vos* [63]. Et efficiuntur penitus indefessi, tam in exercendis virtutibus, quam in ministrando et in vigiliis nocturnis; neque irascentur humanas ob injurias, nec omnino hominem timebunt aut bestiam aut charitatem aut genios : quandoquidem gaudium Domini cum illis est noctu diuque, et auget illorum intellectus, et alit eos. Siquidem hoc gaudio anima semper crescit et præparatur, et eo ascendit in cœlum ; quemadmodum corporis subsistentia et stabilitas est mediante pane et aqua, sive his similibus a principio usque ad finem ejus. Videmus enim puerum incrementum suscipere lacte matris, tum esca humida, tandem quocunque quod illi in dies occurrit; et corroboratur, et audacius cor illius in hostes sibi obsistentes efficitur. Si autem corripitur morbo aliquo, impediturque ne alatur; tum prævalent adversus eum hostes omnibus ex partibus, et vincunt illum ; nec poterit consequi sanitatem a morbo aut vincere hostes, nisi consuetudine et cura medici. Sic hominis anima, nisi Dei gaudium illi insit, infirmabitur, et mala in vulnera incidit. Si vero quærere conabitur hominem aliquem Dei ministrum spiritualis peritum medicinæ, illique adhærebit; is illam primum sanabit a passionibus, iterumque resurget, eamque Dei causa erudiet, et obtinebit gaudium illud quod est illius alimentum; tum vero hostibus obsistere poterit qui sunt spiritus mali, eosque superabit et conculcabit eorum consilia, et gaudio perficietur.

Nunc itaque, dilectissimi mei, cum hoc cognoveritis, cavete a mali diaboli consiliis ; nam venit in

[60] I Cor. xv, 21. [61] Matth. xxiii, 37. [62] II Cor. xi, 14. [63] Matth. xi, 29.

Digitized by Google

figura veridici ad decipiendum et seducendum. Cum autem venerit ad vos in similitudine angeli lucis, nolite illi credere aut obedire; siquidem fideles causis apparentibus aucupatur. Qui autem adhuc perfecti non sunt, ignorant has diaboli calliditates, et ea quæ illis perpetuo injicit; perfecti vero ea cognoscunt, quemadmodum ait Apostolus : *Esca fortis perfectorum est, qui ordinarunt sensus suos; et vires suas* (21), *et cognoverunt discretionem boni ac mali* [64]. Hos enim nequit hostis seducere : at fideles qui adhuc perfecti non sunt, sibique minime cavent, sua decipiet suavi esca, quanquam suavis non sit, eosque trahet quemadmodum trahit piscem piscator esca obvelato hami cuspide : eaque de causa piscis ignorat hamum esca obvelatum esse; hinc accedit, et escam deglutit, et facile capitur cito. Quare intelligite hoc, quod si piscis novisset se ea esca capiendum esse, procul dubio illam fugeret, et nequaquam ei accederet. Pari quidem ratione imperfectos fideles, ut diximus, aucupatur hostis, causis vero haud absimilibus, ut asserit Salomon sapiens : *Invenitur quidem via quæ recta esse putatur; novissimum vero ejus conducit ad inferos* [65]. Scriptum etiam est in Amos propheta : *Amos, quid facis hic?* Qui respondit : *Video rete instructum ad capiendas volucres* [66]. Notum autem est avem, ob timorem ne capiatur in terra, in aera elevari, et struere sibi habitaculum in altissimis locis ad requiem et accubitum; et sic dormiens sine cura erit, cum nullus ad illam pervenire aut eam capere possit. Verumenimvero venatorem astute agere, et in eam machinari videmus, qui veniens sub loca ejus tendit ei rete, et escam ostendit, eamque ob causam descendere illam facit ab altitudine illa, eamque aucupatur. Similiter facit diabolus, aucupans fideles imperfectos suis calliditatibus vero non absimilibus, quanquam tamen non ita sese habeant, et præcipites eos agit de illorum celsitudine. Hac ipsa ratione fecit, cum sese sub serpente celavit, et dixit Evæ : *Si comederitis ab arbore, dii efficiemini, et aperientur oculi vestri* [67]. Evæ autem his auditis verbis inclinatum est cor ad illum, et putavit id verum esse, propterea quod de hoc non investigavit. At cum comedisset, et comedere præbuisset Adæ, evenit illis infelicitas illa magna, ceciderunt que ambo e sua celsitudine. Similiter facit fidelibus imperfectis, dum distinguere nesciunt inter bonum et malum, sed sequuntur suas propensiones, et propria opinione et judicio sunt contenti, nec edi-scere curant a suis patribus qui jam perfecti sunt, et distinxerunt inter bonum et malum; sed secuti sunt cordis sui desideria, existimantes se solos jam perfectionem obtinuisse ac benedictionem suorum patrum. Hi autem, filioli mei, similes sunt avibus illis quæ construxerunt nidos suos in aere, et descenderunt in terram, et aucupati sunt eas venatores apparentibus artibus. Simile sane evenient his ob fiduciam sibi adscitam, et eo quod operantur secundum voluntatem cordis sui, sua implentes desideria, minime obtemperantes, neque obedientes suis patribus. Hinc diabolus inducit eis has visiones et phantasmata, et operatur in illis superbiam cordis, suggerens illis noctu somnia quæ verificabit eis diu, ut decipiantur. Nec hæc duntaxat; sed inducit eis etiam lumina noctu, ita ut illuminentur loca eorum; et hujuscemodi quam plurima facit, nec non signa, quæ hic adducere non possumus neque singula exarare. Quæ quidem omnia operatur, ut æquo sint animo, existimantes eum esse angelum Dei, et illum amplectantur. Cum autem illum susceperint hac ratione, illos præcipites agit ab eorum altitudine, sicuti diximus de casu illarum avium, propter spiritum superbiæ qui illis dominatus est. Et ut sibi persuadeant se magnos et gloriosos effectos esse in spiritu præ multis, curat, nec addunt suis obedire patribus; et impletur de illis scriptura, quod sint racemi florentes acerbi; et re vera ita sunt : quippe doctrina Patrum ardua illis effecta est, eo quod putarunt se jam omnia novisse.

Quare, filioli mei benedicti, intelligite quæ dixi vobis, videlicet quod minime proficere, aut satius augeri, aut perfici, vel scire distinguere inter bonum et malum valebitis, nisi obtemperaveritis vestris perfectis patribus. Etenim patres nostri sic fecerunt, patribus suis obedientes, eorumque documenta auscultantes; idcirco profecerunt, et creverunt, et doctores facti sunt, sicuti scriptum est in Sapientia filii Sirach : *Discite a patribus vestris, qui didicerunt a patribus eorum* [68]. Vos itaque, filioli mei, hos imitari oportet, qui suis obedierunt patribus, iisque in omnibus obtemperarunt, quos omnia Dei ope patres edocuerunt quæ didicerant a patribus suis, et ipsi ea docuerunt filios suos obedientes. Isaac namque obtemperavit Abrahæ, Jacob autem obedivit Isaac, et Joseph obedivit Jacob, et Elisæus obedivit Eliæ, et Paulus obedivit Ananiæ, et Timotheus obedivit Paulo; et hi ac similes suis obedierunt patribus, eorum implentes voluntates et obedientiam in omnibus, et cognoverunt veritatem, et didicerunt justitiam, et novissime meruerunt Spiritum sanctum; tumque protulerunt veritatem in omnibus, uti scriptum est in Ezechiele propheta : *Constitui te rectorem domui Israel* [69]. Itaque, dilectissimi in Domino et recti corde, si proficere cupitis, et satius augeri, et reddi imperturbabiles in cordibus vestris, et non illudi a diabolis in quoquam, obedite patribus vestris, eisque obtemperate, et non cadetis in æternum. Ego vero alia vos docebo opera, quæ hominem firmant ab initio usque ad finem; et sunt, ut diligat homo Deum ex tota anima sua, ex toto corde suo et ex tota mente sua, eique subjiciatur; et tunc dabit ei Deus virtutem

[64] Hebr. v, 14. [65] Prov. xvi, 25. [66] Amos viii, 2. [67] Gen. iii, 5. [68] Eccli. viii, 11. [69] Ezech. iii, 17.

(21) *Vires suas.* Proposita sua.

Digitized by Google

magnam et gaudium; et dulcia ei redduntur omnia opera Dei tanquam favus; nec non omnes corporis labores, et meditationes, et vigiliæ, et portatio jugi Dei fit ei levis et dulcis. Propter dilectionem autem Domini erga homines, immittit eis quædam illis adversantia, ne magnificentur, sed ut persistant in certamine, et accipiant incrementum, id est pro fortitudine gravitatem et infirmitatem, pro gaudio mœrorem, pro quiete et tranquillitate perturbationem, pro dulcedine amaritudinem, et alia plura ejusmodi eveniunt diligenti Deum; et propterea magis corroborabitur decertando contra ea, et vincendo : quibus superatis, Spiritus sanctus erit cum illo in omnibus, ita ut quidquam mali omnino non timeat. Rogo autem Dominum meum, ut elargiatur vobis hanc gratiam ob vestram obedientiam, quam vobis servet. Cui cum Patre suo bono, et Spiritu sancto, laus et honor ab omnibus rationalibus in æternum. Amen.

EPISTOLA XIX.

Filiis suis monachis. Dixit :

Scitote, filioli : Spiritus sanctus semper ac perpetuo spirat odorem suavissimum ac dulcissimum et lingua inexplicabilem, sicuti dicitur : Quis cognoscit suavitatem Spiritus et ejus dulcedinem, nisi illi qui meruerunt ut inhabitaret in illis? Hoc autem notum est, quod multi illum non meruerunt, quoniam spiritus pœnitentiæ non inhabitat in animabus pœnitentium, nisi multos post labores. Cum autem inhabitaverit in illis, eos tradet Spiritui sancto, et inhabitabit in illis Spiritus sanctus. Videmus enim, filioli mei, esse in hoc mundo multa his similia; etenim lapis gemmæ non obtinetur nisi magno labore, nec reperitur in civitatibus aut oppidis, sed in domibus regum duntaxat : similiter etiam Spiritus sanctus non habitabit in superba anima, sed in animabus humilium, quorum tota cogitatio in perfectione sita est. Cum autem habitaverit in istis hic Spiritus, maximas agent Deo gratias multamque laudem; quoniam meruerunt Spiritum sanctum in illis habitare, sicuti meruit illum Levi, et egit Domino maximas gratias, dicens: Benedicam te, Domine, qui edocuisti me Spiritu quem dedisti servis tuis. Dixit etiam : Benedictus es, Domine, qui dedisti sanctis tuis honorem omnibus divitiis præstantiorem : equidem non valeo Spiritus divitiarum magnitudinem aspicere, quem elargitus es sanctis tuis. Quem quidem Spiritum, filioli mei, quærentes sancti invenerunt; et est lapis verus, cujus meminit sacrosanctum Evangelium [70]; quod homo mercator quærebat gemmam pulchram, qui, inventa pretiosissima margarita, abiit, et vendidit omnia sua, et emit illam. Scriptum etiam est, quod cum thesaurus esset absconditus in agro, cum eum invenisset homo, abscondit illum, et lætus abiit, vendidit omnia sua, et emit agrum illum [71]. Similiter sancti, dilectissimi mei, in omnibus generationibus, cum hunc invenerint Spiritum, et habitaverit in illis, gratias egerunt Deo maximas. Qui quidem nequaquam habitat nisi in animabus beatis hisque similibus, quibus aperit magna arcana, elargiens gaudium et requiem cordibus eorum in hoc mundo, faciens eorum noctem, sicut diem. Cum autem plana vobis fecerim, filioli mei, quædam opera hujus sancti Spiritus, cupio etiam vobis quædam indicare certamina spiritus mali. Scitote itaque, quod discedens a vobis, facilem reddente Domino viam meam, perveni ad meum domicilium, et permansi in mea solitudine extra turbas ope sancti Spiritus, clam, ac palam. Cuperem ut semper penes me essetis, ut vobis notum facerem quidquid mihi notum fecit Spiritus sanctus omni tempore (scriptum enim est : Divitiæ Domini opitulantur sapienti), nec non contentiones quas postea infelix passus sum : quippe tentationes non impetunt valide nisi eos qui acceperunt Spiritum sanctum. Quandoquidem accepto Spiritu, inducit eis diabolus tentationes, permittente ipso Spiritu, cum diabolus nullam habeat potestatem cogendi quempiam fidelium, nisi id illi permittatur a Spiritu sancto (22).

Et Dominus noster cum accepisset ea quæ nostra sunt, factus est nobis exemplar, ut nos semper doceat cognoscere veritatem. Cum enim baptizatus fuisset, descendit Spiritus sanctus super illum, sicut columba, deinde eduxit illum Spiritus in desertum, ut tentaretur a diabolo; qui cum probasset illum omnibus suis tentationibus, non valuit adversus eum, sicuti dicitur in Evangelio Lucæ de eo : *Cumque complevisset diabolus omnes tentationes, discessit ab illo ad tempus* [72]. Et reversus est Dominus Jesus in Galilæam virtute Spiritus. Ita omnes qui accipiunt Spiritum, et decertant et superant tentationes, corroborat Spiritus sanctus, dans illis virtutem maximam, et exaltat illos, et custodit ab omnibus. Filioli mei dilectissimi, cuperem ut essetis penes me, ut cognoscatis novissimam tentationem meam, quæ similis est tentationi Domini nostri Jesu Christi novissimæ, qui cum implevisset suam dispensationem dixit : *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; at non secundum voluntatem meam, sed secundum voluntatem tuam* [73]. Quod sane erat cum orationibus et precibus, non autem ob metum

[70] Matth. xiii, 45, 46. [71] ibid. 44. [72] Luc. iv, 13. [73] Matth. xxvi, 39.

(22) *Potestatem cogendi — nisi id illi permittatur a Spiritu sancto.* Nullus dubito quin interpres hic minus recte sancti abbatis sententiam expresserit; quæ nimirum ita fortasse reddenda fuisset *potestate tentandi* aut similiter. Quod quidem suadere videntur quæ mox sequuntur : *Deinde eduxit illum* Spiritus, *ut* tentaretur *a diabolo qui* — non valuit *adversus eum.* Excidit sane a recta sentiendi ratione quisquis putarit, diabolum accipere aliquando potestatem cogendi quempiam fidelium. *Fidelis Deus est*, ait Apostolus (I Cor. x, 13), *qui non patietur vos tentari supra id quod potestis.* Qua de re sanctus abbas plura superius in *Orat. ad Monach.* præcipue vero cap. 13 et 14. Eadem porro minus recta vertendi ratione usus esse videtur interpres superius in epist. 5, ut ad eum locum monuimus.

Digitized by Google

aut timorem aut impotentiam ullam, sed ut doceat nos, sicuti ejus primæ tentationes erant ad documentum nostrum; nam sponte venit ab alto, quod tamen non reliquit : et habitavit super terram, et assumpsit nostram similitudinem, ut nos ipsa redimeret, mediantibus iis quas operatus est per eam, dispensationibus; et mortuus est pro nobis, et sepultus, et resurrexit, et liberavit captivos inferorum, ascenditque ad superiora cœlorum ubi prius erat. Videte itaque, filioli mei, dilectionem Dei Verbi, qui nos eduxit de fovea inferorum ad superiora cœlorum: nam cœlum superius aliud est a cœlo visibili, et cœlum visibile aliud est ab aere, qui est ventus hic flans sua levitate; spatium autem aeris aliud est ab hac crassa terra, in qua modo sumus et brevi ex illa migrabimus. Sciatis autem, operationes cœli alias esse ab operationibus terræ: aliamque esse regionem, hac terra graviorem, arduam valde ac tenebrosam, nihilque esse in ea luminis neque requiei, et vocatur infernum. Tentatio autem, filioli mei, quæ nuper mihi accidit parum abfuit, quin me ad hoc idem infernum perduxisset: quippe bonorum hostes in illud me projicere voluerunt ingenti sua calliditate. Et pro his fuerunt mei labores, et certamina, et angustiæ, et perturbationes. At infelix gratias ago Deo meo, et laudes illi offero, cui servivi toto corde meo a pueritia mea usque nunc, eique obedivi, cum me non deseruisset, sed auxiliatus est mihi, et eripuit me a tenebris inimicorum, et iterum restituit me in pristinam celsitudinem meam, sicut redemit Adam et filios suos bonos, reduxitque illos ad pristinum eorum ordinem. Scriptum enim est : *Ascendit in altum, et captivam duxit captivitatem, et dedit hominibus dona* [74]. Notum præterea vobis facio quod mea postrema tentatio similis fuit tentationi Josephi postremæ; siquidem Joseph beatus ac justus, cum tentaretur multitudine tentationum, non est perturbatus; nuperrime vero cum in carcerem fuisset detrusus qui est similitudo inferni, perturbatus est hac tentatione. Dominus autem noster sua clementia cum vidisset pulchritudinem ejus certaminis et patientiæ, dedit illi magnum honorem, et constituit illum regem, nec amplius tentatus est. Vere quidem, filioli mei amabiles, non abscondo a vobis mensuram tentationis in qua versabar, et ex qua liberavit me Dominus meus; et certus quidem sum, quod hoc sim consecutus vestris orationibus, et precibus, et memoria vestra qua me prosequimini. Etenim satis laboris mecum pertulistis; et certe dabit vobis Dominus spiritum salutis, quemadmodum dedit meæ paupertati. Dixit enim discipulis suis : *Vobis autem qui sustinuistis mecum in tentationibus meis, dispono, sicut pollicitus est Pater meus, regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo* [75]. Quare percipite, filioli mei, sensum horum verborum; quod videlicet quicunque particeps fit Domino Christo, ei obediendo, illi quoque particeps erit in locis requiei; et qui etiam ei consors fit in contemptu, consors quoque erit illi in gloria. Siquidem qui patitur labores et opprobria et injurias et contemptum, ipse glorificabitur. Scriptum namque est: Filius bonus ipse hæreditabit labores et benedictiones parentum suorum; filius vero malus hæreditabit maledictionem.

Scitote etiam, filioli mei amabiles, quod postquam hanc scripsi vobis epistolam, commovit me Spiritus, ut scriberem vobis de seraphim quem vidit Ezechiel propheta [76], qui est typus animarum fidelium quæ decertant ad consequendam perfectionem. Habebat sex alas oculis refertas; habebat etiam facies quatuor, in quatuor partes aspicientes. Una facies similis erat faciei hominis, alia vero faciei tauri, et alia faciei leonis, et alia faciei aquilæ; et reliqua quorum meminit propheta, quæ per tempus vobis scribere non licet. Verum pauca vobis exponam de horum sensu; cum vero ope Christi ad vos venero, exponam vobis reliqua labium ad labium, cum de his modo scribere non valeam. Sciatis ergo : facies prima seraphim quæ est facies hominis, designat fideles qui in mundo sunt operantes ea præcepta quæ sibi injuncta sunt; si quis autem horum ad habitum monasticum egressus fuerit, assimilatur tauri faciei, eo quod operatur et sollicitus sit de præceptis monachatus; nam agit et decertat sensibile certamen. Quod si congregationis ordines consummaverit, et egressus fuerit habitare solitudinem, et segregatus fuerit ad oppugnandos invisibiles dæmones; jam hic assimilatus est faciei leonis, qui est rex ferarum silvestrium. Cum autem superaverit hostes invisibiles, et passionibus dominatus fuerit easque sibi subjecerit, elevabitur Spiritu sancto, et videbit divinas visiones, et assimilabitur faciei aquilæ, et implebitur de illo Scriptura : *Renovabitur juventus tua sicut aquilæ* [77]. Et tunc intellectus illius discernet quæcunque sibi obvenire possunt sex ex partibus, et assimilabitur sex illis alis oculorum refertis; et fiet seraphim spiritualis, et hæreditabit æternam hæreditatem, eo quod obtemperaverit patribus suis spiritualibus.

Ego autem scio, filioli mei, quod nos omnes jam accepimus virtutem a Domino, quia obedivimus patribus nostris, eorumque accepimus benedictionem. Vos quoque propter vestram obedientiam et ministerium, accipietis ministerium a Domino et hæreditabitis benedictionem patrum vestrorum. Dico quidem vobis, quod semper vestri memor sim, et video vos in spiritu, tanquam parens pia atque misericors filios suos parvulos. Sæpe quidem volebat Dominus meus quiescere me facere a laboribus corporis hujus, et assumere animam meam ad se; sed cum requiescat in vobis Spiritus Domini, reliquit spiritum meum in corpore ejus ad educandum vos, dicens ei : Utique optima es parens et educa-

[74] Psal. LXVII, 19. [75] Luc. XXII, 29, 30. [76] Ezech. I, 4 sqq. [77] Psal. CII, 5.

Digitized by Google

trix bona; propterea reliqui te, ut optime educares filios tuos. Et nunc, filioli mei benedicti novissima benedictione, en liber meus ad vos et benedictio: quare servate illum, cum sit vera hæreditas, et hæreditatio patrum spiritualium, qui minime filiis suis aurum vel argentum aut his similia hæreditandum relinquunt; sed veram hæreditatem. Parentes namque corporales sunt, qui hæreditandum relinquunt filiis suis aurum et argentum et his similia. Quare videte patriarchas, qui auro et argento aliisque corporalibus divitiis affluebant, nec tamen mentio ulla fit, quod horum quisquam filiis suis illarum meminerit; siquidem temporalia sunt et transitura. Sed hæreditandum reliquerunt illis benedictionem illam veram, in æternum duraturam, quæ parit requiem cœlestem; et ipsa est, quæ manebit cum homine in æternum. Quamobrem scitote quod hæc benedictio quam dedit vobis pater vester, par sit illi benedictioni paternæ. Salutem in Domino, et Spiritum veritatis concedat vobis Dominus noster, donec discedatis ab hoc mundo transituro, et hæreditetis mundum illum duraturum, intercessione omnium patrum nostrorum. Et laus, et gloria Trinitati sanctissimæ, Dominæ sæculorum in æternum. Amen.

EPISTOLA XX.

Filio suo Bebnudo. Dixit:

Dilectissime mihi venerande in Domino Bebnude, pax tibi. Ante omnia Dominum deprecor pro salute omnium animarum tibi obedientium, et pro tua quoque salute, et laborantium tecum in nomine Domini, et omnium ambulantium tecum in pace propter Dominum nostrum Jesum Christum. Isti enim requiescere faciunt animas patrum suorum, quos Dominus noster Jesus Christus requiescere faciat in regno cœlorum. Hoc autem sciatis omnes, quod quicunque facit quiescere aliquem ex servis Domini, quamvis calice aquæ duntaxat, merces illius non deperditur, sicuti sacratissimo ore suo ait Dominus noster: *Quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicis aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam* [78]; et ait etiam de illis, qui contristant discipulorum spiritus et scandalizant sua malitia: *Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, magis expedit ei, ut suspendatur in collo ejus lapis molæ, et demergatur in mare* [79]; et dixit etiam: *Mensura qua mensurabitis, mensurabitur vobis* [80]. Quare percipite, dilectissimi mei, quod Dominus nihil eorum quæ super terram sunt, diligit præ discipulis suis et facientibus voluntatem suam, et deperdit qui eos contemnunt. Etenim quidquid facit homo servis Dei, illi facit, sive bonum sive malum id sit. Dixit enim: *Qui suscipit vos, suscipit me* [81]; et etiam: *Quod non feceritis uni ex minimis istis, neque mihi feceritis* [82].

Quare, dilectissimi mei, cavete, ne quempiam hominum contemnatis: hujus quippe radix est superbia, quæ hominibus iram induxit. Et idcirco dixit Isaias propheta: *Ecce dies Domini Sabaoth veniet super omnes superbos corde, et illusores* [83]. Videte itaque, dilectissimi mei, magnitudinem mœroris hujus qui superbis eventurus est. Quare nos oportet, ut lugeamus super nosmetipsos cordis ardore et mœstitia; nam multos vidi monachos et virgines in hanc arduam cecidisse passionem ob eorum falsam existimationem, dicentes de semetipsis: Utique nos aliquid magni sumus, et nullus nobis comparabitur. Vere autem dico vobis, dilectissimi, nihil esse in his nisi superbiam et contemptum erga homines, et odium, et pessimam æmulationem, et contentionem, quia pœnitentiam agere et ex toto corde resipiscere renuunt; et hæc sane atque similia nequaquam his permittunt discernere inter bonum et malum, et inter dulcedinem et amaritudinem. Quandoquidem spiritus mali in aere consistentes lugere eos faciunt tempore ridendi, et ridere tempore lugendi; et impleta est de illis Scriptura: *Maledictus est qui facit bonum malum, et malum bonum, et qui facit amarum dulce, et dulce amarum* [84]. Hos quidem oportebat obtemperare sancto Joanni dicenti: *Nolite credere omni spiritui; sed probate spiritus, num sint a Deo* [85].

Nobis autem opus est super hos lugere, qui persistunt in his memoratis malis omni tempore vitæ suæ, eaque diligunt plus quam diligunt escam necessariam, et audire contemnunt documenta Dei viventis, amplexantes ea mala documenta quæ sunt impiorum spirituum. Quæ quidem Dei documenta sunt, puritas, pax perpetua sine mutabilitate plena misericordiæ, et reliquorum optimorum fructuum verorum, quorum consummatio est benedictio. Satagite itaque, dilectissimi, hæc Spiritus documenta consequi quibus animæ nostræ vivificantur, iisque mediantibus suscipimus Dominum in nobismetipsis; ea quippe sunt via secura, in qua nullus reperitur latro sive quidquam mali. Et sciatis quod sine puritate corporis et cordis nemo valeat esse perfectus coram Deo, secundum quod scriptum est in sacrosancto Evangelio: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [86]. Perfectio enim oritur ex puritate cordis; in cordibus quippe duplex inest species, scilicet bonum naturale, et malum præter naturam, quod parit passiones animæ, quæ sunt susurratio, invidia, illusio et reliqua mala. Bonum vero parit cognitionem Dei, et sanitatem animæ ab omnibus passionibus. Quare dixit David: *Anima, benedic Dominum sanantem omnes tuas passiones* [87]. Si autem studet homo, dilectissimi mei, eradicare malum, et confidit in Domino cum rectitudine, et effugit omnia mala, luctu, et mœstitia, et suspiriis, et jejunio, et vigiliis, et mansuetudine, et multis ad Deum precibus; Dominus sua

[78] Matth. x, 42. [79] Matth. xviii, 6. [80] Matth. vii, 2; Marc. iv, 24; Luc. vi, 38. [81] Matth. x, 40. [82] Matth. xxv, 45. [83] Isa. ii, 12. [84] Isa. v, 20. [85] Joan. iv, 1. [86] Matth. v, 8. [87] Psal. cii, 3.

Digitized by Google

bonitate illi opitulabitur, et ab omnibus animæ passionibus eum vindicabit, quemadmodum dixit David : *Judica me, quoniam in humilibus ambulavi, et in Domino confisus sum, et non timebo* [88]. Et quemadmodum vobis notum feci, dilectissimi mei, quod his operibus sit sanitas animæ a passionibus; notum quoque vobis facio, quod multi persistentes longo temporis intervallo in monachatu et virginitate, non didicerunt doctrinam puram, quia negligentes documenta patrum suorum amplexati sunt concupiscentias cordis sui; et idcirco prævaluerunt adversus eos mali genii et rebelles latrones qui sunt in aere, jaculantes in illos absconditas sagittas noctu diuque, ita ut in nullo eos quiescere sinant loco, nec non occupant corda eorum superbia, et inani gloria, et impia æmulatione, et susurratione, et ira, et excandescentia, et contentione aliisque passionibus quam plurimis. Hæc enim et similia perpetrant dæmones nostram intendentes mortem, non quidem vitam.

Hæc sane verba, quæ vobis nota feci, dilectissimi mei, non mea quidem sunt, sed eorum quoque meminit Jacobus apostolus dicens : *Si insit in vobis æmulatio amara, et schismata sint in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem; non est enim ista sapientia de sursum descendens sed terrena, animalis, diabolica* [88*]. Scriptum etiam est in Epistola Joannis apostoli : *Qui facit peccatum, ex diabolo est* [89]. Cum itaque cognovissetis, dilectissimi mei, quod qui permanent in his operibus, non sit Domini opus in illis, verum compotes sunt diabolicorum documentorum, et cum diabolis reputantur, quamobrem lugeamus nosmetipsos; hoc namque tempus in quo sumus, est mœrendi. Agnoscamus quoque mensuram donorum Spiritus sancti, et clamemus cum dicente : *Venite, adoremus, et procidamus, et ploremus ante eum qui fecit nos* [90]; et dicamus etiam dictum ejus : *Salva me, Domine, quoniam defecit sanctus, et diminuta est veritas a filiis hominum; et locutus est unusquisque in proximum suum labiis dolosis, et corde fraudulento* [91]. Propter quæ autem verba et quæ sequuntur, nobis flere operæ pretium est, quoniam dixit : *Dominus disperdet omnia labia dolosa, et linguas elatas* [92]. Sciatis autem, filioli mei, hos esse qui reputantur cum quinque virginibus stultis, quoniam transegerunt omne tempus suum cum stultitia, et non cohibuerunt linguas suas, neque mundarunt oculos suos et corpora sua a concupiscentiis, neque corda sua ab immunditiis aliisque fletu dignis, cum immunda sint; contentique erant vestitu laneo duntaxat, qui est habitus virginitatis tantummodo : quapropter cœlesti carebant delectatione ad lugendos semetipsos et suas accendendas lampades; propterea non aperuit illis Sponsus, sed ait illis sicuti ait stultis virginibus : *Amen dico vobis, non cognosco vos* [93]. Et dicit illis etiam : *Recedite a me, maledicti, in ignem æternum* [94], *ubi est fletus et stridor dentium* [95].

Nunc itaque, dilectissimi mei, non alia de causa hanc scripsi vobis epistolam, nisi propter desiderium salutis vestræ, ut sitis liberi, et fideles, et sponsa pura Christo; ipse namque est sponsus omnium animarum sanctarum, ut ait Paulus apostolus : *Despondi enim vos uni viro primogenitam castam, ut exhiberem vos Christo* [96]. Equidem scio multa jam vobis evenisse certamina, dilectissimi mei, quæ ope Domini nostri qui vos direxit, devitastis singula; quippe verax Deus est, et ipse vos omnesque qui sibi ministrant, confortat ne incidatis in ea quæ ferre non valetis. Percipite igitur, filioli mei, vim tentationum quæ vobis evenerunt, et magnitudinem honorum qui vobis dati sunt a Deo earum causa, et constantes resistite venturis quoque. Etenim aurum igne multoties probatur, ut potiori probatione electum appareat. Similiter Dominus noster sua bonitate hominem probat multis tentationibus, et experitur illum, atque liquat illis mediantibus tanquam aurum purissimum, et edocet illum certamina cordis; ita ut non revertatur amplius cogitare aut meminisse multitudinis injuriarum et contemptus quos illi intulerunt homines, vacuusque erit timore diaboli; sed humilietur coram Deo, et confidat in illum, sitque semper ad bonum paratus coram Deo, quemadmodum dixit David propheta : *Cor meum paratum, Deus, cor meum paratum; laudebo, et psallam in glorificatione mea* [97]. Sciatis ergo hoc, quod absque dubio a quibusdam probabimini fratribus, opprobriis et injuriis, et contemnemini a consortibus vestris. Cum autem hæc vobis evenerint, persistite, et nolite timere, neque mœrere; verum gratias agite Domino pro omnibus his, quoniam sine illo nihil horum vobis accidit, quia certamina necesse est evenire servis Domini; nam quicunque non probatur a bonitate Dei tentationibus, et laboribus, et mœroribus, et calamitatibus, donec ediscat rationem obtinendi patientiæ et boni, certe non accipiet ab illo honorem.

Nunc itaque, dilectissimi mei, sustinete labores et mœrores qui vobis eveniunt; et gratias Domino agite magna humilitate, ut videatis lætitiam laborum vestrorum, sicut beata Susanna fortissima in bello, quæ prævaluit adversus concupiscentiam illorum duorum senum adversantium legi, qui testati sunt contra eam falsum, intuleruntque ei multos labores; et propter ejus patientiam et constantiam exaltavit illam Deus in fine sui certaminis, et humiliavit hostes illius. Et sicut Thecla spiritu etiam fortissima, quæ minime parentum illatas sibi timuit injurias, neque ignem etiam, neque carnificem, neque feroces feras. Tandem vero elargitus est ei Deus lætitiam cordis, et suorum præmia laborum; fortitudo enim ejus fidei in Deum, exstinxit ignem

[88] Psal. xxv, 1. [88*] Jac. iii, 14, 15. [89] I Joan. iii, 8. [90] Psal. xciv, 6. [91] Psal. xi, 2, 3. [92] ibid. 4. [93] Matth. xxv, 12. [94] ibid. 41. [95] Matth. viii, 12. [96] II Cor. xi, 2. [97] Psal. cvii, 2.

Digitized by Google

ardentem, et obseravit ora leonum ferocium, et humiliati sunt ei universi illius hostes. Et sicut Joseph humilis coram Deo et hominibus; quem, cum invidissent ei fratres sui, et odio illum habuissent, volentes illius effundere sanguinem ob invidiam, propter honorem ei a patre delatum, servavit divinum auxilium a nece; sed ei invidia dominati sunt, et elevaverunt in illum manus suas, et demum in servum vendiderunt. Insuper mulier sui domini cui inserviebat, permultos intulit illi labores, ita quidem ut in carcerem fuerit injectus. Erat namque continens, mansuetus, purissimus, immaculatus anima et corpore, nec timuit (Deo ei favente) omnes illas ærumnas, sed sustinuit, et confisus est in Domino; et novissime exaltavit illum Deus, constituens illum principem super Ægyptum et super omnes ejus regiones. Omnes vero fratres ejus qui ei inviderant, subjecit Dominus sub pedibus ejus. Hi autem memorati et eis similes, dilectissimi mei, nequaquam obtinuerunt honorem a Deo initio sui certaminis et belli, sed postquam probavit eos, et liquavit calamitatibus et laboribus, et erudivit eos quomodo instarent in prælia. Tunc vere, cum vidisset eos, calamitates et labores sustinuisse, et in Domino esse confisos, dedit eis honorem suæ divinitatis, depresseruntque osores suos sub plantis pedum suorum.

Ego autem, dilectissimi mei, dum recordor horum certaminis et præmiorum, jubilat gaudio et lætitia spiritus meus, et pro vobis suppliciter deprecor. Permanete ergo in patientia, et non infirmentur corda vestra in vestris calamitatibus; sed gratias agite pro illis, ut præmium feratis pro eis a Domino. Hos quidem sermones scripsi vobis, fratres mei, et omnibus invocantibus nomen Domini, ut sit vobis omnibus pax, et veritas, et charitas Dei, et dilectio ad invicem; et ne sint inter vos contentio, vel susurratio, aut malæ cogitationes, aut seditio, aut mutua pugna, aut contradictio, aut mala æmulatio, aut inobedientia, aut superbia, aut injuriæ in homines, aut irrisio, aut adulterium, aut inanis gloriæ amor, aut odium, aut concupiscentia pulcherorum vestimentorum corporis, aut mutuæ inimicitiæ. Infelicitas autem mea supplex vos deprecatur, ut nihil harum actionum sinatis inter vos in loco vestræ habitationis. Nam in quacunque congregatione hæ exstant actiones, inhabitat ibi ira Domini. Et sciatis, fratres, quod vita nostra in hoc mundo brevissima est; ideo de illa satagite, et nolite negligentes esse, ne incidat vestra transmigratio ab hac vita invicem irascentibus, ac propterea homicidis adnumeremini secundum Scripturam : *Qui odio habet fratrem suum, homicida est* [98]. Quæ quidem dicta ac præcepta non ad monachos duntaxat et virgines spectant, sed et ad omnes fideles qui nobiscum communicant in Ecclesia Domini nostri Jesu Christi universali apostolica. Nunc itaque, fratres, invicem parcite, ut parcat vobis Dominus. Etenim id inculcat, dicens : *Dimittite, et dimittetur vobis* [99]. Si autem quis vestrum calumniam patitur, suscipiat id cum gaudio, et omnia sua tradat Domino, qui justus est judex et remunerator. Qui vero proximo intulerit calumniam, festinet et humiliet semetipsum coram Domino, et supplicet proximo suo, ut parcat ei Dominus. Nec permittatis, dilectissimi mei, solem occidere super iram vestram, sicut nos docuit Scriptura [1]; sed eradicate ex cordibus vestris omnes malas cogitationes quibus angimini vel in vos invicem cogitatis, ut dissolvantur inimicitiæ quarum radix odium est et invidia : quæ duæ passiones pessimæ quidem sunt, et Deo ac hominibus detestabiles; nec consentaneum est, ut sint in ullo fidelium aut Dei servorum penitus. Quamobrem, dilectissimi mei, si hæc inter vos olim consummata sunt, ex nunc cavete, ne exstent inter vos, nec ea vobis dominari permittatis. Sciatis etiam quod dies vitæ nostræ paucissimi sint; in illis tamen ad Dominum a nostris peccatis resipiscendum nobis est, ne apprehendat nos transmigratio hinc illuc, nobis inopinantibus, cum huc reverti nequaquam poterimus. Videmus enim transmigrantes ad nos non reverti; nos quoque minime eorum exspectamus reditum, sed illos sequi exspectamus : quod sane sancitum est omnibus hominibus hujus mundi, ab initio usque ad consummationem. Quare, dilectissimi mei, oportet, ut nemo nostrum suæ stultitiæ copia glorietur, et dicat : Prævalui adversus socium meum, nec ei parcam. Sciat enim hoc dicens et cogitans, quod tradidit morti fortitudinem in animam suam tantum; et erit hæreditas illius, locus fletus et stridoris dentium, et vermium non dormientium, et inexstinguibilis ignis.

His itaque a nobis cognitis, dilectissimi mei, decertemus dum sumus in hoc corpore, et animarum nostrarum vulneribus medeamur, antequam nos tempus effugiat. Et sint hæc dicta fixa in intellectibus nostris, et ea exsequamur ante separationem animarum nostrarum e corporibus nostris. Siquidem Dominus noster judex justus mittet ministros suos, et apprehendent animam, et separabunt illam a domo hac lutea. Quicunque autem comprehenduntur tunc suæ salutis immemores, reservabuntur in tenebris exterioribus ad tremendum illum diem, et exibit in illos amara illa sententia; et tradentur tortoribus immisericordibus, et carcerum præfectis (quibus nulla inest pietas) destinatis custodiæ illius ignis pleni vermium qui non dormiunt, nec non tenebrarum exteriorum et mansionum frigoris plenarum et algoris. Qui autem his crudelibus tradentur, projicientur in ea loca a Deo remotissima, ut vindictam sumant de illis.

Tunc mugient fletu et clamoribus et ploratu atque ululatu, nec eos exaudient aut miserebuntur,

[98] I Joan. III, 15. [99] Luc. VI, 37. [1] Ephes. IV, 23.

Digitized by Google

cum misericordia jam recesserit ab illis in æternum. Immisericordes namque et ipsi exstiterunt in vita sua, famelicum non cibantes, sitientem non potantes, peregrinum non suscipientes, nudum non vestientes, infirmum non invisentes, carcere detentum non visitantes: idcirco consecuti sunt remunerationem sine misericordia. Insuper peccatis, et dolis, et inobedientia erga præceptores et erudientes patres cumulati erant; nec pœnitentiam egerunt una die, nec sibi elegerunt præceptorem qui pro illis rogaret, nec gratias pro concessis sibi divitiis egerunt, dimiseruntque a se hic cognitionem Domini: quare ipse quoque ignorabit illos ibi, et tradet eos immisericordibus illis, ut de eis ulciscantur eo cruciatu cujus non est finis: instar servi illius qui non est misertus conservo, dimittendo ei centum denarios, qui pauci sunt in comparatione myriadum qui el dimissi sunt; et instar servi impotentis pigri, qui sepelivit argentum domini sui: et instar illius qui non est inventus cum veste nuptiali; et instar servi contemnentis mandatum domini sui, et edentis et bibentis cum ebriis, nec miserantis conservis. Qui quidem omnes ideo traditi sunt cruciatibus et immisericordibus, quoniam immisericordes erant, sicut scriptum est, quod judicium misericordia abutentis erit immisericordia.

Itaque, dilectissimi mei, ego infelix ob ingentem meam erga vos pietatem satis superque vos deprecor, ut evigilemus, dum sumus in hoc corpore, et fleamus nosmetipsos, et deploremus ex toto corde nostro noctu diuque, ut eripiamur ab amaro cruciatu et a fletu et ploratu et mœstitia, quæ non pertransibunt; et caveamus ingredi per januam latam et viam facilem quæ conducit ad perditionem, et multi sunt ambulantes per illam; sed ingrediamur per januam angustam et viam tristem et mœstam conducentem ad vitam, et pauci sunt ingredientes per illam. Qui autem per illam ingressi fuerint, veri operarii sunt, qui accipient mercedem suorum laborum cum gaudio, et hæreditabunt regnum. Qui ergo paratus est, dilectissimi mei, adesse, ne quæso negligat, ne transeat tempus; et non reperietur qui emptori vendere velit. Sic enim accidit virginibus illis quinque stultis, cum non invenerunt a quo emerent. Tunc exclamaverunt, et fleverunt dicentes: *Domine, aperi nobis. Qui respondens ait illis: Amen dico vobis: Nescio vos* [1]. Nec id eis alia de causa accidit, nisi propter pigritiam. Nam cum dominus domus surrexerit, et clauserit januam, nihil amplius proderit, uti scriptum est. Ego autem afferam vobis similitudinem hujus rei. Noe cum ingressus fuisset arcam ipse cum filiis suis et uxoribus filiorum suorum, et reliquis qui cum eo erant, et clausisset januam arcæ propter aquas diluvii quæ immissæ sunt super male operantes; Noe certe arcæ januam amplius non aperuit, nec filiis suis spectaculum illud terribile quod erat in judicium impiis illis, videre permisit; neque etiam mali illi post clausam januam conscendere valuerunt cum justis; sed facti sunt cum hædis qui sunt ad sinistram, nec accedere potuerunt ad eos qui sunt ad dexteram; verum perditione deperditi sunt aqua diluvii ob suam pigritiam et inobedientiam. Etenim Noe spatio illorum centum annorum quibus arcam exstruxit, ad meliorem frugem eos revocabat, verumtamen neque obediebant ei, neque audiebant, ideoque deperditi sunt. Nunc, dilectissimi mei, et mihi amabiles, de pace solliciti cum omnibus, rogo vos per gratiam Dei, ut obediatis mihi; tum ego quoque obediam vobis; et omnes obediamus Domino dicenti per linguam Prophetæ: *Quis est homo qui desiderat vitam, et cupit videre dies bonos? Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur cum dolo. Declina a malo, et fac bonum; quære pacem, et sequere illam* [2]: et reliqua quæ hæc sequuntur.

Et profecto ea sunt gaudia mea, et fratrum qui sunt penes me, ut nuntium habeamus de vestra christianitate; et quod pax Domini sit apud vos et penes vos; et quod ædificetis super illam diu noctuque, ut flatis unus spiritus in una voluntate et in una fide et in una participatione et in una mensa, ut permaneat vobis pax. Ex quo autem pervenit ad me epistola vestra, usque nunc mœstus sum corde propter exortum inter vos laborem causa imprudentiæ eorum, qui se segregare volunt et propriam facere voluntatem, cum adhuc sint in medio. Deinceps ergo, dilectissimi mei, non sint hæc inter vos, sed perficite bonum domus pacis concordia: indecens quippe est dare suum bonum alteri loco, sed congregemini uno in loco, et perficite illud in pace, et concordia, et humilitate, et timore Dei, et precibus. Tunc enim consummabitur bonum domus Dei, et obtinebitis illud cum gaudio et lætitia. Deinde date infirmis et pauperibus, ut digni efficiamini secundo gaudio electo, quod est fides, et spes, et charitas, et humilitas, et timor, et discretio, et religio, et pax, et contemplatio, et dilectio fratrum. Etenim quicunque hæc habuerit, ipse est indutus veste nuptiali, et ambulans in præceptis Spiritus. Vere quidem dico vobis, fratres, quod modo non concessit mihi Dominus hanc facultatem hoc faciendi, quod est segregari a fratribus: timeo enim illud facere a memetipso solo, sine voluntate Domini. Quamobrem rogo vos, ut permaneatis in vestra humilitate et patientia, ut transeant a vobis passiones: quippe hoc non est tempus hanc petendi rem. Qui autem proficiet, et eo perveniet ut hoc consequatur, certus sum quod Dominus meus id mihi revelabit, et adimplebit in illo suam bonam voluntatem. Si igitur in his permanebitis, pax erit vobis et locis vestris, et omnibus qui venient ad ea, et qui orabunt in eis in nomine Domini. Hoc autem pro certo habete, quod qui-

[1] Matth. xxv, 11, 12. [2] Psal. xxxiii, 13-15.

Digitized by Google

cunque ambulaverit secundum voluntatem Dei quæ dulcior est favo, omnibus referta gaudiis; ipsa opitulabitur illi, et corroborabit, et retribuet animæ illius opera mirabilia, et præparabit omnes semitas Domino amabiles coram illo; nec poterit tunc ullus inimicorum illi obsistere, eo quod ambulat in voluntate Domini.

At quicunque ambulat in sua voluntate, putans esse voluntatem Domini, minime illi Deus opem feret in quoquam, sed dæmonibus illum relinquet, qui habitabunt in corde ejus noctu diuque, et non sinent illum quidquam requiei nancisci; nam cor ejus obtenebrabitur, ac propterea nihil videbit luminis, illumque impotentem efficient in omnibus rebus cum externis tum internis, eo quod gratia careat; et alia permulta ardua quidem et laboriosa illi inducent, quæ enarrare non valeo. Et multi sane decepti sunt hac de causa ob suam stultitiam atque imprudentiam, et illudebant fidelibus recte in medio ambulantibus.

Sic accidit patri nostro primo Evæ obedienti ob suam imprudentiam; nam Eva decepta fuit sua imprudentia, immortalitatis et deificationis aviditate capta, cum sese celaverit diabolus sub specie serpentis, et locutus sit cum illa, tanquam amicus dicens: Si comederitis ex hac arbore, critis dii, et non moriemini [4]. Quæ quidem cum esset imprudens atque discretionis expers, statim atque audivit divinitatem et immortalitatem, non investigavit de eo quod sibi dictum erat, sed abjecta a se voluntate Domini, præceptum Dei fregit, et seducta est, et seduxit Adam; et facti sunt post exaltationem illam insignem, in hac infelicitate adeo dissimili, quia adversati sunt voluntati Domini. Simile, dilectissimi mei, vere eveniet illi qui rejicit a se voluntatem Domini, et facit voluntatem cordis sui: et implebitur de illo dictum Salomonis in Proverbiis: *Putat quod via illa sit recta, cum finis ejus conducat ad profundum inferorum* [5]. Notum etiam vobis facio diabolum his similibus gaudium insinuare et lætitiam; cum non sit ita, sed sunt mœror et mœstitia et fletus, quoniam a Deo non sunt; cum gaudium quod a Deo est, et lætitia illi soli dabuntur, qui totis laborat viribus, et semetipsum compellit atque cogit ad sustinendum bonis in operibus, et abscindendam propriam voluntatem, et voluntatem Domini amplectendam. Et quia locutus sum de voluntate Dei et de voluntate hominum, quædam alia vobis nota faciam: quod videlicet voluntas quæ operatur in corde hominis, sit triplicis modi: quod multi quidem ex monachis et virginibus minime perpendunt, paucis exceptis qui jam laboraverunt in magnis certaminibus, et consummati sunt in discretione: isti duntaxat hoc pensitant: scriptum enim est, quod esca fortis sit fortibus. Primus modus est ex diabolo, alter ex homine, tertius ex Deo. In duobus autem, qui sunt diaboli et hominis, non lætatur Deus, sed in suo tantum.

Nunc ergo, fratres dilectissimi cordi meo amabiles, inquirite vosmetipsos, et amplectimini voluntatem Dei, et obedite patri vestro; nam valde deprecor Deum pro vobis: neque relinquatis domum vestram sub specie boni quod vere non est bonum, et transferamini ad aliam, sed permanete donec veniam ad vos ope Domini, et indicem vobis, quod utile est; nam si id feceritis, contristabitis cor meum, et vos quoque contristabimini. Equidem infelix ego, dilectissimi mei, puto esse in me cognitionem voluntatis Dei, plus quam in vobis, et cognosco directionem vestram, quare persistite in dilectione fratrum et gloria vestra, et perpendite voluntatem Dei. Hoc enim haud vile est, hominem jugiter Dei perpendere voluntatem in omnibus. Et vere dico vobis, nisi reliquerit homo totam voluntatem cordis sui, et subjecerit se in omnibus, et repulerit a se cunctas divitias et possessiones suas, et obedierit Domino, obediens patribus suis spiritualibus; neque poterit perpendere voluntatem Dei, neque illam facere, et privabitur novissima benedictione. Abraham enim cum benedixisset Isaac, ait illi: Deus meus corroboret te, ut facias voluntatem ejus. Pari ratione ille qui obedierit patribus suis spiritualibus, in omnibus faciet voluntatem Dei. Sic pater noster optimus Jacob benedictus est a patre suo Isaac ob nimiam suam obedientiam parentibus præstitam; et habitaverunt in eo virtutes, quia utrique obediebat, et utriusque faciebat voluntatem, sicuti memoratur de illo in lege. Cum autem mater ejus dixisset ei ante obitum patris illius, et cum accepisset ab illo benedictionem, ut iret in Mesopotamiam Assyriæ atque apud patruelem suum Laban (quia frater ejus Esau volebat eum interficere) quanquam ipse illuc pergere non optaret relinquendo parentes suos, illos enim diligebat, ipsique illum; nihilominus obedivit, et obtemperavit, et perrexit ad locum illum longinquum, et ad terram quam ignorabat, et non obstitit voluntati matris suæ, sed dimisit desiderium suum et voluntatem, ut æquo eam faciat animo, et conatus est toto hoc conatu, ut consummaretur super illum benedictio parentum suorum. Scriptum enim est quod *benedictio patrum confirmabit domos filiorum* [6]. Mihi autem nuntiatum est, quosdam vestrum asserere, quod Jacob non fugisset sua voluntate, sed sua obedientia; ideoque auxiliatus est illi Deus, ac præsto illi fuit in omnibus: sed hoc est clam, palamque.

Nunc igitur, dilectissimi mei, sit memoria Jacob ejusque similium apud vos, et in vobismetipsis sine intermissione: et exterminate e mentibus vestris, quod de vobis audivi. Deus enim non obliviscetur laborum vestrorum, neque vestræ remunerationis. Nam Dominus noster, cui gloria, neuti-

[4] Gen. III, 4 sqq. [5] Prov. XIV, 12. [6] Eccli. III, 11.

Digitized by Google

quam dixit, quod remuneratio hic foret, sed tentationes, et angustiæ, et labores, et mœrores; ibi vero remuneratio. Hæc quippe vita est via laborum et tentationum. Si autem sustinueritis, et obediveritis, et obtemperaveritis Patribus vestris, optimam reddet vobis Dominus remunerationem; et hic est labor, qui memoratur coram Domino. Ego autem infelix Pater vester indico vobis, dilectissimi mei, quomodo laboravi in montibus, et solitudinibus, et rogavi noctu diuque, ut aperiret mihi Dominus suam voluntatem; et non aperuit mihi quidquam, donec obedivi Patribus meis in omnibus, et consecutus sum hujus cognitionem ab illis. Nam qui Patribus obedit suis, Domino obedit; qui autem obedit Domino, ipse suis obedit Patribus; qui vero non obedit suis Patribus, Domino non obedit. Dilectissimi mei in Domino, obedite Patri vestro in iis quæ scripsit vobis, ut inhabitet ejus benedictio in vobis, et nanciscamini requiem, et gratiam, et fortitudinem, et gloriam, et faciles reddat Dominus vias vestras. Et ecce jam indicavi vobis duplicem viam operis corporei et spiritualis in ista epistola, et corporeas obluctationes et diabolicas, ut faciatis, et certetis, et consequamini benedictionem novissimam, et inhabitet in vobis gratia magna. Et pax omnibus vobis et salus a Domino Jesu Christo sit spiritibus vestris humilibus, et cogitationibus vestris, et cordibus vestris mundis; nam benedictio illius inhabitat in omni loco, in quo est humilitas. Et Domino nostro laus, et gloria, et honor ab omnibus rationalibus, et Patri suo, et Spiritui suo sancto, ex nunc et in æternum. Amen.

Completæ sunt viginti Epistolæ ex dictis Patris nostri S. Antonii, cujus orationes sint nobiscum. Amen.

EX EPISTOLA AMMONIS EPISCOPI.

Apud Bollandianos in Actis SS. Maii, *tom. IV, pagg.* 70-355.

Τῷ ἀγαπητῷ υἱῷ Θεοδώρῳ Ἀντώνιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Τῷ ἀγαπητῷ υἱῷ Θεοδώρῳ Ἀντώνιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἤδειν μὲν ὅτι οὐ μὴ ποιήσει Κύριος ὁ Θεὸς πρᾶγμα, ἐὰν μὴ ἀποκαλύψει παιδείαν πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ τοὺς προφήτας· καὶ ἐνόμιζον μὴ δεῖν με δηλῶσαί σοι ἅπερ μοι ὁ Θεὸς πρὸ πολλοῦ ἀποκαλύψας ἦν. Ἐπειδὴ ἐωρακότι μοι τοὺς ἀδελφούς σου, τοὺς περὶ Θεόφιλον καὶ Κόπρην, προσέταξε γράψαι σοι, δηλῶν ὅτι πολλοὶ τῶν μετὰ ἀληθείας τὸν Χριστὸν προσκυνούντων, μετὰ τὸ βαπτισθῆναι ἡμαρτηκότων, σχεδὸν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, κλαυσάντων καὶ πενθησάντων ὁ Θεὸς τὸν κλαυθμὸν καὶ τὸ πένθος ἀποδεξάμενος, τὰς ἁμαρτίας ἐξήλειψεν πάντων τῶν οὕτως πορευσαμένων, ἕως ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἂν ἡ ἐπιστολὴ αὕτη ἐπεδόθη σοι. Ἀνάγνωθι οὖν αὐτὴν τοῖς ἀδελφοῖς σου, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἀκούσαντες χαρῶσιν. Ἀσπάσατε τοὺς ἀδελφούς. Ἀσπάζονταί σε οἱ ἀδελφοί. Εὔχομαί σε ὑγιαίνειν ἐν Κυρίῳ.

Dilecto filio Theodoro Antonius in Domino salutem.

Dilecto filio Theodoro Antonius in Christo salutem et gaudium. Sciebam equidem nullam a Domino factum iri rem, nisi aliquid inde salutaris doctrinæ famulis suis prophetis inspiraverit; nec putavi ea quæ diu ante mihi Deus indicaverat, a me esse tibi manifestanda. Sed posteaquam fratres tuos qui cum Theophilo et Copre erant, videre contigit, hæc ad te scribenda duxi; et significandum, quomodo plurimi eorum qui Christum in veritate adorant, et post susceptum rite baptismum in peccata prolabuntur (quod per totum fere orbem accidit), si misericordiam Domini implorent ac de admissis ex animo doleant, a Deo misericorditer in gratiam recipiantur, et omnia sic agentium hominum deleantur peccata: quod iis quos jam dixi omnibus in hunc usque diem benigne conceditur, quo hæc ad te epistola est conscripta. Illam itaque fratribus tuis velim prælegas, ut ipsi quoque rem hanc intelligentes, gaudium ex ea capiant. Salutari a me fratres cupio. Qui apud me sunt fratres, te salutant. Valere te in Domino cupio.

SANCTISSIMI PATRIS NOSTRI ANTONII MAGNI ABBATIS REGULÆ, SIVE CANONES, AD FILIOS SUOS SPIRITUALES MONACHOS.

Ex Arabico, interprete Abrahamo Ecchellensi.

Has perscribo Regulas, prout loquetur Dominus per os meum, illis qui gravi huic monachatus jugo se subjicere volunt. Istis igitur obediant oportet præceptis, et *qui unum solvet ex illis, minimus vocabitur in regno cœlorum* [1].

REGULÆ AC PRÆCEPTA S. P. N. ANTONII AD FILIOS SUOS MONACHOS, PETENTES HOC IPSUM AB EO IN MONASTERIO NACALON.

Ex codice Regularum S. Benedicti Anianensis abbatis.

IN PACE DOMINI.

Dicam Canones sive Regulas, prout loquetur Dominus per os meum, illis qui sese tradere volunt sub gravi hoc jugo, scilicet monachatu. Oportet ergo ut audiant hæc præcepta: *Qui vero solverit aliquid ex eis, vilis vocabitur in regno cœlorum* [1].

[1] Matth. v, 19.

Digitized by Google

Ex Arabico, interprete Abrahamo Ecchellensi.

I. Ante omnia, orationem sine intermissione fundite, gratiasque semper agite Deo pro omnibus quæ vobis accidunt.

II. Surgentes mane singulis diebus, de ægrotis qui apud vos sunt, perquirite.

III. Jejunate singulis diebus usque ad Nonam, excepto die Sabbati et Dominico. Ingruente autem Nona ad cellam tuam te recipito; et antequam cibum sumas, orationem persolvito; et postquam comederis, ora et lege jugiter.

IV. Cum puero et adolescente sermones ineas cave, aut familiaritatem contrahas; nec hos monachos recipias, ne dent locum diabolo.

V. Super eadem storea ne cubas cum minore te.

VI. Statutas orationum horas observa, nullamque prætermittas, ne rationem pro eo reddas.

VII. Ægrotum ad sumendum cibum ne nimis cogas; at nec detrahas, ne ejus mœrore affectus animus conturbetur.

VIII. Si venerit ad te frater aliquis post tempus, cum gaudio suscipe illum, ut gratias reddat Deo, teque laudet.

IX. Mundanis hominibus ne te admisceas omnino; at nec Pharisæum imiteris, qui omnia ad ostentationem faciebat.

X. Mulierem ad te accedere ne permittas, nec habitaculum tuum ingredi patiaris; quoniam post illam ira graditur.

XI. Consanguineos tuos ne revisas, nec te conspiciendum ab illis sinas, nec adeas illos.

XII. Plus quam tibi opus est, ne retineas, nec elargiaris plus quam potis es; sed quod potes, infirmioribus monasterii elargire.

XIII. Orationem tuam noctu persolvito, antequam ecclesiam adeas.

XIV. Ne comedas cum eo qui multum pro te impendat.

XV. Si scandalum exortum fuerit pro juvene aliquo qui adhuc habitum monasticum non induit, ne induas illum, sed ex monasterio ejicito.

XVI. Cum puero ne loquaris unquam; erit tibi enim in offendiculum.

XVII. Si necessitas exegerit ut ad urbem proficiscaris, ne pergas solus.

XVIII. Terram vectigalibus subjectam ne semines, et societates cum dominis ne contrahas.

XIX. Locum in quo exprimitur vinum, ne adeas.

XX. Carnes ne comedas omnino.

XXI. Jejunium ne solvas feria quarta et sexta, nisi ob gravissimum morbum.

XXII. Ne murmures in opere manuum tuarum.

XXIII. Defectus quoscunque nemini objicias ullam ob causam.

XXIV. Si fratrem quempiam inviseris, ne diu moreris in ejus cella.

Ex codice Regularum S. Benedicti Anianensis abbatis.

I. Ante omnia ora sine intermissione, et gratias Deo age præ omnibus quæ tibi eveniunt.

II. Cum autem surrexeris mane singulis diebus, inquire de ægrotis qui apud te sunt. Et jejuna usque ad Nonam singulis diebus, excepto Sabbato et Dominico die; adveniente vero Nona, ne adeas cellam cujusquam fratrum. Et cum sederis ad comedendum, ora prius, tum comede. Ora et lege perpetuo.

III. Ne loquaris cum juvene, neque cum puero, et ne converseris omnino cum illo; nec ligabis illum monachum, nec assumes in filium antequam induat habitum, ne reconciliet hostem diabolum; neque cubes super eadem storea cum minore te.

IV. Serva etiam horas orationum, nec prætermittas ullam, ne rationem pro illa reddas.

V. Ne obstringas ægrotum ad manducandum; nec retrahas ab illo cibum, ne conturbes animam illius afflictam.

VI. Si venerit ad te aliquis frater post temporis intervallum, lætare de illo; gratias enim aget Deo et tibi. Sæculari nullo modo commiscearis: nec ostentes te ipsum, sicut Pharisæus ille qui ad ostentationem omnia sua agebat.

VII Ne appropiare sinas ad te mulierem, nec permittas ingredi domicilium tuum; ira enim graditur post illam. Neque revertaris invisere consanguineos tuos carnales, nec faciem tuam illis videndam præbeas, nec adeas illos.

VIII. Nec reserves tibi plus quam indiges; nec elargiaris plus quam potes, sed eroga eleemosynam infirmis monasterii.

IX. Persolve orationem tuam noctu, priusquam adeas ecclesiam.

X. Ne comedas cum aliquo, qui impendat pro te.

XI. Si scandalum ortum fuerit de juvene aliquo qui hactenus habitum non induerit, ne induat illum: et ejice eum a monasterio, nec loquaris cum puero penitus, ne fiat tibi offendiculum.

XII. Si coegerit te necessitas adire civitatem, ne contendas illuc solus.

XIII. Ne seras terram tributis subjectam, nec societatem et contractum ineas cum magnatibus.

XIV. Ne commoreris in loco ubi vinum exprimitur; ne comedas carnem omnino.

XV. Ne frangas jejunium feria quarta et sexta, nisi ob gravem morbum.

XVI. Ne murmures in opere manuum tuarum: nec improperes alicui ulla de causa.

XVII. Si adieris aliquem fratrem, ne diu moreris in domicilio ejus.

Digitized by Google

Ex Arabico, interprete Abrahamo Ecchellensi.

XXV. In ecclesia loquaris omnino cave.

XXVI. In exedris monasterii ne sedeas.

XXVII. Ne jures omnino, nec verum, nec dubium.

XXVIII. Ecclesiam ad quam convenit multitudo hominum, ne adeas.

XXIX. Mortuum tuum in ecclesia ne sepelias.

XXX. Ad symbola et convivia ne properes.

XXXI. Bonos mores a majoribus tuis disce quotidie.

XXXII. Nullum aggrediaris opus, quodcunque illud sit, inconsulto Patre monasterii.

XXXIII. Si perrexeris aquatum vel iter feceris, lege et meditare quantum poteris.

XXXIV. Eleemosynam quam elargiris, ne ostentes.

XXXV. Si in loco quopiam adfueris in quo fiunt agapes, comede et gratias agito Deo.

XXXVI. Noctu diuque pro peccatis tuis doleas.

XXXVII. Esto alligatus inclususque noctu diuque in cucullo tuo, tunica, totoque habitu tuo.

XXXVIII. Accende lucernam tuam oleo oculorum tuorum, nempe lacrymis.

XXXIX. Si religioni operam dederis, ne glorieris.

XL. Quærentem Christi fidem ne rejicias.

XLI. Cogitationes tuas omnibus ne apenias, sed iis tantum qui animam tuam salvare possunt.

XLII. Ad messem cum perrexeris, ne moras protrahas, sed reditum ad monasterium accelera.

XLIII. Habitum quo glorieris, ne induas.

XLIV. Vocem tuam ne extollas, nisi canonicarum orationum tempore.

XLV. Ora in cella tua, antequam ad ecclesiam proficiscaris.

XLVI. Animam tuam quotidie mortifica.

XLVII. Infirmitates nemini objicias.

XLVIII. Neque glorieris, neque rideas omnino.

XLIX. Mœstus esto continuo pro peccatis tuis, ac si haberes mortuum in domo tua semper.

L. Operam da quantum potes, *ut glorificetur Pater tuus qui est in cœlis* [8].

LI. Corripe filios tuos, nec parcas; quia ipsorum damnatio a te exigetur.

LII. Ne comedas ad satietatem.

LIII. Dormias parum, et cum mensura; invisent te angeli.

LIV. Cum oraveris et Dei memineris, constitue habitum tuum quo es indutus, ut alas quibus transfretes mare igneum.

LV. Ad ægrotos proficiscere, et eorum vasa aqua imple.

LVI. Linguæ certamina evita.

[8] Matth. v, 16.

Ex codice Regularum S. Benedicti Anianensis abbatis.

XVIII. Ne loquaris in ecclesia; nec resideas in exedris monasterii.

XIX. Non jurato penitus vel veritatem vel dubium.

XX. Ne petas ecclesiam, ad quam congregantur homines. Eroga eleemosynam, quantum potes. Ne sepelias mortuum in ecclesia.

XXI. Ne facias convivia; nec ad symposium vocatus accedas.

XXII. Addisce quotidie disciplinam a senioribus: nec ullum aggrediaris opus, nisi consulto Patre monasterii.

XXIII. Cum abis ad hauriendam aquam, interim dum iter conficis, lege quantum potes.

XXIV. Si erogaveris eleemosynam, ne ostentes illam. Si adfueris aliquo in loco ubi erogatur eleemosyna, comede et gratias age Deo.

XXV. Contristare noctu diuque pro peccato tuo. Esto devinctus in cuculla tua, et in tunica tua noctu atque die. Accende lampadem tuam oleo oculorum tuorum, nempe lacrymis. Si pietatis actus ediderís, ne glorieris. Ne dimittas quemquam, qui quærit Christum. Ne propales cogitationes tuas cunctis hominibus, sed solum iis qui possunt salvare animam tuam.

XXVI. Si abieris ad messem, ne moreris, sed cito revertere ad monasterium.

XXVII. Ne induas vestimenta, quibus extollaris. Ne ostentes vocem tuam, nisi in oratione præcepta. Ora in domo tua, antequam venias ad ecclesiam.

XXVIII. Mortifica temetipsum quotidie.

XXIX. Ne improperes cuiquam, causa dolorum et afflictionum quas patitur.

XXX. Ne glorieris, neque rideas omnino. Da operam ut lugeas ob peccatum tuum, sicut luget is penes quem aliquis mortuus est. Fac quantum potes, *ut glorificetur Pater tuus qui est in cœlis* [8].

XXXI. Corrige filium tuum, nec parcas; damnatio enim illius a te exigitur.

XXXII. Nec comedas ad satietatem; nec dormias, nisi parum et moderate; et veniant ad te angeli.

XXXIII. Cum oraveris, et memor fueris Dei, fac tibi indumenta tua sint alæ, et evolabis super mare igneum.

XXXIV. Visita ægrotos et infirmos, et imple mensuras seu vasa eorum aqua.

XXXV. Ne pugnes lingua. Ita te præsta, ut bene-

Digitized by Google

Ex Arabico, interprete Abrahamo Ecchellensi.

LVII. Cura ut omnes homines te benedicant.

LVIII. Te ipsum ad opera manuum urge; inhabitabit in te timor Dei.

LXIX. Si quem fratrem videris peccasse, sed non ad mortem [9], ne contemnas illum, despicias aut damnes : incides enim in manus inimicorum tuorum.

LX. Cave ne pellicìatur intelleetus memoria præteritorum peccatorum, ne innoventur in te.

LXI. Humilitatem dilige; et ipsa proteget te a peccatis.

LXII. Ne importunus sis, verbumque tuum statuere contendas, ne insit tibi malum.

LXIII. Sapientem ne te reputes; superbia efferetur anima tua, incidesque in manus hostium tuorum.

LXIV. Assuescat lingua tua dicere : *Ignosce mihi*, et adveniet tibi humilitas.

LXV. Cum sederis in cellula tua, cura hæc tria persolvere : opus manuum tuarum, lectionem psalmorum et orationes.

LXVI. Cogita penes te ac dicito : Non sum mansurus in hoc mundo, nisi hac die; et non peccabis Deo.

LXVII. Ne sis gulosus et deditus cibis, ne innoventur in te priora tua peccata.

LXVIII. Nullius laboris tædeat te; et requies tibi cito immittetur a Deo.

LXIX. Quemadmodum ruina extra civitatem inservit ad fœtidas sordes omnibus; ita anima pigri et impotentis qui monastico instituto se tradidit fit receptaculum omnibus passionibus et fœtoribus.

LXX. Enitere orationes fundere perpetuas cum lacrymis, ut forte misereatur tui Deus, exuatque te homine veteri.

LXXI. His quæ tibi propono, operam nava : nempe laberi, paupertati, peregrinationi, ærumnis et silentio, quæ te humilem efficiunt. Humilitas autem omnia peccata remittit. Humilitas vero est, ut homo se peccatorem reputet, et quod nihil faciat coram Deo boni; silentio incumbat, se ipsum nihili habeat; nemini, ut sua statuat verba, vim inferat; propriam deponat voluntatem, visum demittat, mortem proponat ante oculos, a mendacio caveat, vana ne proferat verba, superiori ne respondeat, patienter ferat injurias, et ad labores ac tristia sese cogat subeunda. Satagite ergo, fratres, hæc servare præcepta, ne absque fructu sit vita vestra.

LXXII. Promptus esto, ut dicas ad quodcunque

[9] I Joan. v, 16.

Ex codice Regularum S. Benedicti Anianensis abbatis.

dicant te omnes. Et Dominus Jesus Christus opem nobis afferat ad operandum secundum ipsius beneplacitum : cui gloria cum Patre suo, et Spiritu suo sancto in sæculum. Amen.

Quæ sequuntur, habentur in alio exemplari.

XXXVI. Coge te ipsum in opere manuum tuarum, et timor Domini inhabitabit in te.

XXXVII. Si conspexeris fratrem aliquem perpetrantem peccatum non ad mortem [9], ne contemnas et despicias, neque condemnes illum; incides quippe in manum inimicorum tuorum.

XXXVIII. Cave tibi ne seducatur intellectus tuus, memorando peccata tua priora, ne renoventur in te.

XXXIX. Dilige humilitatem, quæ proteget te a peccato. Ne sis pertinax ad statuendum verbum tuum, ne occupet te malum. Ne reputes te sapientem : et gloriaberis, et incides in manum inimicorum tuorum. Assuescat lingua tua dicere : *Ignosce mihi*, et consequeris humilitatem.

XL. Cum sederis in cella tua, sollicitus esto de tribus hisce rebus perpetuo, nimirum, de opere manuum tuarum, de meditatione tuorum psalmorum et de oratione tua.

XLI. Cogita apud temet ipsum et dicito : Utique non manebo in hoc mundo, nisi præsenti hac die; et non peccabis Deo.

XLII. Ne sis helluo ciborum, ne resuscitentur in te priora peccata.

XLIII. Ne tædeat te laboris; et superveniet tibi cito requies. Sicuti parietinæ ruinarum extra civitatem fiunt locus fœtoris omnibus; ita anima pigri qui cœpit monachatum, fiet mansio passionibus et fœtoribus.

XLIV. Coge te ipsum, ut ores perpetuo cum lacrymis, ut forte misereatur tui Deus, et exuat te veteri homine.

XLV. Persevera in hisce rebus quas dicam : scilicet in labore, paupertate, peregrinatione, afflictionibus et quiete; et afferent tibi humilitatem : humilitas vero dimittet omnia peccata. Humilitas autem est, ut homo reputet se ipsum peccatorem, et quod nihil boni perpetret coram Deo; et adhæreat quieti, et non æstimet se ipsum quidquam; et non sit pertinax ad statuendum verbum suum; ut abscindat concupiscentiam suam, et demittat vultum, ponatque sibi mortem ante oculos, et servet semetipsum a mendacio, et non loquatur verba otiosa; nec respondeat superiori; et opprobrium sustineat, et odio habeat desidiam, et instet laboribus et mœroribus.

XLVI. Curate igitur, fratres mei, hæc servare

Digitized by Google

Ex Arabico, interprete Abrahamo Ecchellensi.

verbum quod audis : *Ignosce mihi*, quia humilitas omnes hostis machinationes destruit.

LXXIII. Ex operibus tuis, quæcunque sint, te ipsum ne efferas.

LXXIV. Vultus tuus perpetuo mœstus sit, nisi cum adeunt te fratres extranei ; tunc enim hilarem indue vultum, ut inhabitet in te timor Dei.

LXXV. Si iter confeceris cum fratribus, parumper elonga te ab illis, ut silentium serves.

LXXVI. Ambulans ne dextrorsum et sinistrorsum te convertas, sed psalmos tuos meditare, et mente ora Deum in quocunque repertus fueris loco ; et ne fiducialiter cum ejus incolis agas.

LXXVII. In omnibus gestis tuis modestia utere.

LXXVIII. Ad ea quæ tibi apponuntur, ne statim manus extendas.

LXXIX. Si juvenis es, ne manum primus extendas, aut immodeste, nec buccellam alterius ingeras ori.

LXXX. Si alicubi dormieris, ne eodem pallio cum alio te cooperias, cave ; et ante cubitum multas fundito preces. Et Dominus noster Jesus Christus nobis opem ferat ad operandum secundum ejus beneplacitum. Amen.

Finis Regularum sancti Antonii abbatis.

A *Ex codice Regularum S. Benedicti Anianensis abbatis.*

præcepta, ne vita vestra sit sine fructu. Et sollicitus esto semper ad singula verba quæ audis, ut dicas : *Ignosce mihi*, quia humilitas fugat omnia negotia inimici. Ne reputes te ipsum quidquam propter opera tua.

XLVII. Sit tristis vultus tuus, nisi advenerint tibi exteri fratres ; tunc gaude cum illis, ut inhabitet in te timor Domini. Si iter feceris cum fratribus, secede ab illis parumper, ut sis in silentio ; et dum incedis per viam, ne te convertas sinistrorsum et dextrorsum ; sed meditare psalmos tuos, et ora in mente tua ad Deum quocunque in loco ingrederis, nec præfidenter agas cum incolis illius.

B

XLVIII. In omnibus rebus tuis esto modestus ; et ad ea quæ apponentur tibi, extende manum tuam lente ; si vero fueris juvenis, ne extendas manus tuas primus ad cibos, nec ingeras quidquam ciborum in os alterius. Et si cubaveris in aliquo loco, ne tegas te uno eodemque stragulo simul cum alio, et ora multum antequam cubes. Et Dominus noster Jesus Christus opem nobis præstet ad operandum secundum ipsius beneplacitum. Amen.

Explicit Regula S. Antonii abbatis.

S. ANTONII MAGNI ABBATIS

SPIRITUALIA DOCUMENTA REGULIS ADJUNCTA,

AD FILIOS SUOS MONACHOS.

Ex Arabico, interprete Abrahamo Ecchellensi.

I. Ante omnia, fili mi, ne quidquam reputes te-C metipsum ; et hoc tibi generat humilitatem : humilitas vero generat doctrinam ; doctrina autem generat fidem ; fides vero generat spem ; spes autem generat charitatem ; charitas autem generat obedientiam ; obedientia vero generat constantiam sine commotione. Fili mi, exue malum, et indue mansuetudinem ; abjice oculum nequam, et simplicem tibi sumito. Infirmiorem te ne imiteris, sed te electiorem. Hominum ne timeas opprobria. In quoquam operum tuorum cave innotescas. Omnia in quibus animæ tuæ inest detrimentum, odio habeto. Voluntatem Dei ne dimittas, ut facias voluntatem hominum. Non murmures, neque injuriis quempiam afficias. Non invideas illi qui injuste proficit, sed fac ut omnes homines te sint superiores, D ut tecum sit ipse Deus. A bonis operibus quæ aggressus es, ne revertaris retro. Divini amoris cave te tædeat. Quidquid operari vis, patienter perage : nam si patienter sustinueris, opitulabitur tibi Deus in omnibus iis quæ facies, quæque tibi sunt eventura. Ne retrocedas a via tuæ solitudinis. In omnibus quæ sunt hujus mundi, otiosum sermonem odio habeto. De virtutibus tibi comparandis esto sollicitus, ne negligentiam contrahas. Tu autem, fili mi, si hæc feceris, consequeris hæreditatem, quam *oculus non vidit, nec auris audivit, nec cor hominis cogitavit* [10]. Inferiorem te in virtutibus electum esse reputa, ac tibi æqualem in ipsis virtutibus ; æqualem vero tibi in virtutibus electum esse, et præstantiorem in incremento. Fili mi, cogitationum quæ te aggrediuntur in cella tua, ne tædeat te ; sciasque Dominum nihil tuorum laborum oblivioni daturum, ex quibus tibi incrementum accedet, et Dei tibi opitu-

[10] I Cor. II, 9.

Digitized by Google

labitur gratia. Fili mi, qui dilexerunt Dominum ex totis cordibus suis, et bonis operibus jugiter incumbunt, sint tibi imago et exemplar; nec te pudeat ab illis tuam postulare vitam, quoniam in virtutibus sunt perfecti. Ne imiteris eos qui operam navant requiei hujus mundi, quoniam isti nunquam proficient; sed æmulare eos qui errabant in montibus et solitudinibus [11] propter Deum, ut veniat tibi virtus ab alto. Bono sis animo in omnibus iis quæ facies secundum voluntatem Domini. Ne retrocedas in quoquam isorum præceptorum; et Dominus Jesus Christus concedet tibi requiem, et perficiet in pace quæcunque aggressus fueris opera: quoniam perfecti patres nostri, et quicunque hos imitati sunt, ex istis sunt perfecti. Fili mi, ne multiplices verba; elongabitur enim a te Spiritus Dei. Nulli malo studeas, nec damnes quempiam.

II. Fili mi, cum superbis ne ambules, sed ambula cum humilibus. Fili mi, ne sis hypocrita aut dissimulator, multo minus mendax. Fili mi, ne loquaris cum ira, sed sint tua verba cum scientia et sapientia: similiter quoque silentium tuum, quoniam verba sapientissimorum Patrum nostrorum plena erant sapientia et prudentia, uti silentium quoque ipsorum. Fili mi, te ipsum coram hominibus ne justifices; sed penes te sapiens esto, mitis, longanimis, patiens, sollicitus, amator hominum. Cum fratre tuo contristare, et bonus esto illi particeps. Fili mi, humilis esto omnibus diebus vitæ tuæ, et optimis quibusque te apponito. De rebus malis ne interroges, sed longe fac viam tuam ab illis. Verba tua sint cum dulcedine, sine detrimento, quoniam gloria et contemptus sunt a verbis. Dilige misericordiam. Indue fidem. Fili mi, ne permittas cor tuum ita nequam esse, ut vel cogitet malum; sed enitere illud bonum reddere, et quære bonitatem ac pacem, et optima quæque æmulare opera. Vocem tuam, fili mi, ne extollas. Cum quempiam adieris, sit timor Domini in corde tuo, et os tuum custodi, ut redeas ad locum tuum in pace. Apud superiorem tuum et majorem, verba ne multiplices. Fili mi, patres tuos spirituales dilige plus quam diligis patres tuos carnales, quoniam ipsi solliciti sunt pro te propter Deum. Fili mi, si in medio sederis fratrum, ne nimium loquaris; et si quid illis postulaveris, breviter cum humilitate dicito illud. Fili mi, si injuria affectus fueris, ne eam inferentem odio habeas, sed dicito: Dignus quidem sum, qui ab omnibus fratribus injuria afficiar. Si quis fratrum ad te venerit aliquam ob rem, te in omnibus demittito, et acquiesce illi propter Deum, et ne superbia te efferas, cave. Si autem constituerit te Pater tuus ad inserviendum infirmis, inservi ex toto corde tuo, ut duplicem reportes mercedem a Deo, propter obedientiam scilicet et servitutem quam præstitisti. Si quis te corripiet insontem peccati alicujus causa, humilia te ipsum, ut coronam consequaris. Aures, ut malum audias, ne præbeas; sed esto amator hominum, et vives. Malum pro malo ne reddas, quemadmodum nec injuriam pro injuria, quoniam scriptum est: *Nisi te ipsum humiliaveris, ipse ego te humiliabo, dicit Dominus.* Fili mi, superbia ne te efferas, neque glorieris, neque vociferes, nec loquaris altius velociterque; scriptum enim est: *Qui multiplicat verba, non est immunis a peccato* [12]. Fili mi, mortalium neminem odio habeas, sed omnes dilige ut te ipsum, quoniam scriptum est: *Dilige proximum tuum, ut te ipsum* [13]. Fili mi, memor semper esto illius qui te bona instruit doctrina, et ab illo ediscas, satage, præcepta, ut vivas; longævamque produces vitam secundum voluntatem Domini, uti scriptum est apud divinum Paulum apostolum: *Hæc meditare, et in illis te occupa ipsum, ut acceptatio tua manifesta sit omnibus* [14].

III. Fili mi, paupertas nihil aliud est, quam continentia atque esse contentum; peregrinatio autem et solitudo est, ut a turbis subtrahas te; peregre vero proficisci religionis ergo, religioso est in cella residere. Fili mi, modicum aliquem laborem in cella tua exercendum tibi constituito, et cor tuum humile sit: os vero semper loquatur veritatem. Fili mi, dilige opprobria magis quam honores, dilige labores corporis quam requiem, dilige detrimentum rerum mundanarum quam lucrum. O fidelis dilecte, dum obedientiæ subditus es, quod tibi dicitur, attende et comprehende, illudque juxta ejus exigentiam sedulo facito. Cum fideles tui similes convenies, elige magis ut audias obediasque, et quod tibi dicitur intelligas; et hoc est impendio melius, quam loqui. Homo illecebrarum amator, ad nullum opus bonus aut aptus est. Si peccati labis expers es, loquere in nomine Domini, et instrue eos quorum causa blasphematur nomen Domini; et cum sint ut mortui ac recisi a Domino, cura ut recedant ab operibus suis, et gloriam consequantur ac vivant. Fili mi, ingens gloria est, ut operam des silentio, et Dominum imiteris nostrum, quem propterea Herodes est demiratus. Fili mi, quodcunque voles aggredi; in quo Deum non cognoscis, ne facias cave. Fili mi, sit anima tua cum Domino omni tempore; corpus vero tuum sit super terra imaginis instar et simulacri. Fili mi, nulla major est impietas, quam mœrorem cuipiam inferre, et se efferre super alios. Fili mi, lingua tua sequatur intellectum tuum, quoniam verba intelligentiæ expertia, spinæ sunt et aristæ. Fili mi, nihil cuiquam proponas aut doceas, antequam ipse opere compleveris illud. Pensita opera Dei, et illum orare ne te pigeat, quia oratio pigri verba sunt otiosa. Ab hominibus mentis et consilii expertibus, aduitere, recedas. Si qua opera virtutis edideris, ne te jactes, dicasque: Talia operatus sum et feci; quoniam si jactaveris te ea fecisse, minime sapiens eris. Est dedecus etiam omnium maximum, aliis ea imperare quæ ipse non præstaveris; nullum

[11] Hebr. xi, 38. [12] Eccle. x, 14. [13] Matth. xxii, 39. [14] I Tim. iv, 15.

Digitized by Google

namque utilitatem capies ab opere alieno. Vir sapiens optime novit viam itineris sui, ideoque non festinat ad loquendum; sed quid sibi loquendum audiendumve est, expendit; contra, vir indisciplinatus concredita sibi arcana minime servat.

IV. Fili mi, ei qui verba tua non percipit, ne proferas illa. Fili mi, omnes homines fac tibi amicos, sed non consiliarios. Ante omnia amicos experimento proba, nec omnes facias familiares; et si facies omnes, ne omnibus fidas, quoniam mundus est confirmatus in dolo; sed unum tibi elige fratrem timentem Dominum, et adhære Deo tantum tanquam filius patri, quoniam omnes homines in dolum abierunt, exceptis paucis; terra autem jam completa est vanitatis et laborum atque mœrorum. Fili mi, si vitam dilexeris tranquillam, ne te admisceas illis quorum studium in vanitatibus positum est; et si forte te admiscueris, esto tanquam non admistus. Fili mi, si placere Deo desideras, Christum cole; et ipse liberabit te atque vindicabit. De opere bono quod facere intendis, ne loquaris omnino, sed facito illud. Voluptatum amator ne sis, quia voluptatum amatores Deus non exaudit. Defectus tuos nimis crevisse memento, et juventutem tuam jam transactam esse, et jamjam tempus adesse tui discessus, in quo rationem es redditurus tuorum operum; sciasque quod ibi nec frater redimet fratrem, nec filium pater liberabit. Fili mi, cellam tuam in carcerem tibi constitue, quia consummatum jam est internum externumque tuum; et jamjam dissolutio tua ab hoc mundo adest. In omnibus humilis esto, in habitu tuo, in vestimentis, in sessione, statione, ambulatione, cubili, cella et supellectili ejus. In omni conversatione tua assume tibi habitum paupertatis; nec in sermonibus tuis glorieris, nec in laudationibus tuis aut hymnis : et cum convenies proximum tuum, verba tua ne sint cum artificio. Fili mi, si laudaverint te propter opera tua, ne gaudeas propterea aut delecteris, sed ea cela quantum potes; nec permittas cuiquam illorum facere mentionem, et obnitere ne lauderis ab hominibus.

V. Fili mi, quempiam cito ne corripias; in hoc enim est casus tuus; sed memento antea exitus tui ab hoc corpore, nec obliviscaris æternæ damnationis memoriam; si ita enim feceris, in æternum non peccabis. Patres autem nostri spirituales asseverant, solitudinem aptiorem locum esse meditationis memoriæ mortis, et refugium a rebus corporeis. Fili mi, vilioribus utere cibis. Si ira perculsus fueris, statim illam a te remove procul, ut gaudeas usque in finem; et enixe precare juvenes simul et senes, ut non permittant sibi dominari iram. Fili mi, nihil aliud est fortitudo, quam in veritate persistere, et resistere hostibus : quoniam cum illis non cesseris, discedent, et non invenientur amplius omnino. Fili mi, vir sapiens vultu ostendit sapientiam : sapiens igitur esto, et illorum qui contra te obloquuntur, tuo silentio obstrue ora; nec demireris, si quis de te malum obloquatur, quia hoc ex opere est pessimorum hostium, ut impedimentum opponant homini, ne apprehendat scientiam. Fili mi, ab odio longe esto, et a concupiscentia ipse te ipsum vindica, simulque ab obscenis cogitationibus. Apostolus Joannes qui effectus est habitaculum sancti Spiritus, tribus comprehendit humanas voluptates sapientissimo illo asserto : *Quoniam omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum aut superbia mundi* [15]. Concupiscentia carnis est ventris satietas ex copia variorum ciborum, quam necessario sequitur immundities luxuriei. Concupiscentia vero oculorum sunt materialia opera, in quorum perpetratione aut effertur oculus, aut immundas ad cor emittit species. Superbia autem mundi est gloria illa, quæ nostris insidet mentibus ob caducas vanasque dignitates. Fili mi, semina justitiam, ut vitæ fructus metas. Adhibe, fili mi, scientiæ lumen, ut generationem consequaris justorum, dum tempus est conquirendi scientiam Domini.

VI. Fili, cogitatio inanis gloriæ, cave, te seducat, dum tibi suggerit quod requiem in solitudine nancisceris. Perfectio sane certaminis tui, obedientia est; quoniam bonum est hoc homini, ut jugum Domini a juventute portet, et serviat obediatque; maxillam percutienti præbens, lætetur in opprobriis, ciborum tenuitate sit contentus : quapropter Dominus noster Jesus Christus haud illum destituet unquam, quia bonus est et adjutor animarum, quæ sustinent propter illum ac ipsum quærunt; corroborabit enim eos donec in quiete confirmabuntur. Tu ergo, fili mi, ita facias, ut habitare possis in tranquillitate solus, et sileas in quiete. Fili mi, lætare in tribulationibus quæ tibi eveniunt; has enim consequuntur fructus. In voluptatibus mundi ne delecteris, fili mi; morieris enim morte pessima. Fili mi, perpetuo evigila ne seducaris, pigerque evadas ac negligens abjectusque sis in futuro sæculo; scriptum est enim : Væ negligentibus, quoniam appropinquavit finis eorum, nec adest illis adjutor, nec spes salutis. Fili mi, morere singulis diebus, ut vivas, quia quicunque timet Dominum, vivet in æternum. Fili mi, quos pertulisti propter virtutem, ne obliviscaris laborum et piger fias, et negligas, ac erres in ultima hora, sed Dominum dilige usque in finem, et misericordiam consequeris. Fili mi, propter caducas res ne recedas a Deo; sed quod pollicitus es tempore vehementiæ tui caloris, memento. Signaculi, scilicet habitus tui, quo mundatus es prius, satage ne obliviscaris; sed lacrymarum pœnitentiæ tuæ quæ pro te fusæ sunt, memor esto, et festinus recede a cogitationibus absconditis, ne palam tum seducaris. Fili mi, lectum tuum singulis noctibus lava, et stratum tuum lacrymis tuis madefacito; et humilia te coram Christo Domino, ut peccata deleat

[15] 1 Joan. II, 16.

Digitized by Google

tua, teque renovet rursus, afferatque opem ad bona opera absolvenda, et regnum demum suum sempiternum in hæreditatem tribuat tibi: quem decet laus, honor, gloria, sanctificatio et adoratio, simul cum Patre optimo, et Spiritu sancto ex æternitate, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Laudes Deo semper.

EJUSDEM SS. PATRIS NOSTRI

S. ANTONII MAGNI ABBATIS

ADMONITIONES ET DOCUMENTA VARIA

AD FILIOS SUOS MONACHOS.

Si quis frater adierit te, tibique suas aperuerit cogitationes, eas ne cuiquam reseres cave; sed ora pro te ac pro illo, ut liberemini ambo. Si quis frater pronus te rogaverit ut illi opem feras, operare cum illo tota die illa. Seniorum monasterii ut benedictionem consequaris, omnino satage. Corripe, nec parcas; sed cum timore Dei: nec accipias cujusquam personam, quisquis ille sit, et excommunica cum verbis veritatis. Vestimenta tua custodi, ne incedas nudus in die judicii. Patres monasterii qui generant te in spiritu, fac, admirentur gloriam tuam in medio sanctorum. Panem tuum cum quiete, tranquillitate et continentia comede: consessus vero tuus, cave, sit modestus. Omnes cogitationes tuas ne sequaris. Sta in conspectu Domini cum rectitudine. Pulsante campana ne pigreris statim adire ecclesiam. Cum peregre proficisceris, brevi ad monasterium tuum revertaris adnitere, ut orationibus tuis vacare valeas. Negotia ecclesiæ committantur viro fideli, timenti Deum. Si his addere quidquam vis bonorum operum, facito, et perpetuas gratias age Domino Jesu Christo, cui gloria in æternum. Amen.

Ejusdem de submissione et pietate.

Timor Domini sit, oportet, semper ante oculos nostros; itemque memoria mortis, et mundi odium, et declinemus omne id quod nobis affert requiem carnis; vitam autem hanc parvi ducamus, ut vivamus in Deo, qui repetet a nobis in die judicii, num esurivimus, sitivimus, nuditate laboravimus, contristati sumus, gemuimus ex profunditate cordis nostri, et an nosmetipsos examinavimus, utrum Deo simus digni. Incumbamus ergo mœrori et tristitiæ, ut Deum inveniamus, contemnamus carnem ad salvandas animas nostras.

Ejusdem.

Qui solitudinem incolit, requiem a tribus certaminibus adispiscitur, ab auditu nempe, disceptationibus, et visu eorum quæ plagas cordi nostro infligunt.

Ejusdem.

Quicunque salvus esse vult, suam corpoream domum ne ingrediatur, nec eam in qua peccavit, civitatem incolat; neque visitet parentes, aut proximos carnales; inde enim corruptio oritur animæ, et vitæ fructus deperduntur. Si te tradideris Deo, omnia ejus serva mandata; et quod tibi præcipitur, id facito nec abjicias illud, quia si illud abjicies, nequaquam priora tibi dimittuntur peccata; si vero illud præstiteris, certus esto, omnia tua priora peccata jàm esse dimissa. Cum muliere ne comedas, nec cum puero familiaritatem contrahas omnino. Duo simul super eadem storea ne dormiatis, nisi maxima cogerit necessitas; et ille qui tecum dormit, sit vel pater tuus, vel frater; et tunc magno cum timore id facias. Cum dormis, ne manum tuam intra te repones, ne inscius pecces. Sanus ne solvas zonam tuam. Ne apprehendas manum proximi tui, nec genas tangas ejus, minor sit vel major te. Tribus vini calicibus quartum ne addas, nisi propter magnum morbum aliquem. Divinum præceptum ne violes humanam ob amicitiam. Ad civitatem in qua alias peccasti in Deum, ne revertaris. Cultum religiosum ne remittas, ne tibi id cedat in offendiculum et laqueum. Studium nava Scripturarum lectioni, quæ quidem ab immunditia eripient te. Sedens in cella tua, laboribus manuum tuarum incumbito; nomen tamen Domini Jesu ne dimittas a te, sed perpetuo in tua versa mente meditare in corde, lauda lingua, ac dicito: *Domine mi Jesu Christe, miserere mei.* Item: *Domine Jesu Christe, mihi tuam mittito opem.* Nec non: *Laudo te, Domine mi Jesu Christe.* Elige tibi laborem; et ipse cum jejunio, oratione et vigiliis, te liberabit ab omnibus turpitudinibus, quia labor corporis infert puritatem cordis; puritas vero cordis efficit, ut anima ferat fructus. Ne te reputes quidquam omnino, sed vaca fletui pro peccato tuo. In quempiam irascaris, cave, et omnibus ignosce. Apage mendacium, quod a te Dei timorem procul expellit. Malas cogitationes abs te longe remove, teque Deo trade qui proteget te dextra sua. Ne aperias omnibus cogitationes tuas, ne offendiculo sis fratri tuo. Esto deditus labori manuum tuarum; superveniet tibi timor Dei.

Dilige humilitatem; proteget omnia peccata tua. Inobediens ne sis, quia eris instrumentum et vas

Digitized by Google

omnium malorum et iniquitatum. Id fixum semper in corde habeas, ut obedias Patri tuo; et habitabit in te timor Dei. Fratri tuo ne exprobres, etsi videris illum omnium præceptorum reum, quia incides et ipse in manus inimicorum tuorum. Peccata quæ olim perpetrasti, ne animo verses, ne renoventur in te; certusque esto ea tibi condonata fuisse, cum te Deo tradideris et pœnitentiæ, nec de hoc hæreas. Te doctum sapientemve ne reputes; evanescit quippe labor tuus, et tua navis inaniter cucurrisset. Assuesce, ut tua dicat lingua in omnibus, semper ac omni momento, fratribus omnibus, ipsique Deo altissimo: *Ignosce mihi*, quia si dices semper, *Ignosce mihi*, humilitatem consequeris. Quempiam ne damnes, ne recedat a te timor Dei, et incidas in manum inimicorum tuorum. Voluptatum et lusuum tuorum quibus tempore pigritiæ operam navasti, ne memineris, nec verba de illis instituas, nec dicas: Hoc feci, vel illud prætermisi; erunt namque tibi in offendiculum. Dum in cella tua sedes, his operam da: lectioni nempe Scripturarum, supplicationibus ad Deum et operi manuum. Passionum quibus in mundo succubuisti, nec memor sis penitus, nec eorum cupiditate iterum irretiaris, ne sint cordi tuo offendiculum. Pœnitentiæ continuo vaca ac sedulo, nec momento temporis pigreris. A Patre tuo, ut instruat te in iis quæ ignoras, humiliter et cum fletu postula, nec te pudeat. Singulis diebus apud te statue, quod sola illa dies tibi supersit in hoc mundo, et servabis te a peccatis. Humilitatem nihil aliud esse scias, quam ut omnes homines te excellentiores esse reputes, ac pro certo in animo tuo habeas, te magis peccatis esse obnoxium; caputque tuum demissum teneas, et lingua tua prompta sit, ut dicas injuria afficienti te: *Domine mi, ignosce mihi;* meditatio vero tua jugiter mors sit. De rebus mundanis ne loquaris omnino, cave. Concupiscentias tuas et desideria tua ne adimpleas. Corpus et illecebras ejus odio habeto, quia refertæ sunt malis. Desideria et cupiditates tuæ neminem defatigent, neminem oppugnent; et si te falso quis redarguerit, ne excandescas. Superbiam longe propelle, et proximum ac omnes homines te meliores reputa. Peccatum quod commisisti, patri tuo spirituali ne cela. Respondendi impotentem animum a te depone, nec malum vel corde cogites in eum, qui te ad iram provocat, tuque ad iram ne properes. Verba inania ne effutias, sed nec effutientibus aures præbeas, ne animo illa haurias. Verba tua sint memoria beneficiorum altissimi Dei; tuque jugiter ab illo propitiationem expete. Facultatum cupiditatem et inobedientiam procul fuge; sed multo magis gulam, ne concupiscentiis tuis illaqueeris: quia hæc timorem Dei a corde, et verecundiam a vultu expellunt: sui studiosum vilibus ac sordidis cupiditatibus subjiciunt, et mentem abalienant a Deo.

Ne glorieris, nec corde verses, aut verbis jactes, dicasque: *Talia feci, et talia gessi; nemini intuli incommodum aut molestiam;* omnia enim hæc gloriam præ se ferunt inanem, et ille qui his est infectus, diabolis et spiritibus immundis est effectus domicilium. Unam horam in die ad corporis refectionem et sustentationem constitue tibi, non quidem ad delectationem; et subjice illud, atque defatiga multo labore. Sæpius flecte genua, neve in hoc piger sis, ne pessima moriaris morte. Corpus tuum ita infirma, ut sit instar corporis jacentis in lecto propter morbum. Cogitationes tuæ circa divina præcepta semper versentur, eaque adimplere totis viribus stude, et illorum nihil prætermittas, ne fiat anima tua omnibus immunditiis habitaculum. Ne exprobres mortalium cuipiam, ne exsecretur Deus preces tuas. A lusu et joco plurimum cave. Scripturarum lectioni si continuam sedulamque navaveris operam, et præcepta adimpleveris; Dei misericordia tibi præsto erit. Monachus in cella sedens ore obstructo, et immemor Dei, instar est dirutæ domus extra civitatem positæ, omnibus semper plenæ sordibus, quia quicunque domus suæ sordes egerere vult, eo illas asportat. Orationes ante ac postquam cum fratribus oraveris, semper in cella tua persolvito, nec piger in hoc sis. Lacrymis assidue incumbe; miserebitur enim tui Deus, et cunctos tuos levabit mœrores. Omnia mundana odio habeto, et amoveto a te; certusque esto, hæc vere nos longissime a Deo propellere. Pusilli animi ne sis, cave. Diligito labores, teque submittito omnibus, os occludito tuum, humilitatem consequeris; vera autem humilitas peccata omnia dimittit hominis. Quicunque autem hæc non servaverit, Deum provocabit ad iram. Ego Antonius veritatem tibi dico; præbe nunc igitur aures verbis meis, et reconde illa in corde tuo, sciasque quod his sermonibus et præceptis te Creatori trado; quæ si observaveris, gaudebis cum omnibus angelis, et cunctos spiritus malos mœrore conficies. Itaque si his operam navabis, et ambulabis in eis; Deus tecum erit, et angeli ejus tecum gradientur, et anima tua implebitur aromatibus sanctorum, et lumine beatorum splendebit vultus tuus, erisque sacrificium Deo sicut omnes sancti; et occurres Domino cum jubilo et lætitia, audiesque vocem illam dicentem: *Optime feceisti, serve bone et fidelis; comperi te fidelem in modico; constituam te super multa; ingredere in gaudium Domini tui* [16]: cui gloria semper in sæculum. Amen.

Ejusdem.

Oportet, ut junior monachus de omni gressu quem graditur vel in sua cella, et de omni gutta aquæ quam bibit, seniores consulat. Siquidem quosdam agnosco monachos qui ceciderunt, quia se Deo placere existimabant. Quare si tibi præceptum aliquid fuerit, quod Dei Domini nostri consentaneum sit præceptis, illud servare et amplecti satagas; ut in vobis adimpleatur dictum Apostoli

[16] Matth. xxv, 21, 25.

Digitized by Google

Obedite invicem in charitate Christi [17]. Secus, si nobis aliquid præceptum fuerit divinis mandatis oppositum; tunc enim præcipienti dicamus, oportet: *Quid magis consentaneum nobis est, obedire Deo, an hominibus* [18]? Memoresque simus vocis Domini: *Oves meæ non sequentur alienum, sed illum fugient, quia non noverunt vocem illius* [19]. Similiter cœlestis Paulus admonet et dicit: *Si nos, aut angeli, aut quispiam alius annuntiaverit vobis præter ea quæ annuntiamus vobis, anathema sit, nec illum suscipiatis* [20].

Magna est virtus illius, qui quandiu vivit, operatur et respicit quotidie usque ad ultimum spiritum, in sequentem tenta torem. Deum deprecatus sum, ut mihi ostenderet præsidium, monachum ambiens atque defendens; et vidi monachum igneis circumdatum lampadibus, et angelorum multitudinem gladiis illum custodientium ut pupillam oculi, et ecce vox de cœlo dicens: *Ne detis illi requiem, quandiu rectus vivit in hoc mundo.* Cum ergo hujusmodi præsidium monachum ambiens vidissem, ingemui, ac dixi: O Antoni, hoc totum datum est monacho, et prævalet adversus eum diabolus, et cadit nihilominus! Et venit ad me vox a misericorde Domino dicens: Neminem diabolus dejicere potest; ejusmodi enim potestatem non habet, quia veni, humanitatem assumpsi, et ejus contrivi potestatem; sed homo ipse sua cupiditate et concupiscentia dissolvitur et cadit. Dixi ego: An singulis monachis hæc sit data virtus? Et ostendit mihi plures monachos hac præditos virtute. Tunc exclamavi et dixi: Beatum est genus humanum, et præsertim exercitus monachorum, cum habeant Dominum tam misericordem, et ita amatorem hominum. Quare de nostra salute simus solliciti, nec illam negligamus, ut regnum mereamur cooperante gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui est laus cum Patre et Spiritu sancto in sæculum. Amen.

Ejusdem de corporis motibus: et habentur ejus epist. I.

Scias, corpori inesse quemdam naturalem motum in eo ardentem, sed is nequaquam operatur, nisi animæ accesserit consensus; nam corpori est admistus tantum, movetque; at nec obest, nec cogit. Inest illi quoque alius motus, qui exoritur ex requie et mollitie corporis, nec non delicatioribus cibis et potu; unde calefit corpus, sanguis inflammatur, et movet ad operandum. Hinc divinus apostolus Paulus ait: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* [21]. Dominus quoque præcepit suis discipulis in sacro Evangelio dicens: *Videte, et attendite, ne transmutentur corda vestra propter crapulam et ebrietatem* [22]. Est adhuc alius motus, qui excitatur in decertantes ab invidia et dæmonum astu. Sciamus ergo, tres esse calores corporales: unum naturalem, duos vero alios accidentales; unum ex ciborum et potu copia, alterum a dæmonibus excitatum. Nostrum ergo erit, eos vel amplecti vel repellere, si volumus.

Ejusdem.

Tempus profecto erit aliquando, cum homines insanient; et si quem viderint non insanientem, insurgent in illum dicentes: *Tu es utique insanus;* quia non est similis illis.

Ejusdem.

Principium omnium virtutum, et principium sapientiæ, est timor Domini.

Quemadmodum ingrediens lumen domum aliquam tenebrosam, expellit ejus tenebras, et illam illuminat; ita si timor Domini ingredietur cor hominis, ejus expellit tenebras, virtutibus omnibus imbuet et sapientia.

Quemadmodum superbia et animi elatio dejecerunt diabolum ab altitudine ad profundum; ita humilitas et mansuetudo hominem extollunt a terra ad cœlum.

Quemadmodum, filii mei, piscis extra aquam eductus perit; ita perit timor Domini ex corde monachi, si sua cella vagans egredietur.

Opus præstantissimum omnium quod homo præstare potest, est ut peccata sua confiteatur coram Deo suisque majoribus, et semet ipsum reprehendat, sitque paratus occurrere omni tribulationi usque ad novissimum spiritum.

Sancti Antonii Admonitionum *et* Sententiarum *finis.*

[17] Galat. v, 13; Ephes. v, 21. [18] Act. v, 29. [19] Joan. x, 5. [20] Galat. I, 8, 9. [21] Ephes. v, 18. [22] Luc. XXI, 34.

S. ANTONII MAGNI ABBATIS

SENTENTIARUM QUARUMDAM

Expositio facta a quodam sene post ejus obitum, efflagitantibus monachis.

Interrogatio monachorum.

Quomodo est intelligendum illud S. Antonii abbatis ad discipulum suum Paulum simplicem, cum esset egressus de mundo: *Si vis esse monachus, vade ad monasterium multorum fratrum, qui valeant sustinere infirmitatem tuam?*

Digitized by Google

Responsio senis.

Ex hac re ediscimus quod nos oporteat suscipere senes infirmos, imbecillos, cæcos et paralyticos, et diligere eos; isti enim cum gaudio et bona voluntate sese virtutibus comparandis dederunt, etsi ob suas infirmitates labores subire non possint. Hinc haud mediocri reprehensione digni sunt rectores illi et superiores monasteriorum, qui senes et infirmos, etsi virtutibus præclarissimos, non suscipiunt; suscipiunt vero libenti animo fortiores juvenes propter rerum peragendarum administrationem, itinera conficienda, ingressum et egressum, etsi audaces sint et impudentes. Hos interpres beatus acriter reprehendit in libro *De perfectione regiminis*, dicens: Isti suis discipulis, ut in operibus virtutis pigri sint, permittunt, et ad opera corporalia ac mundana impendio sollicitant; illis vero qui ad operam navandam virtutibus religiosam amplexi sunt vitam, nullam concedunt ab operibus mundanis requiem aut otium, sed continuo ad hæc eos urgent, improperant, irrident, exprobrant, redarguunt, quod opus sibi commissum magna sedulitate non absolverint, sive id acciderit propter imbecillitatem, sive ob incuriam aliquando, quanquam alias millies fuerint solliciti ac diligentes. Contra, magnis eos celebrant laudibus, qui sedulam operam mundanis dant rebus, etsi in virtutibus acquirendis sint pigerrimi. Quod sane non ex virtute exoritur, sed a mundanis curis provenit; quod autem omnium pessimum est, pigri sint isti vel diligentes, eos ut servos habent. Abbas autem Bemen dixit: *Si trium cœnobitarum unus est quietus optimus, alter infirmus gratias agens Deo, tertius vero bona voluntate inservit; omnes tres in eodem sunt opere.* His sanctus iste ostendere volebat, quod in monasterio, ubi sunt multi congregati ac cœnobitæ, opus est, ut non sint fortes tantum ad ministeria obeunda, sed etiam et infirmi fratres, et senes imbecilles, et fratres qui perpetuo silentium servent; alioquin vanus est omnis labor eorum.

Interrogatio.

Quam ob rem abbas Antonius dixit Paulo suo discipulo: *Vade, sede in solitudine, ut ediscas certamina dæmonum?*

Responsio.

Quoniam perfectio monachi a regimine spirituali est; regimen vero spirituale puritate cordis comparatur; puritas vero cordis a regimine est intellectus; regimen autem intellectus est oratio sine intermissione. Certamen autem cum dæmonibus fit cogitationibus et phantasmatibus; ea vero in solitudine et quiete acrius excitantur.

Interrogatio.

Quid est quod dixit abbas Antonius: *Quemadmodum educti extra aquam pisces emoriuntur; ita accidit monacho quoque, si diu morabitur extra cellam suam?* Quomodo moritur monachus, ut pisces?

Responsio.

Quoniam vita animæ est jugis Dei [illegible] et dilectio, quæ potissimum vita est appellanda, animæ scilicet et intellectus. Si ergo cunctabitur monachus in urbibus, visu et confabulationibus moritur, privatione spiritualis vitæ, quod abducitur a Deo, eumque obliviscitur, et Christi amorem e suo corde depellit, quem multis sibi comparaverat laboribus, dum quiete fruebatur in cella. Relaxatur præterea in eo afflictionis amor, et sese dedet requiei et concupiscentiis; et cordis conturbatur puritas ob specierum perturbatos motus, quæ egrediuntur et ingrediuntur per sensus, qui sunt visus, auditus, verba, tactus, gustus, odoratus; ex quibus forte deducitur ad fornicationem aliasque passiones, quæ vere sunt monachi mors et interitus. Bene igitur ait B. Antonius: *Quemadmodum moriuntur pisces in aridam extracti; ita moritur monachus, qui extra cellam in civitatibus degit.*

Interrogatio.

Dixit S. abbas Antonius: *Qui solitudinem incolit, a tribus liberatur certaminibus: scilicet verbis, visu, auditu; restatque illi duntaxat certamen cordis.* Expone nobis, quæso, verba hæc beati.

Responsio.

Non quod pugna quæ fit in quiete et solitudine minor sit certamine quod committitur cum fratribus mente distractis ob visum, auditum et verba; sed his ostendit, solitudinem incolentes carere certaminibus sensuum, quibus alii vexantur ultra certamina cordis quæ illis dæmones inferunt. Hæc propter, ad quietem se conferebant patres, ne certamini cordis accederent certamina visus, verborum et auditus. Quemadmodum enim cadunt statim fratres illi qui egrediuntur et ingrediuntur, si pugnæ cordis accesserit pugna sensuum corporis; ita facile quoque cadent monachi illi qui in quiete degunt, et cordis solum vexantur certamine, si eis sensuum corporis accesserit certamen. Quod quidem satis exploratum est ex eorum fratrum facto, ad quos in quiete degentes cum ingressæ essent mulieres, et accessisset certamini cordis visus corporis et species vultus; e vestigio superati sunt ab arduo cordis certamine, atque ceciderunt. Durius sane, satiusque arduum ac vehemens est certamen sensuum animæ adversus eos qui in quiete degunt, quam certamen sensuum corporis. Quod quidem satis notum est ex dictis beati Evagrii; quod scilicet per se ac sine medio certant dæmones cum monachis illis, qui in solitudine degunt: adversus eos vero qui sunt in congregationibus, et perficiendis virtutibus dant operam, dissolutos fratres excitant incitantque dæmones; quibus nullus durior, amarior aut fraudulentior est.

Interrogatio.

Quid illud significat, quod ait S. abbas Antonius: *Cella monachi est fornax Babylonis, locus trium puerorum, inter quos erat Filius Dei; et est columna ignis, ubi locutus est Deus cum Moyse?*

Digitized by Google

Responsio.

Quemadmodum ignis facultates habet duas, alteram calidam comburentem, lucentem lætificantem alteram; ita perseverantia in cella duas habet difficultates, quarum una angit et vexat tirones in quiete, nimio torpore et certamine : altera vero perficit et lætificat, redditque tranquillos qui perfecti sunt in puritate cordis, et prætergressi sunt passiones, atque ad lucentes visiones pervenerunt. Ejus autem quod de tribus pueris qui Filium Dei invenerunt, dixit, hæc est ratio : Quemadmodum Ananias, Azarias et Misael, cum Babylone injecti essent in caminum ignis, et non sunt cremati nec combusti, sed angelus missus est, qui eorum solvit vincula et liberavit ab igne (quem angelum vocavit Filium Dei Nabuchodonosor) : ita fratribus tironibus in solitudine degentibus difficilis est initio pugna passionum quæ eis a diabolis infertur; verum minime eos deserit gratiæ Domini nostri Filii Dei auxilium, sed clam illos invisit, opitulatur atque habitat cum ipsis secundum dispositionem ordinationemque, passionibus superatis et diabolis, et efficit ut gratiam mereantur perfectæ charitatis et gloriæ suæ lumen.

Interrogatio.

Quid est id quod ait abbas Antonius : *Non est retribuendum malum pro malo; et si ad hunc gradum adhuc non pervenerit monachus, servet silentium et quietem?* Quomodo homo ex quiete ad hoc pervenit gradum?

Responsio.

Frater infirmus, atque lingua injuriosus in fratrem suum, et odium erga illum corde fovens, si sese in cella continuerit, et abstinuerit ab hominum confabulationibus, et malas sedaverit cogitationes, ac orationibus jugiter et sacrarum Scripturarum lectioni navaverit operam, a gratia invisetur tranquillitatis, illuminabitur cor illius, et spiritu liber flet gaudebitque in Deo. Etenim homo ejusmodi, conspecta cruce Domini, ejus accenditur amore, et osculata cruce, meditabitur illam Scripturam: *Ita dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum tradiderit morti propter illum* [23]. Hic profecto *erga nos suum ostendit Deus amorem; quia cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est* [24]. Si ergo *non perpercit Filio suo Deus, sed tradidit illum pro nobis morti*, et quidem turpi illi morti crucis, *quomodo omnia nobis cum illo non concedet* [25], aut quidquam aliorum denegabit nobis? Dilectio autem Christi ejusque charitas nos impulit, ut cogitemus, quod nos deceat minime vivere desideriis nostris, sed illi qui pro nobis mortuus est [26] : et Jesum aspiciamus, qui patientiæ nobis initium et exemplar factus est, ac mortem pro nobis sustinuit crucis, infamiam passus, ac demum sedit ad dextram Dei in excelsis. Igitur si compatiemur, conglorificabimur [27]; et si sustinebimus, regnabimus cum illo [28]. Hinc beatus Paulus hortatur nos dicens : *Aspiciamus, fratres, crucem Domini nostri* [29]. Hinc vide, quantum pertulit pro peccatoribus, qui animabus suis adversarii sunt facti. Quare ne vos pigeat, nec animæ dissolvantur vestræ ob patientiam, angustiam, injurias, opprobria et mortem, quæ ejus propter amorem perferuntur. Veniam deprecamini in orationibus vestris pro persequentibus vos, quemadmodum deprecabatur Dominus pro crucifigentibus dicens : *Pater, dimitte illis* [30]. Beatus item Stephanus veniam a Domino nostro petebat, atque orabat pro lapidantibus dicens : *Domine, ne computes illis hoc peccatum* [31]. Si autem hæc et similia inter quietem meditatus fuerit monachus in sua cella, corroborabitur, et cunctis in Domino dominabitur passionibus; et non solum neminem injuria lacesset, aut culpiam indignabitur, vel malum pro malo retribuet; sed magnopere gaudebit, et honoris habebit loco, se opprobriis et injuriis affici. Ad hanc virtutem usque pervenit monachus in cella sua ob quietem, patientiam et adimpletionem observantiæ præceptorum Christi, quæ sunt jejunium, oratio, meditatio et reliquæ virtutes huæ a quiete exoriuntur. Optime igitur dixit beatus abbas Antonius : *Si monachus continere non potest linguam suam ab injuriis, murmuratione atque gula, neque a talibus cor continere valet; saltem quantum potis est, quieti studeat et silentio.*

Interrogatio.

Profecti sunt fratres quidam aliquando ad abbatem Antonium, et dixerunt illi : *Da nobis præceptum aliquod, ut servemus illud.* Qui ait illis : Scriptum est in Evangelio : *Si quis te percusserit super unam maxillam, verte illi alteram* [32]. Qui responderunt ei : *Hoc nequaquam facere possumus.* Tunc ait illis senex : *Si non potestis vertere alteram, sustinete primam.* Dixerunt ei : *Neque hoc possumus facere.* Quibus ait : *Si neque hoc aliud potestis facere, saltem ne repercutiatis, qui vos percusserunt.* Qui dixerunt : *Neque hoc possumus facere.* Tunc venerabilis senex discipulo suo ait : *Para fratribus istis cibi aliquid, quia ægrotant.* Quid hæc denotat sancti Patris sententia?

Responsio.

Cibo hic denotat opera fratrum, et seniorum orationes ac preces, idemque est ac si dixisset : Si neque hæc, neque illa facere potestis, oratione vobis opus est. Nam quemadmodum ægroti cibo egent peculiari dum ægrotant, ob infirmitatem stomachi, qui quoscunque cibos sumere non est aptus : ita vobis quibus cogitatio tam infirma est, ut nec partem quidem præceptorum Domini nostri servare valeatis, sanitate et curatione animarum vestrarum opus est, nempe orationibus Patrum qui hanc vobis impetrent precibus.

[23] Joan. III, 16. [24] Rom. V, 8. [25] Rom. VIII, 32. [26] II Cor. V, 14, 15. [27] Rom. VIII, 17. [28] II Tim. II, 12. [29] Hebr. XII, 2. [30] Luc. XXIII, 34. [31] Act. VII, 59. [32] Matth. V, 39; Luc. VI, 29.

Digitized by Google

Interrogatio.

Dixit sanctus abbas Antonius : *Vidi omnes diaboli laqueos super terra structos, ingemuique ideo, et dixi : Væ generi humano ! quis poterit eripi ab istis ? Et dixerunt mihi : Humilitas salvat ab istis, nec ad illam pertingere valent.* Quomodo vidit sanctus iste laqueos diaboli ; sensibiliterne, an intellectualiter ? et quinam sunt illi, qui dixerunt ipsi : *Humilitas salvat ab istis, nec ad illam pertingere valent ?*

Responsio.

Abbas Macharius major, Ægyptius, discipulus abbatis Antonii, vidit quoque in deserto interiori Scythiæ omnes laqueos passionum, quos vidit eo tempore S. abbas Antonius. Vidit quippe Macharius diabolos in similitudine duorum hominum, quorum unus perforata erat indutus veste, cui quædam diversorum colorum erant inserta ; alterius detrita veste totum corpus circumamictum erat, habebatque rete quoddam ampullarum plenum : his accedebat alius, qui alis instar operimenti contegebatur. Hos quidem corporaliter oculis corporeis vidit abbas Macharius ; sanctus vero Antonius abbas oculo intellectus vidit per modum visionis omnes laqueos illos diaboli quos semper monachis struit, ac eos istis aucupari, irretire atque impedire obnititur ab itinere perficiendo in via virtutis, sicuti scriptum est : *In via mea absconderunt mihi laqueos, et funes extenderunt itineri meo* [33]. Vidit itaque omnes laqueos diaboli super terra structos eo modo quo suos tendunt feris venatores. Quod quidem videns admiratus est, ac obstupuit ob multitudinem cassium et retium ; quibus si semel capitur fera, perdifficile evadere poterit ob ansas varias et nexus multiplices. Abbati autem Antonio sese obtulerunt super terram omnium passionum corporis et animæ species, quibus diaboli oppugnant monachos ; et vidit sanctos angelos qui sibi singulos passionum laqueos nominatim ostendebant, nempe laqueum amoris ventris seu gulæ, amoris pecuniæ, amoris forniçationis, inanis gloriæ, superbiæ et reliquarum passionum. Ostenderunt illi præterea omnes artes, technas ac astutias, quibus hostes suos struunt laqueos et insidias, quibus impediant fratres, illaqueent, retardentque ab itinere magno amoris Dei. Hæc cum admiratus esset, et stupore perculsus, ingemuit, et flevit dicens : *Væ nobis monachis, quomodo possumus expediri et salvari ab omnibus his laqueis, quin capiamur ?* Dixerunt illi angeli : *Humilitas ab his omnibus salvat ; et qui illa est præditus, minime cadet aut illaqueabitur.* At non sola humilitate superari passiones et dæmones, dixerunt ; verum alia quoque opera et certamina una cum humilitate requiruntur. Siquidem humilitas sola ac per se, nullius est emolumenti ; opera vero sine humilitate nihil prosunt ; sunt enim absque illa, caro terra salita et non sale, adeoque facile fœtorem contrahit et corrumpitur. Itaque opera corporalia, internum certamen intellectus, quies, oratio sine intermissione cum perfecta humilitate, cunctas superant passiones ac dæmones, nec ad monachum his præditum pertingere valent, quemadmodum angeli S. Antonio abbati dixerunt.

Interrogatio.

Dixit S. Antonius abbas : *Si caruerimus certamine, plurimum nobis timendum est ; nosque oportet valde humiliari coram Deo, quia cum ipse bene agnoscat nostram infirmitatem, nos proteget dextra sua, et custodiet : at si superbia efferamur, suam a nobis retrahet protectionem, et peribimus.* Quisnam est hujus beati sententiæ sensus ?

Responsio.

Nos humiliari semper oportet, tam tempore angustiarum, tribulationis ac certaminum, quam tempore pacis et quietis a certaminibus ; etenim omni tempore humilitate nobis opus est. Quandoquidem hæc tempore certaminis nobis præbet opem, additque robur ad subeundum patientiæ pondus : tempore vero pacis et quietis a certaminibus, nos tuetur a superbia, et sustinet ne cadamus. Et quidem propter dissolutionem nostram et oblivionem qua capimur Dei, humilitate semper nobis opus est, ut nostra cognita infirmitate operam humilitati demus, et superbiam amoliamur a nobis. Deus namque, ut omni tempore angustiis premamur, minime vult, sed sua interdum pietate et clementia nos protegit, cessareque facit a nobis certamina passionum et diabolorum crudelitatem. Si itaque tempore pugnæ et certaminis ad humilitatem recurrimus propter pericula et difficultates ; tempore vero tranquillitatis et securitatis a certaminibus Deum obliviscimur et efferimur superbia : suam procul dubio a nobis contrahet protectionem, et ruina ac desperatione peribimus. Nullum igitur tempus est, quo humilitate nobis opus non sit ; quemadmodum omni loco et omnibus in actionibus ea omnino indigemus.

Interrogatio.

Quidam seniorum postulavit a Deo, ut illi ostenderet omnes Patres : qui autem eos omnes vidit, præter S. abbatem Antonium ; et dixit tunc ille qui eos ipsi ostenderat : *Ubi est Deus, ibi est abbas Antonius.* Quomodo vidit omnes Patres, et quare non vidit abbatem Antonium ?

Responsio.

Vel senioris intellectus in paradisum raptus est, et ibi vidit Patres ; vel ipsi Patres venerunt ad illum ; vel angelus ostendit illos ipsi secundum ordines visionum. Non est autem visus ei abbas Antonius duabus de causis, tum propter magnitudinem honoris S. abbatis Antonii, tum ut humiliaretur senior ille, et non efferretur superbia, quod vidisset omnes Patres. Nam ea visione Patrum instruxit illum Deus, ut ipsos imitaretur, ejus adimplens petitionem. Quod vero non meruerit visionem Antonii,

[33] Psal. CXXXIX, 6.

Digitized by Google

ratio fuit, ut appareret defectus senioris, quo evaderet superbiam et humiliaretur.

Interrogatio.

Profectus est aliquando abbas Ammonius virgo ad abbatem Antonium, et dixit ei : *Video me habere plura opera, quam tu habes; quomodo igitur magis evulgatum est nomen tuum inter homines, quam meum?* Respondit illi Antonius : *Quia diligo Deum, plus quam tu.* Quodnam est dicti hujus propositum?

Responsio.

Nec abbas Ammonius suis gloriatus est profecto operibus, nec sua abbas Antonius dilectione, sed eorum dicti id propositum fuit. Cum sancti isti primi fuerint institutores regiminis monachatus et incolatus solitudinis, ad invicem perquirere intendebant, et hoc omnibus aperire monachis documentum, quod scilicet regimen intellectus præstantius sit operibus corporis. Namque intellectus regimen dirigit extollitque monachi mentem ad altissima Dei amoris ; nempe dignus efficitur visione manifestationis ejus in lumine. Opera quidem corporalia monachum a passionibus corporis vindicant, confirmant in virtutibus, robur afferunt ad expellendas concupiscentias, et corpori addunt puritatem. Certamen vero intellectus mentem corroborat adversus diabolos, et cogitationes ab his subinductas, et puritatem reconciliat cordis, quod robur a dilectione acquirit, et dignum efficitur spirituali regimine. Nec omnis virtutibus prædiți et diligentis Dominum, necesse est famam inter homines divulgari ; nam abbas Paulus princeps eremitarum, et monachorum primogenitus (quem abbas Antonius Eliam prophetam aliquando appellavit, aliquando Joannem Baptistam, Paulum apostolum aliquando), quandiu vixit, hominibus minime innotuit. Verum, ut jam dixi, isti duo Patres perquirere voluerunt ab invicem, nosque docere, quodnam regimen alio excelsius sit ; corporale, an spirituale, quod est interius latensque certamen mentis, et sine intermissione oratio ac meditatio Dei; quæ cum consummata fuerint, elevant intellectum monachi ad spiritale regimen, quod est spiritalis oratio, admiratio Dei, ejus visio, et Domini nostri Dei gloriæ manifestatio, cui laus in sæcula sæculorum. Amen.

Interrogatio.

Dixit S. abbas Antonius, quod Deus non permittit diabolo ardua bella inferre generationi huic, quia infirma est.

Responsio.

Deus quidem hujus miseretur generationis : quare eam plus nimio urgeri a diabolis minime permittit, quia nos deficit calor charitatis, et amoris bonorum operum ; ideoque remissius nos diaboli oppugnant ob imbecillitatem nostram, et dissolutionem.

Interrogatio.

Quid est illud, quod dixit abbas Antonius : *Nisi jumenti velaret oculos molitor, converteretur, et comederet mercedem suam. Similiter nos quoque divina sumus velati dispensatione, quia initio operamur bonum quod non videmus, ne beatos nos ipsos habeamus, pereantque propterea opera nostra; ideoque aliquando in sordidas incidimus cogitationes solum, ut eas videntes nosmet ipsos reprehendamus. Hæ autem sordidæ cogitationes, modici boni quod operamur sunt velamentum. Siquidem homo qui semetipsum reprehendit, suam mercedem nequaquam amittit.* Expone nobis quid lucri est in hoc dicto?

Responsio.

Id propter non merentur omnes sancti videre visiones ; neque quod operantur bonum, et paratas promissiones vident spiritualiter, etsi operibus et virtutibus sint cumulatissimi. Et sane non quod Deus eorum non lætetur virtutibus, et operibus sibi complaceat : absit ut optimus bonis servatæ mercedis quidquam diminuat ! sed id facit, ne superbia efferantur, et virtus eorum pereat penitus, et paratis servatisque eis priventur bonis, ac alieni efficiantur a gratia Dei. Quamobrem etsi operatores sint naventque operam virtutibus, et eos servet Deus; permittit tamen aliquando, ut eos corripiant dæmones, et injiciant eis sordidas cogitationes, aut timorem, aut flagella ut suam agnoscant imbecillitatem, et sibi semper caveant; nam quandiu in mundo superstites sunt, vita eorum versatilis est. Quemadmodum autem ipsorum operum scopus est meditatio boni, quod illis servatum est pro ipsis operibus, et meditatio jugis operis ad acquisitionem boni : ita meditatio suorum defectuum ac impotentiæ removet illos a superbia, et efficit, ut omne humilitatis meditentur genus, caveantque sibi, ne suam amittant virtutem eo tempore, quo duplex gaudium sunt consecuturi a Domino nostro Jesu Christo in regno cœlorum sine fine.

Interrogatio.

Venit abbas Ellenius e Syria ad abbatem Antonium; cui viso dixit abbas Antonius : *Bene venias sidus matutinum, quod mane oritur.* Cui respondit abbas Ellenius : *Salve tu quoque, columna luminis, quæ orbem terrarum decoravit.* Quis est iste Ellenius? et cur ita illum beatus appellavit?

Responsio.

Ellenius iste erat temporibus S. Antonii abbatis, et æqualis ipsi gradu et operibus. Hunc Constantinus imperator victor laudavit dicens : *Gratias ago Domino Christo, quod tria divina luminaria sint in diebus meis, scilicet B. abbas Antonius, abbas Ellenius et abbas Euchinus.* Isti enim monachos omnes qui eo tempore vivebant notique erant, longe præcellebant. Eum autem appellavit abbas Antonius *sidus matutinum* ob magnum regimen, quia quemadmodum matutinum sidus cætera sidera magnitudine et lumine præcellit, ita abbas Ellenius præcellebat lumine gratiæ reliquos omnes monachos ejus temporis. Volens autem ille quoque notum facere abbati Antonio, quod minime se lateret magnitudo ejus regiminis et luminis gloria, appellavit

Digitized by Google

eum *columnam luminis quæ decoravit orbem terrarum.*

Interrogatio.

Dixit abbas Antonius : *Ideo non proficimus, quia gradum et ordinem nostrum minime cognoscimus, neque intelligimus quæ aggredimur opera, sed sine labore virtutem consequi volumus. Nam quoties videmus certaminis tentationem in loco ad quem vocati sumus, ad alium transmigramus, existimantes locum esse aliquem in quo non sit diabolus. Qui novit bellum, constanter in Deo decertat; quoniam Dominus noster dixit : Utique regnum Dei in vobis est*[34]. Quid significat his verbis?

Responsio.

Ejus verborum is sensus est. Quod scilicet transmigramus de loco in locum, ad quærendum locum B aliquem in quo non sit diabolus; cum vero videmus certaminis tentationem eo etiam in loco ad quem nos contulimus, alio concedimus. At qui novit bellum, ibi in Deo decertat, nec alium quærit locum. Asserti autem illius Domini nostri : *Utique regnum Dei in vobis est*, is est sensus, quod nempe oporteat ut nos monachi qui e mundo egressi sumus, et crucem portavimus nostram juxta Domini nostri præceptum, et vestigia ejus secuti sumus, in uno permaneamus loco, et de nostrarum animarum simus solliciti salute, ac cuncta sustineamus certamina. Propter Dei amorem ejusque adimpletionem voluntatis quæ in ipsius præceptorum observantia manifestatur, omnia nobis subeunda sunt certamina C tentationesque; sint illæ a passionibus, sive a dæmonibus, sive a malis hominibus. Ne ergo ignari simus, quod isti imperiti bello saltitent ut pulli sarcinæ ferendæ haud assueti, et ad alia contendant A loca, existimantes se requiem nacturos a certaminibus et solatium a cogitationibus, transmigrando de uno in alium locum, et de una in aliam regionem. Quamobrem persistamus in locis nostris; et si certamen vel tentatio nos aggrediatur, jejunemus, oremus, genu flectamus, adoremus, nostra pulsemus pectora coram cruce Domini nostri, et lacrymis cordisque dolore postulemus opem ab illo et salutem; quoniam omni tempore nobis adest, et in nobis habitat. Scriptum enim est : *Dominus est prope contritos corde, et humiles spiritu liberat*[35]. Dixit quoque Dominus noster : *Regnum Dei intra vos est*[36], id est, in vobis habito. Regnum quippe Dei est Christus (ut asserit sanctus Macharius), qui in nobis semper habitat. Beatus quoque Paulus ait : *Nescitis, quia Christus habitat in vobis*[37]? Nec ille in nobis habitat duntaxat, sed nos quoque in illo manemus, ut ipse ait : *Manete in me, et ego in vobis*[38]. Beatus item dixit David : *Esto mihi habitaculum, ad quod omni tempore ingrediar, et præcipe salutem meam.* Si igitur in Deo habitamus, et nos item illi sumus habitaculum, Dominum nostrum ne relinquamus tempore tentationum, tribulationum ac certaminum, et alio transmigrantes solatium et opem a regionibus et locis quæramus; sed in nostris maneamus locis, et postulemus a Domino inhabitante in nobis, ut nos vindicet, et auxilium ferat. Ad hæc, Patribus nostris cogitationes aperiemus nostras, et ipsorum orationum opem imploremus. Sustinentes igitur in locis nostris, ad Salvatoris nostri semper confugiamus protectionem : et profecto victores nos efficiet in omnibus certaminibus nostris.

Interrogationum et Responsionum finis.

[34] Luc. XVII, 21. [35] Psal. XXXIII, 19. [36] Luc. XVII, 21. [37] I Cor. III, 16. [38] Joan. XV, 4.

INTERROGATIONES QUÆDAM

A diversis SS. Patri nostro abbati Antonio factæ, ejusque ad easdem responsiones.

Quidam frater interrogavit abbatem Antonium, D dicens : Quid faciam, ut inveniam misericordiam apud Deum? Respondit ei sanctus senex, et dixit : *Quod tibi dico, hoc diligenter serva : Quocunque ieris, Deum ante oculos semper ponito : quodcunque opus feceris, adhibe tibi testimonium ex Scripturis : et in quocunque habitaveris loco, persevera, nec inde cito migres. Hæc tria serva : quiesces.*

Interrogavit aliquando abbas Bemo abbatem Antonium, quid sibi faciendum sit ad consequendam salutem; cui respondit senex beatus : *In justitia tua ne confidas; præteritorum peccatorum vere te pœniteat; linguam, cor et ventrem contine.*

Interrogaverunt eum quoque fratres dicentes : Quo opere homo placere potest Deo? Respondit : *Lex et opus charitatis est bona voluntas, quæ Deo perfectissime placet. Hanc vero adimplet, qui Deum jugiter laudat mundis cogitationibus, quæ producunt memoriam Dei et memoriam bonorum quæ promisit et nobiscum complevit opera, et quam hæc magna sint. Ex horum enim hac memoria exoritur in homine hujusmodi perpetua dilectio juxta præscriptum illud : « Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute*[39]. » *Scriptum quoque est : « Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum, ita est desiderium animæ meæ ad te, Domine*[40]. » *Hoc itaque opus, et hanc legem adimpleamus oportet Domino, ut de nobis dictum*

[39] Deut. VI, 5. [40] Psal. XLI, 2.

Digitized by Google

illud Apostoli impleatur [61] : « *Quid separare me poterit a charitate Christi? Certe neque tribulationes, neque mœrores, neque fames, neque nuditas, neque angustiæ, neque gladius, neque ignis.* »

Interrogatus, si quis dixerit : Non accipiam quidquam a fratribus, neque dabo eis quidquam ; mihi autem mea sufficiunt : quomodo nosmet servare debeamus ab re hujusmodi, Pater noster? Respondit : *Filii mei, qui ejusmodi est, durus est corde, et animum ut leo induit. Nam quomodo, qui est ejusmodi, vitam agere vult in hoc mundo absque misericordia? Itaque iste alienus censendus est ab omnibus bonis.*

Interrogatus, Quomodo quis inservire debeat fratribus? Respondit : *Fratres qui servire volunt fratribus, serviant ut servi dominis suis, et quemadmodum servivit Dominus Petro principi apostolorum; qui licet Dominus esset et creator illius, vilem præstitit ei servitutem. Quibus indicavit nobis Dominus, non minus inhumanos esse eos qui servitutem sibi exhibitam recusant, et nemini permittunt ut eis inserviat, uti se Petrus continebat; quam qui fratribus suis inservire dedignantur: quamobrem isti partem non habebunt cum Domino, ut Dominus Petro ait* [62], *quia ipse Dominus ut invicem ac mutuo serviamus, nos docuit.*

Interrogatus, Quodnam sit gaudium propter Dominum, et quænam facienda nobis sint, quibus consequamur vitam? Respondit : *Præceptum quodcunque opere completum cum gaudio in gloriam Dei, illud est gaudium propter Dominum. Nam ejus præcepta exsequentes et adimplentes, gaudeamus oportet; contra, dum ea non perficimus, contristandum nobis est. Quare lætitia cordium nostrorum præcepta exsequi satagamus, ut mutuo congratulemur in Domino; sed multum caveamus, ne dum gaudemus, superbia efferamur, sed confidamus in Domino.*

Interrogatus, Nobis ridendumne est unquam? Respondit : *Dominus noster damnat ridentes dum dicit :* « *Plorabitis, et flebitis; mundus vero gaudebit* [63] :» *fideli ergo monacho non est ridendum. Nam ploremus oportet super eos qui blasphemant contra Deum, ejus transgredientes legem, et super eos qui in peccatis patrandis totam suam transigunt vitam; fleamus, et ploremus, Deumque jugiter deprecemur, ne in peccatis perseverent, et comprehendat illos mors ante pœnitentiam.*

Interrogaverunt aliquando discipuli quidam D. Antonium abbatem, cum viderent in desertis innumerabilem illam multitudinem monachorum, virtutibus omnibus et sanctitatis operibus certatim magno cum fervore studentem, atque dixerunt illi : Pater, diune permansurus est hic fervor et studium solitudinis, paupertatis, humilitatis, charitatis, frugalitatis, ac reliquarum omnium virtutum, quibus infinita hæc propemodum monachorum multitudo operam navat impense? Illis non sine suspiriis et A lacrymis uberrimis ita vir Dei respondit : *Tempus veniet aliquando, filii dilectissimi, cum solitudines derelinquent monachi, earumque loco opulentiores appetent civitates, ibique pro his deserti speluncis ac cellulis superba excitabunt ædificia certatim, regum æmulantia palatia; pro paupertate divitiarum cumulandarum studium gliscet; humilitas in superbiam vertetur cordis; inflabuntur scientia multi, sed bonis secundum scientiam nuda operibus; charitas defervescet; crescet pro frugalitate amor ventris, et delicatioribus cibis non minus eorum plures operam navabunt quam mundani ipsi, a quibus religiosi illi alio nihil distinguentur quam habitu et cucullo; et cum sint in medio mundi, eos non pudebit falso nomine monachos vocari et solitarios. Gloriabuntur adhuc* B *dicentes :* « *Ego sum Pauli, et ego Apollo* [64]; » *quasi vero tota religiositatis ratio in prædecessorum consistat auctoritate, et non secus de suis Patribus gloriantur, ac de Abrahamo parente Judæi. Inter hos tamen quidam erunt eo tempore longe nobis meliores atque perfectiores; quia* « *Beatior ille est qui potuit transgredi, et non est transgressus; facere mala, et non fecit* [65], » *quam qui multorum bonorum trahitur exemplo ad bonum. Hinc Noe, Abrahæ et Loth qui inter pessimos innocentem traduxerunt vitam satis superque, justitia celebratur in Scripturis.*

Convenerunt aliquando Patres ad S. abbatem Antonium, ut quænam virtutum omnium absolutissima esset, quæque monachum ab omnibus hostis servaret laqueis, disquirerent; et eorum unusquisque ea C quæ sibi recta videbantur, dixit. Quamobrem quidam jejunium et vigilias in oratione laudarunt, ut quæ dirigunt cogitationes, subtilem efficiunt intellectum, et facilem reddunt homini ad Deum accessum. Alii paupertatem commendarunt et rerum terrenarum contemptum, ex quo tranquillior, purior ac liberior a mundanis curis intellectus efficitur, adeoque facilior redditur illi ad Deum accessus. Nonnulli virtutem misericordiæ virtutum omnium præstantissimam esse volebant, quia Dominus dicet misericordibus, uti pollicitus est : *Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis ante constitutionem sæculi* [66]. Alii alia dixerunt; tum ait S. abbas Antonius : *Omnes quas memoratis virtutes utilissimæ sunt, illisque quærentibus Deum opus* D *est, et qui vehementi ad eum accedendi flagrant desiderio, iis indigent omnino. Verum plures conspeximus sua dilacerasse corpora nimio jejunio, vigiliis, in solitudines secessu, itemque maximam navasse operam laboribus, paupertati, contemptui rerum mundanarum; ut nec ea sibi adsciscerent quibus in dies opus est, sed omnia quæ possidebant, erogarunt in pauperes. Tamen post hæc omnia declinarunt ad malum et ceciderunt; ac privati virtutibus illis omnibus, reprobi effecti sunt. Rei autem hujus nulla profecto alia fuit causa, nisi quod virtute discretionis et prudentiæ caruerint, eaque non sint usi. Hæc nam-*

[61] Rom. VIII, 35 sqq. [62] Joan. XIII, 8. [63] Joan. XVI, 20. [64] I Cor. I, 12. [65] Eccli. XXXI, 10. [66] Matth. XXV, 34.

Digitized by Google

que illa est, quæ hominem per viam rectam incedere edocet ac instruit, et ab obliqua declinare. Etenim si per regiam incesserimus viam, rapiemur nequaquam ab insidiatoribus dextræ excessu abstinentiæ; neque ab insidiatoribus sinistræ negligentia, incuria et remissione. Discretio quippe oculus est animæ et lucerna ejus, quemadmodum « Oculus lucerna est corporis : si autem oculus lucidus fuerit, corpus quoque totum lucidum erit; si vero tenebrosus, totum etiam corpus tenebrosum erit, » sicut in sacro Evangelio Dominus dixit [46]. *Discretione quidem pervestigat homo suas voluntates, dicta factaque, et ab omnibus iis recedit quæ a Deo amovent. Discretione singulas se adorientes hostis fraudes protelat et amolitur, et quæ bona sunt discernit a malis. Liquido e sacris Litteris id patet. Saul rex Israel, cum hac caruisset lucerna, intellectu obtenebratus est, nec percepit propterea quomodo observaret quod dixerat illi Deus per linguam Samuelis* A *prophetæ, et quod victimarum oblatione id præstantius esset : hinc Deum ad iram eo provocavit, quo et placere putabat; ideoque regno ejectus est. Apostolus discretionem magistram, et rectricem vitæ nostræ appellat, juxta illud Scripturæ : « Rectorem non habentes decidunt ut folium. » Eadem Scriptura discretionem consilium quoque appellat, præcipitque, ne quidquam absque consilio peragatur, ut nec vel spiritualem potum lætificantem cor hominis nobis bibere permittat absque consilio, cum dicat : « Consilio perage quodcunque peragis* [47]. *» Et : « Consilio bibe vinum. » Item nobis dicit Scriptura, quod quemadmodum civitatem minime munitam quicunque vult ingreditur, et diripit ejus thesauros; ita est homo, qui negotia sua absque consilio operatur.*

B Finis Interrogationum ad sanctissimum Patrem nostrum abbatem Antonium, et ejus Responsionum. Orationes illius sint nobiscum.

[46] Matth. VI, 22, 23. [47] Eccli. XXXII, 24.

RELATA EX EODEM CODICE DE BEATO ANTONIO ABBATE.

Venit aliquando senior quidam ætate confectus, onagro insidens, ad beatum abbatem Antonium in desertum. Quem cum vidisset vir Dei Antonius, ait : *Maximum hic est volumen, sed an salvabitur, ignoro.* Tum accidit factum quoddam, et adimpleta C sunt verba Beati.

Venerunt quoque aliquando fratres quidam ad locum abbatis Antonii, ut illum consulerent de quibusdam phantasmatibus quæ videbant, atque interrogarent, an vera essent vel a diabolo. Isti asinum secum habebant, qui mortuus est in via. Cum ergo pervenissent ad senem, ait illis : *Quomodo mortuus est asinus vester in via?* Qui dixerunt : Unde novisti hoc, Pater noster? Respondit : *Diaboli id mihi indicarunt.* Qui dixerunt : Nos quoque venimus de re hujusmodi interrogare, et consulere te; quoniam videmus phantasmata, quæ aliquando vera dicere videntur : ideo timemus, ne decipiamur. Tunc sanctus senex, æquo animo eos esse hortatur, quia sunt a diabolo; et congratulatus est ipsis. Dum autem D confabulabatur, vidit venatorem ferarum, et volens suum fratrumque illorum solari animum, dixit illi : *O venator, pone sagittam in arcu tuo, et intende illum;* qui intendit. Cui ait Beatus : *Adhuc fortius intende.* Respondit : Si intendero plus quam oportet, frangetur arcus. Tunc senex ait : *Ita sunt opera Dei, quia si terminum transgressus fuerit homo, et oppresserit fratres, citius frangentur : necesse igitur est eis quandoque indulgere.*

Fornicationis aliquando insimulatus est frater quidam in suo monasterio, qui egrediens inde venit ad locum abbatis Antonii. Hunc subsecuti sunt fratres ejus monasterii, et eo venerunt, ut illum reducerent, sed acriter, et plus æquo illum arguebant dicentes : Talia et talia perpetrasti; ille vero nihil istorum se perpetrasse constanter respondebat. Dum hæc fiebant, casu aderat abbas Bebnudus, qui exemplum hujusmodi dixit illis : Vidi hominem in littore maris immersum in cœno usque ad genua; et venientes quidam ut illi opem ferrent, immerserunt illum usque ad humeros. Audiens autem abbas Antonius hoc dictum abbatis Bebnudi dixit : *Hic est vir potens sanare, et salvare animas.* Quamobrem fratres verborum quæ dixerant, pœnituit, et venia a fratre postulata, reduxerunt ad proprium monasterium.

Accidit aliquando fratri cuidam tentatio in quodam monasterio, qui inde propterea ejectus est. Hic in montem ad abbatem Antonium perrexit, habitavitque ibi tempus aliquod, post quod remisit illum Beatus ad suum monasterium; quem suscipere noluerunt, sed expulerunt rursus. Qui reversus ad abbatem Antonium dixit illi : Noluerunt me suscipere, Pater mi. Ille vero iterum remisit illum dicens fratribus : *Navis naufragium passa est et jacturam, et vix multo labore in portum ipsa navis evasit; nunc quod salvatum est, vultis vos submergere?* Illi ergo cum cognovissent, eum ab abbate Antonio fuisse remissum, statim susceperunt ipsum cum gaudio.

Tres seniores singulis annis semel proficisci solebant ad B. abbatem Antonium, e quibus duo illum de suis cogitationibus et animarum salute consulebant; tertius vero silebat perpetuo, et de nulla contabatur re. Post multum autem temporis ait illi abbas Antonius : *Jamdiu ad me venis, et de nullo*

Digitized by Google

re me interrogas? Respondit: Sufficit mihi, Pater mi, te videre.

Quidam fratres ex Scythiæ solitudine profecti sunt ad S. abbatem Antonium, et conscensa navi invenerunt senem quemdam ex Patribus quem non cognoscebant, idem iter arripientem. Cum ergo consedissent fratres in navi, de Patrum gestis verba facere exorsi sunt, et de Scripturis ac operibus manuum conferebant. Senex vero ille hæc omnia tacens audiebat. Descendentes e navi cognoverunt senem illum eodem contendere itinere ad S. abbatem Antonium. Cum eo itaque pervenissent, et aspexisset eos S. Antonius, ait illis fratribus: *Optimum comitem nacti estis hunc senem.* Et dixit seni: *Optimos comites nactus tu quoque es, Pater.* Cui respondit senex: Optimi quidem isti sunt, sed ipsorum domus janua caret: quare qui stabulum ingredi vult, et asinum solvere et abducere, nullum habebit prohibentem. Quibus senex innuebat, eos obvia quæque linguis protulisse.

Fertur fratrem quemdam, mundo contempto, omnia quæ possidebat, modico ad proprias necessitates sublevandas retento, erogasse in pauperes, et ad S. Antonium se recepisse. Quem cum intuitus esset senex, et illum cognovisset, ait illi: *Si vis fieri monachus, vade ad tale oppidum, eme carnes, subtiliter disseca, et exutus vestibus suspende e brachiis et manibus, et huc revertere.* Quod præstitit frater ille, ut senex præceperat; sed en canes, aves et crabrones illum circumdant, et vulnera infligunt manibus. Cum autem pervenisset ad senem, et interrogatus, an fecisset quod illi præceperat, conqueri cœpit, ostendens vulnera sua. Cui abbas Antonius ait: *Qui mundum contemnit, etsi modicum retineat, ita evenit illi; vulnerabitur enim a diabolis, et certaminibus dilaceratus succumbet.*

Fertur de S. abbate Antonio, quod, cum in solitudine sedisset aliquando, et pusillanimitate ac tædio affectus esset, atque tenebras ipsi obduxissent ejus cogitationes, querelas fundere ad Deum cœpit, ac dicere: *Domine, volo salvari, sed cogitationes meæ nequaquam mihi permittunt. Quid ergo faciam de passionibus meis, et quomodo salvabor?* Et inde secedens paululum sedit alio in loco; et ecce videt hominem quemdam totum occupatum in labore manuum suarum, qui tum surgebat, relicto opere, orabat, iterumque revertebatur ad opus, nempe palmarum contexenda folia: rursus surgebat et orabat, et tum operi incumbebat. Qui autem hæc faciebat, angelus erat Dei immissus, ut animos adderet Antonio, et excitaret ad fortitudinem. Tunc ait ipsi angelus ille: *Ita fac, Antoni, et salvaberis.* Quibus auditis valde gavisus, et imitatus opus illius, salvatus est.

Fertur juvenem quemdam monachum miraculum in via perpetrasse, videntibus senioribus quibusdam iter facientibus. Miraculum autem hujusmodi fuit: Cum ob nimiam lassitudinem itineris sederent seniores quidam in via, præcepit juvenis ille onagris qui ibi prope pascebant, ut venientes asportarent seniores illos ad loca sua; quod statim onagri præstiterunt. Quod seniores S. abbati Antonio, eo appellentes, indicarunt. Qui ait illis: *Utique comparatio monachi hujus penes me instar est navis omnibus onustæ bonis; sed an salva ad portum appellet, nescio.* Post aliquod autem temporis, factum nescientibus S. Patris discipulis, ecce plorare senex, capillos evellere, et ingemere fortiter aggreditur. Cui discipuli aiunt: Quid, Pater, habes? Respondit senex: *Magna Ecclesiæ columna cecidit hac hora, nempe juvenis ille cui obedierunt onagri: sed festinate ad illum, et quid rei accidit illi videte.* Profecti autem discipuli invenerunt monachum sedentem super storea, plorantem ac gementem pro peccato quod perpetraverat. Qui cum vidisset discipulos senis, ait illis: Rogate senem, quæso, ut mihi a Deo deprecetur decem dierum vitæ spatium, ut pœnitentiam agam. Sed ante quinque dies decessit.

Fertur S. Antonium, perculsum aliquando profunditate judiciorum Dei ejusque dispensationum, orasse atque dixisse: *Domine, quomodo hominum quidam ad senectutem perveniunt et decrepitam ætatem, alii infantes moriuntur et brevi vivunt? Et quomodo pauperes quidam sunt, alii vero divites? Et quomodo tyranni et oppressores prosperantur ac ditantur, justi vero conflictantur tribulationibus et inopia?* Cum autem diu pensitando laboraret, venit ad illum vox dicens: *Antoni, prospice tibi, et judicia Dei ne pervestiges.*

Fertur S. abbatem Antonium dixisse: *Vidi Spiritum Dei descendentem super tres personas, super abbatem Athanasium, et datus est ei patriarchatus; super abbatem Pachomium, et datus est ei primatus cœnobitarum; super abbatem Macharium, et data est ei gratia curationum.*

MONACHO QUOMODO EST PSALLENDUM.

Junior quidam monachus, D. Antonii abbatis discipulus, missus est aliquando a magistro, ut senem monachum, virtutum celebrem fama, inviseret; qui cum illum adiisset atque salutasset, ait: *Quomodo vales, Pater mi? Pessime*, respondit senior. *Cur?* junior inquit. *Quia*, subdit senior, *tricesimus agitur jam annus, ex quo sum in hoc deserto religionis ergo; tamen toto hoc tempore orationes meæ sunt contra me: nam quotidie memet ipsum orans maledico; Deum, ne misereatur mei, precor; et omnes demum preces meæ sunt mendacium ac verba inania.* Quibus attonitus verbis monachus ille junior, ait: *Quomodo hæc, Pater mi? Quia*, respondit senior, *declino a mandatis Dei, tamen psallendo dico: « Maledictus, qui declinat a mandatis tuis [48]. » Iniquitates perpetro, tum cantito: « Ne misereatis*

[48] Psal. CXVIII, 21.

Digitized by Google

omnibus, qui operantur iniquitatem [49]. » *Mendacia effutio, et oro Deum :* « *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* [50]. » *Totus sum in cibis apparandis, et gulæ crapulæque deditus, impudenter coram Deo fundo :* « *Oblitus sum comedere panem meum* [51]. » *Pigritiæ ac somno satis indulgeo, et media ferme die decanto Deo :* « *Media nocte surgebam ad confitendum tibi* [52]. » *Sedulam requiei navo operam et jucundæ vitæ, laboremque refugio ; atque psallo tum :* « *Laboravi in gemitu meo* [53]. » *Risui, lætitiæ ac omnibus mundanis illecebris impense studeo ; alta tamen intono voce :* « *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes, die ac nocte* [54]. » *Cor meum in mundanis dignitatibus et honoribus captandis totum est infixum, et media ad metam semper meditatur ; audacter nihilominus occino coram Deo :* « *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper* [55]. » *Jejuno fere nunquam aut raro, et impinguatus ac valentissimus, effutio :* « *Genua mea infirmata sunt a jejunio* [56]. » *Superbia efferor, totusque scientia instar asini utris sum inflatus, nullamque veris bonis operibus do operam, labores refugio ; supplico tamen Deum :* « *Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte mihi universa peccata mea* [57]. » *Cor meum ad divina suscipienda, exsequendaque Dei mandata nequaquam paratum est ; psallo tamen :* « *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum* [58]. » *Cum hæc ergo ita sese habeant, nonne mihi timendum est, quod frustra stadium hoc cucurrissem, delusissem veritatem, et præmii loco meritus essem suppliçia ?*

Ad hæc junior ait monachus : *Pater mi, ista de se ipso protulit David, non quidem de nobis monachis.* Cui non sine suspiriis et uberrimis lacrymis respondit senior ille : *Fili mi, certe nisi ea quæ olim vere de se ipso cecinit David, nunc nos etiam de nobis vere canamus, cum ea in nostra occinamus persona, et iisdem verbis Deum alloquamur ; mendacia effundimus, quia veritas est, ut verba respondeant factis ; atque ita orationes nostræ verba erunt inania. Imo non verba tantum inania, sed contra nos ; ac verissime illud de nobis prædicabitur ejusdem Davidis :* « *Et oratio ejus fiat in peccatum* [59]. » *Item illud sapientis Salomonis :* « *Oratio ejus erit exsecrabilis* [60]. »

[49] Psal. LVIII, 6. [50] Psal. V, 7. [51] Psal. CI, 5. [52] Psal. CXVIII, 62. [53] Psal. VI, 7. [54] Psal. XLI, 4. [55] Psal. XVIII, 15. [56] Psal. CVIII, 24. [57] Psal. XXIV, 18. [58] Psal. CVII, 2. [59] Psal. CVIII, 7. [60] Prov. XXVIII, 9.

ANNO DOMINI CCCLXVII

S. THEODORI ABBATIS

EPISTOLA AD OMNIA MONASTERIA DE PASCHA

Vide Patrologiæ Latinæ *tom. XXIII, col.* 99. — *Vita exstat in* Actis sanctorum Bolland. *ad diem* 9 *Maii.*

SS. PATRUM SERAPIONIS, MACARII, PAPHNUTII, MACARII ALTERIUS,

REGULA AD MONACHOS

Vide ejusdem Patrologiæ Latinæ *tom. CIII, col.* 433.

ALIA PATRUM REGULA AD MONACHOS

Vide ibid., col. 441.

REGULA ALIA ORIENTALIUM PATRUM

Vide ibid., col. 475.

Digitized by Google

S. ISAIAS ABBAS

NOTITIA

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth.*, t. VII, Proleg., p. VI.)

I. Isaias abbas anachoreticam vitam in Sceti duxisse traditur, dum adhuc in vivis ageret Magnus Athanasius, ut ex Ammonis episcopi epistola ad Theophilum Alexandrinum erudimur (*a*). Haud tamen compertum habemus, num iste Isaias idem fuerit cum eo qui Pæsii frater fuisse perhibetur, de quo multa Palladius (*b*). Neque item constat, an de nostro archimandrita mentio habeatur in *Apophthegmatibus Patrum* (*c*). Quæ tamen Isaiæ abbatis dicta ibidem enarrantur (*d*), viro beato de quo loquimur, rectius fortasse ascribenda quis dixerit. Ejus quoque meminit cum laude Nicephorus monachus in opusculo *De custodia cordis*, quod Possino acceptum referimus (*e*). De eo præterea mentio apud Rufinum (*f*) et Palladium (*g*). Quæ porro de nostro beato Patre a veteribus traduntur, diligenter satis excutit Tillemontius (*h*).

II. Cæterum, ut ad propositum nostrum propius accedamus, qui vitæ sanctimonia florebat Isaias, ipsum quoque præceptis institutisque fratres imbuisse qui cum eo in solitudine degebant, Joannes Antiochenus antistes posteritatis memoriæ commendavit, in oratione superius nobis laudata ubi de Macario Ægyptio verba fecimus. Ibi namque libros enumerans divinitus inspiratos, βίβλους θεοπνεύστους, quos sancti senes Scetis conscripsere, librum etiam memorat sancti Isaiæ, τοῦ ὁσίου Ἡσαΐου : qui propterea inter Ecclesiæ scriptores recensendus jure videatur.

Exstant itaque sub ejus nomine *Orationes* XXIX, quas ex codice Græco pervetustis characteribus exarato primus Latine vertit vulgavitque Venetiis anno 1574 Petrus Franciscus Zinus Veronensis. Hæ autem Orationes in varias Patrum bibliothecas deinceps illatæ. Habemus præterea ejusdem abbatis Isaiæ *Præcepta* seu *Consilia* LXVIII, *posita tironibus in monachatu*, quæ nobis servavit sanctus Benedictus Anianensis in codice Regularum Holsteniano (*i*). *Capitula* denique XIX *de religiosa exercitatione et quiete*, quæ Græce ac Latine Parisiis anno 1684 in vulgus prodierunt cura et studio Petri Possini (*j*). Quæ quidem omnia simul collecta atque in sectiones distincta, typis committenda tradidimus. Non est hic autem prætereundum, Capitula Possiniana nihil aliud esse quam excerpta ex laudatis orationibus XXIX a Zino evulgatis : quod quidem non modo editorem, sed Tillemontium etiam, Fabricium aliosque hactenus latuit. Utrobique vero ad limbum loca indicavimus : in Orationibus nimirum lectorem ad capitula remittentes, quo Græca consulere valeat; in capitulis autem ad Orationes, quo constet unde sua desumpserit consarcinator. Ex hac porro instituta collatione illud commodi emergere nemo non videt, pretium videlicet non minimum cum Zinianæ versioni, tum maxime beati Isaiæ dictis accedere ; donec earumdem Orationum textus integer aliquando in medium prodeat.

III. Interim vero pro nostri officii ratione, quæ ad Orationem XX Græca pertinent, ex *Parallelis* Damascenicis descripsimus, et vulgatæ interpretationi apposuimus. Nostra præterea interesse duximus, alia nonnulla hic proferre quibus aliquot harumce Orationum locis sive Græca restituantur, sive interpretatio reformetur. Et primum quidem in Oratione VIII (*k*) ex ms. Colbertino hanc Isaiæ sententiam in Latinis vulgatis admodum depravatam, ita describit Cotelerius (*l*) : Ἐὰν γάρ τις νηστεύει ἓξ ἓξ, καὶ ἐκδῷ ἑαυτὸν εἰς μεγάλους κόπους καὶ ἐντολὰς, ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ, πάντες οἱ κόποι αὐτοῦ μάταιοί εἰσιν. Hoc est : *Nam si quis jejunet per sex dies, et se magnis laboribus ac præceptis dedat, extra viam suam, omnes labores ejus inanes sunt.* Zinus interpres : *Quod si quis sine humilitate, vel jejuniis incumbat, vel sese vehementer affligat, vel*

(*a*) Ammon. epist. apud Bolland., tom. III Maii, pag. 357, § XXIV et Gr. in fine, p. 71.
(*b*) Pallad. *Hist. Laus.*, cap. 15 et 16, pag. 916.
(*c*) *Apophth. Patr.*, Coteler. *Mon. Eccl. Gr.*, tom. I, pag. 586, § III.
(*d*) Ibid., pag. 445 447.
(*e*) Possin. *Thes. ascet.*, pag. 417.
(*f*) Rufin. in *Vit. Patr.*, lib. II, cap. 10, pag. 358.
(*g*) Pallad. *Hist. Laus.*, cap. 55, p. 989.
(*h*) Tillem. *Mém. eccl.*, tom. VII, pag. 430, et tom. VIII, pag. 447 et 789, not. 2, *sur S. Pambon.*
(*i*) Holsten. Cod. Reg., part. I, pag. 13-22.
(*j*) Possin. *Thes. ascet.*, pag. 315-325.
(*k*) Isa. *Orat.* VIII, § 1, p. 289.
(*l*) Cotel. *Mon. Eccl. Gr.*, tom. I, pag. 801.

Digitized by Google

mandata conetur observare; ejus inanes esse labores. Quibus recitatis, *Vides*, inquit vir ille doctissimus, *quantum intersit Græcos auctores sua lingua editos habere.* Alter locus ex Isaiæ Oratione XXVI *De dictis quæ Petrus abbas discipulus ejus ex illo accepit, et litteris commendavit* (*a*), in laudato codice Colbertino, sub titulo, Θρῆνοι τοῦ ἁββᾶ Ἡσαΐου, sic se habet (*b*) : Δένδρον ποτιζόμενον καθ' ἡμέραν, πότε ξηραίνεται αὐτοῦ ἡ ῥίζα εἰς τὸ μὴ καρποφορῆσαι; Hoc est : *Arbor quæ quotidie irrigatur, quando arescit radix ejus, ut fructum non proferat?* Ita vero Zinus interpres : *Arbor quæ irrigatur, non arescit, sed fructum affert.* Observat denique idem V. C. (*c*), in Catena Corderii ad Lucæ XIV, 27 (pag. 473), hanc sententiam proferri velut Isaiæ archiepiscopi : *Qualem autem crucem dicit ut bajulemus, nisi continentiam a passionibus, donec mens illas penitus exstirpet?* Verum, inquit, quandoquidem Isaiæ abbatis Oratione XXI (*d*) ex Zini versione scriptum legitur : « *Qui non tollit crucem suam et sequitur me, non potest meus esse discipulus*[1]. » *Quam dicit, ut tollamus crucem, nisi ut mens assidue vigilet, et virtutibus incumbat? A cruce non discedit, qui vitia persequitur donec ea profliget ac superet* : nullus dubito, quin abbreviata scriptura viro docto fraudi fuerit, ut archimandritam in archiepiscopum converteret. Hæc ille : quo quidem fortasse monente, idem Corderii erratum notavit postea Fabricius (*e*).

IV. Cæterum præter duas illas ejusdem Isaiæ abbatis sententias, quas ex Joannis Damasceni *Sacris Parallelis* descriptas infra protulimus ac reliquis ejus scriptis subjecimus, quippe quæ in vulgatis codicibus non compareant; nonnullæ præterea occurrunt apud Antonium Melissam (*f*), qui a magistro suo Damasceno edoctus *Locos communes* contexuit. Quin et alia nostri beati archimandritæ opuscula etiamnum inedita exstare, præter laudatum Cotelerium (*g*), testis est locuples *Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum*, a cl. Montfauconio concinnata.

[1] Luc. XIV, 27.

(*a*) Isa. *Orat.* XXVI, § 4, pag. 316.
(*b*) Cotel. l. c., pag. 809.
(*c*) Id. l. c., pag. 808.
(*d*) Isa. *Orat.* XXI, § 4, pag. 302.
(*e*) Fabr. *Bibl. Gr.*, tom. VIII, pag. 363.
(*f*) Anton. Meliss., lib I, cap. 39, 52, 58.
(*g*) Cotel. l. c., pag. 808.

B. ISAIÆ ABBATIS ORATIONES.

ORATIO I.

Præcepta ad fratres qui cum ipso vivebant.

1. Qui mecum manere vultis, audite, quæso, per Deum. In cella quisque sua degat cum timore Dei. Opus manuum vestrarum propter Dei mandatum ne contemnatis. Curam propriam et orationem assiduam ne negligatis. Cor ab alienis cogitationibus custodite, nihil de ullo homine aut negotio hujus sæculi solliciti. Semper quærite quomodo progrediamini, et vos emendetis, cum animi dolore et lacrymis, et afflictione Deum obsecrantes, ut peccata vobis condonet, et in futurum custodiat vos, ne in eadem rursum incidatis. Mors vobis quotidie ante oculos versetur. Ea vos cura sollicitet, quomodo e corpore exeatis, quomodo potestates tenebrarum evitetis, quæ in aere vobis occurrent. Quomodo coram Deo consistatis in horrendo illo judicii die, cum pro cujusque opere et sermone et cogitatione merita præmia tribuantur. *Omnia enim sunt nuda et aperta oculis ejus*[2], cui vobis reddenda est ratio. In mensa et congregatione nihil loquamini, nisi magna urgente necessitate. Psallentem ne corrigatis, nisi quid ipse vos roget. Sua singuli hebdomada in timore Dei sic victui necessaria reliquis parent, ut ne interim propriam animi curam abjiciant. Nemo in fratris sui cellam ingrediatur. Ne curetis mutuo vos ante præfinitum tempus conspicere. Noli investigare quæ cæteri opera fecerint, neque utrum frater plus quam tu, an tu quam ille laboraris. Ad opus exeuntes, a desidia et arrogantia cavete. Et unusquisque cum timore Dei attendat sibi, et operi manuum suarum, atque meditationi et animæ suæ in abscondito. Cum dimittitur congregatio, aut a mensa consurgitis, inter vos ne divinis quidem de rebus colloquentes consideatis; sed suam quisque cellam petat, ibique lugeat peccata sua. Quod si necessitas colloquium exiget, paucissima cum humilitate et religione, tanquam Deo præsente, colloquimini. Nec ulla de re contendite, aut cuipiam detrahite, aut quemquam judicate; aut sermone, animove quempiam contemnite, aut de quoquam mali aliquid suspicamini. Nec mendacium ex ore vestro egrediatur. Nec loqui, aut audire velitis quidquam quod non expediat. Malitia in corde vestro

[2] Hebr. IV, 13.

Digitized by Google

ne resideat, neque odium, neque invidia adversus proximum.

II. Unum in ore promptum, aliud in animo clausum ne habeatis. *Deus* enim *non irridetur* [3], sed omnia tam occulta quam manifesta perspicit. Cogitationes et afflictiones et suspiciones vestras nolite abscondere, sed eas abbati vestro cunctas indicate; et quod ab ipso auditis, id cum fide percipite. Cavete, ne mandata mea negligatis, quando mecum vivere decrevistis. Si enim ea servaveritis, ego pro vobis Deo rationem reddam; sin ea non servaveritis, a vobis et de negligentia vestra, et de inertia mea ratio repetetur. Qui mandata mea custodierit, tam in occulto, quam in manifesto, Dominus Deus custodiet ipsum ab omni malo, et proteget eum in omni tentatione tam occulta, quam manifesta. Hortor vos, fratres mei, ut consideretis, cur e mundo recesseritis. Salutis vestræ curam agite, ne renuntiatio vestra inanis sit; et in conspectu Dei et sanctorum ejus, qui propter ipsum mundo renuntiaverunt afflictique sunt, erubescatis. In eo virtutem sitam existimate, si a contentionibus temperetis, si res adversas æquo animo patiamini, si humilitatem excolatis, si omnibus in rebus voluntatem propriam abnegetis, si justitiæ vestræ minime confidatis; sed peccata vestra semper ante oculos habeatis. Recreatio, mihi credite, et relaxatio, et inanis gloria omnem monachi fructum excutiunt.

ORATIO II.

De mente secundum naturam.

I. Nolo vos ignorare, fratres, Deum, cum in principio hominem fecisset, eum sensibus integris et naturæ congruentibus in paradiso collocasse. Verum postea quam audivit illum a quo deceptus fuit, omnes ejus sensus in habitum naturæ contrarium conversi sunt, et ipse e gloria sua dejectus est. At Dominus noster magna impulsus charitate misericordiam suam erga genus humanum declaravit. Verbum enim caro, id est perfectus homo factum est, omnibus in rebus nobis simile, excepto peccato [4], ut per sanctum corpus suum nos in pristinum naturæ statum revocaret. Homini enim ostendens misericordiam suam, reduxit eum in paradisum. Sic enim eos qui ejus sequi vestigia, et mandatis quæ nobis dedit obedire volunt, excitavit, ut eos vincere valeant, qui nos e gloria nostra dejecerunt. Tradidit etiam nobis sanctam Dei colendi rationem legemque puram, ut in illum naturæ statum homo revertatur in quo fuerat a Deo constitutus. Proinde qui vult illuc redire, is omnis carnis suæ amputat voluntates, ut mentem suam in statum pristinum redigat. Est desiderium naturæ conveniens, sine quo nec charitas in Deum consistit. Idcirco Daniel vocatus est *vir desideriorum* [5]. Desiderium hoc inimicus in fœdam mutavit cupiditatem, ut omnes immunditias concupiscamus. Est animi æmulatio naturæ congruens, sine qua non licet in Deum progredi. Idcirco *æmulamini*, inquit Apostolus, *dona præstantiora* [6]. Divina hæc æmulatio deflexit e statu naturali, ut mutuis nos æmulationibus et invidia et mendaciis oppugnemus.

II. Est mentis ira a naturæ ratione minime aliena, sine qua castitas homini non constat, hoc est, nisi adversus semina quæ ab inimico in nos sparguntur, irascamur: quemadmodum Phinees [7] filius Eleazar, ejusmodi ira commotus hominem simul cum femina confodit, et ira Domini a populo suo recessit. Hæc nobis ira eo conversa est, ut proximis nostris de rebus quibuslibet stultis et inutilibus irascamur. Est odium animi secundum naturam, quo Elias inventos omnes turpitudinis prophetas interfecit [7*]. Eodem et Samuel in Agag regem Amalec exarsit [8]. Sine hoc in adversarium odio, animi gloria non declaratur. Verum hoc nobis odium contra naturam conversum est, et ideo proximum odimus atque despicimus, et virtutes omnes insectamur. Est animi elatio in hostes minime naturæ contraria, quam Job cum invenisset, inimicis suis convicium fecit: *Homines*, inquiens, *sordidi et abjecti atque indigentes omni bono, quos indignos existimavi ponere cum canibus gregis mei* [9]. Hæc nos animi sublimitas defecit adversus inimicos, et humiliati sumus inimicis nostris, cum proximis autem superbe contendimus, et nos præ illis justos existimamus. Qua quidem superbia Deus nobis inimicus efficitur. Ejusmodi animi affectiones cum homine creatæ sunt, quas ille, cum ex arbore vetita comedisset, in turpia vitia commutavit. Hæc nos, fratres charissimi, ex animis nostris deleamus, et colamus ea quæ nobis in sancto corpore suo Dominus noster Jesus Christus ostendit. Sanctus ille est, et in sanctis habitat. Attendamus nobis ipsis et operam demus, ut Deo pro viribus placeamus, bonis operibus incumbentes. Omnia studia et curas nostras ponderemus, ad rectamque naturæ rationem ac normam redigamus, ut inveniamus misericordiam in die tentationis quæ orbi imminet universo [10]. Dei benignitate semper indigemus, quæ infirmitati nostræ ferat auxilium et liberet nos ab inimicis nostris: quoniam ejus est potentia, et auxilium et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO III.

Ad fratres juniores institutio.

I. Humilitas in primis est necessaria, quod in omni sermone dicendum est. Humilitate enim omnes adversarii artes superantur. Omnia quæ tibi agenda sunt diligenter expende, ut in verbis tuis constans inveniaris. Serva gravitatem in vultu; erga hospites utere mansuetudine, ut Dei timor tecum habitet. Si cum fratribus iter susceperis, ita te confirma, ut

[3] Gal. VI, 7. [4] Hebr. IV, 15. [5] Dan. IX, 23. [6] I Cor. XII, 31. [7] Num. XXV, 7, 8. [7*] III Reg. XVIII, 40. [8] I Reg. XV, 33. [9] Job XXX, 1, 2. [10] Luc. XXI, 26.

Digitized by Google

taceas. In itinere mens in varias partes ne distrahatur, sed tecum ipse meditare, aut Deo funde preces in corde tuo. Ubicunque diverteris, arrogantiam vita, et omnibus in rebus modestum ac verecundum te præbe. Ad id quod tibi appositum fuerit, sic manum extendito, tanquam edere coactus sis. Si junior es, ne audeas corpori alterius manum adhibere. Quo in loco tibi est dormiendum, pallio te atque alium ne cooperueris. Antequam te cubitum conferas, multas funde preces in corde tuo. Si de via fessus oleo paululum ungi volueris propter itineris laborem, pedes tuos tantum sic ungi permitte, ut eos retegi verearis. Totum vero corpus ungi ne permiseris, nisi necessitas aut morbus impellat. Si ad te in cella tua commorantem frater peregrinus accesserit, idem illi officium exhibeto, oleoque pedes ejus inungito, ac dicito charitatis gratia : Frater, suscipe parum olei, et corpus tuum cura. Quod si cum quiete noluerit accipere, molestus illi ne esto. At si senex erit exercitatus, coge ipsum, ut totum se ungi permittat. Si ad mensam cum fratribus junioribus discubueris, ne dixeris animo tuo, Comede : sed peccata tua tibi in mentem revoca, ne comedas cum voluptate. Manum tuam ante te solum protende. Si quid autem ante alium positum est, ad id manum injicias cave. Pallium contegat pedes tuos. Genua tua sint inter se conjuncta. Sin hospites fuerint qui vescuntur, hilari vultu necessaria illis subministra. Et cum edere desierint, dic illis iterum, ac tertio : Comedite adhuc, obsecro vos, pauxillum. Inter vescendum oculos tuos in proximum ne conjeceris, neve respexeris huc et illuc, neque verba stulta protuleris. Ad nihil quod velis manum extende, nisi prius dicas : Benedicite. Cum aquam bibis, guttur tuum ne sinas sonum edere, ut solent homines vulgares. Si in fratrum consessu pituita fuerit molesta tibi, eam in eorum conspectu ne projice, sed foras egredere, ibique te expurga. Nec corpus tuum expone, ut ab hominibus videatur. Si oscitandi te cupiditas invaserit, os clausum contine, et abs te fugiet. Ne aperueris os tuum ut rideas : est enim id animi solutioris. Si proximi tui aut vestem, aut zonam, aut cucullam, aut aliud quidpiam videris, id ne concupiscas. Neque similia tibi ipse conficiens, tuæ indulgeas cupiditati. Si librum tibi ipse compegeris, in eo ne labores exornando ; est enim vitium puerile.

II. Si aliqua in re erraveris, mendacio ne tegas errorem tuum, sed pœnitentiam agens veniam pete, et error tibi remittetur. Si quis te durius compellarit, ne extollas adversus illum cor tuum, sed operam da, ut illi satisfacias ante quam animus tuus indignetur : ira enim ex studio (1) provenit. Si aliqua in re vel jure, vel injuria ab aliquo reprehensus fueris, ne perturberis, sed pœnitentiam age, Ignosce, inquiens, mihi ; non amplius faciam. His enim rationibus studio pietatis adolescentia proficit. Cum aliquid manibus tuis operaris, in timore Dei diligentiam adhibe, ne, si negligens sis, ignorantia pecces. Cum opus aliquod discis, magistrum consule, et ne erubesce sæpius illum orare, ut pro charitate videat, rectene illud se habeat, necne. Si te in opere occupatum vocaverit frater tuus, sedulo vide quid velit ; et opere tuo intermisso, illum adjuva. Cum e mensa surgis, in cellam tuam ingredere, et precibus incumbe, nec cum illis conside qui tibi non prosunt. Quod si de Deo senes colloquantur, abbatem tuum roga, utrum tibi audiendum sit, an eundum ad cellam ; et quod ille dixerit, facito. Si te aliquo miserit, roga, ut te diverti velit ; et quæ tibi mandata det, diligenter animadverte, ne plus minusve facias. Quæ foris audiveris, ea revertens nemini dixeris. Si aures tuas custodieris, lingua tua non peccabit. Si rem aliquam vis, et eam is cum quo habitas, nollet, remitte illi voluntatem tuam, ne contentio oboriatur, neve frater tuus tristitia afficiatur.

III. Hospitio susceptus a fratre tuo, ne quid illi, ut peregrinus, præcipias, neu velis ipse præesse. In eorum sermones quibuscum habitas, ne te ut socium et parem intrudas. Si quid tibi commiserint quod ipse nolis, pugna cum voluntate tua quoad ipsam superes, ne affligas eos, et modestiam amittas tuam, et quietam ipsorum consuetudinem perturbes. Si frater quocum habitas, aliquid sibi ut prospicias, abs te petierit ; quod possis, id facito cum timore Dei. Si quod opus faciendum est, omnes qui simul vivitis, manum admovete ; nemo corpori suo parcat, ne aliorum conscientia perturbetur. Cum mane surgis, quotidie prius quam ad opus te conferas, quæ Dei sunt meditare. Cum seu sportula, seu vas, seu quid aliud faciendum est, id impigre cum diligentia facito. Si quid est quod lucrum afferat, fratrem adhibe socium, et ne invideas. Si opus est aliquod parvum, et unus alteri dixerit : Recede, frater, operare, ego solus hoc faciam ; pare : qui enim paret, is magnus est. Si ad te frater peregrinus accedit, læta ipsum facie saluta atque complectere, et quam gestat sarcinam, cum gaudio ipse suscipe. Et in ejus discessu rursum idem facito. Salutatio autem tua sit cum mansuetudine et timore Dei, ne offendatur. Cave ne illum de rebus inutilibus interroges, sed eum ad orationem invita. Et postea quam sederit, quomodo se habeat quære, et nihil amplius, sed libellum ei aliquem legendum præbe. Sin fessus fuerit de via, fac ut quiescat, et pedes ejus lava. Si verba protulerit non convenientia, mone ipsum cum charitate : Ignosce, inquiens, mihi ; infirmus sum, et isthæc ferre non possum. Si pauper est, et sordida habet vestimenta, ea tu ablue. Si vagus est et circulator, et aliquos apud te fideles habes, eum in conspectum eorum ne adducito, sed misericordiam in illum ostendito cum Dei cha-

(1) *Ex studio.* An *ex odio?*

Digitized by Google

ritate. Sin frater, et propter Deum quærit apud te hospitari, ne avertas faciem tuam ab eo, sed cum lætitia illum suscipe, et cum fidelibus qui apud te diverterunt, admitte. Si mendicus est, vacuum abs te ne dimiseris, sed benedictionem quam tibi Deus dedit aliquid impertire, ut declares ea quæ habes, non esse tua, sed dona Dei. Si frater apud te aliquid deposuerit, illud ne aperias, nisi ipse adsit. Si pretiosum aliquid inest, dic ei ut id reponat in manu tua.

IV. Si peregre proficiscens diverteris apud aliquem, et ille domo egrediatur, et te solum relinquat, oculos tuos ne sustuleris, ut, quæ ibi sunt, vasa et supellectilem aspicias. Fenestram aut arcam aut librum aperias, cave. Illum autem egredientem ora, et si aliquid tibi operis commiserit, id facito diligenter. Incognita ne laudaris. Quæ audiveris, ea nunquam certa atque perspecta ne affirmaveris. Neminem propter habitum contemne. Si vel aquam hauris, vel aliud quidpiam usui necessarium agis, ne sis negligens, sed a Deo te conspici recordare. Si in cella tua vacas precationi, cave id facias negligenter, ne, dum vis Deum honorare, eum ad iracundiam provoces; sed sta in timore Dei: ne te ipsum ad parietem inclines; ne ita statuas pedes tuos, ut in uno stes, et alterum tollas, ut stulti faciunt. Cor tuum ita confirma, ne ambules in voluntate tua, ut sacrificium tuum Deo sit gratum. Si psallitis inter vos, preces quisque suas persolvat. Si peregrinus aliquis adest, rogate illum cum charitate, ut eo ipse munere fungatur, idque illi iterum ac tertio dicite sine contentione. In hora sacrificii resiste cogitationibus, ut sensus tuos continens in amore Dei, mysteriis dignus efficiaris, et Dominus tuas curet ægritudines. Cave, ne corpus tuum in sordibus abjectum relinquens ab inani gloria seducaris. Qui junior est, corpus in omni negligat deformitate; id enim illi prodest. Qui junior est, nunquam pulchrum induat vestimentum, nisi prius ad virilem ætatem pervenerit: hac enim eget ille medicina. Ad tertium usque cyathum, si id valetudinis ratio postulat, vinum bibat. Dentes in risu nunquam aperiat. Faciem humi præ verecundia demissam teneat. Iturus cubitum zona sua præcinctus sit. Sic assuescat manus, ne intro ferantur. Multa enim habet corpus vitia, quæ perficit animus. In itinere tantum, non autem in cella sandalium ferat. Cum ambulat, manus ad zonam inter se conjunctas componat, neque illas concutiat, ut solent homines solatiores. Si cum majoribus iter facit, ne præcedat omnino. Si is qui major est, consistit, et cum aliquo loquitur, tu ne contemne, aut conside, sed tandiu sta, quoad ille quid tibi agendum sit, dicat. Si in civitatem aut vicum proficisceris, oculi tui deorsum aspiciant, ne hostes tibi in cella suscites. Peregre proficiscens ne dormias in cujusquam domo, ubi cor peccati periculum reformidet. Si aliquo in loco cibum capturus, intelligis ibidem mulierem adfuturam, ne consideas ullo modo. Satius enim est, ut eum qui te invitavit, offendas, quam ut occulte cor tuum committat adulterium. Ne vestes quidem mulierum, si fieri potest, aspicias. Si te mulier iter facientem salutaverit, responde illi in corde tuo, sed oculos humi defixos tene. Si cum seniore iter facis, sarcinam, si quæ ferenda est, ne sinas illum omnino gestare. Sin æquales estis, eam ambo vicissim gestate, ita tamen, ut semper onustus præcedat.

ORATIO IV.

Quid in itinere observandum.

I. Si, cum iter facitis, est aliquis inter vos imbecillior, sinite illum præire, ut si sedere velit, possit. Sin iterum contingit, cum juniores sitis, vobis primum ad mensam discumbendum sit, vel manus ad patinam admovenda, semel id facite, ne si ante horam accesseritis, perturbemini. Verum si quis nunc primus ingreditur, alius alias primus ingrediatur. Si de cogitationibus tuis senem interrogas, et eum ad ea quæ dixeris custodienda fidelem esse cognoveris, animum illi tuum libere patefacito. Si fratris tui peccatum audiveris, id nemini communicaris; est enim mors tua. Si de cogitationibus quibus oppugnaris, aliqui colloquantur, eos ne cures audire, ne tibi bellum excitetur. Orationi frequenter incumbe; nam animæ tuæ lux est oratio. Quotidie quæ peccaveris, cogita; etenim si pro peccatis tuis deprecaberis, Deus ea tibi condonabit. Si quis coram te loquitur adversus fratrem suum, cave taceas præ pudore, aut illi assentiaris, ne pecces adversus Deum: sed cum humilitate dic, Ignosce mihi, frater, infelix ego sum; et hæc quæ loqueris mea sunt, et ea ferre non possum. Si frater te læserit, et aliquis de illo coram te male dixerit, cor tuum custodi, ne malitia in eo renovetur; et peccatorum tuorum in Dei conspectu reminiscere, ut ignoscat tibi. Ne malum pro malo tribuas proximo tuo [11]. Si cum fratribus ignotis teque minoribus iter facis, eos ut majores honora. Quod si ad amicum tuum diverteris, eos tibi omnibus in rebus antepone, ut et in mensa prius discumbant, et prius cibis manus admoveant, ne propter te suscepti fuisse videantur, sed contra potius, eos honorans, ostende te propter illos misericordiam accepisse. Si cum fratre te in viam dederis, et amicus tibi fuerit invisendus, causam aperi fratri tuo, et dic illi tantisper ut sedeat. Quod si te amicus, ut comedas, coegerit, cave ne quid os tuum ingrediatur priusquam advoces fratrem tuum, ut simul quiescat et recreetur.

II. Si cum pluribus fratribus iter ingressus fueris, et pudore detinearis, quo minus eos tecum ducas ad amicum tuum, quia multi sint, cave, ne contemnas eos, et clam relictis illis discedas aut comedas: sed eos, quid tibi agendum sit, consule, et

[11] Rom. XII, 7.

Digitized by Google

quod ipsi dixerint, age. In via autem ne tibi ipse parcas, servilia respuens ministeria. Peregre proficiscens, si apud fratrem divertere volueris, et ille hospitio te suscipere recusarit, et is postea vel in via tibi obvius fuerit, vel ad te diverterit imprudens, eum benignius humaniusque tractato. Si quem tibi acceperis detraxisse, et aliquo in loco congrediamini, vel ad te ipse diverterit, hilarem et benignum illi pro viribus vultum ostende, neque illa, si audivisti, commemorans quære, cur ita locutus sit : nam ut in Proverbiis scriptum est : *Qui memor est injuriarum, iniquus est* [18]. Si fratres estis, et peregre proficiscentes ad fratrem pauperem divertitis, ne affligatis eum rebus necessariis, sed eas vobis emite, ut ei quoque satis sint, hospitioque ac tecto contenti estote quod invenistis. Si senes aliquos tibi notos inviseris, et tecum fuerint alii senibus ignoti, ne colloquaris tu cum senibus in conspectu ipsorum, sed sinas eos loqui. Si fratres tecum habitant, eorum curam gere diligenter, sciens te pro ipsis Deo rationem redditurum. Si propter Deum aliquem in locum secesseris, ne commercium ineas cum incolis illius loci, neve cum illis sermones conferas; satius enim forte sit tibi cum illis esse qui sanguine tibi conjuncti sunt. Si in montem ascenderis, ut fratres in monasteriis invisas, apud quem diverteris maneas, neque ad alium discedas, nisi prius roges eum, utrum velit an non. Quod si noluerit, ne relinquas illum, nisi cum tibi est abeundum. Si cellam in qua degas, acceperis, multos tibi amicos ne asciveris, unus tibi sit satis propter infirmitatem, et successus tui fructum ne amittas.

III. Si pauperi benefeceris, ne voces illum ad opus, ne beneficium perdas quod in eum contulisti. Si in monasterium tibi ignotum introieris, ubi tibi manere permittetur; ibi mane neque aliam in cellam ingredere, nisi accersaris. Si propinquos reliquisti, ut propter Deum in solitudine degeres, eorum te desiderio capi ne permiseris. Si te in cella commorantem patris aut matris commiseratio stimulaverit, aut fratris sororisve recordatio, aut misericordia filiorum, aut uxoris desiderium ; tibi ante oculos pone extremum vitæ diem atque judicii, in quo tibi eorum nemo laturus est auxilium, et eos te reliquisse minime pœnitebit. Si in cella tua sedens memineris alicujus a quo fueris affectus injuria, surge, et ex toto corde tuo Deum, ut illi ignoscat, deprecare, et ultionis abs te fugiet cogitatio. Si ad percipiendam mysteriorum communionem accedis, omnes tuas cogitationes observa, ne in judicium eam percipias. Si noctu consuetudinis imaginatione tentaris, custodi cor tuum, ne interdiu consideret, qualis ea corporum fuerit imaginatio, atque ita ea cogitatione coinquineris, Deumque provoces ad indignationem, sed supplex ante illum procumbe in toto corde tuo, et auxiliabitur tibi : misericors est enim in hominum infirmitate. Si vacas exercitationi, ea cor tuum ne innitatur atque confidat, sed cogitationi tuæ dicas, Deus per corporis afflictionem audiet miseriam meam. Si quis te affecerit contumelia, ne respondeas illi, sed tacitus tecum ipse considera, an vera sint quæ audis; et si vera sunt, pœnitentiam age, et Deus miserebitur tui. Si cum fratribus iter faciens, aliquem inter eos nactus fueris, quem in Deo diligas, ne liberius cum illo cæteris videntibus colloquaris, ne forte sit inter ipsos infirmus quispiam qui zelo moriatur; et tu peccatum ejus sustineas, quoniam ei peccandi occasionem obtulisti. Cum ad aliquos divertis, ne exspectes, ut ab illis cum gaudio suscipiaris; at si te susceperint, Deo gratias agas. Si te in cella quieti vacantem morbus invaserit, ne concidas animo, sed age gratias Deo. Si cor senseris consternatum, dic illi : Nonne morbus hic levior tibi est quam gehenna, in quam, nisi te patienter constanterque geris, introibis? atque ita conquiescet. Si apud fratres diverteris, et eorum aliquis dixerit : Hic ego quietem non reperio, habitare tecum volo; tu id ei ne permiseris, ne reliquis sis offendiculo. Sin dixerit : Ob rem occultam moritur anima mea, ei da locum, ut inde abeat; sed apud te manere ne permittas.

IV. Cum in cella tua quietem et silentium colis, in cibo modum aliquem serva, ut corpus habeat quæ necessaria sunt, et ibi in divino cultu possit inservire. Nihil autem, seu bonum seu malum sit, comede cum delectatione et gustus voluptate. Si necessitas coget, fratres aut cœnobium invisas, corpori tuo nihil quod ei jucundum sit tribuas ad saturitatem, ut libentius ad cellulam revertatur, nec te prodat. Si dæmones suaserint animo tuo ut te supra vires exerceas tuas, eos ne audieris : solent enim hominem ad ea quæ præstare non potest, incitare, ut in manus eorum incidat, et ipsi gaudeant. Semel in die comede, et corpori quod ei necessarium est tribue, ut in exercitio tuo pio durare queas. Vigiliæ prudenter vaca, nec quietem necessariam corpori nega, sed cum mansuetudine et considerate pietatis studium complectere, ne nimia vigilia animus perturbetur et e stadio fugiat. Noctis dimidium pio satis est exercitio, dimidium alterum corporis quieti concedatur. Binas antequam cubitum eas, orando, psallendoque horas consume. Postea quiesce, et cum te Dominus excitaverit, precationibus diligenter incumbe. Si corpus tuum pigrum videris, illi dicito : Vis ad breve tempus torpere, et mox projici in tenebras exteriores? Si te paululum excitabis, robur et vires advenient. Ne ineas cum illis hominibus amicitiam, qui tibi sunt aliorum etiam hominum familiaritatem conciliaturi, ne tibi nimia celebritas detrimentum afferat. Si in monasterio es, et servum habes, in quem imperium exerceas, habitum afficis contumelia; sin eum ut fratrem diligis, in

[18] Prov. xii, 16.

Digitized by Google

Deum peccas nisi eum manumittis, ut liber discedat. Quod si velit monachus fieri, ipse viderit; tu quidem ne permiseris ut tecum maneat, id enim non expedit animæ tuæ.

V. Si in loco celebri corpus tuum affligis, et idcirco te homines æmulantur et honorant, eum relinque, et alio proficiscere, ne labor tuus inanis efficiatur. Quod si inanem gloriam subegisti, ne attendas quid homines dicant aut faciant, sed omnia refer ad Dei munificentiam. Si mundo renuntiasti, tibi nihil omnino reserva. Si te vagandi cupiditas invaserit, corpus in opere manuum tuarum affligere vehementius, ut in cellula tua cum mansuetudine conquiescas, et comedas panem tuum. Si ut opera tua vendas, ad urbem proficisceris, ne de pretio contendas, ut solent homines sæculares, sed ea vende cum simplicitate, ne cellæ tuæ fructum amittas. Si cogit necessitas ut aliquid emas aliquando, eme sine contentione; ne dicas : Non emam, nisi tanti; sed da quod petitur, si habes; si non habes, cum silentio discede. Quod si te cogitatio stimulaverit, dicito : Omnino jam factus sum sicut omnes sancti, qui tentati fuerunt in paupertate, donec eorum propositum fidele Deus invenit, et eduxit eos in latitudinem. Si apud te frater aliquid deposuerit, et eo tibi sit opus, illud nisi prius fratrem rogaveris, ne contingito. Si te aliquo proficiscentem oraverit frater, sibi ut aliquid emas, si tibi id emere potes, eme et illi. Sin autem cum aliis vivis, id præter eorum sententiam ne feceris, ne tuos offendas contubernales. Si qua necessitate coactus in patriam proficisceris, custodi te ab his qui sanguine tibi conjuncti sunt, ne liberius cum ipsis verseris, sermonemve conferas. Si quid tibi frater commodaverit, ne illud negligas, sed integrum celeriter reddas. Si instrumentum est aliquod operi necessarium, simul ac opus confeceris, redde. Quod si abs te fuerit confractum aut corruptum, refice, aut aliud melius restitue. Si quid commodaveris, aut mutuo dederis fratri tuo pauperi, quod ille nequeat reddere, ne affligas eum, acerbeve exigas, seu pecunia, seu vestis, seu quid aliud sit, quod ei dedisti.

VI. Si aliquem in locum ad habitandum te contuleris, et cellam acceperis, et ædificando sumptum feceris, eamque postea reliqueris, et post aliquod tempus revertens in ea fratrem habitantem inveneris, ne expellas eum, sed aliam tibi cellam quæras, ne in Deum pecces. Quod si sponte sua velit discedere, innocens eris. Quæ autem in cella tua reliquisti, si forte ab eo consumpta sunt, ne requiras. Si a cella tua migraveris, quæ in ea sunt usui necessaria, ne tecum exportato, sed fratri pauperi relinquito; et Deus tibi ubicunque vixeris, providebit. Cogitationes quæ te oppugnant, omnes seniori patefacere ne erubescas, si vis levationis solatium invenire: dæmones enim non nisi ex homine qui cogitationes suas tegit, seu malæ, seu bonæ sint, gaudium percipiunt. Cave diligenter, cum ad communionem accedis, ne quid malitiæ habeas cum fratre tuo; sic enim te ipsum decipis. Si verba Scripturæ tibi patefiunt, ut ea possis ad allegoriam transferre, id facito. Sed cave, ne litteram destruas, neve sensui tuo magis credas, quam sanctæ Scripturæ; id enim superbiæ est argumentum. Si frater tuus verbis deceptus hæreticorum, a recta fide per imprudentiam discesserit, ad eamque rursus resipiscens revertatur, eum tu ne despexeris; ignorantia enim aberravit. Cave, ne defendendæ quidem fidei causa cum hæreticis colloquaris, ne forte sermones ipsorum animo tuo virus infundant. Si librum inveneris qui esse dicatur hæreticorum, cave ne illum legas, ne veneno mortifero cor tuum impleat, sed in ea doctrina quam in Ecclesia sancta didicisti, ita persiste, ut ei nihil addas, nihil detrahas. Abhorre a falsi nominis scientia, quæ sanæ doctrinæ, ut inquit Apostolus [13], adversatur. Si junior es et corpus tuum nondum in servitutem redegisti, audis autem eximias patrum virtutes, ad illas ne ita contendas, ut eas te in otio et quiete consequi posse confidas. Nisi enim illas colueris, non assequeris. Quod si colueris, sponte ad te ipsæ venient.

VII. Ab inertia fuge, quantum potes; hæc enim monachi fructum disperdit. Si cum animi perturbationibus et vitiis pugnas, ne defice, sed te ipsum prosterne coram Deo : Non possum, inquiens in toto corde tuo, per me resistere; tu mihi misero, Domine, fer auxilium : et superabis. Si tibi in cellula commoranti semina turpitudinis in corde tuo sparsa fuerint, totis viribus contende, ne coalescant, atque imperent tibi. Considera Deum esse præsentem, cujus oculis pateant ea quæ in corde loqueris. Sic igitur animam tuam alloquere : Si tui similes erubescis peccatores, metuisque ne videant flagitia tua, quanto magis Deum vereri debes, cui sunt omnia manifesta? Ex hac consideratione timor Dei in anima excitatur; cui si innitaris, adversus perturbationes immobilis permanebis. Scriptum est enim : *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion : non commovebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem* [14]. Si in exercitatione ita resistis tentationi, ut frangi debilitarique videatur ac retrocedere, ne triumphet cor tuum, aut extollatur; dæmones enim fugientes insidias struunt, et prælium priori periculosius parant, post civitatem copias in insidiis locant, jubentque, ne prodeant, nisi cum eos fugientes cor tuum persequens insolescat; tum vero consurgant, ut anima infelix circumventa nullum perfugium habeat. Perfugium igitur et propugnaculum tuum sit, ut in toto corde tuo supplex ad Deum accedas, et opem ejus implores, et liberabit te ex omnibus impugnationibus inimici. Si Deum precaris ut te liberet a tentatione, et non exaudiris, ne

[13] I Tim. VI, 20; I, 10. [14] Psal. CXXIV, 1, 2.

Digitized by Google

despondeas animum; novit enim magis quam tu, quid expediat tibi. Ne dixeris igitur : Hoc mihi da, aut aufer illud a me; sed ita precare : Domine Jesu Christe, adjuva me; ne sinas me peccare adversus te. A recta via deflexi, ne permittas me sequi voluntatem meam; ne patiaris me perire in peccatis meis; miserere creaturæ, ne despicias me, quia infirmus sum; ne derelinquas me, *quoniam ad te confugi* [15] : *medere animæ meæ, quia peccavi tibi* [16]. *In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me* [17]. Et non est ad quem confugiam, nisi ad te, Domine. Salva me, quæso, Domine, per misericordiam tuam. *Confundantur omnes et erubescant*, qui insurgunt adversus me, *qui quærunt animam meam, ut perdant illam* [18]. Tu, Domine, potes omnia, et per te est gloria Deo et Patri, et Spiritui sancto in sæcula sæculorum. Amen. Tunc conscientia tua clam loquetur in corde tuo, et causam aperiet, quamobrem te non exaudiat Deus. Tuum igitur jam erit quod illa dixerit, id non negligere, sed facere diligenter. Fieri enim non potest, si Deum homo audit, quin Deus hominem exaudiat. Neque enim est procul ab homine. Sed voluntates nostræ ei contrariæ non permittunt ut ille nos audiat. Nemo te decipiat. Quemadmodum enim sine semine et aqua non potest ager ex se fructum ferre : sic homo sine afflictione atque humilitate ferre fructum non valet.

VIII. In Dei timore, fratres charissimi, maneamus, et virtutes excolentes nullum conscientiæ nostræ offendiculum præbeamus, sed nobismet ipsis attendamus in timore Dei, donec ipsa quoque nobiscum libera sit, atque ita conjuncta, ut nobis deinceps custos sit, ostendatque a quibus caveamus. Quod si ei parere noluerimus, nos derelinquet ac deseret, et incidemus in manus inimicorum nostrorum, qui nostri postea non miserebuntur, quemadmodum docuit nos Dominus : *Esto*, inquiens, *cum adversario tuo consentiens, dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversarius judici, et judex tradat te ministro, et in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exibis inde, donec reddas novissimum quadrantem* [19]. Adversaria dicitur conscientia, quoniam homini cupienti facere carnis voluntatem, adversatur. Quæ quidem adversaria, nisi cum ea homo consentiat, tradit eum inimicis ipsius. Idcirco Oseas commiserans Ephraim, dicebat : *Oppressit adversarium suum, et conculcavit judicium. Quæsivit Ægyptum, et vi ductus est ad Assyrios* [20]. Ægyptum quærit, qui carnis vult facere voluntatem. Vi autem ducitur ad Assyrios, cum vel volens, vel invitus inimicis servit. Operam demus, fratres charissimi, ne in manus voluntatis nostræ secundum carnem incidamus, ne captivos nos in Assyriam ducat; nos autem acerba illa verba audiamus : *Venit rex Assyriorum in terram Israel, et captivos duxit Ephraim et Israel in Assyrios; et posuit eos juxta Eleam et Enamor fluvios Chuzam; et sunt illic usque ad præsentem diem. Tunc misit Assyriorum rex e populis suis, qui habitaret in terra Israel, et suum sibi quisque sculptile confecit, et adoravit illud, et ecce illic sunt usque ad hodiernum diem* [21]. Hæc Ephraim contigerunt, quia oppressit adversarium suum, et judicium conculcavit.

IX. Considerate, charissimi, quid eis acciderit qui voluntatibus suis malis indulserunt, et propriam conscientiam conculcarunt. Ne æmulemur eos, dilectissimi, sed omnes potius sanctos imitemur, qui ad mortem usque peccato non obtemperarunt, sed sanctæ suæ conscientiæ paruerunt, et regni cœlestis hæreditatem acceperunt. Eorum enim quisque ætate sua perfectus fuit charitate. Et nomina ipsorum nulla unquam delebit oblivio. Figuram dilecti Jacob suscipiamus, qui parentibus suis secundum Deum in omnibus obedivit. Qui, accepta benedictione, voluit in Mesopotamiam proficisci, ut sibi filios illic procrearet. Neque enim filios gignere voluit ex filiabus Chananæorum, qui cum parentibus suis contenderant. Tunc suscepto baculo et olei lenticula, venit in locum Bethel, quod significat *domum Dei*, et ibi dormivit. viditque noctu secundum quietem figuram scalæ de cœlo in terram usque pertingentis, et angelos Dei per eam ascendentes ac descendentes; Dominus autem et scalæ innitebatur [22]. Hæc figura demonstrat illi qui Deo incipit inservire, in principio quidem virtutum speciem apparere, quas nisi diligenter excoluerit, ad Deum non poterit pervenire. Surrexit autem Jacob, et fœdus cum Deo percussit, ut esset servus ejus, et confirmavit eum Deus, *Ego*, inquiens, *ero tecum et te custodiam* [23]. Tunc in Mesopotamiam profectus, ut ibi uxorem duceret, cum Rachel vidisset filiam avunculi sui, dilexit eam, et septem annos servivit propter illam. Quanquam non prius ei data fuit, quam Liam uxorem acciperet. Et Rachel erat sterilis. Mesopotamia nomen ex eo sortita est, quod sit inter duos fluvios sita, nempe inter Tigrim et Euphratem. Prior labitur e regione Assyriorum, alter initium non habet, sed dicitur fluens in latitudine. Tigris est *discretio*, Euphrates autem *humilitas*. Lia corporis laborum typum gerit; Rachel autem veræ contemplationis. Hæc homini contingunt in Mesopotamia commoranti, ut cum discretione labores corporeos suscipiat, quibus hostes Assyrios vincat, et cum humilitate ad veram contemplationem perveniat.

X. Cæterum Rachel filios non genuit, antequam pareret Lia, et Jacob ipse serviret. Ex quo intelligimus hominem, nisi prius labores in excolendis virtutibus protulerit, non posse ad veræ perfectionis libertatem aspirare. Uxores erant ambæ quidem Jacob, sed ille magis Rachel quam Liam diligebat; quoniam *Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie*

[15] Psal. CXLII, 9. [16] Psal. XL, 5. [17] Psal. LXVIII, 21. [18] Psal. XXXIX, 15. [19] Matth. V, 25, 26. [20] Osee VII, 11. [21] IV Reg. XVII, 6, 24, 25. [22] Gen. XXVIII, 1 sqq. [23] ibid. 15.

Digitized by Google

et venusta aspectu [24]. Prioris uxoris oculi lippi significant hominem dum in corporis laboribus occupatur, nondum veram contemplationem intueri. Intermittendi sunt igitur. Quamvis enim paulum cessaverint, dabitur tamen ad illos reditus. Præbebit enim viro suo Lia Zelpham ancillam, atque ita rursum liberos tollet; vocabitque nomen filii, Aser, quod est *divitiæ*. Porro cum parere desierit Lia, tunc Deus recordabitur Rachel. Cum igitur labores corporis sensus edomuerint, et a perturbationibus liberaverint, tunc vera contemplatio aperit animo gloriam. Ac tametsi filii Liæ Jacob erant auxilio, tamen maxime omnium Joseph diligebat. Id est, quamvis corporis labores ab inimico hominem defendant, tamen vera contemplatio conjungit illum cum Deo. Posteaquam vidit Joseph, reverti voluit ad parentes suos, cum utique sibi cum natum aspexisset, qui rex foret inter fratres suos. Cum autem dicit torrentem Jacob omnes suas copias trajecisse, solumque remansisse, et benedictionis gaudium percepisse, dicente Domino : *Non erit tibi nomen Jacob, sed Israel* [25], Jacob appellatus est, quoniam supplantavit, quoad benedictione dignus effectus est, et sensus suos servavit, qui erant in manu inimici. Posteaquam igitur liberati sunt, vocatus est Israel, hoc est *mens Deum videns*. Etenim cum eo pervenerit mens, ut Divinitatis gloriam videat, metuitur ab inimico. Quamvis igitur veniat in occursum ejus Esau cum acerbitate, humilitas Jacob exstinguit malitiam ipsius, nec ab eo amplius oppugnatur. Quod si adhuc sæviat inimicus, projicit in conspectu Dei. Et cum ille magnam videat gloriam quam accepit, ei vim afferre non potest. Deus enim illi opitulatur, sicut scriptum est : *Revertere in terram generationis tuæ, et ero tecum* [26]. Postea venit in Salem, et emit ibi agrum, et ædificavit altare Deo. Salem est *pax*. Cum enim homo bellum evaserit, in quo defendit eum Deus, venit ad pacem, et duodecim lapidibus altare constituit, et offert super illo ex laboribus servitutis quam in Mesopotamia servivit, in possessione quam possedit in terra promissionis.

XI. Talis fuit et dilectus Deo Moses, cum eduxit populum ex Ægypto, eumque de manu Pharaonis liberavit, trajecitque Rubrum mare et omnium hostium suorum mortem conspexit, et misit Josue ut perderet Amalec. Ipse vero in montis vertice constitit; et manus ejus ab Aaron et Or sustinebantur, ne ex crucis specie in qua erant constitutæ, deciderent. Et reversus est Josue cum gaudio, deleto Amalec. Tunc super monte duodecim lapidibus *altare construxit, et monti nomen imposuit, Dominus refugium meum* [27], quia manu occulta pugnavit Deus cum Amalec. Amalec significat *acediam*. Si enim cœperit homo ex voluntatibus suis effugere, et ad Deum confugerit, acedia in primis cum invadit, A conaturque ad pristina peccata reducere : sed illam repellit assidua cum Deo familiaritas, quam temperantia gignit, temperantiam porro corporis afflictio parit. Illis rationibus Israel liberatur. Et tunc homo gratias agit Deo : Ego, inquiens, infirmus sum et imbecillus, sed tu adjutor meus a generatione in generationem. Talis fuit et magnus propheta Elias, qui omnes turpitudinis prophetas sibi adversantes delere non potuit prius quam duodecim lapidibus altare construeret, et lignis congestis aquam infunderet, et sanctum sacrificium imponeret [28]. Et ignis divinus consumpsit altare, et quæ super altari erant posita. Tunc fiduciam sumpsit contra adversarios suos, et cum eos ad internecionem usque delevisset, gratias egit Deo : Tu, inquiens, in his omnibus es. Scriptum est B enim eum inter genua sua faciem posuisse. Nisi enim mens diligenter inter sensus suos sit constituta, et sobria castaque vigilet assidue, æternam non assequitur felicitatem, quæ hanc illi gloriam affert. Et si minister Eliæ prospiciat, et nullum ex septem vitiis consurgere videat, tunc cernit parvam nubem instar hominis ex mari aquam afferentem : quod Spiritum sanctum significat in animo nostro conquiescentem. In hoc enim sita est felicitas, ut nostra virtutis studia integra atque perpetua sint, et ne revertamur ad ea, quorum veniam impetravimus. Si enim labores ac studia nostra Deo fuerint accepta, adversarii nostri non poterunt consistere. Cum enim viderint voluntati ipsorum a nobis non C obtemperari, tunc per se dissolventur. *Invocate*, inquit, *nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Domini Dei mei; et quicunque audiverit in igne, is erit Dominus Deus* [29]. Quamvis animis nostris dæmones suggerant tentationes, eas tamen nobis invitis ad exitum perducere nequeunt. Omnes illi quidem vires conferunt suas ; sed eos non audit homo Dei, quoniam ab illis abhorret cor ipsius, quo in Dei voluntate requiescit. *Invocate*, inquit, *nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Dei mei*. Quod illi frustra fecerunt.

XII. Hæc ad utilitatem nostram scripta sunt, ut sequamur eorum vestigia, qui virtutum studio ad felicitatem contenderunt. Confugiebant illi ad auxilium Dei, in eoque spes suas omnes collocabant, ni- D hil viribus propriis confidentes. Et divina protectio fuit eis in civitatem munitam. Sciebant enim se sine Dei præsidio nihil posse. Dicebant cum humilitate illa Davidis verba : *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam* [30]. Si enim viderit Deus animum sibi omnino esse subjectum, neque in alio spem habere, confirmat eum, dicens : *Ne timeas, fili mi Jacob; puer Israel, ne timeas, quoniam liberavi te, et vocavi nomen tuum ; meus es tu. Et si per aquam transieris, tecum sum, et fluvii te non intercludent. Et a*

[24] Gen. xxix, 17. [25] Gen. xxxii, 28. [26] Gen. xxxi, 3. [27] Exod. xvii, 15. [28] III Reg. xviii, 40 seqq. [29] Ibid. 24. [30] Psal. cxxvi, 1, 2.

Digitized by Google

per ignem transieris, non combureris : flamma enim non exuret te : quia ego Dominus Deus tuus Sanctus Israel, salvans te [31]. Hanc vocem animus si audierit, audet adversus inimicos. *Quis est,* inquiens, *oppugnator meus? appropinquet mihi. Ecce Deus adjutor meus : quis mihi nocebit? Ecce vos omnes sicut vestimentum inveterascetis, et tanquam vellera a tinea corrodemini* [32]. Utinam inveniat nos Deus cum illis, qui humilitate sunt præditi, et ab ea servantur incolumes ab omnibus jaculis inimici, per gratiam Dei, cujus est potentia, et gloria, et imperium in sæcula sæculorum! Amen.

ORATIO V.

Quæ observanda sunt iis qui simul in pace habitare cupiunt.

1. Si simul iter feceritis, attendite, si quis inter vos sit imbecillior, et ejus rationem habete, si vel paulum sedere velit, aut aliquid ante præscriptam horam gustare. Si ad opus faciendum proficiscimini, sibi quisque attendat, non autem fratri suo. Ne quis alterum docere audeat, aut ei quidquam præcipere. Si intra cellam opus aliquod facitis, permittite, ut quisque faciat arbitratu suo. Sin aliquis dixerit : Obsecro vos, me ut doceatis, neque enim scio; qui inter vos peritus est, ne reluctetur, aut scire ne neget. Hæc enim non est humilitas secundum Deum. Si videris fratrem tuum opus aliquod facientem, ne dixeris eum errare, aut nihil agere. Quod si ipse te rogaverit, ut se doceas, tu vero id non feceris, sed tacueris, ostendis in te non esse Dei charitatem, sed nequitiam. Si frater tuus edulia haud ita bene coxerit, ne dixeris eum male coxisse; id enim mors est animæ tuæ : sed considera, quam molestum et grave tibi fuisset, si quis in te ea verba pronuntiasset, et quiesces. Inter psallendum si quis in aliquo verbo erraverit, ne statim eum corrigas atque perturbes. Sed si verbum præterierit, ne sit tibi curæ. Sin rogaverit, ut corrigas, amanter id facito. Si quid in mensa fuerit, a quo fratrum aliquis abhorreat, ne dicat eo se vesci non posse, sed ad mortem usque sibi ipse vim afferat, et Deus illum consolabitur. Si opus aliquod simul facitis, et aliquis vestrum animo pusillo desistendum ab illo suaserit, eum ne reprehendatis, sed pariter gaudete. Si fratres aliqui ad vos diverterint, eos de rebus inutilibus ne interrogetis, alioquin apud vos relinquent servitutem. Quod si quispiam ex illis sibi temperare nequiverit, quo minus alicui vestrum dicat aliquid inutile et perniciosum; is qui illud audiverit, reliquis fratribus ne aperiat rem, ne venenum mortiferum animos eorum interimat. Si te peregre proficisci necessitas coegerit, ne perconteris quidquam, quod tibi prodesse nequeat, ut ad cellulam tuam incolumis revertare. Quod si vel invitus aliquid ejusmodi audiveris, in domum reversus ne fratribus nuntiaris. Si hospes in aliena regione versaris, quemcunque in locum veneris, nihil arroganter aut facias aut dicas, ut ex modestia taciturnitateque tua incolæ fructum percipiant. Infirmi enim propter cordis imbecillitatem facile offenduntur, quia non perspiciunt peccata sua.

II. Divinum auxilium et spes, mansuetudo et bona conscientia, et propriæ voluntatis omnibus in rebus abnegatio, sunt humilitatis indicia. Arrogantia vero, et contentio, et sui ipsius existimatio, fratrisque despectio, et cum quis eo propter se afflicto ac perturbato, dicit : Quid ad me? Quid mihi negotii cum illo est? hæc omnia cordis duritiam declarant. Si te opus faciente, frater in cellam tuam ingrediatur, cave ne animum tuum ea occupet cogitatio, ut te plus quam illum laborasse putes. Si cum fratre imbecilliore opus facis, ne contendas, ut plus quam ille fecisse videare. Si commune aliquod opus efficitis, sic in illud totis viribus incumbe, ut quid tu, quid frater tuus in hebdomada laboraverit, scire non cures; ineptum est enim id quærere. Si ad opus faciendum cum fratribus proficisceris, ne cupias, ut sciant te omnium maxime laborasse : opus enim quod homo facit in occulto, perspicit Deus [33]. Si quid tibi frater responderit acerbius, id cum lætitia suscipe. Si enim recto Dei judicio cogitationes tuas examinaris, te peccasse animadvertes. Si cum fratribus habitas, et animus te stimulat, ut restrictius vivas; dic animo tuo : Frater hic infirmus est dominus meus. Quod si temperantius omnino vivere decrevisti, cellulam tibi selige separatim, et noli fratrem tuum infirmum affligere. Si frater aliquis peregrinus quem vitio aliquo laborare acceperitis, apud vos diverterit, ne exploretis eum verbis, nisi vitium ejus sese apparuerit, sed cavete, ne quid faciatis quod si frater rescierit, affligatur. Si qua re tibi opus est, ne succenseas fratri tuo, quod eam tibi sponte non commodarit; sed cum fiducia et simplicitate roga illum, ut rem tibi necessariam tribuat. Hæc enim in corde est castitas sancta; nam si id illi non patefeceris, sed in corde tuo cum murmure succensueris, judicium tibi ipse constituis. Si inter vos inciderit sermo de aliquo Scripturæ loco, cui locus ille notus est, is eum fratri suo modeste benigneque declaret. Ea namque Scripturæ maxima cognitio est, ut te humilem præbeas fratri tuo. Considera judicium illud, ad quod sistendus es, et operam da, ne mutus ibi deprehendaris, nec ullam in illa hora formidanda defensionem invenias.

III. Quæ mundi sunt, ne curiosius inquiratis; ne latrinis similes sitis, ad quas homines accedunt, ut ventris onera deponant, atque ita fetore sunt plenæ. Sed estote potius templa et altaria Dei in sanctitate, ubi mane et vesperi thymiama adoleatur. Nunquam altare hoc sit sine thymiamate. Semper estote in conspectu Dei obsecrantes eum, et gratias agentes cum simplicitate et sinceritate, ut a vobis accipiat Deus ea quæ calliditati et sapientiæ dæmo-

[31] Isa. XLIII, 1-3. [32] Isa. L 8, 9. [33] Matth. VI, 4 6, 18.

Digitized by Google

niacæ, et curiositati, et nimio amori sui ipsius cordisque malitiæ sunt contraria. Illis enim qui sunt obstricti, frustra laborant, et finis eorum interitus; qui vero Deum timet, et conscientiam audit, ab his omnibus abhorrebit. At paterfamilias abest, miser homo domum constructam habet super voluntate sua, et loquitur quæ non vult in se ipso, quoniam non habet cor in potestate sua, sed in manu inimici. Si ad opus exire vultis, unus alterum ne despiciat, neque relinquat fratrem suum, ut in cella a conscientia stimuletur. Sed eum amanter sic alloquatur: Vis ut exeamus? Quod si fratrem suum eo tempore minus quietum aspexerit, aut corpore invalidum, ne contendat tunc esse discedendum, sed paululum differat, et cum charitate ad cellulam revertatur. Cavete, ne ulla in re fratribus vestris adversemini, ne eos perturbetis. Si quis cum patre aut fratre suo habitat spirituali, nullum cum externis commercium habeat: hæc enim est pax et subjectio. Si cum patre aut fratre tuo habitas, ne ineas clam amicitiam cum aliquo, neque occulte litteras ad aliquem scribas, quod eos quibuscum vivis, velis ignorare; alioquin et te ipsum et illos perdes. Si cum superiore te habitas, noli clam et eò inscio pauperi benefacere. Noli post factum petere consilium, sed de iis quæ te in præsentia stimulant consule; sive de migratione cogitas, sive opus discere cupis aut intermittere, aut cum aliquibus discedere, audacter consilium pete, antequam rem ipsam aggrediare. Aperi ægritudinem animi tui, aut corporis morbos, aut eorum causas, atque ita aperi, non ut integer, sed ut vulneratus videare, si vis vulneris medicamentum accipere. Quod si cogitationes tuas patefacis, ne simules, neve rem unam pro alia dicas, aut tanquam de alio consulas, sed veritatem prome, atque ita te ipsum para, ut quæ tibi dicentur, efficias; alioqui non senes quos consulis, sed te ipsum decipies.

IV. Si a senibus consilium petis adversus tentationum impugnationes, ne audias eos, qui tibi plura quam senes intus loquuntur. Sed Deum ora, ut tecum faciat misericordiam suam, senesque moneat, ut tibi, quæ ipsi grata sunt, consulant. Tum quæ tibi senes dixerint, facito, et Deus te consolabitur. Si cum fratribus habitas, et quietem non invenis, vel propter opera, vel propter vincula; vel quia onus ferre non potes, vel propter acediam, vel quia jugum sustinere non vales, vel quia facere voluntatem tuam non potes, vel quia suppetunt res necessariæ, vel quia se veriore te disciplina cupis adstringere et vehementius castigare, seu quavis alia de causa te animus movet ut egrediaris, cave ne temere id facias, neu jugum excutias, et exeas cum tristitia, aut occulte fugias cum afflictione, immemor fraternitatis, cum offensio intercedit, et malitiæ velamen obtendas, sed potius pacis et tranquillitatis tempus observa, ut animus tuus, ubicunque fueris, conquiescat. Tibi ipsi culpam ascribe, non autem fratribus quibuscum vixisti. Ne audieris inimicum suadentem, ut simules te a fratribus affectum injuria a quibus beneficium accepisti, quo fugias infamiam et eorum ignominia contegas tuam, atque ita servus inimici fias ubicunque vixeris. Si te aliquo contuleris ad habitandum, haud ita cito cellam incolendam tibi ipse constituas, nisi prius loci naturas consideres, ne forte illic offendiculum reperias, vel propter sollicitudinem, vel propter cujuspiam conspectum, vel propter gloriam, vel propter laboris magnitudinem, vel propter offensionem amicorum, quanquam si sapiens fueris, paucis diebus omnia cognosces, unde tibi aut mors, aut vita sit proventura.

V. Si fratri cellam tuam dies aliquot ad habitandum concesseris, noli eum tibi subditum existimare. Si cellam alterius ipse diebus aliquot ad habitandum acceperis, nihil in ea diruas, aut ædifices sine ejus licentia qui eam tibi commodavit. Si cum aliquo vel habitas vel peregre proficisceris, et ab eo mandatum accipis; cave propter Deum, ne contemnas, neve aut clam aut palam ab ipso mandato recedas. Si tibi ipse in cellula tua præscripsisti, ut vel statuta aliqua hora comedas, vel a cibo aliquo abstineas, cave ne cum peregre proficisceris, in mensa cuipiam dicas: Ignosce mihi, hoc ego cibo non vescor. Sic enim vanitas tua labores tuos in manus inimicorum tuorum excuteret. Dominus enim jubet, ut in occulto hæc faciamus, quod Pater noster nobis reddat in manifesto [84]. Qui opera sua diligit, ea servet, ne pereant. Si in eodem vivitis contubernio, et cum opus aliquod intus, aut foris facitis, frater tuus vocat te; ne dixeris: Paulisper exspecta, dum opus absolvam, sed statim obtempera. Cum opus aliquod simul facitis, si erratum alicujus animadverteris, ne illud ad alios deferas, aut in ore tuo sit, ut fratribus dicat; id enim est mors animæ tuæ. Si tecum fratres habitaverint, cum laborando sunt fessi, ante solidam edendi horam, fac ut cibum capiant, et quiescant. Dei judicio utere, non autem tuo. Quidquid agis, Deum tibi ante oculos propone. Si aliquo ad habitandum concesseris, vel solus, vel cum illis qui erant illic ante te, et videris ibi artificem, aut opera quæ detrimentum afferant, aut monacho minus convenientia, ne patefeceris os tuum ad reprehendendum; sed si quietem non invenis, alio proficiscere, et linguam cohibe, ne maledicas; id enim tibi mors est. Si infirmus es, et ad vitia proclivis, ne permittas ut cogitationes suas pravas tibi tanquam fideli quispiam communicet; ea enim res animæ tuæ est perniciosa. Si inter vos oriatur sermo qui risum moveat, cavete ne vocem vestram sinatis exaudiri; ibi enim solutior est risus ubi non est disciplina, nec timor Dei, nec interior animi custodia.

VI. Quoniam ira divina in diebus nostris invasit orbem terrarum, nolite terreri, si quid horrendum audiveritis; sed ita vobiscum considerate: Quid

[84] Matth. vi, 4, 6, 18.

Digitized by Google

sunt hæc, si cum illis conferantur in quæ propter peccata nostra, nisi resipuerimus, incidemus? Diligite inter vos propter Deum. Si hæc in simplicitate servaveritis, cum gaudio pervenietis ad requiem Filii Dei : sin ab his recesseritis, frustra hic laborabitis; et cum e corpore exibitis, ad supplicium æternum, ut Scripturæ testantur, rapiemini. Ob hæc enim quæ commemoravimus, venit Dominus noster Jesus Christus. Verum cordis nostri duritia nos excæcat, quia nostræ obsequimur voluntati, eamque præponimus ipsi Deo. Neque enim eum diligimus, sed nostras voluptates. Et hæc vobis coactus sum scribere, quia priora non fuerunt satis. Diligite igitur inter vos, et nolite in cordibus vestris incircumcisis permanere. Pauculos istos vitæ dies recte transigite cum humilitate, et pace, et patientia, propriam amputantes voluntatem in charitate. Quod si hæc non observatis, sed est inter vos zelus, et lis, et contentio, et superbia, et indignatio, et suspicio, et inobedientia; male tempus consumitis, et sine dubio in æterna supplicia, cum hinc discesseritis, incurretis. Diligite igitur fratres vestros in charitate sancta, et linguam vestram custodite, ne temere verba pronuntiet, quibus nos offendatis. Potest autem Dominus Deus noster gratiam nobis elargiri, ut bona opera facientes misericordiam ejus consequamur cum omnibus sanctis qui ei placuerunt : quoniam ipsius est gloria, et honor, adoratio nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VI.

Qui honestam quietem amplecti volunt, eos esse curiosos non oportere, neque omissa peccatorum suorum consideratione, tempus in rebus inutilibus consumere.

I. Qui cum curiositate scrutatur Scripturas, inimicitias invenit et contentionem ; at qui luget peccata sua, pacem reperit et tranquillitatem. Monachus qui residet in cella sua, et, posthabita peccatorum suorum consideratione, curiosus est in scrutanda Scriptura, in errore versatur. Quisquis antequam se ipsum possideat, quæstiunculis vacat, quod sic aut sic loquatur Scriptura, is curiositatis vitio laborat. Qui autem vigilat, ne a peccatis capiatur, is se supplicem assidue projicit in conspectu Dei. Qui similitudinem in Deo quærit, maledicit Deo. Qui Deum venerari studet, in timore ejus sanctitatem amplectitur. Qui Dei verba custodit et servat, is Deum cognoscit. Quæ Dei sublimia sunt ne quæsieris, dum ejus auxilium imploras, ut veniat et servet te a peccato. Dei munera sponte veniunt, si locum purum castumque repererint. Qui propria nititur cognitione, et suam sequitur voluntatem, is in se fovet inimicitias, et ab eo spiritu esse non potest, qui cordis parit compunctionem. Qui videt verba Scripturæ, et servat ea proprio sensu A obstinateque contendit sic illa esse intelligenda, is gloriam Dei et divitias ejus ignorat. Qui autem ea sic inspicit, ut dicat : Non novi, homo enim sum ; et dat gloriam Deo, in eo Dei divitiæ inhabitant. Cogitationes tuas noli quibuslibet aperire, sed patribus tantum tuis, ne tristitiam contrahas in corde tuo. Os tuum custodi, ut proximus tuus in honore sit apud te. Erudi linguam tuam in Dei sermonibus, et mendacium fugiet a te. Humanæ gloriæ cupiditas mendacium parit. At humilitatis studium Dei timorem in corde majorem efficit. Eorum qui in mundo gloria sunt insignes, amicitiam noli concupiscere, ne Dei gloriam exstinguas in corde tuo. Si quis detrahit fratri suo, et eum calumniatur, et malitiam ostendit, ei ne patefacias aures tuas, ne te ea B quæ nolis, comprehendant.

II. Simplicitas et humilis de se opinio cor integrum et purum a malo conservat. Qui callide ambulat cum fratre suo, animi tristitiam non effugiet. Qui unum in corde, aliud in lingua promptum habet, sacrificia ejus sunt vana. Cum ejusmodi hominibus noli versari, ne veneno ipsorum conspergare. Cum probis et sanctis hominibus ambula, ut eorum probitatis et sanctitatis particeps fias. Odium in animo serves adversus neminem, alioquin labores tuos irritos inanesque reddes. Cor tuum erga omnes sit integrum atque benevolum, ut Dei pacem in te reperias. Quemadmodum virus in totum illius corpus diffunditur, qui morsus est a scorpione, et ad cor usque pertransit; sic quem odium C occupat, veneno perfunditur, et animus ejus ab eo vulneratur. Quisquis igitur studet, ne labores et opera sua celeriter pereant, in scorpionem a se procul avertet, id est odium atque improbitatem. A qua quidem peste liberet nos benignitas Domini nostri Jesu Christi, cujus est gloria et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VII.

De virtutibus.

I. Tres sunt virtutes (2) quæ menti semper prospiciunt, eique sunt necessariæ: impetus secundum naturam, et fortitudo, et diligentia. Tres sunt virD tutes, quas si mens secum viderit, se proxime ad felicitatem credit accessisse : unum ab alio discernere, omnia ante tempus prævidere, et nullis externis rebus commoveri. Tres sunt virtutes, quæ menti lucem præbent assidue: non nosse cujuscunque hominis malitiam, et benefacere iis a quibus affecti sumus injuria, et ferre quæcunque accidunt sine perturbatione. Hæ tres virtutes, tres alias pariunt se ipsis majores : non nosse hominis malitiam, benevolentiam gignit ; benefacere illis a quibus afficimur injuria, pacem generat ; ferre sine perturbatione quæcunque accidunt, parit mansuetudinem.

(2) *Tres sunt virtutes — humilitas.* Græcum loci hujus textum habes infra inter *Capitula* ejusdem abbatis Isaiæ a Possino evulgata, scilicet cap. 1-4.

Digitized by Google

Quatuor sunt virtutes, quæ sanctam animam reddunt : taciturnitas, observatio mandatorum, paupertas et humilitas. Quatuor hisce virtutibus mens semper indiget : Deo assidue supplicare, sese prosternere in conspectu Dei, neminem judicare, surdum esse adversus obstrepentes perturbationes. Quatuor animam virtutes muniunt, et ab hostium terrore faciunt respirare : misericordia, mansuetudo, longanimitas et injuriarum oblivio. Quatuor virtutes adolescentiam adjuvant apud Deum : assidua meditatio, et diligentia, et vigilantia, et humilis de se existimatio. Quatuor sunt quæ animum contaminant : versari in civitate, nec oculos custodire, mulierum uti familiaritate, eorum qui in mundo gloriosi sunt amicitiam sequi, et illorum qui sanguine nobis conjuncti sunt, diligere consuetudinem. Quatuor sunt, quibus in corpore libido concitatur : somnus usque ad satietatem, ciborum copia, facetiarum urbanitas, et deliciæ vestimentorum. Quatuor sunt, quæ menti tenebras offundunt : odium proximi, et contemptus, et æmulatio, atque suspicio. Quatuor sunt quibus anima deserta redditur : transitus de loco in locum, negotiorum occupatio, rerum terrenarum amor et avaritia. Quatuor sunt quibus ad iracundiam incitamur : cum non assequimur concupita, cum propriam amplectimur voluntatem, cum docendi munus accipimus, et nos prudentes existimamus. Tria sunt, quæ virtutes omnes conservant, sed paratu sunt difficilia : cordis compunctio, luctus propter peccata, et assidua mortis meditatio. Tria sunt quæ animæ dominantur, antequam ad magnam mensuram perveniat, et hæc in mente non sinunt habitare virtutes : captivitas, pigritia et oblivio. Pugnat enim cum homine oblivio, et conatur opprimere omnes ejus bonas cogitationes, atque ita malorum omnium affert occasionem, et quotidie destruit ea quæ ab homine ædificantur.

II. Cernis opera novi hominis et veteris. Qui diligit animam suam, ne perdat eam, servat ea quæ sunt hominis novi. At qui in hoc exiguo vitæ spatio requiem quærit, ea quæ sunt veteris hominis amplectitur, sed perdit animam suam. Nam Dominus noster Jesus Christus novum in corpore suo hominem ostendens, dicebat : *Qui amat animam suam, perdet eam ; qui autem perdiderit eam propter me, inveniet illam* [34]. Ipse enim est Dominus pacis, et per ipsum medius inimicitiæ paries dirutus est [35] ; et : *Non veni*, inquit, *mittere pacem, sed gladium* [36] ; et rursum : *Veni mittere ignem in terram, et quid volo nisi ut accendatur* [37] ? Hic est ignis ille divinitatis ejus, qui in animis eorum qui sanctam ipsius doctrinam secuti sunt, exarsit. Tunc invenerunt gladium spiritus, et omnes carnis voluptates amputarunt. Et postea dedit eis gaudium, dicens : *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* [38].

A Ecce qui studuerunt animas suas liberare, voluntates proprias circumcidentes, oves ejus sanctæ ad sacrificium facti sunt. Et cum apparuerit in gloria divinitatis suæ, vocabit eos ad dexteram suam : *Venite*, inquiens, *benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare* [39], et quæ sequuntur. Ecce qui animas suas in hoc brevi vitæ curriculo perdunt, quomodo eas inveniunt in tempore necessitatis, et præmia longe majora percipient, quam exspectarant. Qui autem propriis voluntatibus indulgentes, servant animas suas in hoc sæculo peccatis obnoxio, seque divitiarum suarum vanitate defendunt, neque observant mandata Dei, sed perpetuo se in hoc sæculo victuros putant ; in die B judicii, cæcitatis suæ turpitudinem agnoscent, et fient hædi maledicti, et formidandam exaudient judicis sententiam dicentis : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare* [40], et reliqua. Tunc os illis obstruetur, et quod respondeant, non habebunt. Nam et si dixerint : *Domine, quando te vidimus esurientem, et non ministravimus tibi* [41] ? ita refellentur : *Qui bene fecit uni ex his qui in me credunt, mihi fecit* [42].

III. Exploremus singuli nosmetipsos, charissimi, et consideremus, utrum mandata ejus pro viribus observaverimus, necne. Debitores enim sumus omnes, ut ea pro viribus observemus, parvus pro exC guitate sua, et magnus pro sua magnitudine. Etenim qui in gazophylacium munera conferebant, erant divites : attamen duobus viduæ minutis magis gavisus est Dominus, qui animi nostri propositum intuetur [43]. Nullum in cordibus nostris inertia locum inveniat, ne invidia nos separet a Deo. Sed ministeria nostra pro viribus exsequamur. Quemadmodum enim misericordiam suam in archisynagogi filiam ostendit, eam in vitam revocans ; et sicut misertus est illius mulieris, quæ sanguinis fluxum patiebatur, quæque antequam Christum cognosceret omnes facultates suas in medicos consumpserat ; et quemadmodum curavit puerum centurionis, qui in se crediderat ; et quemadmodum Chananæam miseratus est in ejus filiæ curatione, et Lazarum amicum D suum in vitam revocavit : sic unicum pauperis viduæ filium lacrymis ejus commotus suscitavit : et quemadmodum Mariam quæ pedes ejus unguento unxit, et lacrymis abstersit, non est aspernatus : ita nec peccatricem pedes suos unguento ungentem contempsit. Et quemadmodum Petrum et Joannem e navicula ipsorum vocavit, *Sequimini*, inquiens, *me* [44] ; sic et Matthæum in telonio sedentem vocavit. Et quemadmodum lavit pedes discipulorum, sic lavit et Judam sine ullo discrimine. Et quemadmodum super apostolos venit Spiritus Paracletus, sic et super Cornelium venit. Et quemadmodum propter Paulum

[34] Matth. x, 39. [35] Ephes. II, 14. [36] Matth. x, 34 [37] Luc. XII, 49. [38] Joan. XIV, 27. [39] Matth. XXV, 34 sqq. [40] ibid. 41. [41] ibid. 44. [42] ibid. 45. [43] Marc. XII, 41-45 ; Luc. XXI, 1-3. [44] Matth. IV, 19.

Digitized by Google

Ananiæ opera usus est Damasci : *Quoniam*, inquiens, *vas electionis est mihi* [45]; sic in Samaria propter eunuchum Æthiopem usus est opera Philippi. Nulla enim in conspectu ejus est acceptio personarum, nulla inter parvum et magnum, nulla inter pauperem et divitem differentia. Animi propositum respicit, et fidem erga se et mandatorum suorum observationem, et dilectionem erga omnes. Hoc est enim animi signum et nota, cum e corpore discesserit. *In hoc*, inquit, *cognoscent omnes vos meos esse discipulos, si dilectionem habueritis inter vos* [46].

IV. Hanc dilectionis notam quibus impressam viderint adversarii, ab illis cum timore discedent : at omnes angelorum cœtus illis congratulabuntur. Totis igitur viribus operam demus, fratres charissimi, ut eam consequamur, ne adversarii nostri nos expugnent. *Non potest*, inquit Dominus, *civitas abscondi supra montem posita* [47]. Quo de monte loquitur, nisi de sermone suo, cum ait : *Qui diligit me, mandata mea servabit* [48]? In hoc studium diligenter incumbamus, ut ejus sermonem servemus. Et labores nostri erunt veluti civitas fortis ac munita, quæ nos, quoad ipsi occurremus, custodiet ab omnibus inimicis nostris. Hac enim fiducia si erimus muniti, omnes inimici ejus per montem sermonis ipsius dissipabuntur. Hoc ex monte lapis sine manibus excisus statuam ex auro et argento, et ære, ac ferro conflatam confregit. *Induite vos*, inquit Apostolus, *armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum sæculi hujus, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus* [49]. Quatuor hos principatus indicat quadruplex illa statua, quam lapis, hoc est, Dei verbum confregit, ut scriptum est [50], et in montem magnum evasit, et terram implevit universam. In montem hunc fugiamus, fratres charissimi, ut sit nobis perfugium servetque nos a quatuor istis improbis dominationibus, percipiamusque etiam nos gaudium cum omnibus sanctis ejus, qui ad eum congregantur ex quatuor terminis terræ. Pro suis enim quisque operibus propriam audiet beatitudinem. Porro sanctum ejus nomen potens est, si nobiscum sit, ut corroboret nos ad opus ipsius, nec sinat nos decipi ab inimico, sed custodiat nos atque muniat, ut possimus quæcunque nobis acciderint, sustinere, misericordiamque reperire cum illis qui digni facti sunt ut vera beatitudine fruerentur. Ipsi Deo Patri, et Filio, et Spiritui sancto gloria, et honor, et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VIII.

Beati Isaiæ abbatis apophthegmata.

1. Video me (3) aliquando, inquit abbas Isaias, tanquam equum sine rectore oberrantem, quem qui invenit insidet ei, ac rursus dimissum ab illo, alius apprehendit atque conscendit. Alias autem similis sum, inquit, homini, quem inimici comprehensum ac vinctum in cœni lacum conjecerunt. Qui si clamaverit ad dominum suum, verberatur ab eis, ut taceat. Item similis, inquit, sum passeri, cujus pes laqueo vinctus sit; qui dum solutum se existimans volatu extollitur, laqueo retinetur. Nemo enim est, qui non ad extremum usque spiritum aliqua prematur sollicitudine. Idem, si quid, inquit, alicui mutuo dedisti, nec illud repetis, Jesu naturam imitaris; si repetis, naturam Adæ; sin fenus exigis, perversum ejusdem morem. Si quis te reprehendit propter rem aliquam quam vel fecisti vel non fecisti : si taces, Jesu te similem præbes; sin respondes : Quid, inquiens, feci? non amplius ei similis es. At si par pari refers, es omnino dissimilis. Si tuum aufers sacrificium cum humilitate, tanquam sis indignus, gratum est apud Deum; quod si extollaris in corde tuo, et recorderis alterius dormientis aut negligentis, tuus inanis est labor. Dicere solitus erat, humilitatem nec linguam habere, qua de aliquo tanquam negligente, aut superbo loqueretur; neque oculos, quibus aliorum errata perspiceret; neque aures, quibus ea quæ animæ suæ non prodessent, audiret; nihil denique habere negotii, nisi cum peccatis suis. Illi enim cum omnibus pacem esse, non amicitiæ gratia, sed propter mandatum Dei. Quod si quis sine humilitate, vel jejuniis incumbat, vel sese vehementer affligat, vel mandata conetur observare; ejus inanes esse labores. Si quis, inquit, instrumentum possidet, et illud quo tempore necessarium est, non inveniat, frustra possidet. Talis est, qui se timere Deum asserit; et cum tempus adest, ut Dei timorem ostendat, quo vel ab iracundia, arrogantia, vel ambitione, aut alio vitio cohibeatur, Dei timorem non reperit, hujus omnia studia sunt inania.

II. Dominus noster Jesus Christus non prius in crucem ascendit, quam omnes humanas curaret infirmitates, ut quo consilio humanitatem imbuerat, declararet. Antequam enim ipse veniret in carne, homo erat cæcus, et mutus, et surdus, et paralyticus, et leprosus, et claudus, et in omnibus vitiis naturæ contrariis mortuus : at postea quam, humana pro nobis peregrinatione suscepta, misericordiam suam ostendit, mortuum suscitavit, claudum fecit ambulare, et cæcum aspicere, et mutum loqui, et surdum audire, et novum hominem constituit, ab omni liberum infirmitate. Porro in crucem sublatus duos secum latrones assumpsit, quorum is qui a dextris ipsius erat, laudabat eum, ac precabatur : *Memento*, inquiens, *mei, Domine, cum veneris in regnum tuum* [51]. Alter autem, qui a si-

[45] Act. IX, 15. [46] Joan. XIII, 35. [47] Matth. V, 15. [48] Joan. XIV, 23. [49] Ephes. VI, 11, 12. [50] Dan. II, 34, 35. [51] Luc. XXIII, 42.

(3) *Video me.... conscendit.* Hic locus Græce exstat infra cap. 5, ex iis quæ vulgavit Possinus.

Digitized by Google

nistris erat, eum maledictis insectabatur. Mens antequam e negligentia resipiscat, cum inimico est : at si Dominus noster Jesus Christus illam e negligentia suscitarit, eique dederit ut omnia queat dijudicare, tum poterit in crucem ascendere. Quod si inimico calumniante ad negligentiam redierit, fiet id quod de duobus latronibus dictum est, quos Dominus noster Jesus Christus a mutua benevolentia separavit, quorum unus blasphemabat eum, alter autem ita precatus est, ut meruerit audire : *Hodie mecum eris in paradiso* [83]. Hic est ille latro qui paradisum etiam furatus est, et comedit de ligno vitæ.

III. Idem rursus de sancta communione dicebat, ejus esse munus, ut nos conjungat atque uniat cum Deo. Quod cum ita sit : Ubi est, inquit, ista conjunctio? ab ira aut æmulatione, aut odio, aut ambitione, aut inani gloria, aut aliis vitiis superati longe absumus a Deo. Idem : Cum oramus, inquit, et aliqua ex perturbationibus ejusmodi viget in corde nostro, inanis est noster labor, et minime gratus ipsi Deo. Cur igitur, respondit quidam e senibus, eo tempore [83*] non inhabenter respondit : Cum pluit super terram in qua semen est, germinat : quod si non habeat semen, non germinat. Studeat igitur quisque mala semina ejicere de corde suo, ne exoriantur. Deus hominem vult omnibus in rebus esse similem sui. Ideo venit in mundum et passus est, ut naturam hominis pravam immutaret, et voluntates nostras abscinderet, et falsam cognitionem quæ nostros animos occupat, expelleret. Cætera enim animalia naturam propriam conservarunt; homo vero mutavit naturam suam. Quamobrem quemadmodum jumenta homini subjecta sunt, sic quisque debet esse subjectus proximo suo propter Deum. Idcirco enim Dominus venit. Vide, quanto jumenta præstent hominibus, qui scientia sua innituntur. Si ad naturam meam redire voluero, quemadmodum jumenta patent alienæ voluntati; sic mihi faciendum erit, non solum cum familiaribus, sed etiam cum adversariis meis. Hæc est enim voluntas Dei. Qui cellulæ suæ quiete vult frui, et ab inimico non superari, ab hominum recedat consuetudine, ne quemquam vituperet aut laudet aut beatum putet, neve justitiam suam prædicet aut quempiam offendat, sed sibi ipse attendat, nec inimici aculeum cogitationis relinquat in corde suo. Noli mentem tuam ignorantibus aperire, nec voluntatem tuam imprudentibus patefacere. Nosce te ipsum, et quæ tibi perniciosa sunt, cave. Qui propria confisus justitia voluntatem amplectitur suam, nec hostis insidias effugere potest, nec quietem invenire, nec quæ sibi desunt intelligere, nec cum e corpore discedit, misericordiam assequi. Hæc rerum omnium summa, ut spes tuas omnes in Deo positas habeas, ad eumque toto corde ac viribus tuis confugias, et erga omnes misericors sis, atque peccata lugeas tua, Deique auxilium ac misericordiam implores.

IV. Quod autem attinet ad docendos proximos mandata Dei, unde, inquit, ego scire possum me Deo gratum esse, ut hoc aut illud alteri faciendum præscribere audeam, cum adhuc ipse defleam peccata mea? Qui enim aliquando lapsus est, lugere debet, nec tutus est, antequam se veniam novit impetrasse. Homo quidem peccat; Deus autem misereturi. Cor tuum securum esse non potest, priusquam accedas ad judicium Dei. Quod si cupis intelligere, utrum tibi peccata condonata sint, illud magnum est argumentum, si nihil ex illis amplius est reliquum in corde tuo. At si vivunt adhuc, et memoria commoventur, neque tu id admodum curas, malum est signum. Luge igitur, et dole ac contremisce, donec a Deo misericordiam impetres. Si quis a te doceri vult, nec tamen facit ea quæ studiose illi præcipis, sed subinde revertitur idem flagitans, declina ab eo. Docet omnes Deus qui audire volunt. Quis docuit Cain et Abel, ut hoc facerent, ab eo abstinerent, cum lex adhuc scripta non esset? Frustra discendo laborat homo, qui Deum magistrum non habet. Si quis verba pronuntiat inutilia, audire noli, ne perdat animam tuam. Quod si ea re offenditur, ne sit tibi curæ. Dic : Animus meus hæc ferre non potest, omitte ea, obsecro; neque enim major ego sum primo illo homine, quem manibus suis formavit Deus, et pravis colloquiis corruptus est. Fuge igitur, et noli audire; sed ita fuge, ut quæ dicuntur, penitus obliviscare : nam si quid memoria tua residere permiseris, illud dæmones minime negligent, sed occident animam tuam.

V. Idem : Quantum, inquit, video, lucrum, et honor, et otium ad mortem usque hominem oppugnant. Qui alios docendi sibi munus arrogat, lædit animam suam, et dum proximum corrigere profitetur atque ejus domum ædificare, sibi ipse ruinam atque interitum struit. Cave ne peccando coinquines innocentiam quam in baptismate accepisti. Etenim sive pecces in corpus tuum, sive te furto obstringas, sive cupidius aliquid intuearis, sive clam quidpiam degustes, timens ne te aliquis aspiciat, sive quid elegantius aut pretiosius occulte possideas, Dei Filium afficis contumelia. Tantine sunt hæc, quidam inquit, o Pater! Cui ille respondit : Quemadmodum qui defosso pariete pecuniam subripuit, a diabolo deceptus est; sic et is qui hoc facit; nam qui illum vicit, vincit et hunc; et qui parvis in rebus vincitur, in magnis etiam superatur. Si quis, inquit, virtutes magnas fecerit et curationes, et omnem scientiam habuerit et mortuos suscitaverit, et afflixerit corpus suum, viderit autem aliquem in peccatis omnibus versantem, eumque despexerit, ea nihil ei proderunt, quia Christi mem-

[83] Luc. XXIII, 43. [83*] Locus mutilus.

Digitized by Google

bra contemnit, eaque ipse judicat, nec relinquit judicio Dei.

VI. Dicebat nos omnes esse tanquam in medici officina, in qua hic oculis, ille manibus, alius fistula, alius alio morbo laborat: cumque sint quædam vulnera jam curata, tamen nisi a cibis contrariis temperes, recrudescunt; sic qui pœnitentiæ incumbit, cum alium judicat aut contemnit, animæ suæ renovat ægritudinem. Suus igitur cuique curandus est morbus; sua cuique lugenda peccata, non autem alii despiciendi. Væ illi animæ, quæ non abhorret ab omni peccato! Cum esset populus Israel in Ægypto, abunde edebant et bibebant, sed premebantur Pharaonis servitute; at cum Deus illis misit auxilium per Mosem, ut a servitute liberarentur, tunc laboribus afflicti sunt, nec prius Moyses confisus est, quamvis Pharao variis plagis afficeretur, quam tempus illud advenit, cum Deus dixit illi: *Adhuc una restat plaga, et mox Pharao dimittet populum meum. Interficiam enim omne primogenitum. Et dixit Deus ad Mosem: Dices omni plebi, ut postulet vir ab amico suo, et mulier e vicina sua vasa argentea et aurea, vestemque plurimam* [83]. Dicebat igitur se a senioribus audivisse vasa argentea, et aurea, ac vestem sensus significare, qui inimico deserviunt. Quos homo nisi ab inimico extorserit, feceritque ut fructum afferant Deo, ad veram quietem pervenire non potest. Tabernaculum non obumbravit Deus, quoad imperfectum fuit, sed cum esset absolutum, tunc illud obumbravit. Sic et templum nebula non obumbravit, quandiu illi quidquam defuit; at ubi perfectum fuit, oblata sunt holocausta, et odoratus est Deus odorem suavitatis. Nisi homo ex totis viribus suis et ex tota mente sua Deum dilexerit, eique toto corde conjunctus fuerit, super eum Deus non requiescit. Si mens, inquit, antequam sensus domet, velit in crucem conscendere, provocat iram Dei. Rem enim viribus suis majorem aggreditur. Si malæ te cogitationes coinquinant, tu autem non doles in corde tuo, sed foves ea unde proficiscuntur, veterem Adam imitaris. Si in illud studium incumbis, ut peccatum superes, te ipsum affligens, et omnes removens occasiones, et Dei opem implorans: Tua, inquiens, Domine, est misericordia, ut liberes me; ego enim sine auxilio tuo manus inimicorum meorum effugere nequeo; si hæc facis, et diligenter operam das ne offendas eos qui in te secundum Deum erudiunt, Jesu naturam imitaris. Et ipse custodiet te ab omni malo. Quoniam ejus est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO IX.

Ad eos qui mundo renuntiarunt.

I. Si mundo renuntiasti, teque Deo per pœnitentiam addixisti, ne sinas ea te affligi (4) cognitione, quasi veterum peccatorum veniam non impetraris. Neque rursum ejus mandata contemnas, et ad eadem peccata revertaris. Ad mortem usque serva divina mandata, et ea nunquam despice. Cum mulieribus cibum ne capias, nec tibi cum junioribus familiaritas intercedat. Eodem in lectulo cum nemine dormias. Te ipsum quoque dum solus es, dum induis, aut exuis, reverere. Si urget necessitas, ad tertium utrumque vini poculum bibe. Mensuram hanc amicitiæ gratia transilias cave. Eum ne incolas locum, ubi peccando Deum offendisti. Orationis studium noli remittere, ne incidas in manus inimicorum tuorum. Psalmorum incumbe meditationi; ea enim te in innocentia continebit. Corporis afflictiones amplectere, et vitia reprimentur. Ne qua in re tibi placeas cave. Peccata tua assidue defle. A mendacio abhorre; expellet enim abs te timorem Dei. Cogitationes tuas in omnium conspectu ne retexeris, ne proximo tuo sis offendiculo. Aperi cogitationes tuas patribus tuis, ut gratia Dei te protegat. In opere et labore manus tuas exerce, et timor Dei tecum habitabit. Si fratris tui peccatum videris non ad mortem [84], eum ne despexeris, ne incidas in manus inimici tui. Eorum (5) quæ admisisti memoria ne delectare, ne renoventur in te peccata tua.

II. Humilitatem amplectere, et proteget te a peccatis tuis. Noli esse contentiosus, ne omnis in te habitet improbitas. Ne sis apud temetipsum prudens, ne incidas in manus inimicorum tuorum. Cor tuum inclina, ut libenter obediat Patribus tuis; et gratia Dei habitabit in te. Linguam tuam assuefacito ut dicat: Da mihi veniam, ignosce mihi; et humilitas ad te veniet. Dum resides in cella tua, his tribus assidue vaca, orationi, meditationi et labori manuum tuarum. Ita vive, ut si diem agas quotidie ultimum, et non peccabis. Ventri (6) noli indulgere, ne pristina in te peccata renoventur. In omni loco atque opere desidiam vita, ne te inimici vis opprimat. Quæ Dei sunt assidue meditare, et Deus in te requiescet. Quemadmodum domus extra civitatem diruta, fit locus fetidus: sic anima pigri monachi vitiorum fit domicilium. Orationi cum lacrymis incumbe, ut Dei misericordia veterem hominem peccatis onustum exuat. Labor (7), et paupertas, et hospitalitas, et afflictio, et silentium pariunt humilitatem. Humilitas vero veniam impetrat omnium peccatorum. Potest autem Domini et Dei nostri benignitas nos ita corroborare, ut voluntatem ipsius agnoscentes ac facientes, misericordiam inveniamus cum omnibus sanctis qui mandatis ejus obtemperarunt. Amen.

[83] Exod. xi, 1, 2. [84] I Joan. v, 16.

(4) *Cognitione.* An *cogitatione?*
(5) *Eorum*, etc. Græca habes infra l. c., cap. 6.
(6) *Ventri*, etc. Græca infra l. c., cap. 7.
(7) *Labor*, etc. Græca infra l. c., cap. 8.

Digitized by Google

ORATIO X.

Ejusdem argumenti.

Sancto Petro apostolo Deus ostendit, nullum debere communem aut immundum hominem existimari [55]. Cujus mundum est cor, is omnes homines mundos existimat; at qui vitiis cor habet inquinatum, is neminem mundum putat, sed sui similes omnes arbitratur: quod si quis dixerit aliquem esse virum bonum, statim irascitur in corde suo. Cavete igitur ne quempiam aut aperte aut in animo vestro vituperetis. Quanto se quisque negligentius explorat, tanto se judicat amiciorem Dei. At qui studet se a vitiis et perturbationibus expurgare, erubescit in cœlum tollere oculos suos in conspectu Dei: se enim perspicit ab illo abesse quam longissime. Homo quidam duos servos habebat, et misit eos in agrum suum, ut meterent triticum, jussitque, ut septena singuli una die jugera meterent. Alter ipsorum totis viribus operam dedit, ut domini faceret imperata; sed tamen opus explere non potuit, quoniam vires ipsius superabat; alter autem otio se dedit. Ecquis, secum ipse inquiens, tantum opus uno die queat perficere? Jussa igitur negligens, illa afficiebatur sollicitudine, sed modo dormiens, modo oscitans, modo sese vertens, ut ostium vertitur in cardine suo, diem temere consumpsit. Cum autem vesper advenisset, ad dominum reversi sunt. Qui cum servi diligentis laborem intellexisset, licet totum ab eo non esset opus perfectum, tamen hominem laudavit; alterum autem, ut inertem ac desidem contemptorem domo sua male multatum extrudi jussit. Nos item in omni opere et afflictione naviter ac totis viribus laboremus; et Deus nos sine dubio suscipiet cum sanctis suis. Debet homo preces assidue fundere in conspectu Dei magna cum humilitate cordis et corporis afflictione, nec ullo in opere suo sibi placere, nec humanis laudibus extolli, aut vituperationibus deprimi, sed frequenter peccatorum suorum recordari. Sic enim cor ab inimicis suis requiescet. Nullum verbum acerbum exeat ab ore tuo. Neminem coram laudes, aut usquam vituperes. Omnes animæ fores, id est sensus, diligenter occlude atque custodi, ne per illas aut evagetur, aut mundi verba ad eam perferantur. Beatus qui continenter luget peccata sua. Amen.

ORATIO XI.

De grano sinapis.

Magnum in exiguo sinapis grano mysterium continetur, quemadmodum Patres dixerunt, ideoque ad nostram doctrinam scriptum est: *Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo; quod omnium est seminum minimum; cum autem creverit, majus est omnibus oleribus; et fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, et habitent in ramis ejus* [56]. Hæc cum ita se habeant, consentaneum est ut hujus granuli facultates imitemur. Cum enim illud ex omnibus seminibus dicat esse minimum, ostendit humilitatem nobis esse complectendam, ut mansuetudine et patientia nobis omnes homines anteponamus. Rubor in eo verecundiam significat et castitatem, ut nullum in carne nostra dedecus admittamus. Acris in eo vis indicat odium adversus vitia et mundi vanitates. Quod autem vis ejus non patet, nisi tractetur et conteratur, demonstrat nihil virtutem prodesse, nisi labore atque usu et exercitatione actio prodeat et consequatur. Valet etiam ad corpora condienda, ne putrescant aut fœteant. Hoc igitur granulo quod regno cœlorum est simile, quod Christus est, voluntates nostras solutas ac mortuas conspergamus, ne putrescant et vermibus scateant. Idcirco enim Dominus Jesus factus est homo, ne solliciti simus, ne mundi curis distrahamur, sed ipsum pro viribus imitemur. Ad hujus granuli normam nos exploremus, videamus utrum illi cordis humilitate, animi mansuetudine, charitatis ardore similes simus. Ipse autem Dominus Jesus nos misericordia sua confirmet, ut voluntati ejus pareamus, quoniam ejus est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XII.

De vino.

1. Vini et naturæ hominis mysterium sic intelligitur. Debemus cor nostrum integrum cum omni sanctitate servare, si volumus, ut in eo Deus cum lætitia degat. Dolium nisi undique sit pice illitum, et nullas habeat rimas, vinum non potest continere; cor nisi humilitate et castitate muniatur, et nullas habeat vitiorum rimas, Dei non potest esse domicilium. Fieri enim nequit ut Deo quis simul et voluptatibus serviat. Caveamus diligenter ne in corde nostro sit odium, aut inimicitia: hæc enim arcent hominem a vera pœnitentia, ut Deo placere non possit. Fervet initio vinum; sic et adolescentia: paulatim fervorem remittit vinum, tandemque consistit; sic æstus adolescentiæ tempore sedatur, tandemque constituitur, dum Patrum disciplina eruditur, et eorum præceptis obtemperamus. Non infertur vinum in cellam, nisi prius consistat, non admittitur in aliorum cœtum, cujus non est constantia variis ante rationibus explorata. Si cum vinaceis vinum relinquatur, acescit: sic et adolescens si cum illis qui sanguine ei conjuncti sunt, aut certe ab institutis ejus alieni, sinatur versari, disciplinam a Patribus traditam corrumpit et bonos mores. Nisi vinum in locis profundis et subterraneis recondatur, evanescit: sic adolescentiæ labores omnes sunt vani, nisi in humilitate conserventur. Vinum, quod subinde movetur et gustatur, deterius fit: sic et homo qui studia et actiones suas frequenter ostentat inani gloria, amittit perfectionem. Si dolii os apertum manet, culices ingrediuntur, et vinum corrumpunt: idem accidit in multiloquio, et facetis vanisque sermonibus. Vinum ventis expositum amittit gratiam suam: et superbia pervilit omnem

[55] Act. x, 15. [56] Matth. xiii, 31, 32.

Digitized by Google

hominis fructum. Quiescit vinum in locis penitus abditis, et operitur : sic qui virtutem colit, in silentio conquiescit, et regit labore studia sua.

II. Hæc omnia in vino observantur, ut placeat domino suo; debet hæc omnia quisque custodire, ut placeat Deo. Porro quemadmodum vino non creditur, quale sit, nisi hauriatur et degustetur : sic homo non debet sibi ipsi fidere, sed in timore versari, donec occurrat Deo, a quo opera ipsius comprobentur. Ac quemadmodum si qua in dolio rimula exsistat, defluit vinum, antequam dominus sciat, si negligens est : sic quælibet res quamvis exigua fructum excutit hominis negligentis. Studiose igitur, fratres, ab omnibus offensionibus et peccatis caveamus, ut Deus nobis misericordiam et gratiam suam in judicii die largiatur : quod faciet ille profecto, si pro infirmitatis nostræ viribus mandata ejus observaverimus. Cæterum tua est, Domine, potentia, et misericordia, et auxilium, et protectio, et venia, et patientia. Quis enim ego sum in manu malorum, a quibus me liberasti? Ego nihil habeo quod tibi dem. Peccator ego sum, atque indignus omnibus donis tuis. Tu me e manibus inimicorum meorum eripuisti. Tu es Dominus meus, et Deus meus. Tua est gloria, et misericordia, et defensio, et præsidium, et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XIII.

Ad eos qui initiantur et tendunt ad perfectionem.

I. Hæc sunt signa quæ fecit Dominus Jesus, antequam in crucem ascenderet. *Euntes*, inquit, *renuntiate Joanni quæ audivistis et vidistis : cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me*[57]. Qui spem suam in hoc mundo sitam habet, cæcus est. Et si hac spe omissa, animum suum ad ea quæ in altera vita exspectantur, intenderit, visum recipit. Claudus est, qui amat hoc sæculum; quod si eo neglecto, Deum diligit carnemque contemnit, recte incedit. Surdus est, qui vanis distractus occupationibus, divinis rebus minime vacet; quod si relictis omnibus, capessit præcepta Dei, jam audivit. Qui odio, aut invidia, aut æmulatione, aut maledictis proximum suum insectatur, leprosus est; et idcirco, ut olim leprosi, arcendus est ab altari; quod si vitia ejusmodi expulerit, mundus erit. Si igitur respiciat cæcus, ambulet claudus, surdus audiat, et leprosus mundetur; homo qui negligentiæ tempore in his vitiis erat mortuus, in vitam revocatur, et fit homo novus; ac deinceps evangelizatur, cum antea pauper sensibus fuerit, virtutum divitiis carens; et hæc renuntiat ei a quo baptizatus est.

II. Baptisma est afflictio cum humilitate atque silentio. Joannes enim, ut scriptum est[58], indumentum habebat ex pilis cameli, zona pellicea erat circa lumbos ejus, et in deserto versabatur : quod afflictionis est signum ac pœnitentiæ, quæ mundat hominem, ac talem reddit, ut vacet ei in crucem ascendere. Crux autem est futuræ immortalitatis judicium; sed opus est prius, ut ora claudat Pharisæorum et Sadducæorum. Sadducæi figuram gerunt infidelitatis et obstinationis; Pharisæi autem malitiæ et simulationis et inanis gloriæ. Scriptum est enim : *Et nemo ex illa die ausus est amplius Jesum interrogare*[59]. Postea misit Petrum et Joannem, ut pararent Pascha[60]. Cum enim mens se ipsam viderit nullis obstrictam vitiis, paratur ad immortalitatem, sensusque suos eodem dirigit, et secum conjunctos habet. Jesus autem oravit, dicens : *Pater mi, si fieri potest, transeat a me calix iste in hac hora*[61]. Quod nobis est documento, ut, cum mens vult in crucem conscendere, multum incumbat orationi et lacrymis, supplexque semper prosternat se in conspectu Dei, benignitatis ejus opem implorans, ut roboretur et custodiatur, donec resurgat in novitate sancta atque invicta. Crucis enim tempore magnum imminet periculum. Cum autem orat, Petrum et Joannem et Jacobum adhibere socios debet, id est integram fidem, spem constantem, et ardentem charitatem.

III. Atque hæc quidem gessit, et pertulit dilectus Dominus ac Deus noster Jesus Christus pro nobis, et omnibus in rebus nobis exemplum fuit, ut inquit Apostolus, ut *cognoscamus eum, et virtutem resurrectionis ipsius, et participes simus passionum ejus, mortique conformemur, ut occurramus ad resurrectionem mortuorum*[62]. Fel ipse pro nobis gustavit, ut nos improbam omnem cupiditatem abjiciamus, et os nostrum obstruamus, nec sinamus illam ex eo prodire ac perfici. Gustavit acetum pro nobis, ut nos omnem arrogantiam et perturbationem exstinguamus. Sputis conspersus est pro nobis, ut nos mundi laudes et humanam gloriam aspernemur. Spinea corona caput ejus confixum est pro nobis, ut nos humilitatis corona redimiti, inimici superbiam conculcemus. Quod autem verberibus affectus est Jesus, antequam in crucem ageretur, nobis documento est, ut omnes hominum contumelias atque injurias æquo animo feramus. Jam quod vestimenta ejus ductis sortibus inter se diviserint, admonemur, ut rerum caducarum jacturam parvipendamus, et crucem amplectamur, rapinam bonorum nostrorum, ut Paulus ait[63], cum gaudio suscipientes, quandoquidem meliorem et manentem substantiam habemus in cœlis.

Hæc omnia debet homo præstare pro viribus suis, alioquin in crucem cum Domino non conscendet. Porro, cum hora sexta crucifixus sit pro salute nostra cum tanta cordis acerbitate, debemus ignaviam omnem ac formidinem deponere, donec peccatum intereat, quoniam, ut scriptum est[64], per cru-

[57] Luc. VII, 21. [58] Matth. III, 4. [59] Matth. XXII, 46. [60] Luc. XXII, 8. [61] Matth. XXVI, 39; Marc. XIV, 35. [62] Philipp. III, 10, 11. [63] Hebr. X, 34. [64] Ephes. II, 16.

Digitized by Google

cem interfecit inimicitiam in eo. Nam quod hora nona clamavit Jesus voce magna : *Deus, Deus meus, quid dereliquisti me* [66] ? nostrum esse declarat, postea quam vitia nos acriter affligentes devicimus, ut tandem cum humilitate clamantes ad Deum, fiduciam sumamus. Quod autem sole obscurato Dominus emisit spiritum, intellige tunc in te mortuum esse peccatum, cum spes rerum quæ in hoc mundo cernuntur, in animo tuo deficit. *Et velum templi scissum est a summo usque deorsum* [66] : quod significat, si mens fuerit liberata, interstitium quod inter illam et Deum intercedit, sublatum iri. *Petræ scissæ sunt, et monumenta aperta* [67], quoniam per mortem illam nobis adhibitam, omne pondus et cæcitas, et quæcunque premunt animam nostram, confringuntur, et sensus, qui morti fructum ferebant, convalescunt, atque excitantur invicti. In sindone munda et aromatibus involutus est, ut nos post ejus mortem in sanctitate atque immortalitate conquiescamus. *Et posuerunt illum in monumento novo, in quo nemo positus fuerat* [68] ; et volverunt lapidem magnum ad ostium monumenti [69]. Cum mens ab omnibus hujus sæculi perturbationibus liberata Sabbatum agit, est in monumento novo, et res novas atque incorruptas meditatur. *Ubi corpus est, illuc congregabuntur et aquilæ* [70]. Surrexit in gloria Patris sui, et ascendit in cœlos, *sedet in dextera majestatis in excelsis* [71]. Nostrum igitur est, Apostolus ait, *ut si cum Christo consurreximus, quæ sursum sunt inquiramus, ubi Christus est in gloria Dei sedens. Quæ sursum sunt sapiamus, non quæ super terram. Mortui enim cum Christo sumus* [72], qui pro sancto nomine suo faciet nobiscum misericordiam suam ; nostras enim tulit infirmitates, ut peccata nostra deleret, nosque in sanctorum suorum numero collocaret, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XIV.

Beati Isaiæ abbatis luctus et lamentatio.

I. Me miserum, me miserum, quia nondum a gehennæ igne sum liber! Qui ad illam homines detrahunt, adhuc in me operantur : et omnia opera ejus moventur in corde meo. Qui me in incendium conantur demergere, agunt adhuc in corde meo, et fructus suos proferre cupiunt. Nondum mihi constat, quonam hinc sim profecturus. Nondum mihi parata est recta via. Nondum plane liberatus sum ab aereis potestatibus, quæ mihi per mala mea opera dominari conantur. Nondum liberatorem meum suscepi, qui venit ut me ab ipsis vindicaret. Adhuc enim in me viget earum improbitas. Nondum video, quæ mihi apud judicem possit esse fiducia. Nondum exploratum habeo, utrum morte multandus sim, necne. Nondum ex reorum numero exemptus sum. Reus qui in carcere vinctus est, non lætatur. Qui ferreis obstrictus est vinculis, facere A voluntatem suam non potest. Non ducet alios, qui compeditus tenetur. Qui in doloribus versatur, non valet quiescere. Non edit cum voluptate, cujus collo injectus est laqueus. Neque amplius cogitat, quomodo alia scelera committat, sed in luctu et mœrore degit ob illa quibus obstrictus est, et propter quæ merito eruciatur.

II. Qui considerat extrema illa supplicia, quibus afficiendus est propter peccata sua, is animum in cæteris judicandis non habet occupatum : cor ejus stimulat dolor tormentorum ; cruciatuum cogitatio non sinit eum curiosum ; de cibis non est sollicitus. Non respondet illis a quibus afficitur contumelia ; patienti animo fert omnes injurias, seque dignum illis existimat ; risus ab eo procul abest ; cum suspi- B rio et gemitu formidandi judicii in quo sistendus est, recordatur ; si quid audit, non animadvertit utrum cum laude dictum sit, an contra ; doloris magnitudo ingentem ex oculis ejus copiam exprimit lacrymarum ; si ex claris parentibus ortus est, magis etiam dolet, quoniam in judicio tam multis spectantibus videndus est ; in populo non considerat, qui boni, qui mali sint : si una cum ipso alii vincti trahuntur, non attendit illis, nec consultat cum eis quid agendum sit. *Onus enim fert quisque suum* [73]. Dum ad supplicium trahitur, oculos humi defixos tenet ; nemo de illo audet verba facere propter metum tormentorum. Ea quæ patrarit, quamobrem merito damnatus sit, ipse confitetur.

III. Quandiu igitur ebrius ero sine vino, et hæc C quæ ante mē sunt negligam ? Ariditas cordis mei oculos meos exsiccavit. Et sollicitudinis ebrietate caput meum exhaustum est. Animi distractio ad horam usque tenebrarum mihi oblivionem adduxit. Corporis necessitas devinxit me ; et interitus de via me cogit deflectere. Neque amicum habeo, qui de me loquatur ; nec munus est mihi, quod civibus mittam. Fama calamitatum quibus afficior, facit ut me non agnoscant. Si eos imploro, non audiunt me. Vident enim me nondum a doloribus liberum. Cor meum consolationem non invenit. Peccatorum enim aculeus sine ulla intermissione me stimulat ; et onus iniquitatum mearum ingravescit. Nec tamen ignis vim plane reformido, quoniam in illum me D injectum iri exploratum non habeo. Clamor in auribus meis insonat, in propinquo supplicium esse. Vulnera quæ sanata videbantur, in corpore meo recrudescunt ; nec tamen adhuc computruerunt, ut medium requiram. Contego vulnera mea, ne ab hominibus videantur ; et pati nequeo, ut ea medicus curet. Acerba inferre vult medicamenta, sed ego non patior. Bonus est medicus, nec mercedem a me requirit ; et ego sum ita piger, ut ad eum graver accedere. Ultro ipse ad me venit, ut mihi medeatur ; et invenit me comedentem quæ vulneribus sunt contraria. Hortatur me, ut deinceps abstineam ; et ve-

[66] Matth. xxvii, 46. [66] ibid. 51. [67] ibid. 51, 52. [68] Joan. xix, 41. [69] Matth. xxvii, 60. [70] Matth. xxiv, 28 ; Luc. xvii, 37. [71] Heb. i, 3. [72] Coloss. iii, 1-3. [73] Gal. vi, 5.

Digitized by Google

scendi voluptas cor meum decipit. Quoties comedo, toties me pœnitet comedisse; sed pœnitentia mea non est vera. Mittit ille mihi quod comedam, ut convalescam; at mala consuetudo ea me suscipere non permittit. In summa, quid agam, ignoro. Lugete mecum, omnes vos fratres mei, ut Dei auxilium viribus meis majus ad me descendat, ut me regat, et doceat, quoniam ipsius est regnum, et gloria, nunc et semper, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XV.

De mundi renuntiatione.

I. Rationibus nostris consulamus, charissimi, quoniam tempus breve est [74]. Animo vacare non potest qui de corpore sollicitus est. Quemadmodum nemo potest oculum unum in cœlum tollere, et alterum humi defigere; ita mens nequit quæ Dei et quæ mundi sunt simul curare. De iis quæ tibi non prosunt, te adeo fuisse sollicitum erubesces, cum e corpore excesseris. Deum time, qui tuas cogitationes intuetur. Quæ coram hominibus facere erubescis, ea et occulte cogitare turpe puta. Ut arbor ex fructu cognoscitur, sic ex cogitatione mens qualis sit, intelligitur. Quandiu peccato pates, ne te liberum putes. Qui vera fruitur libertate, is in eorum quæ turpiter admisit, meditatione non immoratur. Ne te igitur liberum existima, donec Dominum provocas ad indignationem. Libertas non advenit, quod animus aliquid eorum quæ in mundo sunt, concupiscit. Ea te cura sollicitet, quod resurrecturus sis, et Deo rationem redditurus. Deum time, qui singula quæ fecisti, judicaturus est. Qui tam sollicitus es, si corpus ægrotat, ut illud cures: cur non studes ut in resurrectione beatum efficiatur? Quotidie, antequam Deo preces effundas, tecum ipse considera quod vitium superaris. Quemadmodum terra sine semine et aqua fructum ferre non potest: sic agere nequit homo pœnitentiam sine humilitate et corporis afflictione. Aeris circumfusi et spirantis afflatu florent germina: et mandatorum observantia floret homo. Quæ quidem observantia fidei in Deum est argumentum. Timor Dei conscientiam integram et tranquillam conservat. Si tibi in cellula commoranti voluptas sensus tuos libidine titillaverit, primos cogitationis impetus cohibe, ne te corripiant. Deum esse præsentem recordare, cujus oculis vel cordis arcana sunt manifesta.

II. Sic igitur animam tuam alloquere: Si vereris, ne te peccantem aspiciant peccatores similes tui, quanto magis Deum vereri debes, qui penitus abdita et occulta contuetur? His verbis Dei timor excitabitur in corde tuo: quem quidem Dei timorem si amplecti volueris, immobilis atque invictus adversus vitia permanebis. Sicut scriptum est: *Qui confidunt in Domino* (8): *non commovebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem* [75]. Qui credit sibi cum e corpore discesserit, judicium esse subeundum, is nulla in re judicat proximum suum. *Oportet enim*, ut scriptum est [76], *omnes nos sisti ante tribunal Christi, ut unusquisque recipiat ex operibus quæ gessit in corpore suo, vel præmium vel supplicium.* Qui credit futurum esse sanctorum regnum, cavet ne in parvis aut minimis rebus peccet, ut fiat vas electum. Nam *simile*, inquit [77], *est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti; quos cum impleta esset, extrahentes elegerunt bonos, et putres abjecerunt.* Qui credit corpus suum in die judicii resurrecturum, debet illud ab omni sorde et macula purum integrumque servare. *Reformabit enim*, ut scriptum est [78], *corpus humilitatis nostræ, ut sit conforme corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suæ.* Nihil est in hoc mundo, quod eum in quo Dei charitas habitat, possit ab illa separare. *Quis enim*, inquit Apostolus [79], *nos separabit a charitate Dei? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?* Utinam nos inter illos reperiat Deus, quos nulla res hujus mundi separavit a charitate Christi, ut una cum illis inveniamus misericordiam per virtutem Domini nostri Jesu Christi: cujus cum Patre ingenito, et Spiritu sancto est gloria, et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum! Amen.

ORATIO XVI.

Ejusdem argumenti.

I. Difficile videtur in primis, patria relicta, in solitudinem sese conferre, secumque gerere fidem perfectam et spem, animique constantiam adversus proprias voluntates. Statim enim ejusmodi cogitationes te circumvenient, et timorem injicient. Quomodo tentationes laturus sis, et asperam paupertatem, et morbos, si in eos incideris, cum qui te curet aut cognoscat, habeas neminem? Sic autem exploret te bonitas Dei, ut studium tuum, et charitas erga ipsum appareat. Denique cum in cellula tua solus eris, invadent te gravissimæ timoris cogitationes. Servat hominem, inquient, non solitudo, sed observatio mandatorum Dei; tibique in memoriam redigent sanguine conjunctos aliquos, et dicent: Nonne isti sunt servi Dei? Aeris præterea proponent intemperiem, ut concidat cor tuum, atque animum despondeas. Verum si in te charitas spesque fuerit, malitia nihil proficiet; sed tuus in Deum amor patefiet, qui eum magis diligas, quam quietem carnis. Solitudinis afflictio perducit hominem ad spem; spes defendit ab inimicis ex carne. Neque enim temere in solitudinem te contulisti, sed ut te ipsum explorares exerceresque contra adversarios tuos,

[74] I Cor. VII, 29. [75] Psal. CXXIV, 1. [76] II Cor. V, 10. [77] Matth. XIII, 47, 48. [78] Philipp. III, 21. [79] Rom. VIII, 35.

(8) *In Domino.* Ad sententiam explendam hæc deesse videntur, *sicut mons Sion*

Digitized by Google

discerescque suo quemque illorum tempore prosternere, quibus devictis ad immortalitatis quietem pervenires.

II. Magnum autem ac præclarum existimo inanem gloriam vincere, atque in Dei cogitatione proficere. Qui enim hac improba inanis gloriæ perturbatione tenetur, is procul abest ab ipsa pace, et animum a sanctis alienum habet, et ad malorum suorum extremum incidit in superbiæ vitium fallendique sollicitudinem. Tu vero, o Christiane, labores cela virtutesque tuas; et cave ne lingua tua tibi illas subripiat, et tradat inimicis tuis. Qui enim recte agit, et corporis sui vitia infirmitatesque per pœnitentiam abjicit, is animam suam pretiosam constituit in conspectu Dei, et gratum illi templum efficitur. Qui vero gloriam hominum diligit, is vitiorum expers esse non potest, sed æmulatio et invidia habitant in eo; is animam suam multis tentationibus exponit, et cor ejus a dæmonibus convulneratur, cum explendæ cupiditatis suæ locum non semper inveniat: finis autem ejus interitus. Humilibus a Deo peccata reteguntur, ut ea agnoscant, et pœnitentiam agant, expulsisque septem dæmonibus, vera gloria et sanctis virtutibus animam nutriant. Qui sunt ejusmodi non curant hominum contumelias. Suorum enim memoria peccatorum tanquam clypeo ab iracundia ultioneque sese defendunt, patienterque ferunt quidquid illis accidit. Quænam illos attingat ignominia, qui sua in conspectu Dei peccata perspiciunt? Quod si verba proximi tui ferre non poteris, sed volueris illi respondere, bella excitabuntur in corde tuo, quæ tibi molestiam afferent, tum ex iis quæ audieris, tum ex iis quæ fueris locutus. Et beatos existimabis eos qui soli degunt, irritabiturque cor tuum adversus proximos tuos, tanquam sint charitatis expertes. Patientiam igitur et charitatem amplectere; patientia enim iracundiam vincit, et charitas molestiam abstergit. Itaque Deum ora, ut has tibi virtutes largiatur, quibus iracundiæ impetum repellas. Quod si tibi objicientur adhuc, quibus adversus proximum irascaris, irascere adversus dæmonas, cum proximo autem humiliter pacem retine. Qui ut pacem colat, dura hominis acerbi ac stulti verba sustinet, is vocabitur filius pacis, animæque et corporis, et spiritus pacem possidebit. Quæ quidem tria si in te consenserint, concident ii qui armati sunt adversus legem mentis, et carnis servitus destruetur, et ipse filius pacis appellaberis, et habitabit in te Spiritus sanctus, et non discedet.

III. Beati qui labores suos prudenter considerateque suscipiunt. Eos enim levius ferunt, et dæmonum dolos ac fraudes subterfugiunt, eorum in primis qui formidine quadam homines ab omni opere bono quod aggrediuntur, deterrent, et ad ignaviam animum Deo vacantem impellunt, ut eum ab ejusmodi avocent studio. Verum si charitas in nobis fuerit et patientia et continentia, ne ab uno quidem opere bono poterunt nos amovere, præsertim si cogitaverimus ignaviam bona cuncta destruere. Si mundo renuntiasti, caveto a dæmone tristitiam afferente, ne te per nimiam acerbitatem et afflictionem impediat quo minus ad magnas virtutes pervenias; quæ in eo sitæ sunt, ut tibi ipse ne placeas, ut æquo animo contumeliam feras, gaudeasque te ad nullum sæculi negotium et munus aptum existimari. Hæc si operam dederis ut assequare, animæ coronam et decus acquires. Neque enim qui mundo renuntiarunt, et paupertatem in aperto tantum complexi sunt, spiritu pauperes exsistunt; sed qui malitiæ renuntiant, Deique memoriam semper esuriunt et sitiunt. Neque qui corporis tantum incumbunt afflictioni, ad animi perveniunt tranquillitatem; sed qui vacant homini interiori, et proprias amputant voluntates, ii virtutum coronas accipient. Sta igitur in custodia cordis tui, et sensibus tuis attende, ut memoria tecum ab omnibus mundi cogitationibus conquiescat, neque a latronibus diripiatur. Qui enim cogitationes suas diligenter observant, agnoscunt eas quæ cupiunt ingredi et animum coinquinare. Si ardenti studio divinis mandatis incubueris, intelliges eos qui te perturbant, qua occasione tibi terrorem injiciant. Mentem enim perterrefaciunt, ut extollatur, et iners fiat. At illi quibus malitia eorum cognita est, constantes manent in eo loco quem elegerunt, et Domino gratias agunt. Sic enim in rebus adversis se gerunt illi quibus patientia, et longanimitas et charitas cordi est. Desidia vero, et negligentia, otiique cupiditas ea suadent loca conquirere in quibus laudem et gloriam inveniamus. Ex quo sensus fiunt imbecilliores, et perturbationum impetus exsurgit, superbiaque et satietate occultam continentiam perdit.

IV. Si sensibus tuis vis perfecte mederi, Christi crucem amplectere; in ea enim veram omnium ægritudinum medicinam invenies. Si, te invito, cor tuum extollitur, et ad ea quæ nolis, facienda pertrahitur, id ex vetere Adam scito proficisci. Si cor tuum peccatum odit, et abhorret ab iis quæ peccati afferunt occasionem, et tu, prudenter adhibito supplicio, recedes ab iis quæ te ad peccandum alliciunt, et ex animo procreatorem tuum orabis, ut tibi ferat auxilium, ut nulla in re ipsum offendas, multisque lacrymis in conspectu ejus prostratus ita precaberis: Tuum est, Domine, misereri. Libera me, Domine ab inimicis meis. Ego enim sum imbecillior quam ut sine ope tua possim e manibus eorum effugere. Si hoc modo supplicaris, diligenter studens, ne illos molestia afficias qui docent te secundum Deum, id ex natura est novi Adam Jesu Christi. Nisi enim obedientiam, et humilitatem et patientiam amplectare, licet cuncta facias, tamen ad habitum naturæ contrarium declinabis. Totum igitur cor tuum ad obediendum Deo converte, sic illum obsecrans in veritate: Ad te, Domine, supplex accedo; *doce me facere voluntatem tuam* [80]:

[80] Psal. CXLII, 10.

Digitized by Google

ego enim quid mihi expediat, ignoro. Tu, Domine, pro me pugna adversus inimicos meos; mihi enim ignotæ sunt fraudes ipsorum et doli. Si ex animo ita precatus, ea studueris exsequi quæ novi hominis Jesu naturæ sunt congruentia, is nulla in re te decipi patietur. Si unum aliquod duntaxat præceptum observas, non curas te ipsum plane, neque illius servituti te penitus addixisti. Quemadmodum agellus per se non potest efficere, ut a zizaniis expurgetur et semina bona percipiat, neque fruges bonas simul cum zizaniis ferre, quoniam a zizaniis opprimuntur : ita tu nisi ope divina fueris a carnis voluptatibus expurgatus, non poteris te ipsum a peccato custodire.

V. Cave igitur ab iis quæ peccatum generant. Avaritia mater est improba omnium peccatorum. Acedia propriam fovet voluntatem. Voluntas propria superbia intumescit, et contemptum gignit. Cor sibi placens mundanæ consuetudinis parit cupiditatem; inde fit, ut quæ tibi sunt inutilia concupiscas, ut obtrectatoribus aures patefacias, ut nugas aucuperis easque aliis vendites, ut quæ sæculi sunt diligas, ut doceas quæ non didicisti, et quæ abs te non exiguntur : ut lingua tua proximum pungas, ac stimules. Hæc et alia mala permulta consequuntur. Si quis igitur proficit, aut cupit proficere, caveat diligenter ab occasionibus peccatorum, atque ita peccata comprimet et exstinguet. Qui strenue pugnat, hæc animadvertit, et admonitiones libenter audit; qui vero eas aspernatur, adulatoribus aures patefacit. Qui corporis timet infirmitatem, ad id quod secundum naturam est, non perveniet. Qui supplex ad Deum confugit, in eo quietem inveniet. Nisi Gedeon (9) hydrias confregisset, non aspexisset lampadum splendorem [81]; itidem homo nisi corpus contempserit, Divinitatis lumen non intuebitur. Etiam Jahel uxor Haber Cinæi, nisi tulisset clavum tabernaculi, Sisaræ superbiam non oppressisset [82]. Si mens igitur se confirmaverit, decreveritque charitatem sequi, omnia carnis vitia superabit. *Charitas* enim *patiens est*, *benigna est* [83], æmulationem et arrogantiam vitat; permittit, ut mens ab iis quæ naturæ contraria sunt, opprimatur. Mens autem bona, caput est animæ atque princeps, nec sinit eam quidquam suscipere, quod sit naturæ contrarium; ostendit enim illi quot injuriis propterea sit affecta.

VI. Dominus noster Jesus Christus cum suam erga genus humanum in cruce misericordiam ostenderet, latrones duos, cum inter ipsos medius esset, separavit. Turbatus est autem is qui a sinistris erat, animadvertens necessitudinem pravam quæ sibi cum altero qui a dextris pendebat, intercesserat, esse diremptam. At ipse cum humilitate et timore in Jesum intuens : *Memento*, inquit, *mei cum veneris in regnum tuum* [84]. Amici non sunt igitur amplius nec potest is qui a dextris est, alteri persuadere, ut a malo vitæ proposito recedat. Cæterum illi, qui nondum ad hanc humilitatis et charitatis viam pervenerunt, identidem cadunt et resurgunt, donec misericordia Dei cum illis fiat, sine qua salutem assequi nequeunt. Quæ cum ita sint, boni latronis fidem atque humilitatem imitemur. Humilitas faciet, ut crucis ignominiam libenter feramus. Qui cruce sua sublata per Christum a malo latrone sejungitur, agnoscit peccata sua quibus Deum offendit, eaque confitetur et deflet, et veniam atque misericordiam impetrat ab ipso Deo : cui potestas, et gloria nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XVII.

De gaudio animæ Deo servientis.

I. In primis hortor te in timore Dei, ut ex ejus voluntate perfectus sis, ne labores tui sint inanes, sed Deo grati. Qui enim negotiatur, lucrum facit, ideoque lætatur; nec considerat quos labores pertulerit. Qui duxit uxorem, eam studiose observat atque custodit, et cor ejus in illa conquiescit. Miles pro rege suo pugnans mortem despicit, ut corona donetur. Hæc istius mundi sunt opera, et qui ea faciunt gaudent. Quod cum ita sit, quonam gaudio affici debet animus illius qui Dei sese addixit servituti, et in eo studio se naviter gerit, cum considerat angelos sibi ex hac vita discedenti obviam venturos, gratulaturosque, quod ex tenebrarum potestatibus fuerit liberatus? Cum enim anima e corpore egreditur, angeli cum ipsa proficiscuntur. Tunc autem occurrunt illi omnes tenebrarum potestates, exquiruntque, si quid in ea proprium inveniant, ut illam sibi vindicent. Contra vero tum angeli pugnant, tum multo magis opera quæ ipsa fecit, quibus ab adversariis oppugnantibus defenditur et custoditur, ut eam attingere nequeant. Quod opera bona vicerint, tunc ejus præconium canunt angeli, donec cum lætitia Deo occurrat. Quo quidem tempore omnium laborum quos in mundo pertulit, obliviscitur. In hoc ergo exiguo vitæ curriculo alacriter laboremus, et opera nostra ab omni malitia pura atque integra custodiamus, ut e manibus inimicorum nostrorum qui admodum improbi crudelesque sunt, liberemur.

II. Beatus ille, in quo nihil eorum inest, quoniam gaudium ejus et lætitia, et quies et corona est immortalis. Hujus autem mundi divitiæ et voluptates sunt vanæ. Ploremus coram Domino pro viribus, ut ipse pro benignitate sua nostri misereatur, nobisque ferat auxilium, quo nos adorientibus inimicis resistamus. Curam nostri geramus cum severitate, desiderioque feramur in Deum, ut tunc ex improbis inimicorum manibus nos eripiat. Pauperes benigne

[81] Jud. VII, 19 sqq. [82] Jud. IV, 21 sqq. [83] I Cor. XIII, 4. [84] Luc. XXIII, 42.

(9) *Nisi Gedeon*, etc. Hæc infra Græce l. c., cap. 14.

Digitized by Google

complectamur, ut nos ab avaritia liberet. Omnes fratres nostros pariter diligamus, neminem omnino odio prosequentes, *neque ulli malum pro malo reddamus* [85], atque ab æmulatione liberabimur. Pacem cum omnibus, tam parvis, quam magnis habeamus [86]. Omnibus in rebus humilitatem servemus, proximoque cedamus, quamvis injuria aut contumelia affecti, ut a superbia liberi simus. Proximum nostrum, licet vituperemur ab eo, honore prosequamur, et a maledicentia erimus alieni. Mundi delicias et dignitates contemnamus, ut ab invidia simus integri. Linguam in Dei laudibus et precibus contineamus, ut mendacium a nobis procul absit. Animum et corpus nostrum a libidine arceamus, ut puri castique simus. Hæc enim animam, cum e corpore egreditur, tuentur atque defendunt; et virtutes ei sunt auxilio, si eas possederit. Quis sapiens recuset mortem oppetere, ut a mundi miseriis et peccatis liberetur? Faciamus quod in nobis est, et virtus Domini nostri Jesu Christi nostræ non deerit humilitati. Novit enim hominis infirmitatem, et idcirco concessit illi perfugium pœnitentiæ, quandiu est in corpore, usque ad extremum spiritum. Omnes igitur cogitationes tuas in Deo fige, ut te custodiat. Nihil in hoc mundo spei ponas, ne te perdat; res enim has omnes terrenas derelinques, et emigrabis. Quidquid autem gesseris propter Deum, id te necessitatis tempore comitabitur. Quæ mundi sunt, odio prosequere, ut Deum cor tuum videat. Orationi continenter incumbe, ut animus tuus illustretur. Desidiam fuge, ne dolore afficiaris in resurrectione justorum. Linguam tuam custodi, et Dei timorem amplectere. In pauperes benignus esto, ne in sanctorum conspectu confundaris. Ciborum ne indulgeas cupiditati, ne arceat te Amalec. A murmurationibus tempera, ne te serpentes devorent. Noli vinum diligere ad ebrietatem, ne Dei lætitia priveris. Pios homines dilige atque observa, ut per ipsos misericordiam consequare. Sanctos homines cole, ut zelus eorum comedat te.

III. Regni cœlorum recordare, ut ejus memoria te paulatim alliciat. Gehennam considera, ut ejus opera tibi sint invisa. Quotidie mane cum surgis, cogita, Deo te rerum omnium quas gesseris, rationem redditurum, et non peccabis adversus illum, sed ejus timor in te manebit. Para te, ut ei obviam procedas, et ejus voluntati obtemperabis. Eorum in quibus hic deficis, quotidie rationem subducito, et in ipso mortis articulo non affligeris. Videant fratres tui opera tua bona, et zelus sanctus comedat eos. Explora quotidie, ecquod in te vitium superaris, nec tibi propterea placeas; nam misericordia et virtus sunt Dei. De fide et probitate tua ne extollaris, sed ad ultimum usque vitæ spiritum sta in timore. Ne tibi ipse fidas, quandiu vivis, donec superes omnes tenebrarum potestates. Vigila, frater, adversus spiritum homini tristitiam afferentem. A Multas enim tendit insidias, ut opprimat te. Tristitia quæ ex Deo est lætitiam affert, et hominem confirmat in voluntate Dei. Qui autem dicit tibi: Quo fugies? pœnitentiam non habes, veniam non invenies; is ab inimico est, et nihil aliud quærit, nisi ut, abjecta continentia, incidas in desperationem. Tristitia vero quæ ex Deo est, hominem ad desperationem non impellit, sed contra potius eum consolatur, Ne timeas, inquiens; ad Deum revertere, qui benignus et misericors est et novit hominum imbecillitatem. Malis cogitationibus acriter resiste, et abs te fugient. Timidos enim ignavosque premunt ac superant, et fidem in Deo non habere coarguunt. Qui sibi ipse minime blanditur, quique suam agnoscit imperitiam atque infirmitatem, is non B cupiditatibus indulget suis, sed divinæ obtemperat voluntati. Qui sibi ipse placet, et sententiam suam cæteris anteponit, timorem Dei a se abesse ostendit.

IV. Timor Dei custos est animæ, et rationis defensor adversus inimicos ejus. Qui Dei gloriam quærit, a se fugat immunditiam. Qui prudenter sollicitus est, abscindit cupiditates. Sollicitudo enim, ut scriptum est, veniet ad hominem sapientem; et qui se ipsum extenuat, novit sanitatem. Qui regis sui vicit adversarios, coronatur. Sunt vitia, sunt et virtutes. Quod si nos desidiæ dedimus, deprehendimur proditores. Labor secundum Deum ad virtutem auxillo est, desidia vitiorum est mater. Eorum C qui virtutes capessunt est, ut si ceciderint, non desperent, sed exsurgant. Moderati corporis labores in excolendis virtutibus prosunt. Ex inertia pullulant vitia. Scienter pugnantium murus est, proximum non judicare. Murum hunc diruit, qui vituperat proximum. Linguæ moderatio prudentem indicat hominem. Qui linguæ laxat habenas, se procul a virtute abesse significat. Eleemosyna fiduciam parit; qui abhorret ab eleemosyna, virtutis est expers. Bonitas mater est castitatis. Animi distractio gignit cupiditates. Cordis asperitas iracundiam promit. Animi exercitatio terrenas detestatur occupationes. *Corporis exercitatio parum utilis est* [87]. Animus concidit, cum occupationes diligit: exsurgit autem, dum moderatam quietem amplectitur. Somni D satietas in corpore excitat cupiditates. Vigilia moderata salus est cordis. Somnus immodicus hebetat animum, moderatus autem illum acuit. Qui vigiliæ tempus in nugis consumit, tolerabilius illud in somno collocaret. Vitiorum omnium comes est dolor. Proximi conscientiam non pungit humilitas. Humana gloria paulatim superbiam parit. Distentio impedit cognitionem. Ventris continentia vitia domat. Epularum studium immensas excitat cupiditates. Corporis ornatus est animæ interitus. Divini judicii meditatio animum continet in officio.

V. Qui conscientiam conculcat, virtutes excutit e corde suo. Qui Deum timet, diligens est; qui illum

[85] Rom. XII, 17. [86] ibid. 18. [87] I Tim. IV, 8.

Digitized by Google

non timet, amplectitur negligentiam. Qui os suum custodit prudenterque tacet, cogitationes in Deum tollit. E multiloquio desidia prodit et furor. Qui voluntatem suam proximo submittit, animum virtutis studiosum ostendit; qui vero voluntatem suam amplectitur, præ se fert imperitiam. Dei timor et tacita meditatio custodit animum a vitiis. Mundi colloquia cordi tenebras offundunt, et a virtutibus deterrent. Rerum amor terrenarum mentem atque animum perturbat; earum vero contemptus quietem affert et tranquillitatem. Qui celat cogitationes suas, mundi gloriam quærit; qui autem cogitationes suas Patribus aperit, fugat eas a se. In domum quæ foribus fenestrisque caret, quilibet serpens ingreditur : huic similis est homo, qui laborat et non custodit labores suos. Quemadmodum ærugo ferrum consumit, sic ambitio cor hominis rodit. Quemadmodum hedera vitem amplexa, fructum illius destruit : sic inanis gloria hominis labores evertit. Inter virtutes excellit humilitas, et ingluvies præstat inter vitia. Virtutum finis est charitas, et vitiorum extremum est se justum existimare. Quemadmodum tinea lignum rodendo corrumpit, ita malitia cor hominis invadens animam opprimit. Qui animam suam projicit in conspectu Dei, facile perfert hominum contumelias. Qui se ipsum non reprehendit, ab iracundia superatur. Qui cum hominibus mundo deditis versatur sermonesque confert, animam suam perturbat et confundit eam, adimens illi fiduciam in oratione. Qui ea quæ mundi sunt diligit, animæ suæ tenebras offundit. Qui autem ea quæ mundi sunt, plane contemnit ac despicit, quæ vera sunt bona, cognoscit et percipit. Qui labores libenter sumit, facile vitia domat ac fugat; inertia vero atque ignavia ea gignit et fovet.

VI. Ne te civilibus negotiis implices, et animus tuus tranquillus erit. Ne confidas viribus tuis, et divinum auxilium aderit tibi. Nullo cum homine inimicitias exercueris, alioquin oratio tua exsecrabilis. Pax tibi cum omnibus sit, ut oratio tua Deo sit grata. Oculos tuos custodi, et cor tuum improba ne conspiciat. Qui mulierem spectat cum voluptate, committit adulterium [88]. Inimici jacturam ne cupias audire, ne cor tuum ultione gaudeat. Aures tuas obsera, ne tibi compares inimicos. Opere et labore manum exerce, ut pauper panem inveniat : inertia enim mors est et interitus animæ. Oratio frequens excutit servitutis jugum. Qui mortem cogitat appropinquare, facile temperat a peccatis. Qui diu se victurum sperat, multis peccatis irretitur. Qui ita vivit tanquam factorum suorum omnium rationem redditurus, auxilio Dei vitam suam servat integram a peccato; qui autem contemnit, Quando, inquiens, erit illa dies? ambulat in via peccatorum. Cogita ubi sis, et quo tibi sit abeundum, cum e corpore discesseris, et nullo tempore negligas animam tuam. Honorem considera quem omnes sancti sunt assecuti, et eorum æmulatio te paulatim ad virtutem alliciet. Dedecus item considera in quod peccatores omnes inciderunt, et custodiet te semper a malis.

VII. Quidquid agis, id Patrum tuorum consilio dirige, et tempus omne traduces cum tranquillitate. Attende tibi; cum te cogitatio stimulat, quod fratrem tuum offenderis, ne illam contempseris; sed supplex ab eo veniam pete, donec eam impetres. Cave ne durus acerbusque sis adversus fratrem tuum; ab inimico enim omnes tentamur. Si cum aliis fratribus habitas, noli semper illis imperare, sed simul labora, ne mercedem amittas tuam. Si tibi de victu vestituque dæmones sollicitudinem injecerint, aut nimiam inopiam exprobrarint, nihil eis responde, sed te ipsum in toto corde tuo ante Deum prosterne, et ipse te consolabitur. Cave, ne in orationibus tuis negligens sis; ex illis enim lumen ad animam venit. Si multa bona opera fecisti, ne glorieris. Quod si mala rursus multa commisisti, cor tuum ne contabescat desperatione, sed diligenter attendat, ne illis amplius obstringatur. Si libido te premit (10), corpus tuum affige sine intermissione in conspectu Dei cum humilitate, et quietem invenies. Si te livor invaserit, cogita nos omnes esse Christi membra, proximique tum honorem tum ignominiam esse nobis communem, et liberaberis. Si te gula cibumque cupiditas oppugnat, fœtorem inde provenientem considera, et conquiesces. Si te obtrectandi fratri vitium adoritur, cogita illud quam abjecti sit animi, invisumque Deo, et recedet a te. Si te superbia occupat, recordare per illam omnes excuti virtutum fructus, et abs te fugiet. Si te proximi contemptus invadit, cogita Deum traditurum te in manus inimicorum tuorum, et recedet a te. Si cor tuum trahit corporis pulchritudo, quæ sit intus in eo fœditas, considera, et requiesces. Si feminæ voluptas tibi jucunda est (11), aliquid earum quæ jam mortuæ sunt memoria repete, et quietem invenies.

VIII. Hæc omnia rationis judicio discutiuntur. Quod quidem judicium assequi sine exercitatione non potes. Primum quies est necessaria : hæc studium parit; ex studio humanæ miseriæ cognitio nascitur, quæ gignit timorem Dei; ex Dei timore provenit humilitas; ex humilitate prudentia; ex prudentia dilectio; dilectio servat animam a perturbationibus liberam. Tunc homo quam longe sit a Deo, facile intelligit. Ad hæc virtutum ornamenta qui cupit accedere, humanam omnem abjiciat sollicitudinem, et se ipsum ad mortem præparet; et quoties orat, consideret quid sit quod separet ipsum a Deo, atque illud vitet, et mundum oderit universum; et Dei benignitas munera hæc illi omnia celeriter

[88] Matth. v, 28.

(10) *Si libido*, etc. Græca videas infra cap. 9, ex Possinianis.

(11) *Si feminæ vol.* Hæc item Græce ibidem exhibentur.

Digitized by Google

largietur. Ad ea vero nemo, mihi crede, aspirabit, qui vino cibisque indulget, et eorum quæ mundi sunt, aliquid amat, sed se ipsum decipit. Quamobrem omnes homines, qui Deum sibi per pœnitentiam conciliare cupiunt, hortor, ut a vino temperent. Vinum enim renovat omnia vitia, et ab anima Dei timorem expellit. Deum ora totis viribus tuis timorem tibi largiatur, quo possis omnia vitia miseram animam tuam, ut eam in servitutem redigant, oppugnantia superare. Nunquam igitur cesses (12), frater, dum es in corpore, neque tibi ipsi confidas, quamvis interdum te sentias a perturbationibus liberum. Hostes enim nos ad tempus desinunt oppugnare, ut studium remittamus, quo nos imprudentes adoriantur, et infelicem animam nostram tanquam passerem rapiant, et in peccatis gravioribus detineant, quam erant illa a quibus ut solveretur, antea precabatur.

IX. Maneamus igitur in timore Dei, et virtutes omnes quæ hostium malitiam cohibent, amplectamur. Virtutes enim non solum a vitiis nos vindicant, sed animæ coronam parant, antequam e corpore discedat. Magister noster (13) sanctus Dominus Jesus hostium nostrorum cognita crudelitate, et genus humanum commiseratus : *Vigilate*, inquit, *quia nescitis qua hora fur venturus sit* [89], ne forte veniat repente, et inveniat vos dormientes. Rursumque docens suos : *Videte*, inquit, *ne graventur corda vestra crapula et ebrietate, et sollicitudinibus hujus vitæ, et repente superveniat vobis hora* [90]. Cum item sciret nobis esse fortiores adversarios nostros, ut doceret nos, ab ipso vim proficisci, qua muniti eos minime timeremus : *Ecce ego vos*, inquit, *mitto sicut oves in medio luporum* [91], et præcepit eis, ut nihil acciperent in via [92]. Cum enim nihil luporum haberent, non poterant eos lupi devorare. Porro cum incolumes observato mandato ejus revertissent, gratulatus est eis, gratias agens Deo et Patri pro ipsis. Et cor eorum confirmans dicebat illis : *Videbam Satanam tanquam fulgur e cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et nihil vobis nocebit* [93]. Missio illa fuit cum timore et observatione. Sed cum expleto mandato reversi essent, dedit eis potestatem atque auctoritatem.

X. Hæc non ad eos solum pertinent, sed ad omnes qui mandata ejus observant. Cum enim eos diligeret charitate perfecta : *Ne timeas*, inquit, *pusille grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam; et habebitis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis* [94]. Cum autem et sermonem hunc servassent, dixit eis : *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* [95]. Et rursum eos cohortans : *Qui diligit me*, inquit, *mandata mea servabit : et ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [96]. Jam ut mundi terrorem ab illis excuteret : *In mundo*, inquit, *afflictionem habebitis; sed confidite, ego vici mundum* [97]. Eos vero corroborans, ne in rebus adversis animum despondere-rent, et corda eorum lætitia perfundens : *Vos*, inquit, *estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut Pater meus disposuit mihi regnum, ut edatis et bibatis in mensa mea* [98]. Hæc autem non omnibus dixit, sed illis qui secum permanserant in tribulationibus. Quinam illi sunt, qui cum Jesu permanserant in tribulationibus, nisi qui constantes sunt in vitiis insectandis donec ea absciderint? Sic autem illos alloquebatur, cum esset ad crucem profecturus. Quamobrem qui vult edere et bibere in mensa Domini, una cum illo crucem conscendat. Crux enim Jesu est omnium cupiditatum, donec eas deleveris, insectatio.

XI. Itaque beatus Apostolus qui eas contriverat, audebat dicere : *Cum Christo crucifixus sum. Vivo autem, jam non ego : vivit autem in me Christus* [99]. In illis igitur qui cupiditates destruxerunt, vivit Christus. Quare filios suos Apostolus commonefaciens : *Qui Christi Jesu sunt*, inquit, *carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis* [1]. Scribens autem ad Timotheum filium suum : *Si*, inquit, *commortui sumus, et convivemus; si sustinemus, et conregnabimus; si negaverimus, et ille negabit nos* [2]. Quis autem negat illum, nisi qui voluntatem suam facit secundum carnem, quique contumelia afficit sanctum baptisma? Nam per sanctum nomen ejus data nobis est remissio peccatorum. At hostis noster nos rursum peccato per invidiam obstrinxit. Cujus malitiam cum ab initio Dominus noster Jesus Christus non ignoret, pœnitentiæ nobis donum ad extremum usque spiritum concessit. Nisi enim hoc pœnitentiæ munus esset, nemo fere salvaretur. Proinde cum sciret Apostolus non deesse, qui peccent etiam post baptisma : *Qui furabatur*, inquit, *jam non furetur* [3]. Dum igitur Spiritus sancti signaculum habemus, abolere peccata nostra studeamus, ut misericordiam inveniamus in die illa quæ jam appropinquat. Cito enim aderit *Dominus sedens in sede majestatis suæ, et congregabuntur coram illo omnes tribus* [4]; et unusquisque ex propria lampade quam in manu tenebit, illustrabitur. Quod si quis oleum non habuerit, lampas ejus extinguetur, et in tenebras conjicietur : qui lampadem splendidam et ardentem habuerit, in regnum ingredietur.

XII. Demus igitur operam, fratres, ut vasa nostra sint oleo plena, quandiu sumus in corpore, quo lampas nostra nobis in regnum ingredientibus præluceat. Præclara lampas atque illustris est anima sancta. Anima enim bonis operibus splendens, in

[89] Matth. xxiv, 42, 43. [90] Luc. xxi, 34. [91] Matth. x, 16. [92] Luc. ix, 3. [93] Luc. x, 18, 19. [94] Luc. xii, 32, 33. [95] Joan. xiv, 27. [96] ibid. 23. [97] Joan. xvi, 33. [98] Luc. xxii, 28-30. [99] Gal. ii, 19, 20. [1] Gal. v, 24. [2] II Tim. ii, 11, 12. [3] Ephes. iv, 28. [4] Matth. xxv, 31, 32.

(12) *Nunquam igit.* Græca l. c. cap. 10.
(13) *Magister noster*, etc. Hæc infra Græce cap. 15.

Digitized by Google

regnum introibit; anima vero malitia coinquinata in tenebras discedet. Vigilate igitur, fratres, et bonis operibus incumbite, quoniam tempus appropinquat. Beatus qui strenue se gerit. Matura jam seges est, et messis adest. Beatus qui fructum suum servavit, quia venient angeli, et recondent illum in horreo æterno. Væ illis qui zizania sunt, quoniam ignis eos manet! Hæreditas hujus mundi est aurum, et argentum, et domus, et vestimenta : quæ quidem omnia peccati materiam præbent; et tamen hinc discedentes ea relinquimus. Dei vero hæreditas est immensa, quam *neque oculus vidit, neque auris audivit, neque cor hominis cogitatione comprehendit* [5]. Atque hanc elargitur iis qui exiguo hoc tempore mandatis suis obtemperant. Hanc pro pane et aqua et vestimentis quæ pauperibus largiti fuerimus, pro humanitate, pro corporis castitate, pro cordis innocentia et reliquis virtutibus accipiemus. Quas quidem virtutes qui colunt, et quietem inveniunt in hoc sæculo, et in honore ac veneratione sunt apud homines; et cum e corpore decesserint, gaudium percipient sempiternum. Qui vero cupiditatibus indulgent suis, nec pœnitentiam agunt, sed voluptate detinentur, et opinionis errore decepti delicias aucupantur, et vitia complectuntur, nec Dei judicium reformidant, crudelesque sunt atque inhumani adversus pauperes, et reliquis se e peccatis obstringunt atque contaminant : isti cum in hoc sæculo confundentur, despectique atque invisi erunt apud homines, tum vero, cum ex hoc mundo migraverint, dedecus eos et ignominia in gehennam consequetur. Potest autem Deus dignos nos facere, qui in operibus ejus proficiamus abstineamusque ab omni opere malo, ut servari possimus in tempore tentationis, quæ ventura est super mundum universum. Neque enim tardat Dominus noster Jesus Christus, sed veniet secum præmia ferens; atque impios quidem mittet in ignem æternum, piis autem mercedem tribuet, et ingredientur cum ipso in regnum cœleste, ubi conquiescent in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XVIII.

De injuriarum oblivione.

I. Sanctus Apostolus præcipiebat filiis suis : *Dominus*, inquiens, *prope est : nihil solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ superat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras* [6]. Et Dominus in Evangelio : *Dimittite*, inquit, *omnia peccata debitoribus vestris, ut et vobis dimittat Pater vester peccata vestra* [7]. Verbum Domini terribile ac formidandum. Nisi cor tuum videris erga omnes purum, cave petas aliquid a Deo, ne te ipsum afficias ignominia; qui peccator cum sis, et succenseas proximo tuo, tamen corda scrutanti audeas dicere : Dimitte mihi peccata mea. Qui talis est, non orat mente, sed labiis cum ignorantia. Qui enim in veritate orare vult Deum in Spiritu sancto et corde puro, animum suum explorat, antequam ad orandum accedat, utrum odii quidpiam retineat adversus aliquem, an non, ne se ipsum decipiat, cum audiat nemo. Siquidem nec mens ipsa orat, nisi quodam consuetudinis instituto horarias preces persolvendi. Quamobrem si puram vis orationem offerre, prius excute mentem tuam, atque ita constitue, ut si dixeris : Miserere mei, ipse quoque precantis te miserearis. Si dixeris : Ignosce mihi, tu item inimicis ignoscas tuis. Si dixeris : Ne reminiscaris delicta mea, nec tu proximi tui delicta recorderis. Si dixeris : Ne memineris peccatorum, quibus me vel volens vel invitus obstrinxi, ipse quoque, quibus sis affectus injuriis, obliviscaris. Hæc nisi præstiteris, frustra precaris. Neque enim te Deus exaudit, ut omnes Scripturæ testantur. Sic enim in Evangelio Matthæi præcipit orare : *Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester cœlestis peccata vestra* [8]. Et in Evangelio Lucæ : *Dimittite*, inquit, *et dimittetur vobis* [9]. Et alibi discipulos precari docens : *Et dimitte nobis peccata nostra, si quidem et nos dimittimus omni debenti nobis* [10].

II. Totam charitatis vim ostendi tibi, ut quod a Deo vis tibi fieri, id prior ipse facias. Et tunc ea mensura quam hominibus exhibuisti, libraberis. Cordis affectionem Deus intuetur, non linguæ verba tantum. Cor igitur tuum ita confirma ut omnes injurias oblivione deleas voluntaria; nihil enim voluntate vehementius est, sive ad mortem sive ad vitam inclinet. Beati igitur qui vitam æternam diligunt, quia non offendent. In eam curam omni labore et studio est incumbendum, ut oppugnantes opprimas cogitationes, antequam cor tuum vulnerent. Id assequere, si peccata tua semper ante oculos habueris. Hoc enim pacto si quam tibi ab aliquo illatam injuriam intellexeris, facilius ex animo tuo pelles omnem ulciscendi cupiditatem. Quod si proximo tuo perrexeris succendere, gehennæ timor invadet te; et cum tibi ignosci postulaveris, ita coarguet : Infelix ac miser homo, ad hunc usque diem te Deus patienter exspectavit, nec peccata tua patefecit; et tu palam irasceris fratri tuo, et peccata ejus acerbe persequeris, et speras te a Deo veniam impetraturum? Falleris, mihi crede. Si igitur cor tuum mite fuerit et facile ad ignoscendum, apud Deum misericordiam invenies; sin durum adversus proximum exstiterit et inhumanum, nulla tui habebitur ratio in conspectu Dei. Ignosce mihi. Ego enim egenus plane sum, et peccatis obstrictus. Et hæc scribens confundor in corde meo.

[5] I Cor. II, 9. [6] Philipp. IV. 5-7. [7] Matth. VI, 14; Marc. XI, 25 [8] Matth. VI, 12-14. [9] Luc. VI, 37. [10] Luc. XI, 4.

Digitized by Google

Nisi enim homo ad Filii Dei naturam et exemplum se composuerit, inanes sunt omnes labores ejus. Qui seminat, multiplicem fructum exspectat; quod si spes eum fefellerit, dolet quod semina laboresque perdiderit.

III. Petrus apostolus cum Romæ esset affigendus cruci, oravit ut capite demisso suspenderetur. Quo quidem mysterio, quæ naturæ contraria sunt, atque homini dominantur, indicavit. Quisquis enim baptizatus est, debet omnia naturæ rationique repugnantia, quibus superatus est Adam et ex gloria in ignominiam æternumque dedecus deturbatus, crucifigere. Forti igitur animo pugnandum est, despiciendaque omnia quæ apud homines sunt in pretio. Hæc enim sunt illa, quæ filios Adam redigunt in servitutem : nempe lucrum, honor, otium, gloria, corporis pulchritudo, et cætera his similia quæ nutriunt voluptatem, quam draco in os Evæ conjecit. Quamobrem nos quoque ex malis cogitationibus quæ nos Dei hostes constituunt, agnoscimus nos esse filios Adam. Beatus qui cum Christo crucifixus est, et mortuus, et sepultus, et resurrexit in novitate vitæ, et sancta Jesu vestigia sequitur; qui pro nobis factus est homo, ut ei per humilitatem, et paupertatem, et injuriarum ignominiæque tolerantiam similes efficiamur, et de corpore nihil solliciti, neque malorum insidias veriti, pacem cum omnibus habeamus. Qui, vitiis sublatis, hæc complectitur, is ex Christo est, et filius Dei, et frater Jesu. Faxit Deus, ut nos omnes simus in numero electorum ejus, et bonis potiamur sempiternis in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum! Amen.

ORATIO XIX.

De morbis animi.

I. Clamare libet et mihi cum Isaia propheta : *Patiens fui, sicut parturiens loquar : dissipabo eos, et perdam* [11]. Si te ipsum nosti, si fons in te fluit Spiritus sancti, constat dissipatos et perditos esse inimicos tuos. *Non est*, inquit Salvator noster, *regnum Dei hic aut illic, sed intra vos* [12]. Sunt qui loquuntur ea quæ regni sunt, nec tamen faciunt; sunt rursus qui ea faciunt, sed minus scienter et considerate; paucissimi vero intra quos sit regnum Dei, ut Salvator ait. Ad hos pervenit Spiritus sanctus : in his impletus est sermo Joannis evangelistæ : *Potestatem dedit eis filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine ejus; qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* [13]. Isti liberati sunt a dolore qui Evam invasit : *In dolore filios paries* [14]. Isti liberati sunt ab acerba sententia, quæ lata fuit in Adam : *Maledicta terra in opere tuo* [15]. Isti sunt qui gratiam accipiunt, quam accepit Maria : *Quia Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbravit tibi* [16]. Quemadmodum enim dolor cepit Evam et semen ejus ad hunc usque diem; sic gaudium cepit Mariam, et bonos omnes Christianos in perpetuum. Sicut igitur eramus jam filii Evæ, et maledictionem ejus in nos per malas nostras cogitationes agnoscebamus : ita debemus intelligere nos esse filios Dei per bonas Spiritus sancti cogitationes, et Christi passiones, si quidem vere sunt in corpore nostro. Sic enim ab Apostolo scriptum est : *Probate vosmetipsos, utrum Christus in vobis sit, ne forte reprobi sitis* [17]. Quando enim ferebamus *imaginem terreni* [18], cognoscebamus nos ejus esse filios ex turpi materia cogitationum in nobis habitantium, quæ morbi sunt animi; qui autem *cœlestis* gestant *imaginem*, cognoscunt se Dei filios per Spiritum sanctum in ipsis habitantem. Isaias enim clamat : *Ex timore tuo, Domine, in utero concepimus, et parturivimus, et peperimus spiritum salutis in terra* [19]. Et rursus in Ecclesiaste scriptum est : *Quemadmodum compinguntur ossa in ventre gerentis, sic est via spiritus* [20]. Nam sicut sancta Virgo gestavit Dei Filium in carne : ita qui Spiritus sancti gratiam accipiunt, concipiunt et gestant illum in corde suo, sicut Apostolus ait *habitare Christum in interiori homine per fidem in cordibus vestris, radicati et fundati in charitate, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis* [21]. Et rursus : *Habemus*, inquit, *thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis* [22].

II. Si illuc igitur pervenisti, ut eadem imagine ex gloria in gloriam sis transformatus, et impletum est in te illud Apostoli : *Et pax Dei exsultet in cordibus vestris* [23]; et : *Si in mente vestra est Christus Jesus* [24]. Et : *Quoniam e tenebris lux effulsit in cordibus vestris cognitionis Dei* [25] : et si adimpletum est illud in te : *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris : et eritis sicut servi exspectantes dominum suum, donec revertatur a nuptiis* [26] : ne obstruatur os tuum, non habens quod respondeat in medio sanctorum. Et si nosti te, quemadmodum virgines illas, habere oleum in vase tuo, ut sponso obviam procedas, neque excludaris; et si cognoscis spiritum tuum, et animam, et corpus esse conjuncta sine reprehensione, ut in die Domini nostri Jesu Christi sine macula appareant; et si te non accusat neque arguit conscientia; et si parvulus factus es juxta sermonem Salvatoris dicentis : *Sinite parvulos venire ad me; talium enim est regnum cœlorum* [27]; vere sponsa ejus facta est anima tua, et Spiritus sanctus in te, nunc etiam dum es in corpore, conquiescit. Quod si non es ejusmodi, dolorem et gemitum acerbum exspecta, quoniam dedecus et ignominia præcedent te in conspectu sanctorum. Quemadmodum virgo quotidie mane

[11] Isa. XLII, 13. [12] Luc. XVII, 21. [13] Joan. I, 12, 13. [14] Gen. III, 16. [15] ibid. 17. [16] Luc. I, 35. [17] II Cor. XIII, 5. [18] I Cor. XV, 49. [19] Isa. XXVI, 17, 18. [20] Eccle. XI, 5. [21] Ephes. III, 16-18. [22] II Cor. IV, 6. [23] Coloss. III, 15. [24] Rom. VIII, 10. [25] II Cor. IV, 6. [26] Luc. XII, 35. [27] Matth. XIX, 14.

Digitized by Google

cum surgit, nihil aliud curat, nisi ut ornet se sponso suo, et speculo explorat diligenter, ne qua macula resideat in vultu suo, qua sponsus offendatur; sic magna quotidie cura et diligentia sancti cogitationes et sermones, actionesque explorant suas, ne quid in illis sit quod cœlesti sponso displiceat. Nullis neque animi neque corporis laboribus parcito, frater, ut æternum illud gaudium assequare, quo pauci reperiuntur digni; nimirum illi qui spiritus gladio [28] animum sensusque suos ab omni inquinamento, ut monet Apostolus [29], mundaverunt. Adjuvet Deus infirmitatem nostram, ut in numero sanctorum ejus esse mereamur per Christum Dominum nostrum. Amen.

ORATIO XX.

De humilitate.

(14) Ἡ ταπείνωσίς ἐστι, τὸ λογίσασθαι ἑαυτὸν ἁμαρτωλὸν εἶναι, καὶ μηδὲν καλὸν ποιεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ ἔργον τῆς ταπεινώσεώς ἐστιν ἡ σιωπὴ, καὶ τὸ μὴ μετρεῖν ἑαυτὸν ἔν τινι, μηδὲ φιλονεικῆσαι· ἡ ὑποταγὴ, τὸ βλέμμα ἔχειν χαμαὶ, τὸ ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν ἑαυτοῦ θάνατον, τὸ φυλάξαι ἑαυτὸν ἀπὸ ψεύδους, τὸ μὴ ὁμιλῆσαι ἐν ματαιολογίαις, τὸ μὴ ἀντιλέγειν τῷ μείζονι, τὸ μισῆσαι τὴν ἀνάπαυσιν, τὸ βιάζεσθαι ἑαυτὸν ἐν κόπῳ, τὸ νήφειν. Ἀδελφὲ, μετὰ ἀκριβείας τέλεσαι τὰς ἐντολὰς ταύτας, ἵνα μὴ γένηται ἡ ψυχή σου κατοικητήριον παντὸς πάθους· ἀλλὰ νῆφε εἰς ἕν ἕκαστον αὐτῶν, ἵνα μὴ τελέσῃς ὅλον τὸν βίον σου ἄκαρπον.

Quid est humilitas? Humilitas est cum quis se peccatorem existimat, et nihil boni facere in conspectu Dei. Humilitatis exercet officia, qui silentium colit, qui sibi ipse non placet ulla in re, qui non est contentiosus, qui se subjicit omnibus, qui oculos humi defixos tenet, qui mortem assidue meditatur, qui a mendacio cavet, et a nugis et sermonibus abhorret inutilibus, qui majoribus non adversatur, qui sententiam suam minime defendit, qui æquo animo fert contumeliam, qui otium fugit, qui labores libenter subit, qui neminem irritat. Da igitur operam, frater, ut hæc possideas, ne anima tua domicilium fiat omnium perturbationum, et vitam transigas semper infructuosam. Concedat nobis Deus, ut fructus feramus dignos æterna vita, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXI.

De pœnitentia.

I. Quæsitum fuit ex abbate Isaia, quid esset pœnitentia, aut quid esset fugere a peccato. Qui respondens, Duæ sunt, inquit, viæ: una vitæ, mortis altera. Qui per hanc ingreditur, in illa non ambulat; qui autem in utraque incedit, nondum addictus est uni, neque ad regnum, neque ad supplicium, donec e vita decesserit. Judicium est Dei, cujus et misericordia. Qui vult in regnum introire, opera ejus observat. Regnum enim cœlorum destruit omne peccatum. Seminant inimici, sed eorum non germinant semina cogitationum. Etenim cum mens divinitatis dulcedinem degustarit, jacula nequeunt ad eam penetrare. Munita est enim virtutum clypeo, quo se defendit ut nequeat perturbari, et propriæ incumbit meditationi, ut viam utramque discernat, atque unam quidem fugiat, alteram autem diligat. Si quis Dei gloriam novit, is inimici sævitiam intelligit. Si quis regnum agnoscit, is gehennam non ignorat. Cui nota est dilectio, huic perspectum est odium. Cui amor Dei cognitus est, huic odium mundi non est incognitum. Qui munditiam novit, is immunditiam detestatur. Qui scit virtutum fructum, is etiam scit qui sit malitiæ fructus. Cui de bonis operibus angeli gratulantur, is non dubitat dæmones gaudere, cum eorum opera perficimus. Quomodo quispiam intelligat, quæ sit avaritia, nisi propter Deum paupertatem amplectatur? Quomodo quis æmulationis amaritudinem norit, nisi mansuetudinem sit adeptus? Quomodo quis iracundiæ cognoscat perturbationem, nisi omnibus in rebus patientiam diligat? quomodo libidinis fœtorem, nisi integræ castitatis sentiat suavitatem? quomodo obtrectationis dedecus, nisi suas agnoscat infirmitates? quomodo risus ineptias, nisi in lugendis peccatis lacrymas effundat? quomodo desidiæ vitium, nisi sensibus recte constitutis Dei lumen perspiciat?

II. Horum malorum omnium caput est unum, malitia inimici. Virtutum autem fons est timor Dei. Qui Dei timorem possidet, in castitate virtutes parit, et amputat malitiæ ramos quos recensuimus. Dei timorem amplectere, frater charissime, et tempus omne traduces cum tranquillitate. Virtutum enim omnium radix est timor Dei. Quandiu quis hæc transgreditur, nondum est regni cœlorum. Paulatim igitur illi certandum est, donec vitia quæ commemoravimus, expugnet. Id autem hoc argumento intelliget se consecutum. Donec sinistra peragit opera sua, nondum peccatum interiit: neque virtus dexteræ tecum conquiescit. Scriptum est enim: *An nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam* [30]? Et rursum: *An nescitis, quod Jesus Christus in vobis est? nisi forte reprobi estis* [31]. Et Jacobus: *Si quis*, inquit, *videtur religiosus esse, non refrenans linguam suam, hujus vana est religio* [32]. Hæc omnia nos docet Spiritus sanctus, ut a peccato recedamus,

[28] Ephes. VI, 17. [29] II Cor. VII, 1. [30] Rom. VI, 16. [31] II Cor. XIII, 5. [32] Jac. I, 26.

(14) *Ἡ ταπείνωσις*, κ. τ. λ. Græca hujusmodi nobis servavit S. Joannes Damascenus in *Parall. sacr.* Opp. tom. II, pag. 698.

Digitized by Google

neque in illud amplius incurramus. In hoc enim pœnitentiâ consistit. Peccatum vero non unum est, sed multiplex. Totus enim homo vetus peccatum appellatur. Idcirco : *Nescitis*, inquit Apostolus, *quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium* [33] ? Quis autem est hic, nisi qui constanter et fortiter pugnat ? *Qui enim*, inquit, *in agone contendit, ab omnibus abstinet* [34]. Curam igitur nostri geramus, fratres charissimi. In eo autem hæc cura potissimum sita sit, ut supplices procidamus in conspectu bonitatis Domini nostri Jesu Christi, qui potest nos ex improbis inimicorum nostrorum manibus liberare.

III. Idem abbas, cum ex eo quæreretur, quomodo sit in cella quiescendum, respondit : Is in cella recte quietem et silentium colit, qui supplex ante Deum prostratus assidue vacat orationi, et totis viribus improbas omnes inimici repellit cogitationes. Id enim est, a mundo procul aufugere. Rursum ex eo cum quæreretur quid esset mundus : Mundus est, inquit, animi ad peccata distractio. Mundus est, cum ea quæ naturæ contraria sunt, sequimur. Mundus est, cum carnis voluptates implemus. Mundus est, cum arbitramur diu nos in hoc sæculo permansuros. Mundus est, cum majorem corporis, quam animæ curam gerimus. Mundus est, cum iis quæ educa sunt gloriamur. Non ex me ipso ista confingo, sed Joannes apostolus ita loquitur : *Nolite diligere mundum, neque ea quæ ex mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ ; quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit et concupiscentia ejus : qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum* [35]. *Filioli, ne quis vos seducat. Qui facit justitiam, justus est ; qui autem peccatum facit, ex diabolo est : ab initio enim diabolus peccat* [36]. *Amicitia enim mundi inimicitia est in Deum* [37]. Et Petrus apostolus deterrens filios suos a peccato : *Horlor*, inquit, *vos, fratres, tanquam advenas et peregrinos, ut abstineatis a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam* [38]. Et dilectus Dominus noster Jesus, cum sciret mundum afferre nobis peccati molestiam, donec illum relinquamus, discipulos suos confirmavit : *Venit*, inquiens, *princeps mundi hujus, et in me nihil eorum quæ ipsius sunt, invenit* [39]; et rursum : *Mundus in maligno positus est* [40]. Ac de discipulis suis dicebat eos se elegisse de mundo [41]. Quomodo e mundo elegit eos, nisi ex omni occupatione peccati ? Quisquis igitur vult esse discipulus Jesu, fugit a vitiis ; nisi enim ea projecerit, Dei non potest esse domicilium, neque Divinitatis dulcedinem degustare. *Lucerna enim*, inquit, *corporis est oculus. Nisi oculus simplex fuerit, totum corpus tenebrosum erit* [42]. Itaque nisi mens a malitia fuerit aliena, atque integra, non potest Divinitatis lucem intueri. Malitia enim tanquam obscurus paries menti prætenditur, et animam desertam efficit, ut in Evangelio scriptum est : *Nemo lucernam accendens ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant* [43]. Mundi hujus injustitia modius dicitur, qua dum mens ipsa distinetur, in ea Divinitatis lucerna non potest esse. At si mens super sublimius candelabrum fuerit, tunc Divinitatis lumen in ipsa est ; tunc cognoscit eos qui in domo sunt, et quos debet ejicere, et quibuscum pacem habere. Sic enim docuit eos, quorum mens in divinis mandatis illustrata est : *Dico*, inquiens, *vobis qui auditis : Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos. Orate pro calumniantibus et persequentibus vos. Percutienti te in dextera maxilla, præbe illi et alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni petenti te tribue : et volenti mutuare a te, ne avertare : et ab eo qui aufert quæ tua sunt, ne repetas* [44].

IV. Hæc dixit ad eos qui mundum fugerant. Reliquerant enim omnia sæculi hujus, et paraverant se ipsos, ut Salvatorem suum sequerentur. Ideo diligens eos charitate perfecta dicebat eis : *Surgite, abeamus hinc* [45]. Quo igitur ducit eos, quia dicit : *Surgite, abeamus hinc ?* Ab hujus sæculi negotiis abducit illos in regnum suum, ut requiescant. Quamobrem ad ipsos : *Ego*, inquit, *sum vitis, et vos palmites. Manete in me, et ego in vobis. Quemadmodum palmes non potest ferre fructum, nisi manserit in vite : ita nec vos, nisi in me manseritis* [46]. Sic eos alloquitur qui mundum reliquerunt, quia Spiritus sanctus in illis est et habitat in cordibus eorum. *Non relinquam vos orphanos, sed veniam ad vos* [47]. Si quis igitur Deum diligit, et vult eum in se habitare, et se orphanum non derelinqui, studeat ea quæ Jesus præcepit observare, et habitabit cum ipso. Neque enim procul a nobis est, neque inter ipsum et nos quidquam intercedit, nisi peccatum. Quamobrem, frater, si dicis te mundo renuntiasse, et ea quæ mundi sunt facere deprehenderis, non renuntiasti plane, sed te ipsum decipis. Hoc enim eorum qui mundo renuntiarunt, judicium tulit : *Qui amat*, inquiens, *animam suam, perdet eam ; qui autem perdiderit animam suam propter me, servabit eam* [48]. Quomodo quis perdit animam suam, nisi dum omnes carnis voluntates amputat ? Et rursum : *Qui non tollit crucem suam et sequitur me, non potest meus esse discipulus* [49]. Quam dicit ut tollamus crucem, nisi ut mens assidue vigilet et virtutibus incumbat ? A cruce non discedit, qui vitia persequitur, donec ea profligat ac superet. Ad eos qui resurgunt : *Nisi*, inquit, *granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ip-*

[33] I Cor. IX, 24. [34] ibid. 25. [35] I Joan. II, 15-17. [36] I Joan. III, 7, 8. [37] Jac. IV, 4. [38] I Petr. II, 11. [39] Joan. XIV, 30. [40] I Joan. V, 19. [41] Joan. XV, 19. [42] Luc. XI, 34. [43] Luc. VIII, 16. [44] Luc. VI, 27-30. [45] Joan. XIV, 31. [46] Joan. XV, 4, 5. [47] Joan. XIV, 18. [48] Joan. XII, 25. [49] Luc. XIV, 27.

Digitized by Google

sum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert [50]. Eos vero qui ad grani similitudinem moriuntur, consolatur: *Qui mihi*, inquiens, *ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Et ubi ego sum, illic et minister meus erit* [51]. Quomodo ministrant Jesu, nisi dum mundi vitia odio persequuntur, et observant mandata Dei? quorum observatione fiduciam sumunt, et dicunt ei: *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* quibus ille respondet: *Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes judicantes duodecim tribus Israel. Et quicunque reliquerit domos, aut fratres aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit* [52].

V. Cum sciret dilectus Dominus noster Jesus fieri non posse, ut hominis mens ad crucem accederet, nisi ab omni mundi sollicitudine abesset, præcepit, ut omnia relinqueret, quorum occasione avocaretur a cruce. Ideo venienti ad se dicentique, *Sequar te, Domine, sed permitte, ut prius disponam ea quæ in domo mea sunt* [53], prohibuit: quoniam si ea vidisset cor ejus, iterum ad illa declinasset. *Nemo*, inquit, *mittens manum ad aratrum, et revertens retro, aptus est ad regnum cœlorum* [54]. Jam cum fecisset cœnam filio suo pater, misissetque servos qui vocarent invitatos, et rerum quas quisque diligebat, cupiditate noluisset venire [55], dolore commotus dixit: *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxorem et filios, et fratres et sorores, atque etiam animam suam, non potest meus esse discipulus* [56]. Quibus verbis significavit, non posse nos ad regnum quod cupimus, pervenire, nisi prius decreverimus odio persequi ea quæ cor nostrum, ad mundum alliciunt. Porro monens nos, ne fide sola in qua non insint opera, confidamus: *Ingressus*, inquit, *rex ut recumbentes videret, aspexit illic hominem non indutum veste nuptiarum, et jussit eum extrudi in tenebras exteriores* [57]. Ingrediuntur enim quia sunt nomine Christiani; ejiciuntur autem, quia non habent opera nomini congruentia. Sciebat Apostolus neminem, quæ Dei et quæ mundi sunt, simul posse diligere; ideo scripsit ad Timotheum discipulum suum: *Nemo militans vitæ negotiis implicatur, ut ei placeat a quo miles electus est. Neque pugil quisquam coronatur, nisi legitime certaverit* [58]. Et confirmans eum, ne labores suos crederet inanes fore, *Laborantem*, inquit, *agricolam oportet primum de fructibus accipere* [59]. Et ad Corinthios scribens: *Qui sine uxore est*, inquit, *sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est* [60].

A Caveat unusquisque, ne vocem illam audiat: *Projicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium* [61].

VI. Demus igitur operam pro viribus, fratres, ut induamus vestimenta virtutum, ne foras exturbemur. Nulla enim erit acceptio personarum apud Deum in illa die. Et qui turpiter flagitioseque vivunt, ut ait Apostolus, regnum Dei possidere non possunt [62]. Et quoniam qui ex mortis operibus suscitantur, et vivunt secundum spiritum, a quo accusentur non habent; quisnam sit fructus ipsius spiritus indicat: *Fructus*, inquiens, *spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus hujusmodi non est* B *lex* [63]. At amabilis Dominus noster Jesus, ostendens nobis opera in illa die esse patefacienda: *Multi*, inquit, *quærent ingredi, et non poterunt. Postequam enim paterfamilias surrexerit, et ostium clauserit, pulsantibus respondebit: Nescio vos* [64]. Num possumus dicere Deum quidquam ignorare? Absit! Cur igitur dicitur, *Nescio vos?* Quia virtutes ignorant illi qui pulsant et dicunt: *Domine, Domine, aperi nobis* [65]. Ac de illis quidem qui fidem habent, et non habent opera, rursum loquitur: *Ego sum*, inquiens, *vitis, et vos palmites; qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum; qui autem in me non manet, ejicietur foras, et arescet, et in ignem conjicietur* [66]. Qui autem fructum ferunt C bonum, eos purgat Deus, ut plus fructuum ferant [67]. Quod autem illos non amet qui carnis obtemperant voluntati, declarat: *Non pro mundo*, inquiens, *rogo, sed pro iis quos dedisti mihi, quia tui sunt* [68]: et ego elegi eos de mundo [69]: mundus enim quæ sua sunt diligit. *Pater, serva illos a malo, quia non sunt de mundo* [70]. Exploremus nosmetipsos, fratres, utrum simus de mundo, necne. Quod si non sumus e mundo, nos a malo servabit. Sic enim ait: *Non pro iis tantum rogo, sed et pro illis qui per sermonem ipsorum in me credent, ut omnes unum sint, sicut et nos unum sumus* [71]; et rursum: *Ut ubi ego sum, illic sint et ipsi mecum* [72].

VII. Considerate, charissimi, quanta nos qui in D hoc mundo certamus, et carnis voluntatem odimus, charitas amplectatur, siquidem regnaturi sumus cum ipso in infinita sæcula. Contemplans enim magnam illam gloriam Joannes apostolus: *Scimus*, inquit, *quia cum apparuerit, similes ei erimus* [73], si servaverimus mandata ejus et ea quæ sunt placita in conspectu ejus fecerimus [74]; et idem rursus: *Nolite mirari, charissimi, si mundus vos odit. Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres* [75]; et rursum: *Omnis qui*

[50] Joan. XII, 24, 25. [51] ibid. 26. [52] Matth. XIX, 27-29. [53] Matth. VIII, 21. [54] Luc. IX, 62. [55] Luc. XIV, 17 sqq. [56] ibid. 26. [57] Matth. XXII, 11, 13. [58] II Tim. II, 4, 5. [59] ibid. 6. [60] I Cor. VII, 32, 33. [61] Matth. XXV, 30. [62] I Cor. XV, 50. [63] Galat. V, 22, 23. [64] Luc. XIII, 24, 25. [65] Matth. XXV, 11. [66] Joan. XV, 5, 6. [67] ibid. 2. [68] Joan. XVII, 9. [69] Joan. XV, 19. [70] Joan. XVII, 15. 16. [71] ibid. 20, 21. [72] ibid. 24. [73] I Joan. III 2. [74] I Joan. II, 3. [75] I Joan. III, 13. 14.

Digitized by Google

non facit justitiam, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum[76]; et rursum : *Qui facit justitiam, ex Deo natus est*[77]; *Qui autem peccatum facit, ex diabolo est*[78]; et rursum : *Qui ex Deo natus est, peccatum non facit, quia semen ejus in ipso manet et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est*[79]. His testimoniis confirmati ad Dei benignitatem confugiamus, ut misereatur nostri, viresque tribuat quibus mundi istius immundi jugum excutiamus. Neque enim inimicus noster unquam cessat vias omnes persequi, quibus animas nostras deprædetur. Verum Dominus noster Jesus Christus nobiscum est. Ejus verba nobis opitulantur. Horum virtute, si ea servaverimus, inimicum conteremus. Alioqui quis ei resistere valeat? Petrus apostolus docens hominem operibus servari, *Ministrate*, inquit, *in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc* enim *si vobis adsint et superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est et manu tentans, oblivionem accipiens veterum suorum peccatorum*[80]. Et Joannes Baptista : *Facite*, inquit, *fructus dignos pœnitentiæ. Jam et securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor non faciens fructum bonum, excinditur, et in ignem mittitur*[81]. Et Dominus : *Ex fructu*, inquit, *arbor cognoscitur*[82]. *Nunquid colligunt e spinis uvam, aut e tribulis ficus*[83]? Et rursum : *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum ; sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est*[84]; et Jacobus : *Fides*, inquit, *sine operibus mortua est. Et dæmonia credunt, et contremiscunt. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, sic et fides sine operibus mortua est*[85]. Apostolus item affirmans filiis suis, fidem operibus indigere, sic eis vehementer præcipit : *Fornicatio, et omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet : sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei*[86]. Et hæc confirmans subjicit : *Nemo vos seducat inanibus verbis; propter hæc enim venit ira Dei in filios inobedientiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et justitia, et veritate, probantes, quid sit beneplacitum Deo; et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite*[87]; et rursum : *Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia*[88]. *Imitatores*, inquit, *mei estote, sicut et ego Christi*[89]. *Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis*[90].

VIII. Exploremus nos ipsos, fratres, utrum Christum induerimus, an non. Agnoscitur Christus per castitatem; castus est enim, et in castis habitat. Quomodo igitur casti sint, nisi desinant ea flagitia facere quæ faciebant? Eâ enim est Dei benignitas, ut quacunque hora se converterit homo a peccatis suis, suscipiat eum cum gaudio, et veterum ejus peccatorum obliviscatur, sicut in Evangelio scriptum est de filio juniore[91], qui hæreditatis suæ partem prodigus dilapidarat, et ad extremum eo redactus est, ut porcos pasceret, et saturari cuperet porcorum cibo. Denique resipiscens intellexit, nullam inveniri peccatorum satietatem. Quanto enim magis ea committimus, tanto majori eorum accendimur cupiditate. Cum igitur pœnitentiæ stimulus eum attigisset, rem non distulit, sed statim carnis voluntatem abjiciens, ad patrem suum rediit cum humilitate. Patris enim misericordia confisus, speravit eum sibi peccata quæ commiserat, non exprobraturum. Quamobrem et pater ejus confestim jussit, illi sanctitatis stolam dari, et arrham paterni amoris. Hoc exemplo nos docuit Dominus noster Jesus Christus, ut si volumus ad ipsum reverti, prius porcorum cibum relinquamus, et tunc suscipiet nos. Hæc dixit, ne animum despondentes dubitemus, utrum nos sit exauditurus. Convertamus igitur nos in toto corde, nec peccando defatigemur, et celeriter nos exaudit, ipse enim ait : *Petite, et accipietis ; quærite, et invenietis ; pulsate, et aperietur vobis*[92]. Si igitur petere ac quærere aut pulsare volumus, discamus quid ab eo nobis petendum sit. Qui media nocte ad amicum suum accessit : *Mutua*, inquit, *mihi tres panes, quoniam amicus ad me venit de via*[93]. Cum igitur pulsare pergeret, quod petebat, impetravit.

IX. Abjiciamus pigritiam a nobis, fratres, et hanc petendi constantiam imitemur, et quæcunque petierimus impetrabimus. Misericors enim est, nec magis quidquam cupit quam ut peccator resipiscat et convertatur. *Amen dico vobis*, inquit ipse, *gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente*[94]. Dum ad ejus clementiam confugere possumus, et misericordiæ ipsius divitiis perfrui, resipiscamus in toto corde; dum sumus in corpore, ad illum revertamur. Exiguum est hujus vitæ curriculum. Quod si fecerimus, gaudium æternum et incredibile consequemur; sin retro nos converterimus, similes erimus adolescenti illi qui Dominum Jesum interrogavit, quid sibi agendum esset ut salvus fieret. Cui Dominus cum respondisset : *Vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et tolle crucem tuam et se-*

[76] I Joan. III, 10. [77] I Joan. II, 29. [78] I Joan. III, 8. [79] ibid. 9. [80] II Pet. I, 5-9. [81] Luc. III, 8, 9. [82] Matth. XII, 33. [83] Matth. VII, 16. [84] ibid. 21. [85] Jac. II, 19, 20, 26. [86] Ephes. V, 3-5. [87] ibid. 6 11. [88] Ephes. IV, 31. [89] I Cor. XI, 1. [90] Gal. III, 27. [91] Luc. XV, 11 seqq. [92] Matth. VII, 7. [93] Luc. XI, 5 seqq. [94] Luc. XV, 7.

Digitized by Google

quere me[95], ostendens nobis salutem in eo sitam esse ut voluntatem nostram abnegemus. *Iis ille auditis tristis discessit*[96]. Intelligebat enim grave quidem esse, dare cuncta pauperibus, sed multo gravius crucem suam gestare. Facultates enim pauperibus distribuere virtus est una, quæ tamen etiam in cruce consistit. Crucem vero gestare est omne peccatum destruere, unde et charitas nascitur, sine qua non est crux. Cæterum cum sciret Apostolus multas esse et haberi virtutes in quibus charitas non est, neque virtutum perfectio : *Si linguis hominum*, inquit, *loquar et angelorum, charitatem autem non habuero, factus sum sicut æs sonans aut cymbalum tinniens. Et si distribuero omnes facultates meas, et dedero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non indecore se gerit, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum*[97]. Qui vult igitur in via charitatis incedere, ab omnium hominum, seu boni seu mali sint, sollicitudine recedit, et Dei desiderium fovet in corde suo. Quod quidem desiderium justam quamdam illi iram gignit, qua propulsat inimicum. Tunc Dei timor nutritur in eo, et per timorem charitas patefit. Et qui ejusmodi est, eadem fiducia qua Apostolus, dicit : *Ego paratus sum non solum vinciri, sed etiam mori pro nomine Domini nostri Jesu Christi*[98]. Beata est anima illa, quæ ad talem charitatem pervenit.

X. Exeamus e mundo, fratres. Quo in statu simus, consideremus. Etenim misericors est Dominus Jesus, et pro cujusque operibus quietem tribuit, magnis pro magnitudine, parvis pro tenuitate ipsorum. *Multæ* enim *sunt*, inquit, *mansiones apud Patrem meum*[99]. Licet enim unum sit regnum, proprium tamen in eo quisque locum invenit, et opus suum. Pugnemus, fratres, adversus ignaviam, et tenebrarum velum a nobis excutiamus, quod est oblivio, ut pœnitentiæ lucem aspiciamus. Martham et Mariam imitemur, quæ plorant in conspectu Salvatoris, ut suscitet fratrem Lazarum, id est animum multis peccatorum vinculis obstrictum. Qui si solutus fuerit, tunc Mariæ Marthæque studium exstabit, et Lazarus sine sollicitudine recumbet cum Jesu. Martha cum lætitia ministerium suum diligenter exercebit; Maria vero promet alabastrum unguenti, et unget pedes Domini. Quod in nobis est, fratres, id totis viribus exsequamur; et Deus pro multitudine misericordiæ suæ nobis opitulabitur. Quod si corda nostra haud ita custodivimus, ut patres nostri; nunc saltem ea a peccatis custodiamus, speremusque nos item famis tempore apud eum misericordiam inventuros, sicut invenerunt sancti omnes. Quamvis enim alia sit solis gloria, alia lunæ, et stella a stella differat in claritate[1]; in eodem tamen sunt firmamento. Et gloria atque honor omnium est ipsius Dei in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXII.

De operibus hominis novi.

I. Tria sunt, charissimi, quibus Hebræus ab aliis distinguitur : circumcisio, et Pascha, et Sabbatum. Sic enim in Genesi scriptum est : *Infans octo dierum circumcidetur in vobis, tam vernaculus quam emptitius. Qui circumcisus non fuerit, delebitur de populo meo, quia pactum meum irritum fecit*[2]. Primus Abraham circumcisus est. Id est signum hominis novi; quod in sancto corpore suo Dominus Jesus admisit. De hoc et Apostolus ait : *In quo circumcisi estis circumcisione non manu facta, in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo et surrexistis per fidem operationis Dei*[3]; et rursum : *Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris : Renovamini autem spiritum mentis vestræ, et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate, et veritate*[4]; et rursum : *Ut moriamini quidem peccato, vivatis autem justitiæ*[5]. Et hæc quidem de circumcisione : quæ qui non observat, non est circumcisus, nec vere Christianus, quia irritum fecit pactum, quod proprio sanguine sancto suo Dominus Jesus sancivit.

II. Nunc de sancto Paschate dicendum est, de quo sic ait ad Moysem : *Hæc est paschatis lex : Omnis alienigena non vescetur ex eo. Omnis servus emptitius non comedet ex eo. Omnem servum emptitium circumcides; et sic comedet ex eo. Quisquis autem non fuerit circumcisus, ne comedat ex eo. Hoc comedite in una domo*[6]. *Renes vestros accingetis, et calceamenta vestra habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus*[7]. Non editur pascha nisi cum azymis et lactucis agrestibus, et carnibus assatis igni. Non dixit : Accingetis vos super renes vestros, ne quis de cingulo dictum intelligeret. Sed, *renes vestros accingetis*, ut de castitate et munditia intelligamus. Calceamenta autem significant, ut prompti paratique simus ad omnia fugienda et declinanda, quæ conscientiam pungunt et maculant, mentemque avertunt a propria contemplatione in sanctitate. Per baculum spes indicatur, et fortitudo tendentium ad terram promissionis. Hi sunt qui Sabbatum observant. Sanguis agni significat sanguinem Domini Jesu, qui factus homo venit ad nos, ut filios Israel duceret ad promissam cœli hæreditatem. Apparent qui instructi sunt, et signum in anima sua perspicue impressum habent. Hyssopi fasciculus indicat afflictionem. Jubet enim ut cum lactucis agrestibus, seu herbis amaris comedatur. Expende diligenter, o frater, utrum sis circumcisus, et domus tuæ fores inunxeris agni sanguine immaculati, utrum ab omni

[95] Luc. XVIII, 22. [96] ibid. 23. [97] I Cor. XIII, 1, 3 5. [98] Act. XXI, 13. [99] Joan. XIV, 2. [1] I Cor. XV, 41. [2] Gen. XVII, 12. 14. [3] Coloss. II, 11, 12. [4] Ephes. IV, 22-24. [5] I Pet. II, 24. [6] Exod. XII 43-48. [7] ibid. 11.

Digitized by Google

terrena cogitatione te removeris, utrum te ipsum sic instruxeris, ut intrepide in terram promissionis ingrediaris.

III. Deinceps de Sabbato dicendum est, quod est ipsorum proprium qui circumcisi sunt, et sanctum Pascha, ut diximus, comederunt, et ab Ægyptiis liberati eos omnes in mari Rubro submersos conspexerunt, et ab acerba eorum servitute quieverunt. *Sex diebus*, inquit, *operaberis. Septima dies Sabbatum est requietionis Domini* [8]. *Qui die Sabbati fuerit operatus, perdetur anima illa* [9]. At Dominus noster Jesus verum ipse Sabbatum observavit, docuitque quomodo deberet observari. Cum in Parasceve ascendit, sed antequam in crucem ascenderet, cuncta præparavit, tot ignominias et contumelias ferens, non solvens, neque se ipsum recreans ullo modo, quin etiam cum diceret : *Sitio, obtulerunt illi spongiam aceto plenam;* quo degustato dixit : *Consummata sunt omnia: et inclinato capite tradidit spiritum* [10]. Et deposuerunt eum vere Sabbatum observantem. Quievit enim Dominus Jesus septimo die, et benedixit ei, quoniam requievit ab omnibus operibus: quibus humanas destruxerat infirmitates. *Ingrediens enim*, ut scribit Apostolus, *in requiem suam, ab omnibus operibus suis quievit, quemadmodum et a suis Deus* [11]. Hoc verum est Sabbatum, quod qui non observat, non est Christianus. Lugens enim Jeremias super populum Israel : *Nolite*, inquit, *onera gestare in die Sabbati, et ne egrediamini portas Jerusalem portantes onera in die Sabbati* [12].

IV. Heu me miserum, qui hæc sancta mandata non observo, et gravia fero onera in die Sabbati ! Quæ sunt ista onera? Ira onus est grave, æmulatio, odium, inanis gloria, obtrectatio, maledicentia, irritatio, superbia, arrogantia, contentio, amor proprius, invidia. Hæc animæ sunt. Corporis autem, ingluvies, nimius corporis ornatus et cura, libido, concupiscentia, cordis defectio. Hæc omnia, et reliqua his similia, repulit a corporibus sanctorum, occidens ea in sancto corpore suo, ut affirmat Apostolus, per crucem interficiens inimicitias in se ipso [13]. Quisquis igitur gravia fert onera peccatorum, is Sabbatum violat, nec verus est Israelita, sed se ipsum decipit. Solum enim habet nomen, nec quidquam accipiet a Domino Jesu, quem factis negat, suscitans ea quæ interfecit, et faciens illa quæ sepelivit. Cum igitur venerit Dominus Jesus in gloria sua, solos filios Israel, id est solos vere Christianos, circumcisione non manufacta, sed spiritu circumcisos, quos ex omnibus populis elegit, ducet in regnum suum sempiternum. *Cæcitas enim*, inquit Apostolus, *contigit ex parte populo Israel, donec omnes ingrediantur nationes* [14]; et rursum : *Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et super Israel Dei* [15]. Animadvertis eos esse Israelitas Dei, qui cordis habent circumcisionem et Sabbati observationem, hoc est destructionem peccati. *Nam*, ut idem ait Apostolus, *non qui in manifesto Judæus est in carne, ille Judæus est : neque circumcisio quæ cernitur, illa est circumcisio : sed qui in occulto Judæus est, et circumcisio cordis in spiritu, non in littera* [16].

V. Attendamus nobismetipsis, fratres. Quousque frustra laborabimus? quousque nostro parebimus adversario qui in nobis est, et allicit ad vitia, a virtute nos avocans, nec permittit, ut oculos ad perspiciendam divinitatis lucem extollamus? Explora te ipsum, infelix, qui baptizatus es in Christum et mortem ejus. Considera qualem ipse pro te mortem subierit, utrum ejus sequaris vestigia. Ostende mihi mores tuos. Ipse sine peccato est, et se tibi omnibus in rebus exemplum proposuit ad imitandum. Paupertatem amplexus est ; tu autem abhorres a paupertate. Non habuit ubi caput reclinaret [17] ; tu certum et commodum quæris domicilium. Ille contumelias pertulit ; tu eas ferre non vis. Ille malum pro malo non reddidit ; tu ultionis es cupidus. Ille, *dum pateretur, non comminabatur* [18] ; tu dum laboras, irasceris. Ille inter ignominias minime turbabatur ; tu nulla affectus ignominia perturbaris. Ille benigne ad se peccatores vocabat ; tu verbis tuis amicos etiam pungis. Ille injurias æquo animo perferebat; tu nulla injuria provocatus indignaris. Ille mansuetus in eos qui in peccatum inciderant ; tu superbus etiam in eos qui te meliores exsistunt. Ille semetipsum tradidit pro illis a quibus offensus fuerat, ut eos redimeret ; tu eos etiam lædis, qui de te sunt bene meriti. Considera quid tibi ille dederit, et quid tu vicissim illi retribuas. Agnosce illum ex ejus operibus, et te ex operibus tuis. Si mortuus es cum ipso, quis facit ista opera, id est ista peccata?

VI. Sancta ipsius mandata diligenter attendamus, dilectissimi, et proprias abnegabimus voluntates. Si diligimus eos qui nos colunt, quid amplius facimus quam ethnici [19]? Si pro bene merentibus oramus, id faciunt et publicani. Si laudantium sermone delectaris, et Judæis idem contingit. Quid igitur amplius facis tu qui peccato mortuus, vivis in Christo Jesu? Si eos qui tibi obsequuntur, tantum amas, quid amplius facis quam peccatores? Nonne et ipsi idem faciunt? Si eos qui te molestia afficiunt, qui non obediunt, qui lacessunt, odio prosequeris; ethnico et tu similis es : pro illis potius tibi precandum erat, ut eis ignosceretur. Si contumeliis et ignominiis doles ; dolent et publicani. Te ipsum excute et expende qui in Christi nomine baptizatus es, utrum hæc sint opera nomini tuo congruentia. Eane in die gloriæ ejus tecum coram illo laturus sis, ut coroneris? Corona dabitur pro illarum victoria perturbationum, quas olim superavit Rex tuus, se ipsum tibi proponens exemplum. Ipse enim Rex

[8] Exod. xx, 8, 9. [9] Exod. xxxi, 14. [10] Joan. xix, 28-30. [11] Hebr. iv, 10. [12] Jer. xvii, 21, 22. [13] Ephes. ii, 14, 16. [14] Rom. xi 25. [15] Gal. vi, 16. [16] Rom. ii, 28, 29. [17] Matth. viii, 20. [18] I Petr. ii, 23. [19] Matth. v, 46.

Digitized by Google

regum, et Dominus dominantium, cum illa die se gentibus omnibus conspiciendum præbebit in majestate, secum feret signa sua, nempe cicatrices illas quas pro nobis pertulit. Tu vero nihil eorum simile laturus es in corpore tuo. Quamobrem dicet tibi: Nescio te. Tunc videns omnes sanctos, qui propter nomen ipsius mortem oppetierunt, in eorum conspectu erubescens consiste. Sanctorum omnium vitas perpende, et eos reperies, cum mala pertulerunt, ea non rependisse. Sanguis eorum omnium clamat: Vindica nos ex omnibus inhabitantibus terram. Ego vero, qui otium et quietem diligo, quid dicam in illa die quando perspiciam illic prophetas, et apostolos, et martyres, et reliquos sanctos, qui nullum dantes ultionis aut iracundiæ signum, in injuriis tolerandis fortes atque constantes exstiterunt? Cum illa dies advenerit, non erit in cujusque potestate quid respondeat; sed unusquisque resurget propriis operibus, sive bonis sive malis, tanquam vestimentis indutus. Opera loquentur ipsa, et in loco cujusque consistent.

VII. Beatus qui in eam curam diligenter incumbit, ut exuat opera quæ in gehennam detrahunt, et induat illa quæ perducunt in cœlum. Nam ut Apostolus ait: *Et si terrena nostra habitatio hujus tabernaculi dissolvatur, scimus nos habitationem habere domum non manufactam in cœlis* [20]. Nihil est tempus vitæ nostræ, et cum venerit hora nostra, ratio a nobis acriter exigetur. Ne sint igitur animi nostri remissi et dissoluti, sed omni studio ac diligentia laboremus, suppliciterque ad Dei benignitatem, ut nos adjuvet, assidue confugiamus. Fratribus nostris ne irascamur, quod re aut sermone nos læserint. Quod si operarii, et vasa diaboli esse perrexerint, Dei constituentur adversarii, donec dissolvantur, et e stadio fugiant. Omnibus in rebus, fratres charissimi, humilitatem et patientiam amplectimini; et semper in eam cogitationem incumbite, ut propriæ voluntati renuntietis; nam propria voluntas perdit omnes virtutes. Qui cogitationes suas recte disponit ac moderatur, propriam abnegat voluntatem; et mansuetudinem amplectens, tanquam a dracone fugit ab omni discordia et contentione. Hæc enim totum virtutis ædificium evertit, et animo tenebras offundit, ut honestatis lucem aspicere nequeat. Ab hoc igitur vitio, quod se virtutibus insinuat atque implicat, donec eas deleat, declinato. Etenim nec Dominus Jesus prius ascendit in crucem, quam Judam expulisset e medio discipulorum. Nisi enim homo tetrum hoc vitium exscindit, non potest proficere secundum Deum; ex eo namque mala cuncta proficiscuntur. Qui hoc vitio laborat, crucem suam ferre non vult, inanem gloriam sequitur; omnia denique quæ Deus odit, habitant in animo hominis contentiosi et arrogantis.

VIII. Qui peccata sua considerat, facile assequitur humilitatem. Humilitatis est, propriam voluntatem subjicere proximi voluntati. Cordis munditia gratas Deo preces persolvit. Cui propria displicent vitia, luctui et lacrymis vacat. Charitas non judicat proximum. Patientia non meminit injuriarum. Qui Deum diligit, vindictam non appetit. Qui silentium et quietem colit, quod sibi minus obediatur non commovetur. Animus paupertatis studiosus, innocens est. Qui propriis sensibus dominatur, in pace degit. Qui mitis est, omnia perfert. Qui misericors, facile ignoscit. Propriæ voluntatis abnegatio gignit hæc omnia, et virtute amabili pacis vinculo conjungit. Nihil in omnibus Scripturis perspicio, quod magis ab homine Deus exigat, quam ut omnibus in rebus humiliet se proximo suo, et propriam abneget voluntatem, et Dei semper auxilium imploret, ut oculos suos excitet a somno oblivionis et ab errore captivitatis. Hominis natura mutabilis est, et ad malum prona; Dei vero est misereri, et imbecillitatem nostram corroborare; Dei nos ad se convertere; Dei nobis gratiam elargiri, ut ei gratias agamus; Dei nos defendere atque eripere e manibus inimicorum; Dei denique est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. Contentionem vero quæ pariunt, hæc sunt: multiloquium, et curiositas, et adulatio, et arrogantia, et linguæ duplicitas. Anima illius in quo sunt hæc, virtutum est expers. Nisi quis magno cum sudore singulis virtutibus incubuerit, ad quietem Filii Dei non poterit pervenire. Vitam igitur vestram, fratres, ne negligatis, neque mens vestra in malitiæ operibus torpescat, ne tempus deficiat ante quam ad Filii Dei quietem aspiretis, quæ in eo sita est, ut omnibus in rebus humilitatem atque innocentiam complectamini, et neminem oderitis; neque ulli rei Deo invisæ acquiescatis, sed ab omnibus peccatis abhorrentes, cunctis malitiæ operibus mortui sitis. Sic enim *Deus qui non mentitur* [21], aderit nobis, et infirmitatem nostram misericordia sua confirmabit. Amen.

ORATIO XXIII.

De perfectione.

I. Nisi quis fidem in Deum possideat, ut quidam e Patribus ait, et assiduo ejus flagret desiderio, et nemini noceat, nec malum pro malo reddat, affligatque se, et humilitatem, et castitatem, et humanitatem colat, mundoque renuntiet, mansuetusque sit et patiens, assiduoque cordis labore Deum precetur, et veram charitatem amplectatur, neque ad ea quæ retro sunt, redeat, sed ad interiora contendat (15), neque bonis operibus et sacrificiis suis

[20] II Cor. v, 1. [21] Tit. I, 2.

(15) *Interiora.* Nullus dubito quin legendum sit, *anteriora*. Hic enim respicit auctor ad Philipp. III, 13, ubi legimus, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν. Vulg. *ad ea quæ sunt priora.*

Digitized by Google

confisus, divinum quotidie imploret auxilium, salutem assequi non potest : tam acres vigilantesque sunt hominis adversarii. Ne contemnas, frater, neque negligas conscientiam tuam, neque tibi ipse confidas omnino, quamvis aliquo in pretio apud Deum esse videaris. Undique enim ab adversariis obsidemur. Afflictio considerata præteritas delet negligentiæ notas. Et sensuum castigatio hostium interiorum vulneribus medetur. Perfecta secundum Deum dilectio occulta hostibus resistit. Occulto sanctitas occultis bellis superatis ad Filii Dei quietem perducit. Et sanctitas manifesta virtutes servat. Dei cognitio facit, ut ad eum tempore tentationis confugiamus, ejusque muniti præsidio superiores simus. Qui laboribus suis minime confidit, is Dei magis sentit auxilium. Qui ex animo pie Deum quærit in veritate, is stat in timore, ne displiceat Deo. Semper enim a conscientia stimulatur, quod aliqua in re defecerit. Ubi autem stimulus, ibi accusatio; ubi accusatio, non est libertas. Quod si deinceps orando animadverterit se nullo malitiæ stimulo pungi, tum vere liber est, et ex voluntate Dei in requiem sanctam introivit.

II. Si bonos fructus perspexeris a nullis inimici zizaniis suffocari, neque tamen, quamvis cum sensibus amplius non pugnes, hostes malitia sua confisi desinent oppugnare. Et si nubes tabernaculum obumbravit, neque sol ussit te per diem neque luna per noctem : et inventus in te fuerit omnis apparatus tabernaculi, ut colloces et custodias illud secundum voluntatem Dei (parta nimirum tibi per Deum est victoria); et ipse tabernaculum obumbrabit, quia ipse est, et ipse præcedit, et parat ubi constituatur (16). Nisi enim præcipiat ipse quo in loco sit collocandum, non potest consistere, ut ait Scriptura. Magnum jam est periculum, donec homo se ipsum noverit, et plane sciat in se non esse, ut ab interpellantibus et ad iracundiam impellentibus liberetur. Oportet igitur ut cum timore ad ejus benignitatem confugiamus, assidueque memoria repetamus ipsius beneficia, et sanctam humilitatem amplectamur, quæ nullo unquam tempore discedat a corde nostro, quæ peccata nostra nobis semper ante oculos proponat, et bona, si quæ in nobis sunt, servet, et ad finem usque tueatur, faciatque ne nobis ipsi confidamus.

III. Cæterum qui proximum judicat, et irascitur fratri suo, eumque contemnit ac despicit, aut iracunde docet, aut cuipiam detrahit, a misericordia qua sancti sunt præditi, alienus est, et ab aliis præstantibus virtutibus. Ejusmodi enim vitia labores hominum perdunt, et fructus bonos excutiunt. Si quis peccata sua lugere se dicit, neque ab illis recedit, is se ipsum decipit. Qui ad quietem aspirat, neque sollicitus est, ut animi pellat ægritudines, cæcus est, et sanctæ virtutum ædificationis imperitus. Qui, posthabita peccatorum suorum curatione, aliis mederi studet, præpostere agit. Prius quam enim illud aggrediatur, debet peccata sua lacrymis abstergere : et Dei misericordiam imploret ut sibi ignoscat, tantumque roboris et fortitudinis præbeat, ut nunquam amplius in eadem incurrat, aut illum vel cogitatione vel sermone vel factis offendat. Beatus qui ita se gerit in veritate. Qui vere pœnitentiam agit, in eo non est occupatus, ut proximum judicet. Satis enim sua cuique peccata negotii præbent, nec spatium relinquunt, aliena ut curet. Qui malum pro malo reddit, procul abest a vera pœnitentia. Qui gloriæ captus cupiditate, mundi negotiis implicatur, ex animo non luget peccata sua. Qui nunc aut illum bonum, aut malum affirmat esse, in corde suo confundetur. Dum enim ea quæ nostra non sunt volumus judicare, decipimur, atque ita distrahimur, ut nobis non vacet peccata nostra cognoscere.

IV. Si contumelia affectus indignaris, veram non agis pœnitentiam. Si rebus tuis tibi ereptis doles, Dei timor non est in te. Si quod in te aliquis falsa contulerit perturbaris, timor Dei non est in te. Si laudes tuas libenter audis, timor Dei non est in te. Si in mutuis sermonibus verba tua volueris prævalere, timor Dei non est in te. Si dolueris quod sermo tuus contemnatur, timor Dei non est in te. Hæc enim omnia indicant veterem hominem adhuc vigere, neque esse qui illum expugnet, verumque et Deo gratum luctum amplectatur. Aperiendi sunt mentis oculi, ut nos ipsi cognoscamus, sciamusque Dei inimicum constitui, qui propriam sequitur voluntatem. Si custodieris mandata Dei, et ex ipsius voluntate direxeris opera tua, et animadverteris majestati ejus per te placere non posse, et peccata tua semper ante oculos habueris, invenies propugnaculum oppositum adversario tuo, qui te conatur per superbiam qua tibi justus videaris, expugnare; et ædificium quod exstruit pœnitentiæ luctus conservabis. Tunc te tibi notum esse intelliges, et ubi sis, et cor tuum tanquam victoria parta non extolletur. Etenim, nisi homo in judicio constiterit, et sententiam audiverit, et locum suum noverit, scire non potest, utrum Deo placeat, necne. Dolor qui secundum Deum cor pungit, sensus in officio potest continere, et sobrietas mentem integram conservare. Sed homo sibi ipse non debet unquam confidere, imo tandiu sollicitus esse, dum est in corpore. Beati qui suis nunquam operibus fidunt, sed semper pavidi Deo non audent occurrere, et cognita ejus majestate et propria infirmitate, voluntati ejus, ut ipse vult, student obtemperare, atque ita se ipsos lugent, et cæteros non judicant, sed Deo omnium judici judicium derelinquunt.

V. Cum quis se ipsum Deo totum addixerit, et ex voluntate ejus perfectus decesserit, tunc in libro viventium se scriptum inveniet, et angeli testabuntur eum sinistræ principes evasisse. Tunc inter beatos spiritus consistet. At dum viget bellum, in

(16) *Parat.* Malim *imperat.* Restitutionem suadet, quod mox sequitur *præcipiat.*

Digitized by Google

timore versatur homo; et si hodie vincit, nescit utrum cras victurus sit; ancipiti enim certamine cor est suspensum. At qui jam bravium percepit, tranquillus est, nec metuit, quorsum tres illæ partes tendant, quæ jam in Deo cum pace conjunctæ sunt, anima nimirum, et corpus, et spiritus, ut ait Apostolus [22]. Cum enim hæc tria per operationem Spiritus sancti unum fuerint, amplius sejungi nequeunt. *Christus* enim *mortuus est, et resurrexit, et amplius non moritur; mors illi ultra non dominabitur* [23]; nam mors ejus salus nobis facta est. Et per mortem ejus peccatum deletum est in perpetuum. Et resurrectio ipsius vita facta est credentibus in eum, ut in Deo vivant, et justitiæ fructum afferant. Ne vicisse te putes, dum pugnas. *Militia* enim *est vita hominis super terram* [24]. Sive vigilemus, sive dormiamus, non cessat nos adversarius oppugnare. Qui in stadio pugnat, si prudens est, ante victoriam præconium non canit. Imprudens autem, et si cadit, tamen extollitur, et se victorem existimat. Idcirco Dominus, cum discipulos suos mitteret ad prædicandum : *Neminem*, inquit, *in via salutaveritis; in domum autem cum intraveritis, salutate; et si ibi fuerit filius pacis, apud eum manete* [25]. Et Elisæus ad Giezi, cum eum mitteret : *Si occurrerit*, inquit, *tibi homo, ne salutes eum; et si salutaverit te quispiam, ne respondeas illi* [26]. Neque tamen Giezi puerum suscitavit. At cum venisset vir Dei, vidit puerum jacentem in lectulo, et clausit ostium super se, et super illum, et cum singulis sensibus pugnavit, descendensque in domo semel huc atque illuc deambulavit, et cum calefacta esset caro pueri, per voluntatem Spiritus Dei aperti sunt oculi ejus.

VI. Quid dicemus nos miseri, qui gloriam mundi diligimus magis quam gloriam Dei? Qui nec quomodo pugnandum sit, aut ad requiem contendendum, consideramus, nec Dei patientiam intelligimus, qui cum bono fructu sinit zizania crescere; nec priusquam ille creverit perfectusque sit, permittit ut zizania colligantur. Et Giezi itineris cursum confecit, sed tamen non potuit puerum suscitare, quia dilexit gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Beati oculi qui cum humilitate ad Deum respiciunt, et solliciti sunt quomodo curent vulnera sua, et peccata lacrymis abluunt ac veniam deprecantur. Væ illis qui tempus consumunt, putantque se esse sine peccatis, et propriam conculcant conscientiam, nec volunt pœnitentiam agere. Agricola qui semen suum jacit, nisi germinet, queritur quod sumptum et operam perdiderit. Sic et homo licet noverit mysteria omnia, et omnem scientiam [27], et fecerit virtutes multas et curationes, variisque se afflictionibus affecerit, nisi charitatis fructus aspiciat, magno affici timore debet. Undique enim inimicorum fraudibus, insidiis et dolis oppugnatur, ut concidat. *Charitas* vero *nunquam excidit*, sed *omnia sperat, et credit, et sustinet* [28].

VII. O quam laboriosa est via Dei! *Angusta* enim *est*, ut ipse ait, *porta, et arcta est via quæ ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inveniunt eam* [29]. Nos autem inertes et iguavi et voluptatibus dediti, quietem in eo sitam ducimus, quod jugum illius non gestamus qui dixit : *Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve* [30]. Quis sapiens ac timens Deum non omnibus viribus contendit, ut divina mandata custodiat, et tamen cum omnia fecerit, se indignum agnoscit, qui Dei nomen invocet? Dominus noster Jesus Christus propter nos factus est homo, ut ægritudines nostras curaret, ut secundum spiritum, non secundum carnem ambulemus, et Patris voluntatem nobis patefecit. Et discipulis suis dixit : *Cum feceritis omnia quæ præcipio vobis, dicite : Servi inutiles sumus; etenim quod debemus facere, fecimus* [31]. Si quis viperam aut scorpionem, aut aliquid aliud pestiferum viderit, timore perterritus fugit : et imprudens atque infelix anima, cum mortifera cernat, non fugit neque recedit, sed audacter cum illis versatur. Ideo sterilis, et sine fructu tempus omne consumit.

ORATIO XXIV.

De tranquillitate.

In virtutum via est lapsus, sunt inimici, est mutatio, est copia, est mediocritas, est inopia, est mœstitia, est gaudium, est animi labor et angustia, est quies, est progressio, est vis. Iter enim agimus, donec ad requiem perveniamus. Tranquillitas autem ab omnibus est perturbationibus vacua, et nulla re indiget. Est enim in Deo, et Deus in illa. Inimicos non habet, non lapsum, non incredulitatem, non perturbationis laborem, non rei cujusquam cupiditatem. Magnæ denique atque innumerabiles sunt illius dotes. Ab hac procul abest, qui aliqua laborat perturbatione. Hæc est illa charitas, quam nos Dominus Jesus docuit omnibus exhibere. Ad hanc imperiti nonnulli putant se pervenisse, cum adhuc animi morbis divexentur, et corporis immunditia sordeant, et ab omni virtute sint remotissimi. Ignoscite mihi, quæso per Deum : cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXV.

Ejusdem ad Petrum abbatem discipulum suum.

I. Quod scribis ad me, te velle peccatorum tuorum pœnitentiam agere, si Deus te ab hujus mundi sollicitudine liberaverit, recte dicis. Fieri enim non potest, ut mens sæculi curis obvoluta Deo serviat. *Non potestis*, inquit Dominus, *Deo servire et mammonæ* [32]. Per mammonam omnia mundi negotia significat. Quæ quidem homo nisi reliquerit, Deo servire non potest. Dei servitus requirit, ut dum illuc

[22] I Thess. v, 23. [23] Rom. vi, 9. [24] Job vii, 1. [25] Luc. x, 4, 5. [26] IV Reg. iv, 29. [27] I Cor. xiii, 2. [28] ibid. 8, 7. [29] Matth. vii, 14. [30] Matth. xi, 29, 30. [31] Luc. xvii, 10. [32] Matth. vi, 24.

Digitized by Google

colimus, et adoramus, et precamur, et laudamus, neque malitiam in animo, neque odium, neque invidiam, neque turpem cupiditatem retineamus. Hæc enim omnia miseræ animæ tenebras offundunt, ut Deo caste servire non possit, et illi in abscondito benedicere. Hæc illam impediunt, quominus occurrat Deo, et cum charitatis dulcedine et cordis suavitate illum sancte ex animo deprecetur, ut se ipsam illustret. Hæc sunt in causa, quominus proficiat secundum Deum, et omnes amputet perturbationes. Quod quidem assequi non possumus, nisi ab omnibus mundi sollicitudinibus recedamus. Anima enim foris et intus oppugnatur. Foris ab hujus sæculi occupationibus, ut corpori satisfaciat; intus a propriis ægritudinibus, quæ sunt inimicæ virtutis. Has autem illa nec videre potest, nec curare, nisi mundi negotiis et curis liberetur. Idcirco Dominus Jesus eos negat suos posse discipulos esse, qui propriæ non renuntiant voluntati [33]. Voluntas enim tam intimis, quam externis actionibus dominatur. Et ideo, ne mentem interimat, ut Dominus præcipit, est abneganda. Mens enim occiditur, cum animâ mundi negotiis et sollicitudinibus detinetur. Tunc enim ægritudines intus sæviunt et propagantur. Quod si anima Domini Jesu verbis obtemperans, omnes suas abjecerit voluntates, ab omnibus sæculi istius operibus abhorrebit. Tunc mens excitata confirmabitur, et omnes a se depellet ægritudines, animamque diligenter custodiet, ne rursus ad pristina sese convertens, in manus incidat inimicorum.

II. Anima enim similis est adolescentulæ degenti cum viro suo, quæ si forte vir peregre abierit, excusso timore, res domesticas negligit. At illo domum reverso, sedula ad officium redit, et cum timore cuncta ex viri voluntate disponit; ipse vero domui suæ consulit omnibus in rebus necessariis. Sic et mens animam observat assidue, et bona opera ex illa tanquam filios gignit et nutrit; atque ita conveniunt, ut cor unum efficiantur. Anima menti ut mulier viro subjicitur : *Nam*, ut ait Apostolus, *caput mulieris est vir* [34]. Et rursum : *Vir*, inquit, *non debet velare caput; imago enim et gloria Dei est; mulier autem est viri gloria. Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Propterea mulier debet velare caput, et propter angelos. Verumtamen neque mulier sine viro, neque vir sine muliere, in Domino. Sicut enim mulier ex viro, sic et vir ex muliere, omnia autem ex Deo* [35]. Cum igitur anima menti paret in Domino, tunc Deo preces fundimus in castitate, tunc Deo benedicimus ex corde sancto, tunc illustramur a Deo, tunc veri illi efficimur adoratores, quos Deus requirit. Tales sunt, de quibus ipse ait : *Inhabitabo in eis et inambulabo* [36]. Tunc illud impletur : *Si duo vestrum consenserint, quæcunque in nomine meo petierint, impetrabunt* [37]. Vult ergo Deus, ut ab omnibus quæ ipse destruxit in corpore suo, quæque nos vel intus vel foris coinquinant, liberi simus. *Manete*, inquit, *in me, et ego in vobis* [38]. Vides, frater, quomodo velit ut maneamus in ipso per bona opera, ut Ipse in nobis maneat per sanctitatem.

III. At ego, dicet aliquis, in ipso maneo per baptisma, opera autem perficere nequeo. Audi, frater charissime : Quisquis baptisma suscipit, illud suscipit ad peccati destructionem. *Illi* enim *consepulti sumus in mortem*, ut inquit Apostolus, *ut destruat corpus peccati*, hoc est, *ut peccato amplius non serviamus* [39]. Simul cum peccato Christus manere non potest. Quamobrem *si in te Christus habitat, peccatum mortuum est, spiritus autem per justitiam vivit* [40]. *Quæ enim*, ut ait Apostolus, *sub viro est mulier, ei, dum vivit, alligata est, lege. Quod si vir mortuus fuerit, liberabitur a lege viri. Itaque si vivente viro cum alio fuerit, adultera declarabitur; at mortuo viro liberabitur a lege, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro* [41]. Si quis igitur scire cupit utrum in se Christus inhabitet, id ex propriis intelligat cogitationibus. Quandiu enim cordi peccatum imperat, Deus in eo non habitat, neque spiritus ejus in illo requiem invenit. Deus habitat in homine, qui bona facit opera; et homo in Deo, cujus est cor liberum a peccato. *Qui adhæret meretrici*, inquit Apostolus, *unum cum illa corpus efficitur. Et qui adhæret Domino, unus cum illo spiritus est* [42]. Per meretricem intelligitur omne vitium. Si igitur liberata fuerit anima, et evaserit omnia quæ illi in hoc aere adversantur, tunc manet in Deo et haurit de spiritu ejus, atque ita dictum illud impletur : *Qui adhæret Domino, unus spiritus est.* Et discit quomodo orare debeat, adorans eum assidue, et adhærens illi sine intermissione. Itidem ipse manet in ea et requiescit, aperiens et largiens ei honores et munera sua incredibilia : regeneratur enim ab illo per baptisma et sancti Spiritus infusionem.

IV. Porro, *qui natus est ex Deo*, ut scriptum est, *non peccat, nec tangit eum malus* [43]. *Nisi conversi fueritis*, inquit ipse, *et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum* [44]. *Sicut modo geniti infantes*, inquit Petrus, *rationabile, ac sine dolo lac concupiscite, ut in ipso crescatis* [45]. Quænam sunt infantis opera? Infans si verberetur, plorat. Risu agnoscit arridentes sibi. Affectus contumelia non irascitur. Laudibus non extollitur. Si loco ejus alium venereris, non dolet. Si res illi suas eripias, non turbatur. Si paucis in rebus hæres fuerit institutus, minime curat. Neminem vocat in judicium. Pro fortunis suis non contendit. Neminem odit. Si pauper est, non mœret. Si dives, non superbit. Si mulierem videt, non concupiscit. Nulla illi neque libido, neque sollicitudo dominatur. Neminem judicat. Ne-

[33] Luc. XIV, 26. [34] I Cor. XI, 3. [35] Ibid. 7–12. [36] II Cor. VI, 16. [37] Matth. XVIII, 19. [38] Joan. XV, 4. [39] Rom. VI, 4, 6. [40] Rom. VIII, 10. [41] Rom. VII, 2. [42] I Cor. VI, 16, 17. [43] I Joan. V, 18. [44] Matth. XVIII, 3. [45] I Petr. II, 2.

Digitized by Google

mini imperat. Invidet nemini. In iis quæ nescit, sese non jactitat. Proximi formam aut habitum non deridet. Non exercet ullo cum homine inimicitias. Non simulat. Non quærit mundi dignitates. Cumulandis divitiis non incumbit. Non diligit avaritiam. Non est pertinax. Non litigiosus. Non in docendo ambitiosus. Si exuatur, non est sollicitus. Non tristatur. Propriam non defendit voluntatem. Famem non metuit. Maleficos et facinorosos homines non timet. Serpentes et feras non formidat. Si bellum ingruat, non perhorrescit. Tales sunt, de quibus ait Dominus noster Jesus Christus : *Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum Dei.*

V. Cæterum ubi infans paululum creverit, et in eo malitia cœperit habitare, eum Apostolus arguit, *Ut jam*, inquiens, *non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus* [46]; et alibi : *Tanquam parvulis*, inquit, *in Christo, lac vobis potum dedi, non cibum, nondum enim poteratis; sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis* [47]; et alio in loco : *Quanto*, inquit, *tempore hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium; sed sub tutoribus et actoribus est, usque ad præfinitum tempus a patre. Sic et nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes* [48]. Idem rursus : *Juvenilia*, inquit, *desideria fuge* [49]. Docens autem nos, ut ejusmodi infantiam evitemus : *Nolite*, inquit, *pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote; sensibus autem perfecti estote* [50]. Parvulorum igitur quos requirit Dominus, opera indicantur ab Apostolo. Porro in illis verbis : *Deponentes omnem malitiam et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes* [51], etc., intellexisti, frater, qui sit sensus verborum Domini nostri Jesu, cum ait : *Amen, amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Quæ quidem verba eo majorem terrorem afferunt, quoniam duplici cum affirmatione sunt pronuntiata. *Amen* enim jurantis est vox. Idcirco Paulus apostolus : *Quoniam*, inquit, *neminem habuit, per quem juraret majorem se, juravit per semetipsum : Nisi benedicens benedicam* [52].

VI. Hæc igitur assidue cum timore et tremore diligenter consideremus. Quoties diabolus inimicus noster adversus proximum nos incitaverit, aut quoties nos aliquis lacessierit, aut contumelia affecerit, aut nobis calumniam struxerit, aut proximus nobiscum contenderit, aut dicto audiens non fuerit; quamobrem acerba nos in eum ira, aut indignatio, aut odium adoriatur, ut animæ tenebras offundat : sermonem Domini nobis in memoriam revocemus sic affirmantis : *Amen, amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum Dei.* Qualis hæc audiens verba non contremiscat? Aut quis sapiens, et salutis animæ suæ cupidus non projiciat omnem ex animo suo adversus proximum indignationem? Aut quis metuens incendium gehennæ, odium non expellat e corde suo, ne e regno deturbetur? Verbum nobis proposuit abbreviatum, *Nisi conversi*, inquiens, *fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Acerba sententia apud illos, qui propriæ indulgent voluntati, mundumque diligunt, nec munus agnoscunt Spiritus sancti, qui super quos venerit, facit eos omnium iniquitatum oblivisci, et docet illos quæ sua sunt, pro ira lenitatem, pro inimicitia pacem, pro contentione humilitatem, charitatem pro odio, patientiam pro contumelia. Ejusmodi sunt illi, quibus contigit regeneratio.

VII. Studeamus igitur evellere e corde nostro et abolere quæ dixit magnus Apostolus, ut ad parvuli mensuram veniamus. Qui enim ea circumcidunt atque amputant, hi rursus ad sanctam et magnam atque perfectam ætatem perveniunt. Etenim cum in faciem ipsorum insufflasset, *Accipite*, inquit, *Spiritum sanctum* [53], apparuit eis juxta mare Galilææ, *Habetis*, inquiens, *aliquid quod manducetur* [54]? Per Spiritus insufflationem eos se fecisse parvulos significavit. Atqui non erant ætate parvuli. Rursus scriptum est : *Ecce ego et parvuli, quos dedit mihi Deus* [55]. *Quoniam igitur pueri communicaverant carni et sanguini, et ipse pariter factus est particeps eorum, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, atque illos liberaret* [56]. Cujusnam carnis et sanguinis factus est particeps ad eorum similitudinem, nisi illorum, qui malitiam omnem abjecerant, et ad sanctæ perveneranat mensuram infantiæ? Et ipsi rursus fiunt perfecti, ut ait Apostolus, *donec occurramus omnes in unitatem fidei Filii Dei, in virum perfectum, ad mensuram ætatis plenitudinis Christi* [57]; et rursum : *Augmentum corporis facite ad ædificationem ejus in charitate* [58]. Ad eos qui sunt ejusmodi, loquitur Joannes apostolus : *Hæc scribo*, inquiens, *vobis, filioli, quia cognovistis eum qui est ab initio. Scripsi vobis, adolescentes, quia vicistis malum* [59]. Vides eos qui malitia parvuli sunt, fieri pugnatores adversus inimicum? Ejus enim armatura quæ est malitia, sunt exuti. Et iidem patres evadunt, et ad perfectionis mensuram perveniunt. Quoniam committuntur eis mysteria et revelationes, donec sapientiam, et unitatem, et bonitatem, et mansuetudinem, et castitatem assequantur. Hi sunt qui Christum honorant in corpore suo.

VIII. Quæ cum ita sint, frater, et magna fames terram occupet, omni studio contendamus, ne quid nobis desit; sed bonitatem et fortitudinem atque

[46] Ephes. IV, 14, 15. [47] I Cor. III, 2, 3. [48] Gal. IV, 1-3. [49] II Tim. II, 22. [50] I Cor. XIV, 20. [51] I Petr. II, 1, 2. [52] Hebr. VI, 13, 14. [53] Joan. XX, 22. [54] Luc. XXIV, 41. [55] Isa. VIII, 18. [56] Hebr. II, 14, 15. [57] Ephes. IV, 13. [58] Ibid 16. [59] I Joan. II, 14.

Digitized by Google

constantiam postulemus, ne hostis invidus nos decipiat, persuadeatque, ut abjecto pudore atque misericordia, flagitia et scelera admittamus. Assidue igitur Deum cum David obsecrantes dicamus : *Respice, et audi me, Domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte; ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum. Quoniam qui tribulant me, si cecidero, gaudebunt* [60]. Si igitur nos adorti fuerint, clamemus, dicentes : *Deus, quis similis erit tibi ? ne taceas, neque compescaris, Deus. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te, extulerunt caput. Super populum tuum inierunt consilium, et cogitaverunt adversus sanctos tuos. Dixerunt : Venite, et disperdamus eos de gente, et non memoretur nomen Israel ultra* [61]. Quamobrem supplicans Spiritui sancto dicebat : *Deus meus, pone eos ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti. Imple facies eorum ignominia, et cognoscant, quia tu es Deus solus* [62]. Ecce quomodo qui fide muniti sunt, cor suum armant adversus inimicos, et sese confirmant ad sanctam petram qui Christus est [63]; et cum animi fortitudine, *Circumdederunt*, inquiunt, *me sicut apes, et exarserunt sicut ignis in spinis; et in nomine Domini, quia ultus sum in eos* [64].

IX. Proinde si viderimus eos qui nos malitia sua, id est acedia, circumdederunt, aut voluptate animam nostram dissolvere, aut ira nos adversus proximum, si quid perperam egerit, concitare, aut oculos nostros ad cupiendam corporum pulchritudinem commovere, aut proximi nostri sermonem nobis tanquam venenum objicere, aut nos ad aliorum verba carpenda pellicere, aut ad serendas inter fratres discordias, dicentes, hunc esse bonum, illum vero malum : fraudibus eorum ne succumbamus, sed potius cum David magna animi fortitudine clamemus : *Dominus protector vitæ meæ. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Si exsurgat adversus me prælium, in hoc ego sperabo. Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ; ut videam lætitiam Domini, et visitem templum sanctum ejus. Quoniam protexit me; et ecce nunc exaltavit caput meum super inimicos meos* [65]. Hæc eorum sunt qui mentem a mortuis excitant, quos Apostolus *noctem* appellat : *Non sumus*, inquiens, *noctis, nec tenebrarum* [66]. Eos vero qui desidiæ dediti se ipsos negligunt, coarguit : *Qui dormiunt*, inquiens, *nocte dormiunt, et qui ebrii sunt, nocte sunt ebrii* [67]; et rursum : *Dies Domini tanquam fur veniet, et non effugient* [68], quoniam sunt in nocte. Ad illos autem, qui mentem excitant a vitiis, quæ sunt nox : *Induentes*, inquit, *loricam fidei, et charitatis, et galeam spei salutis* [69].

X. Ab operibus ergo mortuorum vigilemus, et animæ diligenter vacemus, ne quid agamus, quod sit naturæ contrarium. Est enim animæ natura mutabilis, et similis ferro, quod, si negligatur, rubigine consumitur, igne autem excoctum purgatur, et quandiu manet in igne, fit ei simile, nec potest illud quisquam attingere, quoniam ignis est. Itidem anima dum versatur et loquitur cum Deo, ignis efficitur; et comburit inimicos suos, qui eam negligentiæ somno consopitam solent opprimere. Ut ferrum igitur, anima renovatur, sanctaque efficitur, neque amplius ulla in re istius mundi corrumpitur, sed in recta natura sua quam habet a Deo, conquiescit. Quod si a natura sua recesserit, perit. Quemadmodum enim animalia terrestria, si in aqua demergantur, intereunt, quoniam sunt e natura terrena; pisces autem in terram extracti moriuntur, quoniam ex aquæ natura sunt; volucres vero in aere quiescunt, quod si in terram descenderint, timent ne capiantur : sic et anima si a propria natura deflexerit, statim interimitur. Quamobrem qui divinis illis muneribus donati sunt, mundi fraudes et dolos reformidant, ejusque fugiunt consuetudinem, ne in laqueos et mortem incidant.

XI. Talis anima, ne si velit quidem, potest mundum diligere. Meminit enim qualis fuerit, antequam esset in Deo; et quid sibi ex mundo contigerit, et quam male fuerit ab ipso tractata. Quemadmodum enim cum in urbem quam expugnarit rex inimicus ingredietur, cives timore conterriti passis manibus victori se dedunt; at ille statim dejectis alterius regis imaginibus, legibusque sublatis, imagines suas, et leges novas constituit : quod si cives legitimo regi clam denuntiarint, ut sibi ferat auxilium, et iratus ille adversus hostem exercitum duxerit, civesque re intellecta, regi suo portas aperuerint; ingrediens ipse captum hostem interficit, statuasque suas et pristinas leges restituit, regis adversarii statuis et legibus eversis et abrogatis. Tunc incredibili civitas exsultat gaudio. Rex autem in illa habitat, et sic eam munit, ut nemo possit amplius ea potiri. Et cives suos docet arma tractare, ut nullum metuant adversarium. Sic etiam anima post susceptum baptisma, a diabolo fuit expugnata, qui eam pro libidine sua evertit atque vastavit, exturbataque veri regis imagine, suam erexit, fecitque ut misera anima sæculi istius curis et sollicitudinibus vacaret, et in omnibus vitiis et peccatis volutaretur. Verum posteaquam sancti magnique regis Jesu Christi benignitas eam ad pœnitentiam revocavit, læta regi suo fores aperuit. At ille ingressus adversarium expulit, et turpem ejus imaginem atque nefarias leges abolevit, animamque in pristinam libertatem vindicavit; et suam in illa sanctam imaginem instaurans, sanctas ei leges dedit, pugnandique peritiam tradidit, et sensus illius omnes communivit, ac deinceps in ea uti sua requievit. Fieri enim non potest, ut

[60] Psal. XII, 4, 5. [61] Psal. LXXXII, 2-5. [62] ibid. 14, 17. [63] I Cor. X, 4. [64] Psal. CXVII, 12. [65] Psal. XXVI, 1, 3. [66] I Thess. V, 6. [67] ibid. 7. [68] ibid. 2, 3. [69] ibid. 8.

Digitized by Google

anima ingrediatur in requiem Filii Dei, nisi ejus imaginem habeat. Quemadmodum enim nullus mercator nummum accipit, in quo regis imago non sit expressa, neque eum nummularius probat, neque rex in suum thesaurum admittit : sic anima, nisi regis magni et Domini nostri Jesu Christi servet imaginem, non probatur ab angelis, neque admittitur ab ipso rege; quin potius audit : Quomodo huc intrasti, non habens imaginem meam?

XII. Porro imaginis nota charitas est. *In hoc enim*, inquit, *cognoscent vos meos esse discipulos, si dilexeritis inter vos*[70]. At charitas ejus in nobis esse non potest, cum anima ita divisa sit, ut et Deum quærat, et diligat ea quæ mundi sunt. Etenim quemadmodum volucris unica ala volare non potest, sic anima nequit in Deum progredi, si altera parte ad mundum inclinet. Et quemadmodum navis, si quid ei necessarium desit, per mare transire non potest : sic anima, si virtus ei aliqua desit, perturbationum pelagus non potest trajicere. Et quemadmodum nautæ si pulchra vestimenta, et chirothecas, et calceamenta habent muliebria, officio suo fungi et navigare non possunt, quia necesse est ut sint expediti : sic anima improbas spirituum adversariorum procellas superare non valet, nisi mundi curis et sollicitudinibus sit vacua. Et quemadmodum miles cum hostibus principis sui conflicturus, si arma deficiant, non potest resistere : ita Christi adversariis, id est, vitiis et perturbationibus homo repugnare non valet, si virtutum armis sit destitutus. Et quemadmodum (17) si pars aliqua muri corruerit, hostes in urbem per illam ingredi poterunt, licet portæ custodiantur : ita si quis ædificii spiritualis propugnacula aliqua ex parte per vitium aut flagitium aliquod sinat corruere, licet sensuum portas alioqui diligenter custodiat, tamen adversarius diabolus ingreditur, et evertit omnia.

XIII. Neque vero hæc ipse confingo, sed ipsa testatur divina Scriptura : *Et dixit Deus Noe : Te solum in hac generatione vidi justum atque perfectum*[71]; Abrahæ vero : *Ambula*, inquit, *coram me, et esto perfectus, et ponam pactum meum tecum in sempiternum*[72]; et Isaac benedicens filio suo Jacob, *Deus*, inquit, *meus corroboret te, donec possis facere omnem voluntatem ejus*[73]. Et in Numeris scriptum est : *Omnis qui votum habet super se, se ipsum custodiat, nec vinum bibat, aut acetum ex vino, aut quidquid inebriare potest, usque ad acinum uvæ*[74]; et in Deuteronomio : *Si exieris*, inquit, *ad pugnam contra adversarios tuos, custodi te ipsum ab omni sermone et opere malo, donec tradatur inimicus tuus in manus tuas*[75]. *Porro ex his septem gentibus neminem omnino captivum servabis, ne doceat te peccare contra me*[76]. Ac docens nos, ne contemnamus eos qui dicunt : Quando poterimus eos delere, cum tam multi sint? *Non poteris*, inquit, *delere eos in anno uno, ne forte terra deserta relinquatur, et multiplicentur feræ contra te, sed paulatim, donec numero augearis. Et dilatabit Deus terminos suos*[77]. Sæpe etiam præcepit illis Deus, *Cave*, inquiens, *ne fœdus ineas cum Chananæis, quos ego sum deleturus a facie tua*[78]. Jam cum Jesus filius Nave Hiericho obsideret ut illam everteret, *Anathema*, inquit, *constitues illam, et omnia quæ in ea sunt*[79]. Et cum vellet manum cum hoste conserere, non potuit Israel resistere, sed fugit a facie ejus, propter exiguum anathema, quod surripuerat Achan. Et procidens Josue in faciem suam clamavit in conspectu Dei : *Vertit*, inquiens, *Israel terga inimicis suis*[80]. Et ego quid faciam? Et dixit ei princeps militiæ Domini : *Quoniam est in te anathema, Israel, non poteris resistere inimicis tuis*[81]. Et non processit in prælium prius, quam e medio tolleret Achan. Ad hæc videmus, quomodo Saulem regno spoliaverit Deus, propter anathema quod ceperat ex Amalec[82].

XIV. Quid, quod Deus non audiit Israel, cum Jonathas hastam intinxisset in melle, eumque admovisset ori suo[83]? Ecclesiastes præterea docens, quolibet minimo vitio virtutum aciem frangi dicebat : *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti*[84]. Et Ezechiel : *Quacunque*, inquit, *die justus deflexerit de via justitiæ suæ, et fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus tradentur oblivioni*[85]; et Apostolus : *Modicum*, inquit, *fermentum totam massam corrumpit*[86]. Ananias autem et Sapphira uxor ejus, cum fraudassent de pretio agri mentientes, repente ceciderunt ante pedes apostolorum, et exspirarunt[87]. *Si quis*, inquit Jacobus, *totam legem servaverit, offenderit autem in uno, factus est omnium reus*[88]. Admonet nos Deus ut ad se nos convertamus : *In qua die*, inquiens per Ezechielem, *converterit se impius a via impietatis suæ, et fecerit justitiam et judicium, iniquitatum ejus non recordabor, sed vita vivet. Quia nolo mortem peccatoris, sed potius ut revertatur, et vivat*[89]. *Dicit Dominus Deus : Convertimini, convertentes. Cur interit domus Israel*[90]? Et Jeremias : *Convertimini*, inquit, *ad me, domus Israel, et propitius ero vobis, dicit Dominus*[91]; et idem rursus : *Nunquid qui cecidit, non resurget? et qui aversus est, non revertetur? Quare ergo aversus est populus iste aversione contentiosa? Apprehenderunt mendacium, et noluerunt reverti ad me, dicit Dominus. Convertimini ad me, et ego convertar ad vos*[92]; et Dominus : *Si dimiseritis*, inquit, *hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester cœlestis peccata vestra. Quod si non dimiseritis, nec*

[70] Joan. XIII, 35. [71] Gen. VII, 1. [72] Gen. XVII, 1. [73] Gen. XXVIII, 3. [74] Num. VI, 2, 3. [75] Deut. XXIII, 9. [76] Deut. XX, 16-18. [77] Deut. VII, 22. [78] ibid. 2. [79] Jos. VI, 17. [80] Jos. VII, 8. [81] ibid. 13. [82] I Reg. XV, 15 sqq. [83] I Reg. XIV, 37. [84] Eccle. X, 1. [85] Ezech. XVIII, 24. [86] Gal. V, 9. [87] Act. V, 1 sqq. [88] Jac. II, 10. [89] Ezech. XVIII, 21-23, 32. [90] Ezech. XXXIII, 11. [91] Jer. III, 22. [92] Jer. VIII, 4, 5.

(17) *Et quemadmodum*, etc. Græce infra l. c., cap. 15.

Digitized by Google

Pater vester dimittet vobis[93]. *Si quis vestrum*, inquit Apostolus, *præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, corripite ejusmodi in spiritu lenitatis*[94]; et Jacobus : *Fratres mei*, inquit, *si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis eum, scire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam suam a morte, et operiet multitudinem peccatorum*[95]. Ecce quomodo cuncta Scripturarum testimonia nos commonent ut nosmetipsos exploremus, ne, dum studio virtutis incumbimus, malitiam servemus, aut iram adversus proximum, quæ labores nostros perdat, et Dominus noster Jesus Christus nobis eo tempore non opituletur, cum inimici nostri nos afflixerint. Ilis enim indignatur, cum ait : *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne oportuit et te misereri conservi tui? Et iratus tradidit eum tortoribus, donec redderet omne debitum. Sic faciet Pater meus cœlestis, nisi dimiseritis unusquisque fratri vestro e cordibus vestris*[96]. Explora te ipsum, frater, et quotidie cor tuum excute in conspectu Dei, ut intelligas utrum in eo resideat indignatio, aut odium in fratrem tuum, aut contumelia, aut invidia, aut superbia. Quoniam si ejusmodi veneno infectum fuerit, Deo placere non poterit. Tibi in memoriam redige verba illa Domini Jesu : *Nisi dimiserit unusquisque proximo suo ex toto corde.*

XV. Quisquis igitur timet, ne in gehennam incurrat, omnem e corde suo malitiam expellat. Attende cordi tuo (18), frater, et vigila. Hostes enim nostri sunt astutissimi, et nunquam dormiunt. Scito fieri non posse, ut homo, dum male agit, faciat bona. Potest tamen sub specie boni mala facere. Idcirco Dominus ad vigilandum nos hortabatur : *Angusta enim est porta, et arcta est via quæ ducit ad vitam, et pauci inveniunt eam. Lata autem et spatiosa est via quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui ingredientur per illam*[97]. *Attendite*, inquit, *a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; a fructibus ipsorum cognoscetis eos*[98]. Quinam sunt fructus istorum? omnia peccata ad quæ nos conantur impellere. Attamen eos qui Deum ex toto corde diligunt, decipere nequeunt falsi prophetæ. *Quis*, inquit Apostolus, *nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an periculum? an nuditas? an gladius? Certus sum enim quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque ulla alia creatura poterit nos separare a charitate Christi*[99]. Animadvertis, mi frater, nihil esse in mundo, quod ex toto corde diligentes Deum possit ab ipsius charitate separare. Attende igitur tibi (19), ne qua te malitia sejungat ab ejus charitate, ne aurum, aut argentum, aut ædes, aut voluptas, aut odium, aut contumelia, aut acerbius aliquod dictum, aut ullum aliud draconis venenum, quo ille cor nostrum afflaverit. Ne turbemur, sed potius in serpentem æneum aciem intendamus, quem ex sermone Domini Moses fecit[1]. Ligno enim illum affixit in montis vertice, ut quicunque fuisset a serpentibus morsus, statim in eum respiciens, curaretur. Dominus noster Jesus Christus æneo serpenti assimilatus est. Quandoquidem inimicus est, quem audivit Adam, inimicus constitutus est Dei. At Dominus noster Jesus Christus, perfectus homo factus est in omnibus, excepto peccato, similis Adam propter nos[2]. Porro serpens est æneus, quia similis est illi qui Dei erat inimicus; non tamen improbam habet cogitationem, neque venenum, neque malitiam, neque abscondit sese, neque afflat, neque spiritum habet inimici. Figuram hanc subiit Dominus noster Jesus Christus, ut venenum illud exstingueret quod ex ore draconis Adam hauserat. Natura igitur quæ fuerat depravata, in proprium statum redacta est. *Quid est*, inquit Dominus Moysi, *quod habes in manu tua? Et dixit : Virgam. Projice*, inquit, *illam in terram. Quæ projecta in serpentem conversa est. Et fugit Moyses a facie ejus. Et dixit illi Deus : Extende manum tuam, et caudam ipsius apprehende. Quod ille cum fecisset, in virgam conversus est serpens*[3]. Et dixit Deus : *Sume virgam*, quæ in serpentem versa est, *et fluvium Ægypti percutiet in conspectu Pharaonis, et aqua ejus vertetur in sanguinem*[4]. Et rursus eamdem virgam accipiens : *Percute mare Rubrum, et arescet*[5]. Petram item eadem virga percutito, et aquam effundet[6].

XVI. Cernis, quomodo qui per vestigia Domini nostri Jesu Christi incedit, posteaquam factus est inimicus et serpens, in virgam vertitur, et nullus illi resistere potest adversarius? Mysterium hoc magnum est. Si igitur draco suum in nos virus effuderit, oculos nostros ad crucifixum intendamus, qui propter nos hæc omnia passus est, neque tamen immutatus est, neque ira commotus in eos a quibus tot injuriis et contumeliis afficiebatur, nihil respondens, sed ad ænei serpentis similitudinem immobilis manens. Quamobrem si auxilium ejus imploraverimus, ab occultorum serpentium morsibus integri permanebimus. In eo situm est robur et præsidium nostrum. *Quemadmodum* enim, inquit ipse, *Moyses exaltavit serpentem in deserto, sic exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*[7]. — *Ut omnis*, inquit, *qui credit in eum*. Necesse est ut ad illum per

[93] Matth. vi, 14, 15. [94] Gal. vi, 1. [95] Jac. v, 19, 20. [96] Matth. viii, 32-35. [97] Matth. vii, 13, 14. [98] ibid. 15, 16. [99] Rom. viii, 35, 38, 39. [1] Num. xxi, 8, 9. [2] Hebr. iv, 15. [3] Exod. iii, 2-4. [4] Exod. vii, 19. [5] Exod. xiv, 16. [6] Num. xx, 8. [7] Joan. iii, 14.

(18) *Attende cordi tuo*, etc. Græce infra l. c., cap. 16.
(19) *Attende igitur*, etc. Græce infra l. c., cap. 17.

Digitized by Google

fidem accedamus. Neque enim æneus serpens vulneratos curabat, nisi qui in eum respexissent[9]. Multi enim increduli, neglecto Dei sermone, a serpentibus icti moriebantur, ut testatur Apostolus : *Et ne tentemus*, inquiens, *eum, sicut illi tentaverunt, et a serpentibus sunt interfecti*[9]. Cernis, frater, hoc item tempore serpentes in eorum cordibus inesse, qui tentare volunt Dominum Jesum? Quinam sunt isti? Illi nimirum qui mandata ejus requirunt, cum ea nolint observare. *Accessit*, inquit, *ad eum unus e legisperitis tentans eum, et dicens : Magister, quod est magnum et primum mandatum in lege? Cui respondit Jesus : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, et proximum tuum, sicut te ipsum. In his duobus præceptis universa lex pendet, et prophetæ*[10]. Vides eos qui quærunt et non faciunt, tentatores appellari quoniam æneo serpenti nolunt credere, qui potest eos a pestifero occulti serpentis morsu curare.

XVII. Cor igitur tuum confirma, et ne dixeris : Quomodo possum ejus mandata servare, cum homo peccator sim? Qui enim confessus fuerit peccata sua sese convertens ad Deum per pœnitentiam, regenerabitur. *Sicut portavimus imaginem terreni*, inquit Apostolus, *portemus et imaginem cœlestis*[11]. Potestatem, ut vides, dedit homini Deus, ut per pœnitentiam immutetur, et totus per illam novus efficiatur. Mater, dum infans est in sinu suo, illum servat ab omni malo. Si luget, mammam præbet. Leviter colaphos infligit, ut cum timore lac sugat, nec contumax evadat. Flentem complexu et osculo consolatur. Eum ut cor, et viscera propria, diligit et fovet, et ad sugenda ubera invitat. Si aurum infanti, aut argentum, aut margarita, aut quidvis aliud ostendatur, aspicit ille quidem, sed in sinum matris fugiens omnia contemnit, ut mammam ejus accipiat. Non arguit eum pater quod nihil agat, quod se ad bellum non conferat, et pugnet cum adversariis. Quoniam est parvulus, non potest; pedes habet ille quidem, sed illis inniti non valet. Manus habet, sed arma nequit tractare. Patienter exspectat mater, ut paulatim crescat. Ubi paululum crevit, si forte cum alio luctari voluit, victusque cecidit, non irascitur pater, quoniam parvus est. At cum in virum evaserit, ejus apparet virtus et studium, patris inimicos persequitur. Tunc illi pater omnia sua committit et credit, quoniam filius est. Quod si post omnes labores quos in eo educando parentes pertulerunt, fames aut pestis aut bellum ingruerit, et ille parentes deserat, neque eorum senectuti velit consulere, sed cum inimicis illorum amicitiam ineat, tunc amoris obliti, domo filium ingratum ejiciunt, et spoliant hæreditate.

XVIII. Et nos igitur, fratres, operam demus, ut in pœnitentiæ præsidio consistamus, sugamusque lac e sanctis ejus uberibus, ut nos ipsa nutriat et foveat. Omnia quæ cernuntur, aspernemur, ut lac ejus in ore nostro dulcescat. Disciplinæ ipsius jugum subeamus, ut nostri curam gerat. Quod si cum hostibus nostris pugnaverimus, et illi nos ut parvulos afflixerint; ploremus in sinu ejus, ut illa patrem nostrum ad eos qui nos vexant, ulciscendos exhortetur. Omnem cordis nostri voluntatem amputemus, et nos esse peregrinos non pigebit, ut nos tanquam Abraham servet atque defendat. Manibus ejus nos ut Jacob subjiciamus, ut a patre nostro benedictionem impetremus. Voluntates nostras abnegemus, ut Moyses, qui sub ejus perfugio servatus est adversus illos qui eum interficere cupiebant. Ne contemnamus illam, ne oderit nos sicut Esau. Sanctitatem ejus custodiamus, ut nos exaltet in terra inimicorum nostrorum. Eam tanquam propugnaculum teneamus, ut Jesus filius Nave, qui puer e tabernaculo non egrediebatur. Inertiæ locum in corde nostro ne relinquamus, ne spoliet nos terræ promissionis hæreditate. Omnibus in rebus humilitatem amplectamur, ut quemadmodum Caleb, ingrediamur in terram fluentem lac et mel. Nihil perditionis concupiscamus, ne pereamus, ut Acham. Amemus ejus stimulum conscientiæ, qui omni hora nos excitet, ut servet nos in tempore tentationis, quemadmodum Rahab. In nullo cibi genere gulæ indulgeamus, ne perdat nos, ut filios Heli. Servemus nos integros ab omni iniquitate, sicuti Samuel, qui nullo conscientiæ stimulo pungebatur, quod mali quidpiam fecisset proximo suo. Caveamus, ne malum proximo reddamus, ut nos a malo custodiat, quemadmodum David. Ab omni jactantia atque inani gloria temperemus, ne ejiciat nos a facie patris nostri, ut Absalom. Humilitatem et gravitatem colamus, ut habeat nos ultores adversus inimicos patris nostri, quemadmodum Salomonem. Omni in re nos subjici studeamus, membra nostra ab omnibus operibus mortuis cohibentes, ut cor strenuum adversus inimicos nostros obtineamus, sicut Elias Thesbites. Ne simus cupidi voluptatis, ne nos perdat ut Achan. Totis viribus ad mortem usque contendamus, ne sanctam ipsius amittamus hæreditatem, uti Nabut Jezraelita. Obedientes simus patribus nostris spiritualibus, voluntates nostras omnibus in rebus abnegantes, donec illis subjiciamur, ut ad Elisæi similitudinem, eorum benedictio nobiscum maneat. Ne simus avari neque mendaces, ut hominibus placeamus, ne nos perterrefaciat, ut Giezi. Viros pios magis quam nosmetipsos omnibus in rebus diligamus, ut nos quemadmodum Sunamitidem benedicat. Peccatum ad mortem usque odio persequamur, ut in die necessitatis sicut Susannam nos adjuvet. Varia ciborum genera ne cupiamus, ut illi qui cibum de mensa Nabuchodonosor capiebant. Afflictione gaudeamus, ut Azarias. Ne simus astuti et callidi, sicut Babylonii murmurantes contra fideles. Expleamus ministeria nostra, ut Daniel,

[9] Num. xxi, 8, 9. [9] I Cor. x, 9. [10] Matth. xxii, 35-40. [11] I Cor. xv, 49.

Digitized by Google

corporis ignaviæ non indulgentes, quoniam maluit mori, quam relinquere sacrificia quæ quotidie faciebat. Deus enim fortis est, eosque a tentationibus servat, a quibus diligitur. Improbos autem perdit. Justi vero fides in Deum, feras reddit ut agnos ovium. Benedictus Deus pœnitentiæ, et benedictus a Deo, qui pœnitentiam diligit, et collum subjicit voluntati ejus, donec desuper regeneretur ex voluntate Dei.

XIX. Magna, frater, opus est homini diligentia et judicio et vigilantia, ut omnem suam repudiet voluntatem, et recte incedat in omnibus viis suis, ne aberret, et incidat in manus hostium pœnitentiæ. Qui se justum existimat, illam interficit. Qui judicat peccatores, eam insectatur. Qui despicit negligentes, eam dissolvit. De hac in Proverbiis scriptum est : *Omnes viæ ejus rectæ; cibum otiosa non comedit; vestimenta duplicia fecit viro suo; facta est velut navis institoris de longe portans divitias suas* [14]. Ex his verbis illam consideremus. Mercator qui navem onerat, non genus unum mercium in eam conjicit, sed omnia ex quibus se lucraturum sperat. Quod si quam jacturam fecisse viderit, eam non imitatur, sed eos potius quos animadvertit divites evasisse. Incolas, et quos minime invidos arbitratur, rogat quanti unaquæque res emi aut vendi possit. Talis est anima, quæ Deo cum lætitia cupit occurrere. Non una re tantum contenta est, sed omnia comparat ex quibus lucrum sperat; ea vero respuit quæ damnum allatura suspicatur. Nunc igitur, mi frater, quando Domini Jesu mercator effectus es, ab illis mercibus cave quæ afferunt detrimentum. Cujusmodi sunt humana gloria, superbia, arrogantia, jactantia, irritatio proximi, maledicentia, avaritia, discordia. Hæc et his similia Domino Jesu placere non possunt. Te ipsum, frater, considera diligenter, sensus tuos expende, ut scias, quisnam ex illis aut Deo aut peccato fructum ferat: utrum oculi tui rapiantur a voluptate: utrum lingua sit ad petulantiam prona; utrum cor tuum humanæ gloriæ dulcedine capiatur; utrum aures adulatores et maledicos libenter audiant. Hæc omnia menti sunt detrimento; nam in Levitico scriptum est : *Sic dicito Aaron : Ne obtuleris ad altare meum ex animalibus mundis quod maculam habeat, ne moriaris* [15]. Aaron mentem significat. Et quoniam inimicus cum specie justitiæ miscet malitiam suam, ideo jussit, ut exploraret, antequam offerret, ne moreretur.

XX. Diligens hæc exploratio illorum est, qui vere diligunt Dominum Jesum, et sperant in eum. Horum anima, facta est sponsa virtutibus omnibus exornata, quæ habet speculum suum. Nam, ut inquit Apostolus, *Nos omnes revelata facie gloriam Dei veluti speculo referentes, in eamdem imaginem transformamur de claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu* [16]. *Nunc autem videmus per speculum in ænigmate, tunc videbimus ipsum facie ad faciem* [17]. Quamobrem animæ quæ sponsæ illius fiunt, in castitate se ipsas tanquam in speculo contemplantur, ne forte aliqua in vultu macula resideat, qua displiceant sponso suo. Quærit enim ille virgines animas castas, et mundas, nullam habentes maculam. Id quod de Rebecca scriptum est, quod *virgo erat pulchra valde* [18], nesciens virum. Et Propheta : *Adducentur*, inquit, *virgines post eam; proximæ ejus adducentur tibi* [19]. — *Adducentur*, habita humanitatis ratione. *Proximæ*, quia conjungentur ipsi. Sancti enim baptismatis regeneratio renovat eas ab omni vetustate. Et pœnitentia illas sanctificat, et puras virgines reddit. Totius enim vetustatis obliviscuntur. *Audi*, inquit, *filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui et domum patris tui : et concupiscet rex speciem tuam* [20]. Et suspicient illam omnes virtutes cœlorum, propter munditiam, qua eam pœnitentia decoravit, et unum cum ipso corpus illam effecit. Et dicent : *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata inter filias ejus* [21]?

XXI. Omnibus ergo viribus contendamus, ut paulatim veteris hominis actiones exuamus; caveamus a rebus omnibus perditionis, donec charitas ejus ad nos veniat, et a nobis auferat imaginem terreni et sanctam ejus imaginem figat in corde nostro, ut puri et integri ab omni macula eo digni efficiamur. Et, *sicut portavimus imaginem terreni*, ut inquit Apostolus, *portemus et imaginem cœlestis* [22]. Quoniam probe novit Apostolus, neminem esse sine peccato, ex quo facta est transgressio; et pœnitentiam esse, quæ hominem ad integram ducit puritatem : idcirco nos monet, ut destruamus actionem ejus qui non obedivit, et actionem amplectamur Domini nostri Jesu Christi, obtemperantes mandatis illius, qui misericordia adductus hominis servitutem tulit, ut eum in reconditum reduceret paradisum, et sanctas illi suas virtutes omnes largiretur, permitteretque vesci de ligno vitæ, quæ est sermonum ejus cognitio atque observatio; quæ in animo fidelium pacem inserit, eosque servat assidue, et arcet aures eorum ab omni sermone draconis improbi, in memoriam illis rediens acerbam servitutem in quam per inobedientiam incidimus, cohortansque nos, ut ei semper gratias agamus, qui pretioso sanguine suo nos redemit, delens in cruce chirographum nostræ servitutis [23], nosque sibi fratres et amicos ascribens [24]: qui cum Spiritum suum in charitate super discipulos suos effudisset, et animos eorum recreasset, *Ascendo*, inquit, *ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum* [25]. *Volo, Pater, ut ubi ego sum, et ipsi illic sint mecum. Quoniam dilexisti eos, sicut tu dilexisti me* [26].

[14] Prov. xxxi, 27, 21, 14. [15] Levit. xxii, 18, 20. [16] II Cor. iii, 18. [17] I Cor. xiii, 12. [18] Gen. xxiv, 17. [19] Psal. xliv, 15. [20] ibid. 11, 12. [21] Cant. iii, 6. [22] I Cor. xv, 49. [23] Coloss. ii 14. [24] Joan. xv, 14, 15; xx, 17. [25] Joan. xx, 17 [26] Joan. xvii, 23, 24.

Digitized by Google

XXII. Cæterum ut ostenderet se non de omnibus dicere, sed de illis qui proprias amputant voluntates, et sanctæ ipsius voluntati parent, et omnia mundi hujus commercia a se rejiciunt : *Elegi*, inquit, *eos de mundo, propterea odit eos mundus, quoniam ab eo non sunt* [25]. Qui ea quæ mundi sunt, reliquerunt, digni facti sunt, quemadmodum vides, ut Domini Jesu sponsæ sint, et in ejus veritate permaneant. *Propter hoc*, inquit Apostolus, *relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo et in Ecclesia* [26]. Idem Apostolus *gentes* dixit esse *coharedes et concorporales et comparticipes promissionis in Christo Jesu per Evangelium* [27]. Qui digni facti sunt, ut sint unum corpus cum ipso. Spiritus sanctus habitat in eis, et ipse suggerit illis omnia, et pro illis ipse sollicitus est. *Neque enim vos estis*, inquit, *qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis* [28]. Et Apostolus : *Quoniam*, inquit, *nobis revelavit Deus per Spiritum suum : Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Nos enim*, inquit, *mentem Christi habemus* [29]. Quomodo igitur Christi mente peccatum aliquod cogitemus? Mysterium hoc, frater, animo contemplare.

XXIII. Omnia genera animalium quæ sunt in terra, cum simili, non cum diverso genere conjuncta, generant, sive jumenta sint, sive feræ, sive serpentes, sive volucres. Propterea Deus adduxit omnia ad Adam, ut videret an inveniret quod sibi esset simile [30]. Et nullum ex omnibus invenit, quoniam ex ejus natura non erat. Tunc accepit Deus unam e costis ejus, et fecit ipsi uxorem', quoniam sumpserat eam e viro suo. *Mysterium hoc magnum est* in illis qui fiunt sponsæ Christi, quia sunt ex ejus substantia per regenerationem, et ex sancto illius sunt corpore. Nam, ut Apostolus ait : *Unum corpus sumus omnes in Christo; singuli autem alter alterius membra* [31]; et rursum : *Quoniam*, inquit, *membra sumus corporis ejus, ex carnibus ejus et ex ossibus ejus* [32]. Vides quomodo velit hominem esse in omnibus, quemadmodum Eva ex Adam, et sicut est ipse in omnibus; nam qui brutorum instar sunt rationis expertes, aut sibi vicissim aliquid surripientes ferarum avaritiam imitantur, aut volucrum inconstantiam, aut venenum serpentium, horum animæ sponsæ Christi esse non possunt, quoniam illi sunt actione dissimiles. Vides, frater, quomodo velit hominem sibi esse similem, ut anima ejus sit sponsa ipsius. Ex propriis igitur actionibus agnoscit anima cognitiones (20) suas; nam si recte agit, Spiritus sanctus habitat in ea. Actiones bonæ reddunt animam a perturbationibus liberam. Porro fieri non potest ut in ea quæ talis est, non habitet Spiritus sanctus. *Si me diligitis*, inquit Dominus, *mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem, et mittet vobis paracletum Spiritum veritatis* [33]. Et Apostolus : *Nonne*, inquit, *cognoscitis, quod Christus Jesus habitat in vobis? nisi forte reprobi estis* [34]. Vides, quomodo, nisi quis Domini actionem imitetur, reprobus sit et sponsa ejus esse nequeat? Et virgines omnes paraverunt lampades suas, sed quæ non habebant opera bona, rejectæ sunt [35]. Sagena missa in mare congregavit et intulit bonos pisces in regnum cœlorum [36]. Zizania simul cum tritico creverunt, sed cum messis advenisset ligata sunt et in ignem projecta [37]. Palmites qui fructum non tulerunt, in ignem projecti sunt [38]. Oves simul cum hædis pascebantur; sed oves tantum a dextris constiterunt; hædi autem a sinistris [39]. Is qui seminat seminavit semen suum; sed illud solum quod cecidit in terram bonam, fructum tulit [40]. Dedit argentum suum sine simulatione, sed eo tamen gavisus est duplicato [41]. Vocati fuerant omnes ad nuptias, sed qui non habebat vestem nuptiarum, jussus est projici in tenebras exteriores [42]. Omnes se credere profitentur, sed qui bona non habent opera, ejiciuntur foras : *Quoniam multi sunt vocati, pauci vero electi* [43].

XXIV. Exploremus nosmetipsos, fratres, et opera nostra perpendamus, antequam illi sit obviam a nobis prodeundum; ne simus ex eorum numero, qui carnis faciunt voluntatem. Operam demus, ut eas divitias assequamur, quas in illa necessitatis hora sumus inventuri. Eas quæ nobis hic necessario sunt relinquendæ, contemnamus. Consideremus illos qui summo studio caducis istis divitiis cumulandis incubuerunt, quomodo, illis relictis, in gehennam inciderint, quia Domini Jesu vestigia sequi neglexerunt, ut dignæ fierent illius sponsæ. Lacrymis igitur coram Deo, et occulto cordis dolore ac gemitu laboremus, ne in dedecus ipsorum incidamus. Etenim si tempestas in mari oriatur, et multa navigia submergantur, non dicimus : Quoniam illi perierunt, pereamus et nos. Quin etiam totis viribus contendimus, et Deo vota facimus, ut incolumes evadamus. Vere magna, fratres, in hoc vitæ pelago tempestas oborta est. Cohortemur nos ad laborem, et clamemus ad Dominum, ne fluctibus obruamur. Nisi deponamus onera peccatorum, exuamusque nos ab omni sollicitudine, ex hac turbulenta tempestate non possumus evadere. Moyses non prius cecinit canticum Domino, quam mare trajecisset, vidissetque mortem eorum qui volebant Dei populum in servitute detinere! Tunc demum dixit : *Cantemus Domino : gloriose enim magnificatus est; equum et ascensorem projecit in mare* [44].

XXV. Si mens igitur animæ sensus a carnis vo-

[25] Joan. xv, 19. [26] Ephes. v, 31, 32. [27] Ephes. III, 6. [28] Matth. x, 20. [29] I Cor. II, 10, 16. [30] Gen. II, 19-21. [31] Rom. XII, 5. [32] Ephes. v, 30. [33] Joan. XIV, 15-17. [34] II Cor. XIII, 5. [35] Matth. XV, 1, 12. [36] Matth. XIII, 47. [37] ibid. 25 30. [38] Joan. XV, 6. [39] Matth. XXV, 33. [40] Matth. XIII, 3-8. [41] Matth. XXV, 21, 23. [42] Matth. XXII, 11-13. [43] ibid. 14. [44] Exod. XV, 1.

(20) *Cognitiones*. Forte *cogitationes*.

Digitized by Google

luntate servaverit, et contemplationis columna animam ab illa separaverit; tunc Deus perspiciens improbitatem perturbationum quæ in animam impetum facientes sensus ipsius in peccatis conantur continere, menti assidue supplicanti fert auxilium, et inimicos ejus omnes perdit ac delet. Quemadmodum dixit et Moysi : *Quid clamas ad me? præcipe filiis Israel, ut prompti paratique sint. Tu autem virga quæ est in manu tua, percute mare, et arescet* [45]. Fidelis est Deus qui nobis etiam opituletur, ut Moysi, eripiatque nos e manibus inimicorum nostrorum, ut illi possimus canere canticum novum, et dicere : *Cantemus Domino : gloriose enim magnificatus est.* Cæterum quomodo poterimus hæc pronuntiare si hostibus nostris pareamus, et voluntate in Ægyptum revertamur, concupiscentes ea quæ olim comedebamus, et clamantes ad Aaron : *Fac nobis deos, qui præcedant et reducant nos in Ægyptum* [46] : *displicet enim nobis iste cibus spiritualis* [47]. Potens est Deus mittere Moysen ad nos, qui conterat vitulum conflatilem, per quem ad iram eum provocamus. Potens est Deus qui nobis largitus est pœnitentiæ donum, nos iterum ad se convertere, et Moysen confirmare, ut pro nobis precetur et dicat : *Si quidem dimittis illis peccatum, dimitte; sin minus, dele me de libro viventium* [48]. Corroborabit et Josue in tempore, quo deleantur septem gentes, ut in terram promissionis nos introducat; et Israel accipiat hæreditatem habitans in illa commodissime in sæcula sæculorum, Amen. Ipsius Domini nostri Jesu Christi est fortitudo, ipsius est auxilium, ipsius est protectio, ipsius est sapientia, ipsius est custodia. Ipse in nobis est ad gloriam et honorem Dei Patris, et sancti Spiritus ante sæcula sæculorum. Amen. Si hæc intelligis, frater, operam da ut ea perficias; et Dominus proteget te in hora tentationis. Amen.

ORATIO XXVI.

Beati Isaiæ abbatis dicta, quæ Petrus abbas discipulus ejus ex illo accepit, et liberis commendavit.

I. Dicebat Pater meus : Fortis esto in his corrigendis quæ indigent correctione. Animi puritas gratas Deo fundit preces. Dei timor et angustia facile veniam impetrant peccatorum. Hominis, qui ultionis est cupidus, sacrificia sunt vana. Hujus temporis noli consilium aut rationem requirere, nec requirenti tibi confide. Et eos attende qui intra te loquuntur; et Deum ora, ut te doceat quem ex illis debeas audire. Cave ne aliud in lingua, aliud in corde promptum habeas. Qui supplex se prosternit ante Deum, et qui cum humilitate mandata audit, charitatem assequitur. Charitas autem vitia et perturbationes expellit. Qui se quieti et silentio tradit, assidue consideret utrum eos effugerit adversarios qui nos in aere oppugnant, et ab eis liberatus sit. Quandiu enim eorum servituti subjectus est, non est liber. Affligat igitur sese, donec a Deo misericordiam impetret. Qui accusatur a corde suo, nondum misericordiam impetravit. Si vis sequi Dominum nostrum Jesum Christum, serva sermonem ejus. Si veterem hominem vis cum ipso suspendere, ab iis qui a cruce te revocant, debes abhorrere; et te ipsum assuefacere, ut æquo animo feras, si contemnaris; et qui te afficiunt injuria, diligas, et te illis humilem præbeas, et tuis cupiditatibus domineris, atque oris silentium custodias, neminem judices in corde tuo. Qui quietem et silentium colit, timorem habeat sibi occurrentis Dei. Dei timor non est in illo, qui peccato obtemperat, et eget misericordia Dei.

II. Hoc grave est quod probitatem in ore, iniquitatem et malitiam in corde gerimus. Nisi quis ad mortem usque contenderit, ut corpus suum tale reddat quale fuit dilecti Jesu, non occurrit illi cum lætitia, nec ab acerba servitute liberatur. Dicebat : Miserere, miserere, quoniam decidit anima mea : in quali puritate creata fuit? in qua servitute detinetur? cui vanitati obstricta est? Hortor te (21), dum es in corpore, ne cor tuum liberes. Quemadmodum enim homo agri sui fructus incertos putat, donec eos in horrea sua condiderit : ita quos e corde tuo fructus sis percepturus, incertus es, donec in naribus spiritum habes [49]. Quemadmodum homo a quo vitio sit oppugnandus, ad extremum usque spiritum scire non potest : ita liberare cor suum nequit, dum spirat, sed assidue Dei auxilium et misericordiam debet implorare. Quæsivi ex eo quid sit humilitas, et quomodo comparetur? Respondit : Humilitas est obedientia, et propriæ voluntatis abnegatio. Humilitas est affligere se, cordis puritatem amplecti, proximi contumelias et injurias libenter ferre. Beatus, inquit, qui novum induit hominem, antequam Christo occurrat : *Caro enim et sanguis*, ut ait Apostolus, *regnum Dei possidere non possunt* [50]. Idem : *Dum zelum*, inquit, *et contentionem habetis inter vos, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis* [51]? Ideo, inquit, sic affligimur ab inimicis nostris, quia nostras infirmitates ignoramus, nec considerate luctum amplectimur. Aperiret enim nobis peccata nostra, quæ quidem nobis si plane essent cognita, deteriores nos meretricibus existimaremus. Illæ enim palam peccant, quia ignorant Deum. Nos autem qui Dei cognitionem profitemur, peccato tamen inservimus. Qui sustinet reprehensionem, et proximo subjicit voluntatem suam ne Deus inimicum in medium prodire sinat, se mercenarium ostendit. Si enim ingenue ad Domini Jesu pedes sese subjiceret, studeret propriæ voluntati renuntiare, ne ab amabili Domino suo sejungeretur. Qui propriam sequitur voluntatem, ne cum bonis quidem pacem habet, contemptus enim et ira et con-

[45] Exod. xiv, 15, 16. [46] Exod. xxxii, 1. [47] Num. xxi, 5. [48] Exod. xxxii, 31, 32. [49] Job xxvii, 3. [50] I Cor. xv, 50. [51] I Cor. iii, 3.

(21) *Hortor te — implorare.* Græca hujus loci habes infra *cap.* 19, ex iis quæ edidit Possinus.

Digitized by Google

tentio in ejus corde vigent. Qui se curare negat, quid aut loquatur aut audiat, cæco similis est, qui tam intus, quam foris lumen non videt. Qui assidue cogitat peccata sua, linguam non habet, qua ullo de homine verba faciat.

III. Quæ mundi sunt, et ipsam etiam corporis quietem odio persequere, quoniam avocant te ab amicitia Dei. Sicut qui habet inimicum, cum illo pugnat, ita nos cum corpore nostro debemus pugnare, neque illi otium aut quietem concedere. Qui Deum amat, cogitationes suas debet expendere, utrum ex corpore sint, necne. Quandiu enim corporis curis detinetur, non est pura Dei sponsa. Interrogatus a me quid sibi vellet ea precatio, *Sanctificetur nomen tuum* [83]: Perfectum est, inquit, quoniam Dei nomen in nobis sanctificari non potest, dum cupiditatibus obtemperamus. Dicebat ex veterum Patrum sententia: Recessum esse corporis fugam, et mortis meditationem. Ubi non est pax, inquit, ibi nec Deus. Qui cernit peccata sua, pacem intuetur. Peccata non fugat locus, sed humilitas. David cum in adulterii et homicidii crimen incidisset, unum illud Deo gratum sacrificium invenit, et ideo dixit: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies* [84]. Contemptus et indignatio mentem perturbant, nec permittunt illi Dei lumen aspicere. Hæc tria in primis vitia totis viribus fuge, avaritiam, ambitionem et ignaviam; quæ si animam occupent, evertunt illam, nec sinunt proficere. Si te in cellula tua considentem cupiditas judicandi fratrem invaserit, ex peccatis tuis illud judica, tua quam illius tum plura tum majora esse considerans, et quæ bona in te esse opera arbitraris, ea placere Deo ne putes. Firmiora enim corporis membra pro infirmioribus sunt sollicita, eisque donec convalescant, propter necessitudinem qua cum illis conjuncta sunt, serviunt. Qui duro sunt corde, nunquam peccasse se existimant. Humiles vero proximi culpam in se transferunt. Superbus in animo suo sapientem se judicat, et neminem unquam offendisse. Is autem in quo est timor Dei, sollicitus est, ne qua sibi virtus desit. Si in cellula tua consederis, et preces tuas in silentio foderis, et cor tuum ad aliquid quod Dei non sit, inclinarit, idque tecum ipse non esse peccatum, sed cogitationem reputaris, considera preces etiam tuas, quas in silentio fundis, non esse veras. Quod si cordis tui sacrificium Deo credis esse acceptum, conclude simplicem item cordis cogitationem cum malitia conjunctam tibi crimini verti apud Deum.

IV. Qui belli tempore auxilium non invenit, pacem sperare non potest. Is frustra docet, cujus opera sunt doctrinæ contraria. De communione dicebat: Hei mihi, hei mihi! Si communico cum inimicis Dei, quæ mihi cum Deo potest esse communio? Nonne in judicium et condemnationem a me suscipitur? *Omnia* enim *munda mundis: coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum et mens et conscientia* [85]. Si enim ego sanctus sum, qui sunt isti qui operantur in me? Cum ex illo quæsissem, quid esset timor Dei, respondit: Timor Dei non est in illo qui paret inimicis ejus. Rursum quæsivi, quem duceret esse servum Dei. Ille Dei servus, inquit, non est existimandus, qui propriis obtemperat cupiditatibus. Cui enim quis imperat, is ejus est dominus. Hei mihi, hei mihi, dicebat, qui non studui me purum et sanctum reddere, ut misericordiam consequi possem! Heu me miserum, qui ut regnarem cum Christo, meos inimicos superare non contendi! Heu me miserum, qui ex nomine tuo appellor, Domine, et servio inimicis tuis! Hei mihi, hei mihi, quia vescor iis quæ Rex meus detestatur, et ideo non medetur mihi! Cum eum ægrotum et morbo valde laborantem inviserem, et incommoda ejus valetudine dolerem: Vix, inquit, ita morbo vexatus, possum illius acerbi temporis recordari; tantum abest, ut ejus memor essem futurus, si caro valeret. Cum enim valet, pronior est ad exercendas inimicitias cum Deo. Arbor quæ irrigatur non arescit, sed fructum affert. Calamitates nobis sunt adjumento ad observanda mandata Dei. Hei mihi, hei mihi, qui habeo ante me accusatores! Quomodo potero occurrere Domino meo et sanctis ejus, cum inimici mei mihi ne unum quidem membrum integrum reliquerint? Quæsivi quid esset homini solitario necessarium. Et respondens: Tria sunt, inquit, illi necessaria, perpetuus timor, assidua precatio, et continua cordis custodia. Cavere debet homo solitudini et quieti deditus, ne verba audiat inutilia. Hæc enim perdunt labores ipsius. Abbas, inquit, Serapio rogatus a quodam sene, qualis sibi ipse videretur, respondit mihi: Similis videor homini super turre exsistenti, qui nutu significet accedentibus, ne ad se veniant. Et senex qui simile ipsum interrogaverat, dixit ei: Mihi autem videor homini, qui propugnaculum ædificavit, et ferreis vectibus illud munivit, ut si quis pulset, non audiat, neque intelligat, quis ille sit, aut unde veniat, aut quid velit, neque appareat ei prius quam discedat. Si quis Dominum quærit ex animo, attenditque sibi, nec mundi vinculis illigatur, et cor suum custodit, ut sine offensione possit ante Dei tribunal consistere; is ab eo exauditur atque diligitur.

ORATIO XXVII.

In dictum illud: « Attende tibi [86]. »

I. Attende tibi diligenter, et magna cum fiducia considera Dominum nostrum Jesum Christum, cum Deus esset et ineffabilem haberet gloriam et majestatem, hominem pro nobis esse factum, seque nobis exemplum proposuisse, ut sequamur vestigia ejus [86a]. Formam enim servi accipiens, vehementer atque incredibili modo humiliavit semetipsum [86b], et pauper effectus est, multorumque ignominias et

[83] Matth. VI, 9. [84] Psal. L, 19. [85] Tit. I, 15. [86] I Pet. III, 11. [86a] Tob. IV, 13. [86b] Philipp. II, 7.

Digitized by Google

contumelias pertulit : et quemadmodum scriptum est : *Tanquam ovis ad occisionem ductus est, et tanquam agnus coram tondente se obmutuit, et non aperuit os suum. In humilitate ejus judicium sublatum est* [87], et mortem turpissimam pro nobis subiit. Quamobrem et nos propter mandatum ejus et pro peccatis nostris, patienti atque æquo animo ferre debemus, si quis nos vel jure vel injuria lædit aut afficit contumelia. Si quis ad mortem usque persequitur, tanquam oves nos geramus, non resistentes nec contradicentes, sed potius cum silentio et humilitate pro inimicis orantes.

II. Attende tibi diligenter, et magnum lucrum existima, salutemque animæ tuæ in eo sitam arbitrare, si contumelias et ignominias et oppugnationes propter Dominum patienter feras. Illud cogita, te multo graviora merereri supplicia propter peccata tua. Et beneficii loco numera quod dignus factus sis, qui propter Deum plectaris, ut aliquo saltem modo ex multis afflictionibus et probris Domini tui fœdissima ludibria et cruciatus acerbissimos imiteris. Et quoties afflligentium te atque insectantium recordaris, noli conqueri, sed potius ex animo pro illis ora, ut qui tibi maximorum bonorum sint auctores.

III. Attende tibi diligenter, ut tanquam pestem et mortem atque interitum animæ, æternumque supplicium fugias imperii et gloriæ et honoris et laudis cupiditatem. Et cave ne te aliquid esse putes, aut virtute aliqua præditum, aut te aliis vel præstantiorem, vel etiam parem. Et omne quamvis exiguum carnis desiderium et voluptatem penitus abscinde. Neque cujusquam hominis utere, nisi necessitas urgeat, familiaritate, neque corpus alterius attinge, aut quidpiam licet pauxillum sit, comede præter tempus, ne paulatim ex minimis ad deteriora prolabare.

IV. Attende tibi diligenter, ut te vere atque ex animo Christianorum omnium abjectissimum, et peccatorem maximum arbitrere, et animus tuus semper humilis sit, et in mœrore tristitiaque versetur. Semper ut imperitus indignusque tace, neque unquam omnino, nisi necesse sit, loquere.

V. Attende tibi diligenter ; ignis ille perpetuus, sempiterna supplicia, et qui illic damnati excruciantur, tibi semper ante oculos obversentur, teque ex eorum numero unum potius quam viventium existima.

VI. Attende tibi diligenter et considera, Dominum nostrum Jesum Christum pro nobis mortuum esse et surrexisse, nosque sanguine suo redemisse, ut ipsi tibi non amplius vivas, sed Domino qui pro nobis mortuus est et surrexit [88]. Cogita igitur, te semper ante oculos ejus versari, et cor tuum observa.

VII. Attende tibi diligenter, ut prompto semper animo pareas voluntati Dei et Domini nostri Jesu Christi, sive in vita, sive in morte, sive in quavis afflictione. Et semper magnas aliquas terribiles tentationes et afflictiones et calamitates et mortem exspecta, ne te imparatum offendant.

VIII. Attende tibi diligenter, ut tanquam ubique præsens sit Deus, nihil facere cogites, quod ejus sit voluntati contrarium. Omnibus in rebus quamvis minimis, seu quid loqui vis, seu agere, seu cum aliquo negotii quidpiam contrahere, aut cibum capere, aut bibere, aut cubitum ire, aut quidquam aggredi, prius considera, utrum id cum Dei voluntate conveniat, et ejus causam confitere, atque ita rem aggredere, ut magna tibi fiducia sit apud Deum.

IX. Attende tibi diligenter, ut si quis te aliqua in re offenderit, et te dolor exstimulet aut indignatio, ne quid præter decus loquaris, sed taceas, donec quiescat cor tuum, ac tum demum benigne fratrem admone, et cohortare. Quod si necesse fuerit fratrem reprehendere, et te ira commotum videris, et non tui juris ; cave ne quid omnino loquaris, ne crescat perturbatio, sed cum et te et illum quietos tranquillosque animadverteris, tum sic eum alloquere, ut non arguere, sed omni cum humilitate commonere proximum videare.

X. Attende tibi diligenter, ut singulis horis aliquam tibi vel ex morte, vel ex calamitate, aut magno aliquo periculo tentationem instare non dubites. Et quæ advenerint, forti ac strenuo animo perfer omnia, considerans esse necessarium, ut per multas afflictiones et ærumnas ingrediamur in regnum cœlorum [89].

XI. Attende tibi diligenter, ut nulla in actione aut sermone aut cogitatione, voluntati aut quieti tuæ servias, sed voluntati Dei, etiamsi magnus propositus labor videatur. Sic enim tenditur ad regnum cœlorum. Eam igitur omni humanæ prudentiæ antepone, et reliquis omnibus hominum consiliis utiliorem existima, Dei namque mandatum est æterna vita. Et *qui ipsum exquirunt, non minuentur in omni bono* [90].

XII. Attende tibi diligenter, ut in conspectu Dei semper exsistens, nihil ab ullo alio speres, sed ab uno illo omnia cum fide. Si qua re tibi opus est, Deum precare, ut eam tibi, si velit, concedat. Quidquid habes, id non aliis, sed Deo acceptum refer, et illi gratias age. Si qua tibi desunt, ea ab hominibus ne exspectes, neque de ullo conquerere, sed alacri animo et tranquillo cuncta sustineas, tecum ipse ita cogitans : Ego quidem propter peccata mea multis sum dignus afflictionibus : attamen Deus, si velit, potest mei misereri, et quæ sunt usui necessaria, mihi subministrare. Hoc animo si fueris, Deus nihil tibi quod expediat, deesse patietur.

XIII. Attende tibi diligenter, ut nihil omnino suscipias, nisi quod tibi persuaseris juste partum, a Deo suppeditari. Quæ sunt ejusmodi, ea cum pace

[87] Isa. LIII, 7, 8. [88] II Cor. V, 15. [89] Act. XIV, 21. [90] Psal. XXXIII, 11.

Digitized by Google

suscipito : quæ vero ex iniquitate, aut bello aut fraude aut simulatione profecta perspexeris, ea rejicito et repudiato. *Melior exigua pars cum timore Dei, quam ingentes thesauri cum iniquitate* [61].

XIV. Attende tibi diligenter, ut omni studio silentium colas, quo facilius, Deo adjuvante, ad virtutem contendas atque proficias. Quod si tempus inciderit, ut necessario loquendum sit, aut præstet loqui quam tacere, tunc os tuum aperiens cum timore Dei atque tremore, et, capite demisso, modeste et submissa voce verba facito. Si cum aliquo congressus fueris, charitatis gratia pauca loquere, et celeriter tace. Si fueris interrogatus, tantum responde, quantum obedientiæ necessitas coget, et non amplius.

XV. Attende tibi diligenter, ut quemadmodum a libidine temperas, sic etiam oculorum, et aurium, et tactus cohibeas cupiditatem. Oculos manuum tuarum operibus solum intende, et non rebus aliis, nisi probabilis necessitas id postulabit. Feminas vero aut viros formosos, nisi magna urgente necessitate, respicias cave. Quæ de aliis dicuntur, ne cures audire. Os tuum, nisi necesse sit, nihil loquatur omnino. Si hæc utilia esse animadvertis, frater, operam da, ut ea re ipsa perficias, ut in hora tentationis te Deus protegat ac tueatur. Amen.

ORATIO XXVIII.

De malitiæ ramis.

I. De malitiæ ramis dicendum est, ut homo, quid sit vitium, et quid se a Deo separet, intelligat, et ejus auxilium imploret adversus singula vitia, et, divina adjuvante clementia, ea profliget et expellat. Vitia sunt animæ vulnera, quæ sejungunt illam a Deo. Beatus ille, qui a vitiis integer et purus est, quia tanquam ovis ratione prædita gratum Deo sacrificium offeretur, et jucundam illam Domini vocem exaudiet : *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam ; intra in gaudium Domini tui* [62]. Qui autem volunt carnis suæ voluntates explere, neque se sanctis pœnitentiæ medicamentis curare, ut mundi sanctique fiant, in hora necessitatis virtutum stola reperientur nudi, et projicientur in tenebras exteriores, ubi diabolus est stola vitiorum indutus, quæ sunt fornicatio, cupiditas, avaritia, detractio, ira, æmulatio, inanis gloria et superbia. Hi sunt malitiæ rami, et aliis similes multi, ut ebrietas, corporis ornatus, animi distractio, inertia, scurrilitas, sermones ridiculi, impudentia, cachinnatio, conscientiæ despectio, divini judicii negligentia, invidia, mendacium, adulatio, falsum testimonium, falsa scientiæ professio, docendi arrogantia, lucri cupiditas, desperatio, odium proximi, cum se ipsum quis non reprehendit, cum hominum gloriam diligit, cum delicatas epulas quærit, cum corporis cupiditates amplectitur, cum inconsiderate scandalizatur, cum propter doctrinam sibi ipse plaudit, cum contendit et altercatur, cum propriam defendit voluntatem, cum se bonum et sapientem existimat, cum fratrem suum improbum ac stultum putat ac despicit.

II. Isti malitiæ rami crescunt et propagantur in anima misera atque infelice, donec eam separent a Deo. Hæc sunt onera illa gravissima, quibus Adam cervicem subdidit, cum ex ligno vetito comedit. Hæc sunt, quamobrem dictum est : *Languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit* [63]. Hæc sunt quæ Dominus noster Jesus Christus interfecit in cruce. Illi sunt utres illi veteres, in quos non infunditur vinum novum [64]. Hæc sunt illa vincula quibus Lazarus erat obligatus [65]. Isti sunt illi dæmones, quos Christus immisit in gregem porcorum [66]. Talis est ille vetus homo, quem Apostolus præcipit, ut exuamus ; propterea dixit : *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt* [67]; et rursum : *Si secundum carnem vixeritis, moriemini* [68]. Istæ sunt illæ spinæ et tribuli, quos terra protulit Adam, posteaquam ejectus est e paradiso. At Christi *jugum suave est, et onus leve* [69]; nempe mansuetudo, castitas, lenitas, bonitas, gaudium spiritus, abstinentia ab omnibus vitiis, charitas erga omnes, sancta discretio, fides immobilis, affectionum toleratio, a mundo sejunctio, cupiditas a corpore discedendi, et occurrendi Domino Jesu Christo. Hæc sunt onera illa levia, quæ nos jussit Dominus gestare. Hæc est illa via, ad quam sancti ut pervenirent, tam multos labores pertulerunt. Hæc sunt quæ nemo consequi potest, nisi veterem hominem exuerit, et liberatus fuerit, et possederit charitatem ; quæ quidem charitas hominem liberat ab omnibus curis et sollicitudinibus.

III. Neque vero fieri potest, ut charitas in nobis habitet, quandiu aliquid mundi diligimus. *Non potestis*, inquit, *mensæ Dei participes esse, et mensæ dæmoniorum* [70] ; et Isaias : *Quis annuntiabit*, inquit, *vobis locum æternum ? Qui ambulat in justitia, et loquitur viam rectam ; qui odit iniquitatem et injustitiam, et excutit manus suas a muneribus ; qui aures obturat, ne audiat judicium sanguinis ; qui claudit oculos, ut non videat iniquitatem : hic habitabit in excelsa spelunca petræ fortis ; panis ei dabitur, et aqua ejus fidelis* [71]. Vide quibus honoribus et præmiis eos Dominus sit affecturus, qui strenue pugnant in hoc exiguo vitæ curriculo, et per patientiam atque afflictionem mundi sarcinam excutiunt. Cernis quomodo Deus adjuvet labores eorum qui proprias amputant voluntates, et omnes ab illis perturbationes expellat qui cupiditatibus suis divinam voluntatem anteponunt ? Qui autem voluntatibus indulgent suis, quamvis spiritu incipiant, tamen quia volunt eas implere, hostibus resistere nequeunt, et in carne desinunt, ac perdunt labores suos. Itaque detestatur eos Jeremias propheta : *Maledictus*, inquit, *qui facit opera Domini negligenter* [72]. Vides

[61] Prov. xv, 16. [62] Matth. xxv, 21, 23. [63] Isa. liii, 4. [64] Matth. ix, 17. [65] Joan. xi, 44. [66] Matth. viii, 30-32. [67] I Cor. xv, 50. [68] Rom. viii, 13. [69] Matth. xi, 30. [70] I Cor. x, 21. [71] Isa. xxxiii, 14-16. [72] Jer. xlviii, 10.

Digitized by Google

quomodo Deus eos qui in servitutem ipsius se dedicant, et tamen propriæ voluntati deserviunt, non adjuvet, sed deserat et tradat in manus inimicorum: ex quo fit ut loco honoris quem ab hominibus aucupantur, in dedecus et ignominiam incidant, quia hostibus non restiterunt, donec Deus illis ad eos superandos auxilium ferret. Porro, sicut omnes Scripturæ testantur, homo non exauditur a Deo, nisi eum oret ac deprecetur. Quamobrem ad ejus clementiam cum omni studio et lacrymis supplices accedamus, subjiciamusque nos omnibus hominibus propter Dominum, et fratribus nostris ut prudentioribus nos submittamus, *nemini malum pro malo reddentes* [73], neque male de aliquo cogitantes in corde nostro, sed cor unum simus omnes atque una anima.

IV. Quod autem ad ea pertinet quæ sunt corpori necessaria, nunquam dicamus : Hoc meum est. Cor nostrum assidue custodiamus, observemusque quo sese vertat, ne immundum aut impurum aliquid cogitet. Corpus a repletione coerceamus, ne a nobis proprias exigat cupiditates, sed animæ subjectum sit, et anima menti, ut fiat sponsa pura, et munda ab omni macula, vocetque sponsum suum, *Veniat*, inquiens, *dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum* [74]. In hoc studium et curam incumbamus, fratres, ut hac fiducia præditi, audiamus eum dicentem : *Ubi ego sum, volo ut et ipsi sint, quoniam dilexi eos quemadmodum dilexisti me, Pater. Et tu in me, et ego in eis* [75]. Ostendat nobis sancta et ejusdem essentiæ ac sine principio Trinitas misericordiam suam, ut veniam et remissionem inveniamus cum sanctis ejus in die judicii. Quoniam ipsi est gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXIX.

Ejusdem lamentationes.

I. Væ nobis, qui in hoc exiguo vitæ spatio voluptati dediti sumus, qui, ut iniquæ et brevi carnis cupiditati satisfaciamus, nos jucundissimo divinæ gloriæ spectaculo indignos constituimus. Væ nobis, quia *corruptio incorruptionem non possidebit* [76]; et nos, incorruptione contempta, corruptionis cupidine furimus et insanimus. Væ nobis, qui carnem nostram, quæ in putredinem est resolvenda et vermium esca futura, in peccatis fovemus et enutrimus, nec ignem in quo sumus perpetuo excruciandi, nec vermem qui nunquam dormit, extimescimus. Væ nobis, quorum corpus immunditiis coinquinatum homines pii colunt et deosculantur, cum tamen simus sepulcra dealbata [77], et mortiferum peccatum redoleamus. Væ nobis, qui per intemperantiam et delicias epularum semen in nobis adaugemus, et idcirco ad nefarias corporum mistiones incitamur. Væ nobis, qui mortalitatem cum immortalitate non comparamus, et divinam ac formidandam rectitudinem negligimus. Væ nobis, qui pigri tardique sumus ad bona, prompti autem et alacres ad mala. Væ nobis, qui corpus nostrum capax æternæ lucis tenebris addiximus sempiternis. Væ nobis, quia Filius hominis qui est ejusdem essentiæ cum Deo et Patre, pro nobis factus homo non habet apud nos ubi caput reclinet, cum vulpes, hoc est astuti atque improbi spiritus, suas foveas in nobis struxerint [78]. Væ nobis, quia recti corde animas puras et corpora sua sancta et sine macula sistent ante judicem; nos autem impuras animas et immunda corpora habentes, æterni supplicii sententiam audiemus.

II. Væ nobis, qui, cum omnium dedecorum et flagitiorum simus studiosi, honorem et gloriam sanctorum flagitamus. Væ nobis, qui, cum damnati simus et multis peccatis obnoxii, tanquam liberi atque insontes in medio sanctorum et innocentium versamur. Væ nobis, qui, cum simus erroribus pleni, eos qui nobis multo meliores præstantioresque sunt, monemus et instituimus. Væ nobis, qui trabem habentes in oculo, quam minimas fratrum festucas acute cernimus et iracunde volumus excutere, tanquam nihil in nobis sit quod egeat reprehensione [79]. Væ nobis, quia gravia fratribus onera atque intolerabilia imponimus, cum ea nos tanquam corpore imbecilliores ne digito quidem velimus attingere [80]. Væ nobis, qui, cum divina et monastica ministeria recusemus, alios quæ sint excolendæ virtutis officia, docere non erubescimus. Væ nobis, qui non solum veterum peccatorum obliviscimur, sed recentia depellere et lacrymis diluere negligimus. Væ nobis, qui, cum Dei auxilio et gratia recte vivendi fundamenta jecerimus, nuncea quæ carnis sunt, superstruimus. Væ nobis, qui malis cogitationibus ita delectamur, ut peccata quæ despeximus, memoria repetamus. Væ nobis, qui in edendo bibendoque non prævidemus quod nobis e crapula bellum oriatur. Væ nobis, quos diabolus, dum libidinis suggerit cogitata, imparatos et consentientes offendit. Væ nobis, qui, neglecto divinarum precum et sacræ lectionis studio, in nugis et rebus inutilibus dies nostros consumimus. Væ nobis, quorum adeo cæca sunt corda, ut, dum lugendis peccatis nostris debemus incumbere, inertia atque otio torpescamus. Væ nobis, qui, cum Deus dicat, *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* [81], ejus assidue peccantis nullam curam gerimus.

III. Væ nobis, qui corpus nostrum ad peccata proclive ciborum copia et deliciis ad impuras cupiditates et immundas cogitationes impellimus, et improbi hostis jacula per oculos in cor admittimus, et corporum tactu equi furentes evadimus, neque dignitatis nostræ, neque æterni supplicii rationem ullam habemus. Væ nobis, qui corporis morbos et dolores tam facile sentimus; in animæ autem ægritudinibus et vulneribus gravissimis caremus omni

[73] Rom. xii, 17. [74] Cant. v, 1. [75] Joan. xvii, 24, 23. [76] I Cor. xv, 50. [77] Matth. xxiii, 27. [78] Matth. viii, 20. [79] Matth. vii, 3, 5. [80] Matth. xxiii, 4. [81] Ezech. xviii, 4, 20.

Digitized by Google

sensu. Væ nobis, quia princeps animæ pars carni, quæ ancilla est, servit, et pars deterior imperat præstantiori, nempe ambæ concordes atque unanimes procreatori suo serviunt Deo. Væ nobis, in quos peccata malis et immundis cogitationibus debacchantur, neque nos inter Dei discessum et impurorum spirituum accessum sinunt discernere. Væ nobis, qui tam stulti sumus atque imprudentes, ut, cum laudes sanctorum aucupemur, opera tamen et actiones eorum nolumus imitari. Væ nobis, qui neque servorum metum, neque mercenariorum studium, neque amorem filiorum in exquirendis divinis mandatis exhibemus. Væ nobis, qui, cum pro incunda hominum gratia nihil aut loqui aut facere recusemus, justitiam negligimus et æquitatem. Væ nobis, quos æternum dedecus nihil movet, et respectus hominum etiam ad peccandum impellit. Væ nobis, qui, cum e pauperibus et obscuris orti parentibus simus, nosmetipsos ignoramus; et paupertatis et ignominiæ studium professi, inter opulentos et claros viros numerari contendimus. Væ nobis, qui nunc paupertate coacti temperantiam in mundo complectimur, nunc autem ad abstinentiam vocati, saturitatem ventris et carnis requiem summo studio consectamur. Væ nobis, qui, cum angeli ad eos qui Deum timent sese adjungant, et dæmones ad illos qui Deum spernunt et mandata ejus negligunt, accedant, nos societati dæmonum ascribimus. Væ nobis, qui divitibus et potentibus placere studemus, pauperes autem et supplices tanquam importunam turbam aversamur.

IV. Væ nobis, qui non ex virtute homines, sed ex opinione pendimus. Væ nobis, qui quæ justa bonaque sint, defluimus, et judicamus et docemus; a justis autem et bonis operibus absumus quam longissime. Væ nobis, qui terram a lappis et tribulis et spinis cæterisque frugum pestibus diligenter purgamus, animam autem nostram a pravis et immundis cogitationibus, quæ sanctos virtutum fructus excutiunt ac perdunt, Dei timore purgare contemnimus. Væ nobis, qui tanta sollicitudine tandiu torquemur, ut caducum aliquid percipiamus e terra, in qua sumus hospites ac peregrini; temporis autem illius quo nobis hinc in perpetuum erit necessario demigrandum, nullam omnino curam suscipere dignamur. Væ nobis, qui, cum de omni actione, de omni verbo otioso, de omnibus denique improbis et impuris cogitationibus rationem reddituri simus apud judicem severissimum, tamen tanquam liberi simus futuri, nullis reddendis rationibus obnoxii, totum vitæ nostræ tempus sine ulla hujus rei sollicitudine transigimus. Væ nobis, quia non solum impia multa nefariaque patravimus, verum etiam per incredulitatem Dei promissa sprevimus atque contempsimus. Væ nobis, qui, stulto corruptionis studio capti, cum per Evangelium vitæ possemus assequi incorruptionem, rerum terrenarum amore insanientes, æternis incorruptisque bonis nos spoliavimus. Væ nobis, qui in hominum conspectu peccare metuimus; ante oculos autem occulta cernentis Dei impia agentes et peccantes non contremiscimus. Væ nobis, qui sermones nostros non condimus de sale divino, sed verba inutilia et ab omni religione aliena temere fundimus. Væ nobis, quorum animi compunctionem propter somnum atque desidiam nostram dæmones deprædantur. Væ nobis, qui, cum reliquerimus mundum, homines qui in mundo vivunt, peccatis et vitiis superamus. Væ nobis, qui, cum magnis reprehensionibus indigeamus, eos qui minimis urgentur vitiis, acerbissime castigamus.

V. Væ nobis, si Deus nos, antequam emendemur, in judicium adduxerit. Væ nobis, qui, ventris nostri sordes non considerantes, a libidine et superbia superamur. Væ nobis, qui, cum assidue corpora nostra fœdis cogitationibus inquinemus, nos tamen et haberi sanctos volumus et appellari. Væ nobis, qui vanitatibus incumbentes, pugnare cum vitiis obliviscimur. Væ nobis, qui hic sine timore nos peccatis obstringimus, quoniam illic nos ignis æternus excipiet, et tenebræ exteriores, et vermis qui non dormit, et luctus et stridor dentium, et coram angelis et creaturis omnibus dedecus sempiternum. Væ nobis, quorum animæ confusæ et a pœnitentia alienæ, in resurrectione et horrendo illo gentium omnium judicio, assumptis corporibus suis, cum fletu et stridore dentium in gemitus et luctus et cruciatus conjicientur acerbissimos ac sempiternos. Væ nobis, qui in isto peregrinationis exsilio detestandas oblectationes consectamur, et paradisi deliciarum obliti, contemnimus regnum cœlorum. Væ nobis, qui propter crudelitatem stultis virginibus similes sumus, et oleum quo nostræ lampades illustrentur, beneficia in proximum conferentes non emimus. Væ nobis, qui diebus ac noctibus Christo preces persolvimus, dicentes : *Domine, Domine*[83]; et ea quæ nobis præcipit, non observamus. Væ mihi, qui lamentationes istas conscribo, neque ullum veræ pœnitentiæ signum ostendo. Væ illis qui aliis laborant, et sibi ipsis non prosunt. Væ nobis, qui cum assiduos conscientiæ nos reprehendentis stimulos sentiamus, non erubescimus, nec rationem actionum nostrarum omnium reddituri, Dei judicium formidamus. Væ nobis, qui, cum turpibus operibus feteamus, laudibus tamen hominum gaudemus.

VI. Væ nobis, qui, rebus inanibus occupati, divini timoris obliviscimur. Væ nobis, quorum mens studio vanitatis obtunditur et hebetatur. Væ nobis, qui, cum Dei patientia nos toleret et exspectet, non tamen resipiscimus, nec pravas actiones nostras emendamus. Væ nobis, qui peccatorum nostrorum in præsentia non meminimus, quoniam paulo post, cum anima erit corpore exuta, omnia quæ vel cogitatione vel verbis vel factis admisimus, magno

[83] Matth. VII, 21.

Digitized by Google

cum dolore nobis in memoria conscripta perlegemus. Væ nobis, qui cum Apostolus dicat: *Qui manducat panem et bibit calicem Domini indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini* [83], nostris immunditiis coinquinati, ad tremenda et formidanda Dei mysteria, veniam nobis ipsi eorum quæ nocturnis imaginationibus cogitando fecimus tribuentes, accedimus. Qui enim nec puram habet cogitationem, nec castos oculos, nec corpus incorruptum, nec animam mundam, et assidet Deo, is se multis cum carnis doloribus, tum animi ægritudinibus obnoxium reddit, et mox in æternos cruciatus et immensum dedecus incurret. Me miserum qui hæc acerbe lacrymans scribo, nec tamen re ipsa pœnitentiam amplector. Hei mihi, qui vera dico, sed bona non facio. Hei mihi, qui bona doceo, sed mala committo. Væ illis qui voluptatis suavitate deliniti peccant, quoniam ad extremum dolore afficientur et ignominia sempiterna. Væ illis qui lugent, sed peccare non desinunt, quoniam utili se luctu spoliant.

VII. Væ hominibus qui proximum contumelia afficiunt et ignominia, quoniam a charitatis beatitudine sunt alieni. Væ invidis, quoniam procul absunt a Dei benignitate. Væ illis qui student hominibus placere, quia Deo placere non possunt. Væ illis qui personas hominum respiciunt, quoniam a Dei veritate deciderunt. Væ superbis, quia sunt ex parte diaboli desertoris. Væ illis qui Deum non timent, quia pluribus peccatis implicabuntur, et in hac atque in alia vita vapulabunt. Væ nobis, qui pulicum, et lendium, et pediculorum, et muscarum, et culicum, et apum morsus atque aculeos ferre non possumus; ab ingenti autem dracone qui fauces horrendas aperit, ut nos devoret et absorbeat, omnibusque pestiferis mortis aculeis vulneret, nec studemus aufugere, nec ullum adversus eum imploramus auxilium. Væ nobis, quos diabolus voluptatibus, et doloribus, et necessitatibus, et omnibus quæ in mundo sunt, fraudibus decipit; et tamen nos a tot malis nolumus liberari. Væ nobis, qui, cum multi tot jam annos ab Ecclesia defecerint, et orthodoxam fidem conentur labefactare, tamen nec lacrymas fundimus, neque ullum animi dolorem ostendimus, nec mores ac vitam emendamus, ut peccata peccatis et incredulitatem malis operibus cumulantes, acerbissima nobis supplicia in gehenna paremus ac sempiterna. Væ nobis qui post conscriptas lamentationes, et fine mundi jam adventante, nec resipiscimus, neque eorum quæ a nobis in adolescentia commissa sunt pœnitentiam agimus, sed miseræ senectuti majora et graviora in dies imponimus onera peccatorum. Væ nobis, quos, cum variis corporum morbis erubescamus, non pudet miseras animas nostras et corporum flagitiis et peccatis fœdissimis ægrotare. Væ nobis, quibus per ignem super maris undas ebullientis est transeundum, *ut unusquisque nostrum in suo corpore accipiat, prout gessit sive bona sive mala* [84]. Væ nobis, qui tenebrosum illud et materiæ expers incendium, æternumque atque amarum fletum et stridorem dentium non consideramus. Ablato enim flammæ splendore Deus in illo igne relinquit urendi vim et obscuritatem, quo magis impii et peccatores excrucientur.

VIII. Hei mihi, misera anima mea, quoniam assiduus dolor et cruciatus cor meum affligit, quia malitia prudentiam immutavit, corruptio vicit incorruptionem, mendacium texit veritatem, mors vita superior fuit; terrena, caduca, brevia cœlestibus, perpetuis et sempiternis sunt commutata; abjecta et odio digna, vera Christi charitate et gravitate dulciora sunt habita ac jucundiora! Error ex animo meo depulit veritatem. Dedecus et ignominiam pro veris laudibus et gloria sum amplexus. Amaritudinem pro dulcedine degustavi, terræ fuliginem pro cœlorum regno dilexi. Inimicus ab omni vera pulchritudine abhorrens cordi meo tenebras offudit, et cognitionis lumen delevit e mente mea. Heu me miserum et infelicem, quem diabolus suis implicitum retibus cepit ac supplantavit, et e tanta sublimitate dejecit. In cursu confractus cecidi. Vani fuerunt sudores mei. Quis vicem meam non lugeat? Quis me inanibus consumptum laboribus non lamentetur? Quis me in portu naufragium facientem non misericordia prosequatur? *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos, amici mei* [85]: et benignum, quique a nullis vincitur malis, Dominum meum Jesum Christum supplices deprecamini, si forte misericordia adductus densissimam diaboli ab omni pulchritudine abhorrentis caliginem excutiat e mente mea, ut quo in luto verser, nec surgere curem, tandem aspiciam, ne forte contractum vitæ meæ tempus omnem mihi spem adimat. Non est dolor supra dolorem meum. Non est plaga similis plagæ meæ. Non est cruciatus par cruciatui cordis mei: *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum* [86]. Vulnera mea non sunt gladii vulnera, nec mortui mei sunt mortui in bello [87]: sed sagittæ inimici acutæ infixæ sunt mihi [88], et meum interiorem hominem excæcarunt. Et *infixus sum in limo profundi, et non est substantia* [89]. *Timor quem timebam, evenit mihi* [90]: *et umbra mortis operuit me* [91]. Hei mihi! Considera, anima mea, et vide quæ præsentia sunt, quam fugacia sint, et quanta cum acerbitate et dolore cito pertranseant, et quanto sint quæ jam adventant atque adsunt, acerbiora. Cogita, anima, e quantis bonis excidas et quanta spe, et quantis mox cruciatibus et suppliciis in perpetuum afficieris. Ante quam igitur super caput tuum lux exstinguatur, supplex ad Dei clementiam accede, æterni luminis largitorem obsecra et obtestare, ut

[83] I Cor. xi, 27-29. [84] II Cor. v, 10. [85] Job xix, 21. [86] Psal. xxxvii, 5. [87] Isa. xxi, 2. [88] Psal. xxxvii, 3. [89] Psal. lxviii, 3. [90] Job iii, 25. [91] Psal. xlviii, 20.

Digitized by Google

liberet te a devorânte flamma et tenebris obscurissimis. Quoniam benignitatis ipsius est hominum peccatis ignoscere, et nobis licet misericordia ejus indignis, veniam dare. Cui gloria et] imperium in sæcula sæculorum. Amen.

EJUSDEM BEATI ISAIÆ

ABBATIS

PRÆCEPTA SEU CONSILIA LXVIII POSITA TIRONIBUS IN MONACHATU.

Vide Patrologiæ Latinæ *tom. CIII, col.* 427.

—

ΤΟΥ ΑΒΒΑ ΗΣΑΙΟΥ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΠΕΡΙ ΑΣΚΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΗΣΥΧΙΑΣ.

—

ABBATIS ISAIÆ

CAPITULA DE RELIGIOSA EXERCITATIONE ET QUIETE.

—

Α'. Τρεῖς ἀρεταί (22) εἰσιν αἱ προνοοῦσαι τοῦ νοῦ διὰ παντός· ἡ κατὰ φύσιν ὁρμή· ἡ ἀνδρία· καὶ τὸ ἄοκνον. Α

I. Tres virtutes sunt menti providentes semper: naturalis impetus, fortitudo, et impigra strenuitas.

Β'. Τρεῖς εἰσιν ἀρεταί, ἃς ἐὰν ἴδῃ ὁ νοῦς μετ' αὐτοῦ, πιστεύει ὅτι ἔφθασεν εἰς τὴν ἀθανασίαν· ἡ διάκρισις, ἢ τὸ ἀφορίσαι ἕκαστον πάθος ἀπ' ἀλλήλων· καὶ τὸ προβλέπειν πάντα πρὸ καιροῦ· καὶ μὴ συμπεῖθεσθαι μετά τινος λογισμοῦ ἀλλοτρίου.

II. Tres virtutes sunt quas si mens apud se viderit, confidit pervenisse se ad immortalitatem: discretio, subtiliter ab invicem discernens species diversas vitiorum; provisio cuncta præcognoscere mature occupans; et firmitas animi nunquam persuaderi sibi sinentis id quod aliena cogitatio suggerit.

Γ'. Τρεῖς ἀρεταί εἰσιν, αἵτινες χορηγοῦσι φῶς εἰς τὸν νοῦν διὰ παντός· τὸ μὴ εἰδέναι πονηρίαν τινὸς ἀνθρώπου· καὶ τὸ ὑποφέρειν τὰ ὑπερχόμενα ἀταράχως· καὶ τὸ ἀγαθοποιεῖν τοὺς κακοποιοῦντας· αἱ τρεῖς οὖν αὗται γεννῶσιν ἄλλας τρεῖς μείζους αὐτῶν· τὸ μὴ εἰδέναι πονηρίας ἀνθρώπου γεννᾷ τὴν ἀγάπην· καὶ Β τὸ ὑπενεγκεῖν τὰ ἐπερχόμενα ἀταράχως, φέρει τὴν πραότητα· καὶ τὸ ἀγαθοποιεῖν τοὺς κακοποιοῦντας φέρει τὴν εἰρήνην.

III. Tres virtutes sunt quæ semper lucem suppeditant menti cui adsunt: nescire malitiam cujusvis hominis; supervenientia ferre imperturbate; et benefacere maleficis. Hæ tres porro istæ tres alias gignunt se majores: nescire malitiam hominis gignit charitatem: ferre supervenientia imperturbate affert mansuetudinem; denique benefacere maleficis affert pacem.

Δ'. Τέσσαρές εἰσιν ἀρεταί, αἳ ἁγνίζουσι τὴν ψυχήν· ἡ σιωπή, καὶ τὸ φυλάξαι τὰς ἐντολάς, καὶ ἡ στενοχωρία, καὶ ἡ ταπεινοφροσύνη.

IV. Quatuor virtutes sunt quæ castificant animam: silentium, custodia mandatorum, anguste habitare, et humiliter de se sentire.

Ε'. Ὁ αὐτὸς Ἡσαΐας (23) εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ βλέπω ἐμαυτὸν ὡς ἵππον πλανώμενον, μὴ ἔχοντα δεσπότην· καὶ ὁ εὑρίσκων αὐτὸν ἐπικαθέζεται ἐν αὐτῷ· καὶ ὅταν ἀπολύσῃ αὐτὸν, ἄλλος αὐτὸν κρατήσας, ἐπικαθέζεται.

V. Dixit idem Isaias: Video me ipsum ut equum errantem, non habentem dominum, et qui eum invenit sedet supra illum; et postquam is eum dimiserit, alius eumdem similiter occupans, inscendit.

(22) *Τρεῖς ἀρεταί.* Hujusmodi Capitula quæ in *Thesauro ascetico* vulgavit Possinus ex ejusdem Isaiæ abbatis *Orationibus* excerpta noscuntur; quod editorem latuit. Hæc autem quatuor priora desumpta sunt ex *Orat.* VII, cap. 1.

(23) *Ὁ αὐτὸς Ἡσ.* Hæc exstant *Orat.* VIII, c. 1, init.

Digitized by Google

VI. Custodi te ipsum ne captiveris in iis in quibus alias peccasti, ne peccata vetera renoventur in te. Ama humilitatem, et illa te proteget a peccatis tuis. Da cor tuum ad obediendum patribus tuis, et gratia Dei habitabit in te. Ne sis apud teipsum opinione tui tumida sapiens, ne incidas in manus hostium tuorum. Assuefac linguam tuam ad loquendum verba consensum significantia, et humilitas veniet super te. Residens in tua cellula trium semper horum curam gere: laboris manuum, meditationis et orationis. Quotidie reputa: Hunc diem habemus ad operandum in hoc mundo, an crastinum habiturus sim, nescio. Sic faciens, non peccabis in Deum.

VII. Ne gulæ indulgeas in refectione, ut non renoventur in te priora tua peccata. Ne attædieris in aliquo labore, ut non ingruant in te vehementes insultus inimici. Vim infer tibi ipsi ad strenue agendum in meditatione tua; et veniet in te requies Dei velociter. Coge te ipsum ad multas orationes cum fletu, et forte miserebitur tui Deus, et exuet te veteri homine peccatore.

VIII. Labor, et mendicitas, et peregrinatio, et tolerantia dolorum, et silentium, pariunt humilitatem. Humilitas autem remittit omne peccatum.

IX. Si fornicatio te impugnat, affligе te ipsum indesinenter in vigilia, in fame et siti, in humilitate ad omnes. Si vero pulchritudo corporis et imaginatio voluptatis in femina trahit cor tuum, recordare fetoris istorum, et requiesces.

X. Noli, frater, quandiu fueris in hac vita, dare requiem tuo corpori, nec confidas in te ipso si te videris feriantem a pravorum affectuum tumultu; cohibent enim vim suam dæmones astu ad tempus, et cum homo negligenter securus studium suæ salutis remiserit, repente insiliunt in miseram animam, et rapiunt eam ut passerem. Ac si eam superare ipsis ex voto contigerit, ad omne illam peccatum immisericorditer dejiciunt. Stemus igitur in Dei timore, et custodiamus nos, exsequentes perfecte cuncta religiosæ nostræ disciplinæ opera, et exercentes omnes virtutes idoneas arcendæ hostium improbitati. Labores quippe ac contentiones brevis hujus temporis, non modo præservant nos a culpis, sed coronas præparant animæ priusquam egrediatur e corpore. Quotquot habemus sancti baptismatis signaculum, studeamus relinquere peccata nostra, ut inveniamus misericordiam in die judicii. Contendamus, dilectissimi, quoniam tempus prope est. Beatus ergo qui hanc semper animo sollicitudinem versat die pariter ac nocte.

XI. Oportet appulsum mali dæmonis avertere a corde per piam contradictionem tempore orationis, ne quando reperiamur labiis quidem alloquentes Deum, corde autem absurda cogitantes. Non

Ϛ'. Φύλαξον σεαυτὸν (24) μὴ αἰχμαλωτισθῆναι εἰς ἁμαρτες, ἵνα μὴ ἀνακαινισθῶσιν ἐν σοί· ἀγάπησον τὴν ταπείνωσιν, καὶ αὐτή σε σκεπάσει ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν σου· δὸς τὴν καρδίαν σου εἰς ὑπακοὴν πατέρων σου· καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ οἰκήσει ἐν σοί· μὴ ἔσῃ παρὰ σεαυτῷ φρόνιμος, ἵνα μὴ ἐμπέσῃς εἰς χεῖρας τῶν ἐχθρῶν σου· ἔθισον τὴν γλῶσσάν σου λαλεῖν τὴν συγχώρησιν, καὶ ἡ ταπείνωσις ἐλεύσεται ἐπὶ σέ· καθήμενος ἐν τῷ κελλίῳ σου, τῶν τριῶν τούτων φρόντισον συνεχῶς· τοῦ ἐργοχείρου, τῆς μελέτης, καὶ τῆς εὐχῆς· λογίζου δὲ καθ' ἡμέραν, ὅτι Τὴν σήμερον ἔχομεν πονῆσαι εἰς τὸν κόσμον τοῦτον· τὴν δὲ αὔριον, οὐκ οἶδα· καὶ οὐ μὴ ἁμαρτήσεις εἰς Θεόν.

Ζ'. Μὴ ἔσο γαστρίμαργος (25) ἐν βρώσει, ἵνα μὴ ἀνακαινισθῶσιν ἐν σοὶ τὰ πρότερά σου ἁμαρτήματα· μὴ ἀκηδιάσῃς ἔν τινι κόπῳ, ἵνα μὴ εἰσπηδήσωσιν ἐν σοὶ αἱ τοῦ ἐχθροῦ ἐνέργειαι· βίαζε σεαυτὸν ἐν τῇ μελέτῃ σου, καὶ ἥξει ἐν σοὶ ἡ ἀνάπαυσις τοῦ Θεοῦ ἐν τάχει· ἀνάγκαζε σεαυτὸν εἰς πολλὰς προσευχὰς μετὰ κλαυθμοῦ, καὶ ἴσως ἐλεήσει σε ὁ Θεὸς, καὶ ἐκδύσει σε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν ἁμαρτάνοντα.

Η'. Ὁ κόπος (26), καὶ ἡ πτωχεία, καὶ ἡ ξενιτεία, καὶ ἡ κακοπάθεια, καὶ ἡ σιωπὴ, τίκτουσι τὴν ταπείνωσιν· καὶ ἡ ταπείνωσις συγχωρεῖ πᾶσαν ἁμαρτίαν.

Θ'. Ἐὰν ἡ πορνεία (27) σε πολεμεῖ, θλῖψον σεαυτὸν ἀδιαλείπτως ἐν ἀγρυπνίᾳ, ἐν πείνῃ καὶ δίψῃ, καὶ ταπεινώσει πρὸς πάντας· ἐὰν δὲ κάλλος σώματος ἕλκῃ τὴν καρδίαν σου, ἢ ἡδονὴ γυναικὸς, μνήσθητι τῆς δυσωδίας τούτων, καὶ ἀναπαύσῃ.

Ι'. Μὴ θελήσῃς (28), ἀδελφὲ, ἐφ' ὅσον ᾖς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, δοῦναι ἀνάπαυσιν τῷ σώματί σου· μηδὲ πιστεύσῃς σεαυτὸν ἐὰν ἴδῃς ἀναπαυόμενον ἀπὸ τῶν παθῶν· διότι στέλλουσιν ἑαυτοὺς οἱ δαίμονες πανουργίᾳ πρὸς καιρὸν, καὶ ἐὰν ὁ ἄνθρωπος ἀμελήσῃ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, ἅφνω εἰσπηδῶσιν εἰς τὴν ταλαίπωρον ψυχὴν, καὶ ἁρπάζουσιν αὐτὴν ὡς στρουθίον, καὶ ἂν ἐπικρατέστεροι αὐτῆς γένωνται, ἐν παντὶ ἁμαρτήματι ταπεινοῦσιν αὐτὴν ἀνελεημόνως· στῶμεν οὖν ἐν φόβῳ Θεοῦ καὶ φυλάξωμεν αὐτοὺς, ἐπιτελοῦντες τὸ πρακτικὸν ἡμῶν, καὶ φυλάττοντες πάσας τὰς ἀρετὰς αἵτινες κωλύουσι τὴν κακίαν τῶν ἐχθρῶν· ὅτι οἱ κόποι καὶ οἱ μόχθοι τοῦ βραχέος καιροῦ τούτου, οὐ μόνον φυλάττουσιν ἡμᾶς ἀπὸ τῶν πονηριῶν, ἀλλὰ καὶ στεφάνους εὐτρεπίζουσι τῇ ψυχῇ, πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος· ὅσοι ἔχομεν τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος σφραγῖδα, σπουδάσωμεν καταλεῖψαι ἁμαρτίας ἡμῶν, ὅπως εὕρωμεν ἔλεος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· ἀγωνισώμεθα, ἀγαπητοὶ, ὅτι ὁ καιρὸς ἤγγικε· μακάριος οὖν ὁ ἔχων τὴν μέριμναν ταύτην ἡμέρας πάντοτε καὶ νυκτός.

ΙΑ'. Χρὴ τὴν προσβολὴν τοῦ πονηροῦ ἀποτρέπειν ἐκ τῆς καρδίας δι' εὐσεβοῦς ἀντιλογίας τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς, μήποτε εὑρεθῶμεν τοῖς μὲν χείλεσι τῷ Θεῷ προσδιαλεγόμενοι, τῇ δὲ καρδίᾳ ἄτοπα λογιζόμενοι.

(24) *Φύλαξον*, κ. τ. λ. Ex *Orat.* IX, cap. 1 et 2.
(25) *Μὴ ἔσο γαστρ.* Ex eadem *Orat.* IX, l. c.
(26) *Ὁ κόπος*, κ. τ. λ. Ex eadem *Orat.* IX, l. c.
(27) *Ἐὰν ἡ πορν.* Ex *Orat.* XVII, cap. 7.
(28) *Μὴ θελήσ.* Ex eadem *Orat.* XVII, cap. 8.

Digitized by Google

Οὐ γὰρ προσδέχεται ὁ Θεὸς ἀπὸ ἡσυχαστοῦ εὐχὴν θολώδη καὶ καταφρονητικήν· πανταχοῦ γὰρ ἡ Γραφὴ τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια διαμαρτύρεται φυλάττειν· ἐὰν γὰρ ὑποταγῇ τὸ θέλημα τοῦ μοναχοῦ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τὸν νόμον αὐτοῦ κυβερνήσῃ τὰ ὑπήκοα αὐτοῦ, πάσας φημὶ τὰς ψυχικὰς κινήσεις, κατεξαίρετον δὲ τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν (ταῦτα γὰρ ὑπήκοα τῷ λόγῳ)· ἀρετὴν εἰργάσατο, καὶ δικαιοσύνην ἐποίησε· τὴν μὲν ἐπιθυμίαν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τὰ αὐτοῦ θελήματα· τὸν δὲ θυμὸν κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῆς ἁμαρτίας· τί οὖν ἐστι τὸ ζητούμενον ἔκτοτε; ἡ κρυπτὴ μελέτη.

ΙΒ'. Ἐὰν ἴῃς ἀνθιστάμενος τῇ ἐχθρᾷ, καὶ ἴδῃς αὐτὴν ἀσθενήσασαν ἀπὸ σοῦ καὶ φυγοῦσαν εἰς τὰ ὀπίσω, μὴ χαρῇ σου ἡ καρδία· ὅτι ἡ κακία τῶν πνευμάτων αὐτῶν ὀπίσω αὐτῶν ἐστιν· ἑτοιμάζουσι γὰρ πόλεμον χείρονα τοῦ πρώτου· καὶ ἐῶσιν αὐτὸν ὀπίσω τῆς πόλεως, καὶ ἐντέλλονται μὴ κινηθῆναι· καὶ ἐὰν ἀντιστῇς ἀντιβαίνων αὐτοῖς, φεύγουσιν ἀπὸ προσώπου σου· καὶ ἐὰν ὑψωθῇ ἡ καρδία σου ὅτι ἐδίωξας αὐτοὺς, καὶ καταλήψῃς τὴν πόλιν, οἱ μὲν ἐγείρονται ἐκ τῶν ὀπίσω, οἱ δὲ ἵστανται ἔμπροσθεν, καὶ τύπτουσι τὴν σαλαίπωρον ψυχὴν ἐν μέσῳ αὐτῶν μὴ ἔχουσαν ἔτι καταφυγήν.

ΙΓ'. Ὁ διδάσκαλος (29) ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰδὼς τὴν μεγάλην τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ἀνελεημοσύνην, καὶ οἰκτείρων τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ἐνετείλατο ἐν στρυφνότητι καρδίας λέγων· « Γίνεσθε ἕτοιμοι ἐν πάσῃ ὥρᾳ· ὅτι οὐκ οἴδατε ἐν ποίᾳ ὥρᾳ ὁ λῃστὴς ἔρχεται· μὴ ποτε ἔλθῃ καὶ εὕρῃ ἡμᾶς κοιμωμένους· » καὶ πάλιν λέγει· « Βλέπετε μὴ βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐν κραιπάλαις καὶ μέθαις καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ ἐπελεύσεται ὑμῖν ἄφνω ἡ ὥρα. » Στῆθι οὖν ἐπὶ τῆς καρδίας σου προσέχων τὰ αἰσθητήριά σου· καὶ ἐὰν εἰρηνεύσῃ μετὰ σοῦ ἡ μνήμη τοῦ Θεοῦ, καταλαμβάνεις τοὺς λῃστὰς τοὺς ἀποσυλοῦντας αὐτήν· ὁ γὰρ ἀκριβάζομενος ἐν τοῖς λογισμοῖς, ἐπιγινώσκει τοὺς θέλοντας εἰσελθεῖν καὶ μιᾶναι αὐτόν· ταράττουσι γὰρ τὸν νοῦν ὅπως γένηται μετέωρος καὶ ἀργός· οἱ δὲ ἐπιγνόντες τὴν πανουργίαν αὐτῶν ἀτάραχοι μένουσι, δεόμενοι τοῦ Κυρίου.

ΙΔ'. Ἐὰν ἡ καρδία σου ῥέμβηται, καὶ οὐκ οἶδας ἄξαι αὐτὴν, ἡ πρᾶξίς σού ἐστιν ἢ θέλοντος καὶ μὴ θέλοντος, ἕλκει αὐτὴν εἰς τὸ ῥέμβεσθαι· εἰ μὴ γὰρ Γεδεὼν (30) ἔκλασε τὰς ὑδρίας, οὐκ ἂν εἶδε τὸ φῶς τῶν λαμπάδων· οὕτως ἐὰν μὴ ἄνθρωπος καταφρονήσῃ τοῦ σώματος, οὐκ ἂν ἴδῃ τὸ φῶς τῆς θεότητος.

ΙΕ'. Ὥσπερ πόλις (31) τετειχισμένη ἔχουσα μικρὸν τοῦ τείχους κατεστραμμένον, ἐὰν θέλωσιν οἱ ἐχθροὶ εἰσελθεῖν, προσέχουσι τὸ κατεστραμμένον ἵνα δι' αὐτοῦ εἰσέλθωσι (κἂν γὰρ οἱ φύλακες παρὰ τὰς πύλας εἰσὶν, οὐ δύνανται ἀντιστῆναι τοῖς ἐχθροῖς, ἐὰν μὴ οἰκοδομηθῇ τὸ κατεστραμμένον)· οὕτως ἀδύνατον τῷ

A enim acceptat Deus ab homine sacræ quieti vacante orationem lutulentam, et irrisoriam. Ubique enim Scriptura animæ sensus ut custodiamus contestatur, nam si subjiciatur voluntas monachi legi Dei, et secundum legem ejus gubernet subjecta sibi, omnes, inquam, animales motiones, præsertim autem iram et concupiscentiam, hæc quippe subsunt rationi, virtutem operatur et justitiam facit, concupiscentiam quidem ad Deum et ejus voluntates desiderandas vertens, iram autem contra diabolum et peccatum incitans. Quid autem deinceps requiritur? occulta meditatio.

XII. Quando ex adverso stans contra turbam hostium, videris eam a te debilitatam retro fugere, ne cor tuum des lætitiæ, quoniam malitia spiri-
B tuum istorum post ipsos est. Parant scilicet bellum priore acrius, collocando turmas in insidiis extra civitatem, et jubendo ibi eas perstare immotas, ut, interim intentantes insultum, et tui rursus occursu fugientes, te fervide primi successus fiducia persequentem extra civitatem eliciant ultra insidias latentes: quo cum imprudens perveneris, exsurgent in te a tergo cohortes insidiantes, et iis qui modo fugiebant, repente frontem vertentibus, circumventa in medio, et undique pulsata, infelix anima quo confugiat non habet.

XIII. Magister noster Jesus Christus sciens magnam hostium nostrorum immisericordiam, et miserans genus humanum, mandavit in amaritudine cordis dicens: « Estote parati in omni hora quia
C nescitis qua hora fur venit. Ne forte veniat, et inveniat vos dormientes [92]; » et rursus ait: « Videte ne graventur corda vestra crapulis, et ebrietatibus, et curis sæcularibus, et superveniet vobis repente hora [93]. » Sta igitur super cor tuum, attendens tuis sensibus, et si pacem tecum habuerit memoria Dei, comprehendes fures deprædantes ipsam. Qui enim exacte invigilat cogitationibus, discernens cognoscit, quænam ex iis ingressum tentent ut polluant ipsum: turbant enim mentem, ut illa vel alio intenta, vel desidia constricta, fraudem non sentiat. At qui astutiam ipsorum norunt, imperturbati manent, postulantes a Domino.

XIV. Si anima tua vagetur, et tu nescias eam
D stringere, operatio tua volentis incertum an nolentis, trahit eam ad vagandum. Nisi enim Gedeon confregisset hydrias [94], non vidisset lucem lampadum. Sic nisi homo contemnat corpus, non videbit lumen divinitatis.

XV. Ut civitatis circumseptæ mœnibus si muri pars aliqua labem fecerit, hostes eam oppugnantes attendunt ad labem illam ut per eam introeant. Quamvis enim custodes ad portas præsto sint, nequeunt resistere hostibus nisi reparetur quod dirutum est. Sic monachus cui vitium aliquod domina-

[92] Luc. XII, 39. [93] Luc. XXI, 34. [94] Jud. VII, 20.

(29) Ὁ διδάσκ. Ex *Orat.* XVII, cap. 9.
(30) Εἰ μὴ γὰρ, κ. τ. λ. Ex *Orat.* XVI, cap. 5.
(31) Ὥσπερ πόλις, κ. τ. λ. Ex *Orat.* XXV cap. 12.

Digitized by Google

tur, quantumlibet conetur, nunquam ad perfectionis metam pertingere poterit.

XVI. Perscrutare te ipsum, frater, quotidie penitus intuens et pervidens cor tuum, ecquid in ipso vitiorum sit in conspectu Dei; et illud quidquid est ex ipso ejice, ne mali occasio inde veniat super te. Attende igitur cordi tuo, et vigil observa hostes tuos. Etenim astuti et vafri sunt in malitia ipsorum. Ac plane persuade cordi tuo, hoc quod mox dicam: fieri non posse ut qui male agit agat bene. Propter hoc docuit nos Salvator noster vigilare, dicens: « Angusta porta et arcta via est quæ ducit ad vitam; et pauci sunt qui inveniunt eam [98]. »

XVII. Attende igitur tibi, ne qua perditio abducat te a charitate Dei; et contine cor tuum, et ne attædieris dicens: Quomodo possum cor custodire, cum peccator sim? Quando enim reliquerit homo peccata sua, et se converterit ad Deum, pœnitentia ejus regenerat ipsum, et totum in novam creaturam immutat.

XVIII. Debet monachus perstare constanter in certamine religiosæ exercitationis, et attendere observandis insultibus adversarii, et, ut nauclerus, fluctus pertransire, gubernaculo obsequens divinæ gratiæ, nusquam declinando a via recta. Sibi autem soli attendere, et in pace animi Deum alloqui, cogitatione indeflexa, et mente rerum cæterarum omnium secura.

XIX. Hortor te, ne, quandiu es in corpore, relaxes cor tuum a sollicitudine salutis tuæ; ut enim agricola non potest certam habere fiduciam proventuri ad felicem exitum fructus, quem jam natum in agro suo videt; non enim scit quid ei eventurum ante messem sit; ac tum demum securus est, quando triticum jam purgatum in suis horreis condidit: sic homo non debet cura solvere cor suum, quoad « spiritus in naribus ejus est [99]. » Ac sicut homo quivis ante supremum anhelitum tenere se ipsum nequit quin in aliquod aliquando labatur vitium: ita fas non est monacho ante ultimum anhelitum esse prorsus securo perseverantiæ ac salutis suæ. Sed oportet ipsum semper clamare ad Deum, implorando ejus auxilium et misericordiam.

ἀσκητῇ μοναχῷ ἀντιστῆναι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ, κυριευομένῳ ὑπὸ πάθους τινός, οὐδὲ δύναται φθάσαι εἰς μέτρα τελειότητος.

ΙϚ'. Ἐξερεύνησον σεαυτόν, ἀδελφέ, καθ' ἡμέραν κατανοῶν τὴν καρδίαν σου, τί ἐστιν ἐν αὐτῇ τῶν παθῶν, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ ἀπόρριψον ἀπὸ τῆς καρδίας σου, ἵνα μὴ πρόφασις πονηρὰ ἔλθῃ ἐπὶ σέ· πρόσχες οὖν τῇ καρδίᾳ (32) σου, καὶ γρηγόρει τοῖς ἐχθροῖς σου· καὶ γὰρ πανοῦργοί εἰσιν ἐν τῇ κακίᾳ αὐτῶν· καὶ πείσθητι ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ, ὅτι ἀδύνατον ἀνθρώπῳ ποιοῦντι κακὰ ποιῆσαι καλά. Διὰ τοῦτο ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν γρηγορεῖν, λέγων· « Στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν· καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. »

ΙΖ'. Πρόσχες οὖν σεαυτὸν (33), μήπως τι τῆς ἀπωλείας ἀποστήσῃ σε τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ· καὶ κάτεχε τὴν καρδίαν σου· καὶ μὴ ἀκηδιάσῃς λέγων· Πῶς ἔχω αὐτὴν φυλάξαι, ἁμαρτωλὸς ἄνθρωπος ὤν; Ὅταν γὰρ καταλείψῃ ἄνθρωπος τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ καὶ ἐπιστρέψει ἐπὶ τὸν Θεόν, ἡ μετάνοια αὐτοῦ ἀναγεννᾷ αὐτόν, καὶ ὅλον καινοποιεῖ αὐτόν.

ΙΗ'. Ὀφείλει ὁ μοναχὸς κατέχειν τὸν τῆς ἀσκήσεως ἀγῶνα, καὶ προσέχειν προσβολὰς τοῦ ἀντιπάλου, καὶ, ὡς κυβερνήτης, τὰ κύματα διαβιβάζειν, οἰακιζόμενος ὑπὸ τῆς χάριτος, μὴ παρατρεπόμενος τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ ἑαυτῷ μόνῳ προσέχειν, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ προσομιλεῖν τῷ Θεῷ ἀῤῥόπῳ λογισμῷ, καὶ ἀπεριέργῳ νοΐ.

ΙΘ'. Παρακαλῶ σε (34) ἐν ὅσῳ ᾖς ἐν τῷ σώματι, μὴ ἀπολύσῃς σου τὴν καρδίαν· ὥσπερ γὰρ ὁ γεωργὸς οὐ δύναται πεποιθέναι ἐπί τινι καρπῷ αὐτοῦ ἀνερχομένῳ ἐν ἀγρῷ αὐτοῦ· οὐ γὰρ οἶδε τί αὐτῷ ἀποβαίνει, πρὶν ἐγκλεισθῆναι ἐν τοῖς θησαυροῖς αὐτοῦ· οὕτως ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔχει ἀπολῦσαι τὴν καρδίαν, ἐφ' ὅσον « ἔχει πνοὴν ἐν τῇ ῥινὶ αὐτοῦ· » καὶ ὥσπερ ἄνθρωπος ἀπαντήσειν ἑαυτὸν ἕως τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς, καὶ μὴ ποιῆσαι ὅλως πάθος, οὐ δύναται· οὕτως οὐ δυνατὸν τῷ μοναχῷ ἀπολῦσαι τὴν [καρδίαν] ἑαυτοῦ ἐν ὅσῳ ἔχει ἀναπνοήν· ἀλλὰ χρὴ αὐτὸν πάντοτε ἀναβοᾷν πρὸς Θεὸν διὰ τὴν βοήθειαν αὐτοῦ καὶ τὸ ἔλεος.

[98] Matth. VII, 14. [99] Job XXVII, 3.

(32) *Πρόσχες οὖν τῇ καρδίᾳ.* Ex eadem *Orat.* XXV, cap. 15.

(33) *Πρόσχες οὖν σεαυτῷ.* Ex eadem *Orat.* XXV, cap. cit.

(34) *Παρακαλῶ*, κ. τ. λ. Exstat hic locus in *Orat.* XXVI, cap. 2.

EJUSDEM ABBATIS ISAIÆ
FRAGMENTA.

I.

Apud S. Joannem Damascenum, Sacr. Parall. Opp. tom. II, pag. 677.

Quandoquidem iidem casus peccatoribus et justis contingunt, non est existimandum, omnes qui in

Ἐπεὶ συμπτώματα (35) τὰ αὐτὰ ἁμαρτωλοῖς καὶ δικαίοις συμβαίνει, μὴ πάντας τοὺς περιστατικοὺς

(35) *Ἐπεὶ συμπτ.* In *Parall.* Rupefucaldinis fragmentum istud tribuitur Didymo *in Isaiam.*

Digitized by Google

ὑποβαλλομένους ἡγούμεθα, καὶ παραλαβούσης (36) πονηρίας ὑπομεμενηκέναι τὰ πονηρά.

A adversitates aliquas inciderint, ob antecedentem improbitatem infortunia ejusmodi subiisse.

II.

Ibid. pag. 721.

Οἱ ἑαυτῶν μόνον ἕνεκα πάντα πράττοντες, φιλαυτίαν τὸ μέγιστον τῶν κακῶν ἐπιτηδεύουσιν· ὃ ποιεῖ τὸ ἄμικτον, τὸ ἀκοινώνητον, τὸ ἄφιλον, τὸ ἄδικον, τὸ ἀσεβές. Τὸν γὰρ ἄνθρωπον ἡ φύσις κατεσκεύασεν, οὐχ ὡς τὰ μονωτικὰ θηρία, ἀλλ' ὡς ἀγελαῖα, καὶ σύννομα, καὶ κοινωνικά· ἵνα μὴ ἑαυτῷ μόνῳ ζῇ, ἀλλὰ καὶ πατρὶ καὶ μητρὶ, καὶ ἀδελφοῖς, καὶ γυναικὶ, καὶ τέκνοις, καὶ ἄλλοις συγγενέσι, καὶ φίλοις καὶ δημόταις, καὶ φιλέταις, καὶ πατρίδι, καὶ ὁμοφύλοις καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις· ἔτι μέντοι καὶ τοῖς μέρεσι τοῦ B παντὸς, καὶ τῷ ὅλῳ κόσμῳ, καὶ πολὺ πρότερον τῷ Θεῷ καὶ ποιητῇ. Δεῖ γὰρ εἶναι, εἴ γε ὅλως ἐστὶ λογικὸς, κοινωνικὸν, φιλόκοσμον, φιλόθεον, ἵνα γένηται καὶ θεοφιλής.

Qui sua duntaxat causa omnia faciunt, hi philautiæ, hoc est malorum omnium gravissimo, student : quod quidem illud affert, ut a societate et commercio atque amicitia quispiam abhorreat, injusteque et impie se gerat. Natura enim hominem, non uti solivaga animantia, condidit, sed ut gregalia communibusque pascuis utentia; ut non sibi soli vivat, verum et patri et matri, et fratribus et uxori et liberis aliisque cognatis, et amicis et popularibus ac tribulibus suis; itemque patriæ et provincialibus suis et omnibus hominibus; atque insuper universitatis partibus totique mundo; longe autem ante omnia, Deo et creatori. Eum enim, si quidem omnino rationis est particeps, societatis studiosum ac mundi Deique amantem esse oportet, ut Deo quoque charus efficiatur.

(36) *Παραλαβ.* Sic edit., sed interpres legisse videtur προλαβ.

ANNO DOMINI CCCXCIX

EVAGRIUS PONTICUS

SCITENSIS MONACHUS.

—

NOTITIA HISTORICA ET LITTERARIA

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, tom. VII, Proleg., p. XX.)

—

I. Evagrius circa medium sæculi IV ortum habuit C Iboris, quæ est urbs ad Euxinum Pontum sita, Gregorio Nysseno ejusdem Evagrii amico præ cæteris memorata his verbis (*a*) : Κώμης τῆς ἐμοὶ προσηκούσης· — ἔστι τις πολίχνη ἡ γείτων, Ἴβωρα καλοῦσιν αὐτήν. « Est ad me pertinens vicus. — Non procul abest parva civitas, quam Ibora vocant. » Sic vertendum fuerit, quod alii fortasse minus recte « Iboram » reddunt. Est enim vox Ἴβωρα numero multitudinis accipienda, ut probe advertit cl. Lequienius (*b*). Atque hujusmodi lectio restituenda videtur Palladio (*c*) et Sozomeno (*d*), de auctore nostro sermonem habentibus, ubi perperam Ἰβήρων πόλεως aut πολίτης, pro Ἰβώρων π. hodie legimus : quod quidem nuper post alios Wesselingius vir eruditus admonuit (*e*). Evagrius itaque civis Iboren- D sis, « Ponticus » dictus, viris sanctitate ac doctrina præstantibus operam dedit, Gregorio Nazianzeno potissimum præceptore usus, ut scribit Sozomenus (*f*). Mox vero a magno Basilio primum lector, deinde ab ejus germano fratre Gregorio Nysseno diaconus ordinatus, postmodum in Ecclesia Constantinopolitana sub Nectario, archidiaconi munere functus fuisse traditur (*g*). De diaconatu quidem Evagrii varia est Socratis (*h*) et Sozomeni enarratio : verum, Valesio judice (*i*), potior Palladii auctoritas, qui Evagrii gesta multo certius noverat quam Socrates ac Sozomenus. In eamdem ferme sententiam Tillemontius (*j*).

Interea temporis Constantinopoli agens Evagrius sibique nomen adeptus, in grave incidit vitæ discrimen, quod fusius describunt Palladius (*k*) et Sozo-

(*a*) Greg. Nyss. *Orat.* III *in* XL *Mart.* opp. tom. II, pagg. 211, 212, edit. Paris. 1638.
(*b*) Lequien. *Or. Christ.* tom. I, pag. 531.
(*c*) Pallad. *Hist. Laus.* cap. 86, pag. 1010.
(*d*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 30.
(*e*) Wessel. *Veter. Rom. itiner.* ad *Hierocl.* Synecd. pag. 701.
(*f*) Sozom. l. c.
(*g*) Pallad. l. c.
(*h*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 23.
(*i*) Vales. ad Sozom. l. c.
(*j*) Tillem. *Mém. eccl.* tom. X, pagg. 369 et 794, not. 2 *sur Evagre.*
(*k*) Pallad. l. c.

Digitized by Google

menus (*a*). Atqui divinitus admonitus, ex ea urbe digreditur, ac Hierosolymam petit : ubi a Melania exceptus, religiosæ hujus mulieris hortatu in Ægyptum contendit, ibique monasticum institutum amplexus est, in Scetensem eremum primum, deinde in Celliorum deserta secedens. Illic vero « utriusque Macarii discipulus, cum antea verbis solum philosophatus esset, ab iis opere ipso philosophari didicit. » Verba sunt Socratis (*b*) : qui et illud memoriæ prodidit, ad episcopatum raptum Evagrium a Theophilo Alexandrinæ urbis episcopo aufugisse. Quem tandem, exactis in solitudine septemdecim annis, ineunte vulgaris æræ anno 399, ætatis LIV supremum diem obiisse, satis ex Palladio intelligimus (*c*). De qua temporis notatione Tillemontio edisserenti calculum adjicimus (*d*).

II. Evagrium doctrina celeberrimum exstitisse, testantur ejus scripta veteribus passim laudata. De eo hæc Sozomenus (*e*) : « Vir doctus in primis, tum intelligendi facultate, tum dicendi copia præditus : Ἑλλόγιμος ἀνὴρ, νοῆσαί τε καὶ φράσαι δεινός. » Additque : « In distinguendis cogitationibus quæ aut ad virtutem aut ad vitium tenderent, sagacissimus : et quomodo illæ quidem excolendæ, hæc vero cavendæ sint, consultor idoneus. » Socrates vero (*f*) : « Libros, » ait, « conscripsit Evagrius valde utiles. — Qui quidem quam eximii sint et admiratione digni, quisquis eos legerit, facile cognoscet. » Hinc sanctus Hieronymus (*g*) : « Hujus (Evagrii) libros per Orientem Græcos, et interpretante discipulo ejus Rufino, Latinos plerique in Occidente lectitant. » Gennadius denique (*h*) : « Evagrius monachus, — divina atque humana litteratura insignis, — scripsit multa monachis necessaria. »

Ex iis vero Evagrii litterarum monimentis quæ supersunt, illud primum occurrit sic inscriptum Μοναχὸς ἢ Περὶ πρακτικῆς, id est, Monachus seu De vita activa : quod ex antiquioribus memoratur Palladio (*i*), Socrati (*j*), atque Gennadio (*k*) : deinceps vero sequioris ævi scriptoribus, Suidæ (*l*) nec non Nicephoro (*m*). Hujusmodi autem opus primus e tenebris eruit Cotelerius (*n*), ex cujus edito exemplari nostrum descripsimus. Epistolam continet *ad Anatolium*, quæ est velut præfatio ad librum *Practicum* et ad *Gnosticum*. Hanc vero excipiunt capita 71 ex ms. Regio, eoque mutilo, desumpta. Pone sequitur integer liber *Practicus* centum capitibus constans ; A contextus videlicet ex compluribus opusculi præcedentis capitibus, prout numeris appositis distinguuntur. Postrema denique decem capita a 91 ad 100 inscripta Ῥήσεις μοναχῶν ἁγίων, quibus clauditur idem liber *Practicus*, eadem ferme sunt atque illa quæ κατὰ λέξιν refert Socrates (*o*). De hoc opere plura doctissimus editor (*p*) et Tillemontius (*q*) : nonnulla quoque Fontaninus (*r*), quem tamen Cotelerianum editum præteriisse mirari subit.

Huic porro Evagrii operi alterum subjicitur, cujus inscriptio : Τῶν κατὰ μοναχῶν πραγμάτων τὰ αἴτια, καὶ ἡ καθ' ἡσυχίαν τούτων παράθεσις, id est, *Rerum monachalium rationes, earumque juxta quietem appositio*. Quo ex opere, tacito auctoris B nomine, haud pauca mutuatus est Theodorus Edessenus in suis *Capitulis practicis centum*, quæ in *Thesauro ascetico* evulgavit Possinus (*s*). Ejusdem quoque operis Evagrii caput 7 laudat sanctus Joannes Climacus (*t*) ; aliaque occurrunt in Vitis et Apophthegmatis Patrum, ut propterea de operis sinceritate nullus dubitandi locus supersit.

III. His autem hactenus recensitis Evagrii opusculis, tres insequentes nostro scriptori vindicamus quos inter sancti Nili opuscula edidit Suaresius (*u*). « Constat enim, » inquit laudatus Cotelerius (*v*), « Evagrium monachum multa scripsisse, eorumque quædam tum fragmenta et citationes habemus in *Codice Regularum*, in Patrum Vitis et Apophthegmatibus, in Catenis, in libris excerptorum, in *Thesauro ascetico* et in *Scholiis ad Climacum* ; nec non apud Palladium, Socratem, Climacum, Dorotheum, Maximum et Nicephorum ; itemque in Damasceno Billii et Palladio Bigotiano ; sed difficultatem parit non mediocrem, quod fuse probatum est a doctis, — nempe eadem cum in libris impressis, tum in exemplaribus manu exaratis, modo Evagrio, modo Nilo assignari. » Huc usque vir eruditus. Neque aliter Suaresius (*x*), qui et alibi litteris commendavit (*y*) Holstenium, v. cl. harumque rerum callentissimum, ex inscriptione vetusti codicis bibliothecæ Barberinæ libellos tres de quibus agimus, Evagrio asserere, quos propterea Cotelerianis subjecimus. Sunt autem ejusmodi : I, Κεφάλαια λγ' κατ' ἀκολουθίαν, *Capita 33 per gradus quosdam congruenter disposita* : II, Πνευματικαὶ γνῶμαι κατὰ ἀλφάβητον, *Spirituales sententiæ per alphabetum digestæ*,

(*a*) Sozom. l. c.
(*b*) Socrat. l. c.
(*c*) Pallad. l. c., pag. 1013.
(*d*) Tillem. l. c. pagg. 379 et 796, not. 7 *sur Evagre*.
(*e*) Sozom. l. c.
(*f*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 23.
(*g*) Hieron. epist. 133 *ad Ctesiph.* § 3, Opp. tom. I, pag. 1023.
(*h*) Gennad. lib. *De vir. illustr.*, cap. 11.
(*i*) Pallad. l. c. pag. 1012.
(*j*) Socrat. l. c.
(*k*) Gennad. l. c.
(*l*) Suid. *Lex.* tom. II, pag. 482, v. Μακάριος.
(*m*) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XI, capp. 42, 43.
(*n*) Cotel. *Monum. Eccl. Gr.* tom. III, pagg. 68-102.
(*o*) Socrat. l. c.
(*p*) Cotel. l. c. pagg. 546 seq.
(*q*) Tillem. l. c. pagg. 384, 385.
(*r*) Fontan. *Hist. litter. Aquil.* lib. V, cap. 9, § 4, pagg. 319 seqq.
(*s*) Possin. *Thes. ascet.* pagg. 345-403.
(*t*) Joan. Clim. *Scal. parad.* grad. 14.
(*u*) Nil. opusc. pagg. 543-552.
(*v*) Cotel. l. c. pag. 544.
(*x*) Suares. ad Nili opusc. pagg. 613-626.
(*y*) Id. ibid. pagg. 611 seqq.

Digitized by Google

quæ numerantur 25. Ex his vero quæ est 2 citatur a sancto Joanne Damasceno (*a*). III. Aliæ sententiæ quæ incipiunt, Ἀρχὴ ἀγάπης, *Principium charitatis*, suntque numero 26. Harum autem postremam tanquam ex Evagrio desumptam recitat idem Damascenus (*b*). Itaque cum ex codicum mss. fide, tum ex veterum auctoritate compertum sit, hos libellos sancti Nili opusculis perperam fuisse intextos, quos nimirum jure sibi vindicat noster Evagrius.

IV. Jam vero ut reliqua Evagrii opuscula recensere pergamus, exstat ejus « *Antirrheticus* ex divinis Scripturis collectus contra dæmones tentatores, et in octo partes divisus juxta numerum octo cogitationum. » Verba sunt Socratis : cui concinunt Palladius, Gennadius, Suidas et Nicephorus Il. cc. Atque hujus quidem scripti ἀποσπασμάτιον esse videtur illud, quod in bibliothecis Patrum et inter opera Damasceni jam diu prodiit : in eo siquidem haud comparent testimonia e sacris Scripturis desumpta, quæ operi suo intexuerat auctor, ut testantur veteres scriptores modo laudati. Ea videlicet sacrarum Litterarum loca præterierint librarii, retentis tantummodo Evagrii verbis, quæ graphice pravas hominum cogitationes depingebant. Ita jure optimo censuisse existimatur eruditissimus Bigotius, qui Græcum hujus tractatus textum ex duobus codicibus regiis exscribens, utriusque ms. collatione instituta ipsum in integrum restituere aggressus est, atque anno 1680 Parisiis in lucem eduxit, Palladii *Dialogo de Vita S. Joannis Chrysostomi* adjectum (*c*). Græca porro ex Bigotiano edito descripsimus, apposita vulgata interpretatione in *Bibliotheca Patrum* Parisiensi exstante; neque illa præterea omisimus, quæ in suo exemplari legebat vetus interpres, sive Rufinus, sive Gennadius, ex aliis fortasse, ut videtur Tillemontio (*d*), Evagrii lucubrationibus asceticis excerpta.

Et hæc quidem de auctoris nostri *Antirrhetico* cum eruditorum vulgo. Holstenius tamen, ut refert Fontaninus ex ejus notis mss. ad Bellarmini Catalogum (*e*), existimavit Evagrianum *Antirrheticum* eumdem esse atque librum *De conflictu virtutum et vitiorum*, sanctis Ecclesiæ doctoribus, Augustino, Ambrosio, Leoni Magno, Isidoro nec non Autperto aliquando attributum (*f*). Mira plane viri docti sententia ; magisque mirum, eamdem cl. Fontanino probari. Quominus vero utriusque placitis adhæreamus, obstat potissimum Gennadii auctoritas, asserentis Evagrium « adversus octo principalium vitiorum suggestiones — octo composuisse libros; » sive, ut loquitur Socrates, « ejus *Antirrheticum* in octo partes juxta numerum octo cogitationum fuisse divisum : » quibus ex verbis præterea constat, scriptorem nostrum in suo *Antirrhetico* nuspiam « de virtutibus » disserendum sibi sumpsisse, qui nimirum « vitiorum » duntaxat « suggestiones » impugnandas susceperat. Illud quoque accedit Evagrium ejusmodi opusculum « Anatolio » inscripsisse, cui videlicet *librum Practicum* antea nuncuparat. Atqui nullum ex iis characteribus in *Conflictu virtutum et vitiorum* conspicimus. Ejus enim auctor, quisquis fuerit, in partes aut sectiones viginti quinque opus suum distinxisse comperitur : in quarum singulis non solum « vitia » exagitat, sed etiam « virtutes » vitiis oppositas edocet. Ad hæc nemini librum nuncupatum videas. Stilum denique clamare scriptorem Latinum perspiciet sane, quisquis opus attente perlegerit. Qualia vero cunque sint quæ pro muneris nostri ratione edisserenda duximus, ea demum omnia viris eruditis dijudicanda permittimus.

V. Porro Evagrii *Antirrhetico* duos libellos subdidimus, quos ita laudat Socrates (*g*) : Στιχηρὰ δύο· ἓν πρὸς τοὺς ἐν τοῖς κοινοβίοις ἢ ἐν συνοδίαις μοναχούς· καὶ ἓν πρὸς τὴν παρθένον. Id est, Valesio interprete : « Duo carminum libros, alterum ad monachos qui in cœnobiis seu congregationibus degunt, alterum ad virginem. » De his autem libris hæc summatim Hieronymus (*h*) : « Evagrius Ponticus Iberita, » sive Iborita, « scribit ad virgines, scribit ad monachos. » Gennadius vero : « Composuit, » inquit, « et cœnobitis et synoditis doctrinam aptam vitæ communis : et ad virgines Deo sacratas libellum competentem religioni et sexui. » De quibus quidem duobus Evagrii libellis accipiendus fortasse Suidas ubi ait (*i*), eum scripsisse Ὑπόμνημα εἰς τὰς Παροιμίας Σολομῶντος. His enim verbis Fabricio (*j*) post Oudinum visus est Lexicographus innuisse στιχηρὰ Socrati memorata, sive *Sententiarum* libros duos, quos auctor Salomonis Proverbia imitatus per commata et στίχους conscripsit. Hujusmodi vero στιχηρὰ Rufinum Latio reddidisse, satis ex Gennadio intelligimus; qui litteris commendavit (*k*), eumdem presbyterum Aquileiensem « Latinis exhibuisse » inter cætera Evagrii sententias. Quas videlicet « sententias, cœnobitis et synoditis, » nec non « virginibus Deo sacratis » inscriptas, eodem Gennadio teste, ex interpretatione Rufini nobis servavit in suo *Codice Regularum* ab Holstenio evulgato (*l*) sanctus Benedictus Anianensis : unde illas nos quoque desumpsimus. Cæterum de synoditis, qui sunt iidem plane ac cœnobitæ, Cangius agit in utroque *Glossario*.

VI. Postremo loco stitimus Evagrii fragmentum

(*a*) Joan. Dam. *Sacr. Parall.* Opp. tom. II, pag. 402.
(*b*) Id. ibid. pag. 307.
(*c*) Pallad. *De vit. Chrys.* pagg. 349-355.
(*d*) Tillem. l. c. pagg. 385 seq.
(*e*) Fontan. l. c. pag. 319.
(*f*) Vid. Append. ad tom. VI opp. S. Aug. pagg. 219 seqq.
(*g*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 23.
(*h*) Hieron. *Epist. ad Ctesiph.* l. c.
(*i*) Suid. *Lex.* tom. I, pag. 881, *v.* Εὐάγριος.
(*j*) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 366.
(*k*) Gennad. lib. *De vir. illustr.* cap. 18.
(*l*) Holsten. Append. ad *Cod. Regul.* pagg. 54-65.

Digitized by Google

seu scholion εἰς τὸ ΠΙΠΙ, sive *De tetragrammato Dei nomine*: quod licet jam velut scriptoris anonymi fetum ediderit Joannes Croius (*a*), propter nomen tamen Evagrii, et quia insigne est, emendatius typis mandari curavit Cotelerius (*b*): ex cujus edito propterea illud hic rursus proferimus. De quo quidem scholio præter ea quæ adnotavit idem vir doctus (*c*), consulas maxime velim Martianæum (*d*), qui ad idem Evagrii scholion illustrandum complura ex codicibus mss. potissimum profert, lectu sane dignissima, exinde quoque repetita erudito Vallarsio (*e*).

Hæc habui de superstitibus Evagrii operibus quæ dicerem. Neque enim auctori nostro ascribenda est *Epistola dogmatica de sancta Trinitate*, quæ inter sancti Nili opuscula exstat (*f*), quemadmodum minus recte existimarunt Suaresius (*g*) eumque secutus Fabricius (*h*). Compertum siquidem habemus neque Evagrii esse neque Nili ejusmodi epistolam, sed magni Basilii (*i*), estque num. 8, al. 141. Id vero latuit Maranum doctissimum Basilianarum epistolarum editorem, quod tamen scite perspexit Cotelerius (*j*).

Quod superest, libenter equidem hoc demum loci sermonem apologeticum contexerem, quo accusationes olim in Evagrium congestæ depellerentur; verum, præter quam quod actum agerem, extra concellos mihi præstitutos longius egredi haud licet. Adeat igitur lector hac de re pertractantes viros consultissimos, Tillemontium (*k*) et Fontaninum (*l*).

(*a*) Croi. *Suecim. conject.* pag. 30.
(*b*) Cotel. *Mem. Eccl. Gr.* tom. III, pag. 116.
(*c*) Id. ibid. pagg. 554 seq.
(*d*) Martian. ad opp. S. Hieron. tom. II, pagg. 269.
(*e*) Vallars. opp. S. Hieron. tom. III, pagg. 689-700.
(*f*) Nil. opusc. pagg. 358-376, edit. Suares.
(*g*) Suares. ad Nili opusc. pagg. 610-613 seq.
(*h*) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VI, pag. 366.
(*i*) Basil. opp. tom. III, pagg. 80-90, edit. BB.
(*j*) Cotel. l. c. pag. 548 b.
(*k*) Tillem. *Mém. eccl.* tom. X, pagg. 379-382.
(*l*) Fontan. *Hist litter. Aquil.* lib. v. cap. 9, §§ 2, 3, pagg. 316-319.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΣΚΙΤΕΙ.

EVAGRII SCITENSIS MONACHI

CAPITA PRACTICA AD ANATOLIUM.

Quia nuper e monte sancto significasti mihi ac Scetim residenti, charissime frater Anatoli, hortatusque es, ut symbolicum monachorum Ægyptiorum habitum tibi exponerem; non enim temere et supervacue susceptum arbitratus es, cum adeo diversum sit a reliquis hominum habitibus; age, quæ a sanctis Patribus ea de re accepimus, proferamus. Cucullus equidem signum est gratiæ Dei Servatoris nostri, quæ caput, eorum partem principalem, tegit, et in Christo infantiam confovet, propter eos qui semper conantur percutere ac vulnerare. Qui ergo illum capite gerunt, virtute ac potestate hæc psallunt: « Nisi Dominus ædificaverit domum, et custodierit civitatem, in vanum laboravit qui ædificat, et qui custodire nititur [1]. » Hujusmodi autem voces, humilitatem ingenerant, et antiquum superbiæ malum evellunt, quod in terram præcipitavit Luciferum qui mane oriebatur. Quod autem manus nudas habent, indicat vitam absque hypocrisi et simulatione. Inanis enim gloria virtutes obtegere et obumbrare valet, quæ semper laudes ab hominiC

Ἐπειδή μοι πρώην δεδήλωκας ἀπὸ τοῦ ἁγίου ὄρους ἐν τῇ Σκίτει καθεζομένῳ, ποθεινότατε ἀδελφὲ Ἀνατόλιε, καὶ τὸ συμβολικὸν σχῆμα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν σαφηνισθῆναί σοι παρεκάλεσας· οὐ γὰρ εἶχῃ οὐδὲ παρέλκον αὐτὸ νενόμικας, τοσαύτην παραλλαγὴν ἔχον παρὰ τὰ λοιπὰ σχήματα τῶν ἀνθρώπων· φέρε, ὅσα παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων περὶ τούτου μεμαθήκαμεν, ἐξαγγείλωμεν. Τὸ μὲν κουκούλιον (1) σύμβολόν ἐστι τῆς χάριτος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, σκεπαζούσης αὐτῶν τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ περιθαλπούσης τὴν ἐν Χριστῷ νηπιότητα, διὰ τοὺς ῥαπίζειν ἀεὶ καὶ τιτρώσκειν ἐπιχειροῦντας. Ὅσοι τοίνυν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρουσι τοῦτο, δυνάμει ψάλλουσι ταῦτα· « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, καὶ φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἐκοπίασεν ὁ οἰκοδομῶν, καὶ ὁ φυλάσσειν πειρώμενος. » Αἱ δὲ τοιαῦται φωναὶ, ταπεινοφροσύνην μὲν ἐμποιοῦσιν, ἐκριζοῦσι δὲ ὑπερηφανίας (2) τὸ ἀρχαῖον κακὸν, τὸ κατασεῖσαν εἰς τὴν γῆν τὸν Ἑωσφόρον, τὸν πρωῒ ἀνατέλλοντα. Τὸ δὲ γεγυμνῶσθαι τὰς χεῖρας, τὸ ἀνυπόκριτον τῆς πολιτείας ἐμφαίνει. Δεινὴ γὰρ ἡ κενοδοξία συγκαλύψαι

[1] Psal. CXXVI, 1.

(1) Al. κουκούλλιον.

(2) Al. ὑπερηφανίαν.

Digitized by Google

καὶ συσκιάσαι τὰς ἀρετὰς, ἀεὶ δόξας τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων θηρεύουσα, καὶ τὴν πίστιν ἀποδιώκουσα. « Πῶς » γὰρ « δύνασθε, » φησὶ, « πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητοῦντες; » Δεῖ γὰρ τὸ ἀγαθὸν μὴ δι' ἕτερον, ἀλλὰ δι' αὐτὸ μᾶλλον εἶναι αἱρετόν. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δοθείη, φανήσεται τὸ κινοῦν ἡμᾶς πρὸς τὴν ἐργασίαν τοῦ καλοῦ, πολλῷ τιμιώτερον ὑπάρχον τοῦ γινομένου· ὅπερ τῶν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη, Θεοῦ τι κρεῖττον ἐννοεῖν τε καὶ λέγειν. Ὁ δὲ ἀνάλαβος πάλιν ὁ σταυροειδῶς τοῖς ὤμοις αὐτῶν περιπλεκόμενος, σύμβολον τῆς εἰς Χριστόν ἐστι πίστεως ἀναλαμβανούσης τοὺς πραεῖς, καὶ περιστελλούσης ἀεὶ τὰ κωλύοντα, καὶ τὴν ἐργασίαν ἀνεμπόδιστον αὐτοῖς παρεχούσης. Ἡ δὲ ζώνη περισφίγγουσα τοὺς νεφροὺς αὐτῶν, ἀπωθεῖται πᾶσαν ἀκαθαρσίαν, καὶ τοῦτο παραγγέλλει· « Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. » Τὴν δὲ μηλωτὴν ἔχουσιν, οἱ πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, καὶ φιμοῦντες μὲν πάντα τὰ τοῦ σώματος ἄλογα πάθη, τὰς δὲ τῆς ψυχῆς κακίας μετουσίᾳ τοῦ καλοῦ περικόπτοντες, καὶ πενίαν μὲν ἀγαπῶντες, πλεονεξίαν δὲ φεύγοντες ὡς εἰδωλολατρίας μητέρα. Ἡ δὲ ῥάβδος, ξύλον ζωῆς ἐστι, πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐπὶ Κύριον, ἀσφαλής. Καὶ τούτων μὲν σύμβολον ὡς ἐν ἐπιτομῇ τῶν πραγμάτων τὸ σχῆμα· τὰ δὲ ῥήματα ταῦτά ἐστιν ἃ πρὸς αὐτοὺς ἀεὶ λέγουσιν οἱ Πατέρες· Τὴν πίστιν, ὦ τέκνα, βεβαιοῖ ὁ φόβος ὁ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦτον πάλιν ἐγκράτεια, ταύτην δὲ ἀκλινῆ ποιοῦσιν ὑπομονὴ καὶ ἐλπὶς, ἀφ' ὧν τίκτεται ἀπάθεια, ἧς ἔκγονον ἡ ἀγάπη, ἀγάπη δὲ θύρα γνώσεως φυσικῆς, ἣν διαδέχεται θεολογία καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης. Καὶ περὶ μὲν τοῦ σχήματος τοῦ ἱεροῦ καὶ τῆς διδασκαλίας τῶν γερόντων, τοσαῦτα ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰρήσθω. Περὶ δὲ τοῦ βίου τοῦ τε πρακτικοῦ καὶ τοῦ γνωστικοῦ νυνὶ διηγούμεθα, οὐχ ὅσα ἑωράκαμεν ἢ ἠκούσαμεν, ἀλλ' ὅσα τοι καὶ ἄλλοις εἰπεῖν παρ' αὐτῶν μεμαθήκαμεν, ἑκατὸν μὲν κεφαλαίοις τὰ πρακτικὰ, πεντήκοντα δὲ πρὸς τοῖς ἑξακοσίοις τὰ γνωστικὰ συντετμημένως διελόντες· καὶ τὰ μὲν ἐπικρύψαντες, τὰ δὲ συσκιάσαντες, ἵνα μὴ δῶμεν τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλλωμεν τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. Ἔσται δὲ ταῦτα ἐμφανῆ τοῖς εἰς τὸ αὐτὸ ἴχνος αὐτοῖς ἐμβεβηκόσι.

bus captat, fidemque expellit. « Quomodo » enim « potestis, » inquit, « credere, qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam quæ a solo Deo est non quæritis [a]? » Scilicet oportet bonum, non propter aliud quid, sed propter se magis eligi. Nam si hoc non concedatur, id quod nos ad operationem boni movet, multum ipso facto præstantius esse videbitur; quod absurdissimum fuerit, si aliquid Deo melius præstabiliusque putemus ac dicamus. Rursus vero analabus seu scapulare humeros eorum circumplectens habensque figuram crucis, symbolum est fidei erga Christum, quæ mites suscipit, semperque obices coercet, ac operationem iis præbet omni impedimento liberam. At zona sive cingulum, renes ipsorum constringens, omnem repellit impuritatem, hocque denuntiat : « Bonum est homini mulierem non tangere [b]. » Porro melotem seu pellem ovinam gerunt, qui semper mortificationem Jesu in corpore suo circumferunt [c] : et cunctos corporis affectus rationi adversos obligant, animæ autem vitia participatione boni resecant; tum paupertatem diligunt, avaritiam fugiunt, tanquam idololatriæ matrem. Virga denique, seu baculus, est lignum vitæ, cunctis eum tenentibus, et illi velut Christo innixis, firmus ac tutus. Habes paucis quarum rerum symbolum sit habitus; verba vero hæc sunt quæ ad eos semper proferunt Patres : Fidem, o filii, confirmat timor Dei, hunc que rursus continentia, quam immotam reddunt tolerantia et spes, ex quibus gignitur impassibilitas, cujus soboles charitas; at charitas ostium est naturalis cognitionis, cui succedit theologia et suprema beatitudo. Atque de habitu sacro deque senum doctrina, hæc a nobis nunc dicta sint. De vita autem tum practica, tum gnostica, hoc est, quæ actione vel cognitione constat, jam disseramus, non quantum vidimus vel audivimus, sed quantum ab iis didicimus aliis esse dicenda; in centum capita res ad actionem pertinentes, in sexcenta et quinquaginta res ad cognitionem spectantes, compendiose partiti; et alia quidem occultantes, alia vero obscurius ponentes; ne demus sancta canibus, neque mittamus margaritas ante porcos [d]; quæ tamen iis erunt aperta qui eorum hominum vestigiis insisterint.

Α'. Χριστιανισμός ἐστι δόγμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς συνεστώς (3).

I. Christianismus est dogma Servatoris nostri Jesu Christi, ex practica, physica et theologica tractatione constans.

Β'. Βασιλεία οὐρανῶν ἐστὶν ἀπάθεια ψυχῆς μετὰ γνώσεως τῶν ὄντων ἀληθοῦς.

II. Regnum cœlorum est animæ imperturbabilitas, cum vera rerum cognitione.

Γ'. Βασιλεία Θεοῦ ἐστι γνῶσις τῆς ἁγίας Τριάδος συμπαρεκτεινομένη τῇ συστάσει τοῦ νοὸς, καὶ ὑπερβάλλουσα τὴν ἀφθαρσίαν αὐτοῦ.

III. Regnum Dei est cognitio sanctæ Trinitatis, coextensa mentis constitutioni, ipsiusque incorruptionem exsuperans.

Δ'. Οὗτινός τις ἐρᾷ, τούτου καὶ ἐφίεται πάντως, καὶ οὗ ἐφίεται, τούτου καὶ τυχεῖν ἀγωνίζεται· καὶ πάσης μὲν ἡδονῆς ἐπιθυμία κατάρχει, ἐπιθυμίαν δὲ

IV. Quod quis amat, hoc et appetit prorsus, quodque appetit, hoc et adipisci contendit. Atque omnem voluptatem præit desiderium, desiderium

[a] Joan. v, 44. [b] I Cor. vii, 1. [c] II Cor. iv, 10. [d] Matth. vii, 6.

(3) Al. συνεστός.

Digitized by Google

vero parit sensus; quod enim sensus expers est, est quoque ab affectu liberum.

V. Cum anachoretis seu solitariis dæmones nudi luctantur; contra eos vero qui in cœnobiis et conventibus virtutem exercent, armant fratres negligentiores; multo autem levius est posterius bellum priori, quia invenire non licet in terra homines dæmonibus atrociores, quive omnem eorum admiserint malignitatem.

VI. Mentem errantem sistit lectio, et vigilia, et oratio; cupiditatem vero ferventem sensim exstinguit esuries, et labor, et solitudinis secessus; animum autem ira conturbatum sedat psalmodia, et longanimitas, et misericordia; atque hæc congruis temporibus ac mensuris adhibita, quæ enim extra tempus et modum fiunt, parum durant; quæque parum durant, noxia magis sunt, non utilia.

VII. Quoties varios cibos expetit anima nostra, toties in pane et aqua coarctetur, ut gratias agere discat vel de ipsa nuda bucca. Satietas enim multiplices escas desiderat; fames vero, panis satietatem pro beatitudine ducit.

VIII. Multum ad temperantiam conducit penuria aquæ : idque tibi persuadeant trecenti illi Israelitarum milites qui, Gedeone duce, Madianitas devicerunt [6].

IX. Sicut vitam et mortem simul eidem contingere, contra rerum naturam est; ita charitatem cum pecuniis in quopiam consistere, fieri nequit. Siquidem charitas non solum pecuniarum destructrix est, sed et ipsius nostræ temporalis vitæ.

X. Qui effugit cunctas mundi voluptates, turris est dæmoni tristitiæ inaccessa. Tristitia enim est privatio voluptatis, aut præsentis aut exspectatæ. Non possumus autem hunc inimicum repellere, si ad quidpiam e rebus terrenis retinuerimus affectum. Nam illic laqueum statuit ac tristitiam operatur, quo maxime nos videt propensos.

XI. Ira equidem et odium augent furorem; eleemosyna vero et mansuetudo etiam præsentem minuunt.

XII. Sol non occidat super iracundiam nostram [7], ne noctu insilientes dæmones animam exterreant, timidioremque reddant mentem die sequenti ad pugnam. Etenim terribilia spectra, ex animi irati perturbatione oriri solent; nihil autem est quod ita mentem ad desertionem compellat, quam animus ira turbatus.

XIII. Cum occasionem nacta animæ nostræ illa pars qua irascimur conturbata fuerit, tunc dæmones secessum nobis ut bonum suggerunt, ne, solutis tristitiæ causis, nos a tumultu liberemus. Cum vero pars qua concupiscimus exarserit, tunc rursus nos hominum amantes efficere conantur, durosque et

τίκτει αἴσθησις· τὸ γὰρ αἰσθήσεως ἄμοιρον, καὶ πάθους ἐλεύθερον.

Ε'. Τοῖς μὲν ἀναχωρηταῖς οἱ δαίμονες γυμνοὶ προσπαλαίουσι, τοῖς δὲ ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίαις κατεργαζομένοις τὴν ἀρετὴν, τοὺς ἀμελεστέρους τῶν ἀδελφῶν ἐφοπλίζουσι· πολλῷ δὲ κουφότερος ὁ δεύτερος πόλεμος τοῦ πρώτου, διὸτι οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐπὶ τῆς γῆς ἀνθρώπους πικροτέρους δαιμόνων, ἢ πᾶσαν αὐτῶν ὑποδεχομένους τὴν κακουργίαν.

Ϛ'. Νοῦν μὲν πλανώμενον ἵστησιν ἀνάγνωσις καὶ ἀγρυπνία καὶ προσευχή· ἐπιθυμίαν δὲ φλεγομένην μαραίνει πεῖνα καὶ κόπος καὶ ἀναχώρησις· θυμὸν δὲ καταπαύει κυκώμενον ψαλμῳδία, καὶ μακροθυμία, καὶ ἔλεος· καὶ ταῦτα τοῖς προσήκουσι χρόνοις τε καὶ μέτροις γινόμενα. Τὰ γὰρ ἄκαιρα καὶ ἄμετρα, ὀλιγοχρόνια· τὰ δὲ ὀλιγοχρόνια, βλαβερὰ μᾶλλον καὶ οὐκ ὠφέλιμα.

Ζ'. Ὁπηνίκα διαφόρων βρωμάτων ἐφίεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ, τωτηνικαῦτα (4) ἐπ' ἄρτῳ στενούσθω καὶ ὕδατι, ἵν' εὐχάριστος γένηται καὶ ἐπ' αὐτῷ ψιλῷ τῷ ψωμῷ· κόρος γὰρ ποικίλων ἐδεσμάτων ἐπιθυμεῖ, λιμὸς δὲ τὸν κόρον τοῦ ἄρτου μακαριότητα εἶναι νομίζει.

Η'. Πάνυ πρὸς σωφροσύνην συμβάλλεται ἡ τοῦ ὕδατος ἔνδεια· καὶ πειθέτωσάν σε τῶν Ἰσραηλιτῶν οἱ μετὰ Γεδεὼν τριακόσιοι τὴν Μαδιὰμ χειρωσάμενοι.

Θ'. Ὡς ζωὴν καὶ θάνατον ἅμα συμβῆναι τῷ αὐτῷ, τῶν οὐκ ἐνδεχομένων ἐστὶν, οὕτως ἀγάπην χρήμασι συνυπάρξαι τινὶ, τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. Ἀναιρετικὴ γὰρ οὐ μόνον χρημάτων ἡ ἀγάπη, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἡμῶν τῆς προσκαίρου ζωῆς.

Ι'. Ὁ φεύγων πάσας τὰς κοσμικὰς ἡδονὰς πύργος ἐστὶ τῷ τῆς λύπης ἀπρόσιτος δαίμονι. Λύπη γάρ ἐστι στέρησις ἡδονῆς, ἢ παρούσης ἢ προσδοκωμένης. Ἀδύνατον δὲ τὸν ἐχθρὸν τοῦτον ἀπώσασθαι, πρός τι τῶν ἐπιγείων ἔχοντας ἡμᾶς προσπάθειαν. Ἐκεῖ γὰρ ἵστησι τὴν παγίδα καὶ τὴν λύπην ἐργάζεται, ὅπου βλέπει μάλιστα νενευκότας ἡμᾶς.

ΙΑ'. Ὀργὴ μὲν γὰρ καὶ μῖσος αὔξει θυμόν· ἐλεημοσύνη δὲ καὶ πραῢτης καὶ τὸν ὄντα μειοῖ.

ΙΒ'. Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ἡμῶν, ἵνα μὴ νύκτωρ ἐπιστάντες οἱ δαίμονες ἐκφοβήσωσι τὴν ψυχὴν, καὶ δειλότερον ποιήσωσι τῇ ἐπιούσῃ τὸν νοῦν πρὸς τὸν πόλεμον. Τὰ γὰρ φοβερὰ φάσματα, ἐκ τῆς ταραχῆς τοῦ θυμοῦ πέφυκε γίνεσθαι· οὐδὲν δὲ λειποτάκτην οὕτως ἄλλο τὸν νοῦν ἀπεργάζεται, ὡς θυμὸς ταρασσόμενος.

ΙΓ'. Ὁπηνίκα προφάσεως ἐφαψάμενον τὸ θυμικὸν ἡμῶν μέρος τῆς ψυχῆς ἐκταράξηται (5), τῷ τηνικαῦτα (6) καὶ οἱ δαίμονες τὴν ἀναχώρησιν ἡμῖν ὡς καλὴν ὑποβάλλουσιν, ἵνα μὴ τὰς αἰτίας τῆς λύπης λύσαντες, ταραχῆς ἑαυτοὺς ἀπαλλάξωμεν. Ὅταν δὲ (7) τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐκθερμαίνηται, τότε πάλιν

[6] Judic. VII, 5 sqq. [7] Ephes. IV, 26.

(4) Al. τὸ τηνικαῦτα.
(5) Al. ἐκταράσσηται.
(6) Al. τὸ τηνικαῦτα.
(7) Al. inserit. πάλιν.

Digitized by Google

φιλανθρώπους ἡμᾶς ἀπεργάζονται, σκληροὺς καὶ ἀγρίους ἀποκαλοῦντες, ἵνα σωμάτων ἐπιθυμοῦντες, σώμασιν ἐντυγχάνωμεν. Οἷς οὐ πείθεσθαι δεῖ· μᾶλλον δὲ τὸ ἐναντίον ποιεῖν.

ΙΔ'. Μὴ δῷς ἑαυτὸν τῷ τῆς ὀργῆς λογισμῷ, κατὰ διάνοιαν τῷ λελυπηκότι μαχόμενος· μηδ' αὖ πάλιν, τῷ τῆς πορνείας, ἐπὶ πλεῖστον τὴν ἡδονὴν φανταζόμενος. Τὸ μὲν γὰρ ἐπισκοτεῖ τῇ ψυχῇ, τὸ δὲ πρὸς τὴν κύρωσιν τοῦ πάθους αὐτὴν προσκαλεῖται· ἑκάτερα δὲ τὸν νοῦν σου ῥυποῦντα ποιεῖ· καὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς, τὰ εἴδωλα φανταζόμενος, καὶ καθαρὰν τὴν εὐχὴν τῷ Θεῷ μὴ προσφέρων, εὐθὺς τῷ τῆς ἀκηδίας δαίμονι περιπίπτεις, ὅστις μάλιστα ταῖς τοιαύταις ἐφάλλεται καταστάσεσι, καὶ δίκην κυνὸς καθάπερ νεκρὸν (8) τὴν ψυχὴν διαρπάζει.

ΙΕ'. Φύσις θυμοῦ, τὸ τοῖς δαίμοσι μάχεσθαι, καὶ ὑπὲρ ἡστινοσοῦν ἡδονῆς ἀγωνίζεσθαι. Διόπερ οἱ μὲν ἄγγελοι τὴν πνευματικὴν ἡμῖν ἡδονὴν ὑποβάλλοντες καὶ τὴν ἐκ ταύτης μακαριότητα, πρὸς τοὺς δαίμονας τὸν θυμὸν τρέψαι παρακαλοῦσιν· ἐκεῖνοι δ' αὖ πάλιν πρὸς τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας ἕλκοντες ἡμῶν (9) τὸν θυμὸν, παρὰ φύσιν μάχεσθαι τοῖς ἀνθρώποις βιάζονται, ἵνα σκοτισθεὶς ὁ νοῦς καὶ τῆς γνώσεως ἐκπεσὼν, προδότης γένηται τῶν ἀρετῶν.

ΙϚ'. Πρόσεχε σεαυτῷ, μήποτε φυγαδεύσῃς τινὰ τῶν ἀδελφῶν παροργισθεὶς (10), καὶ οὐκ ἐκφεύξῃ ἐν τῇ ζωῇ σου τὸν τῆς λύπης δαίμονα, παρὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς ἀεί σοι σκῶλον γινόμενον.

ΙΖ'. Μνησικακίαν σβέννυσι δῶρα· καὶ πειθέτω σε Ἰακὼβ τὸν Ἡσαῦ δόμασιν ὑπελθὼν μετὰ τετρακοσίων (11) εἰς ἀπάντησιν ἐξελθόντα. Ἀλλ' ἡμεῖς πένητες ὄντες, τραπέζῃ τὴν χρείαν πληρώσωμεν.

ΙΗ'. Ὅταν τῷ τῆς ἀκηδίας περιπέσωμεν δαίμονι, τῷ (12) τηνικαῦτα τὴν ψυχὴν μερίσαντες, τὴν μὲν παρακαλοῦσαν, τὴν δὲ παρακαλουμένην ποιήσωμεν, ἐλπίδας ἀγαθὰς ἑαυτοῖς ὑποσπείροντες, καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Δαυὶδ κατεπάδοντες· « Ἵνατί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνατί ταράσσεις (13) με; Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ (14) ὁ Θεός μου. »

ΙΘ'. Οὐ δεῖ κατὰ τὸν καιρὸν τῶν πειρασμῶν καταλιμπάνειν τὴν κέλλαν, προφάσεις εὐλόγους δῆθεν πλαττόμενον, ἀλλ' ἔνδοθεν καθῆσθαι καὶ ὑπομένειν καὶ δέχεσθαι γενναίως τοὺς ἐπερχομένους ἅπαντας μὲν, ἐξαιρέτως δὲ τὸν τῆς ἀκηδίας δαίμονα, ὅστις ὑπὲρ πάντας βαρύτατος ὢν, δοκιμωτάτην μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀπεργάζεται. Τὸ γὰρ φεύγειν τοὺς (15) ἀγῶνας καὶ περιίστασθαι, ἄτεχνον τὸν νοῦν καὶ δειλὸν καὶ δραπέτην διδάσκει.

Κ'. Χαλεπὸν διαφυγεῖν τὸν τῆς κενοδοξίας λογισμόν· ὁ γὰρ ποιεῖς εἰς καθαίρεσιν αὐτοῦ, τοῦτο ἀρχή σοι κενοδοξίας ἑτέρας καθίσταται. Οὐ παντὶ δὲ λο-

agrestes nuncupant, ut corporum desiderio affecti, in corpora incidamus. Cæterum iis credere non oportet, quin imo contrarium facere.

XIV. Ne tradideris temetipsum iracundiæ cogitationi, mente pugnans cum eo qui te contristavit, neque etiam fornicationis, diutius voluptatis imagines retinendo. Illud enim tenebras animæ offundit, hoc vero eam provocat ad vitii probationem; et utraque mentem tuam sordidant: cumque tempore orationis simulacra fueris imaginatus, Deo puram precem non offerens, incidis statim in acediæ seu tædii dæmonem, qui præcipue in homines in hujusmodi statu constitutos insilit, et instar canis animam velut hinnulum diripit.

XV. Iræ natura est, cum dæmonibus pugnare, et super qualibet voluptate decertare. Quocirca angeli quidem spiritalem voluptatem nobis suggerentes et beatitudinem quæ ex ea provenit, hortantur ut adversus dæmones iram vertamus; illi contra, ad mundana desideria trahentes, animum nostrum ira concitatum pugnare cum hominibus contra naturam compellunt, ut obtenebrata mens ac e cognitione decidens, virtutum proditrix evadat.

XVI. Attende tibi ipsi, ne ullum unquam fugaveris fratrem, ira commotus; non enim in vita tua effugies tristitiæ dæmonem, sed tempore orationis tibi perpetuo erit instar offendiculi.

XVII. Recordationem injuriæ exstinguunt munera; ut ostendit Jacob, dum Esau, qui cum quadringentis in occursum exierat, donis delinivit [8]: verum nos, qui pauperes sumus, per mensam indigentiam munerum suppleamus.

XVIII. Quando in acediæ dæmonem incurrerimus, tunc animam partiti, unam partem excitantem, aliam excitatam faciamus, bonæ spei semina nobis submittentes, illudque sancti Davidis pro lenimento canentes: « Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus [9]. »

XIX. Non oportet ingruentibus tentationibus, cellam deserere, causas rationi consentaneas videlicet comminiscendo; quin potius intra illam sedere, tolerare, ac fortiter insultus excipere omnium quidem dæmonum, præcipue tamen illius qui est acediæ, qui cunctos atrocitate superans, probatissimam maxime efficit animam. Nam talia certamina vitare ac fugere, mentem edocet, ut imperita, iners, timida et fugitiva evadat.

XX. Ægre vitari potest vanæ gloriæ vitiosa cogitatio, quia quod in destructionem ejus designas, hoc tibi alterius inanis gloriæ initium conficitur.

[8] Gen. XXXII, 6; XXXIII, 1, sqq. [9] Psal. XLI, 6, 7.

(8) Al. νεβρόν.
(9) Al. ἡμᾶς.
(10) Al. παροργίσας.
(11) Al. τριακοσίων.
(12) Al. τοτ.
(13) Al. συνταρ.
(14) Abest ab al.
(15) Al. inser. τοιούτους.

Digitized by Google

Cæterum non omni rectæ cogitationi nostræ adversantur dæmones, at quibusdam ipsa quoque vitia, per quæ vincimus atque liberamur, [aut] quibus inficimur.

XXI. Qui cognitionem attigerit, et voluptatem quæ ab ea prodit decerpserit, non amplius vanæ gloriæ dæmoni obsequetur, licet ei mundi voluptates offerat. Quid enim, quæso, promissurus est, quod spiritalem contemplationem habeat infra se? Quandiu vero non degustavimus cognitionem, ea quæ ad vitam activam pertinent alacriter operemur, propositum nostrum exhibentes Deo, quod omnia facimus ad ipsius cognitionem consequendam.

XXII. Recordare prioris vitæ tuæ, antiquorumque delictorum, et, quo pacto affectibus deditus, per Christi misericordiam, ad impassibilitatem transiisti; quo item pacto e mundo egressus es, qui te in multis ac sæpe dejecerat. Illud quoque mihi reputa, quis te in eremo servaverit, quis dæmones abegerit qui in te dentibus suis stridebant. Nam ejusmodi cogitationes humilitatem indunt, nec superbiæ dæmonem admittunt.

De affectibus.

XXIII. Quorum memoriam cum affectu servamus, horum res antea cum perturbatione suscepimus; et vice versa, quas res cum animi perpessione suscipimus, harum et memoriam affectu commotam retinebimus. Unde qui vicerit vexatores dæmones, ea quibus utuntur ad vexandum contemnet; materiali enim hoste immaterialis est molestior.

XXIV. Animæ passiones, ab hominibus occasionem sumunt; corporis vero, a corpore: et has quidem corporis, rescindit contiuentia; illas autem animæ, charitas spiritalis.

XXV. Dæmones qui affectibus animæ præsident, ad mortem usque perseverant; qui affectibus corporeis, cito recedunt. Et alii quidem dæmones, soli orienti aut occidenti similes sunt, unamque tantum animæ partem capessunt; at meridianus totam complecti solet animam, et mentem offocare. Proinde dulcis est monastica secessio post perpessionum vacuitatem. Tunc enim solæ nudæque supersunt recordationes; ac de cætero lucta non ad certamen, sed ad luctæ contemplationem præparat monachum.

XXVI. Utrum cogitatio affectus moveat, vel affectus moveant cogitationem, attendendum est. Nonnullis quippe prius placuit, aliis posterius. A sensibus commoveri affectus consueverunt; qui si affuerit charitas et continentia, non concitabuntur; contra., si abfuerit. Porro ira pluribus eget medicamentis quam cupiditas: quapropter magna censetur charitas, quia iræ frenum est. Ipsam sanctus ille Moses agens de rebus naturalibus, symbolice ophiomachum nominavit [16]

[16] Levit. xi, 22.

γισμῷ ἡμῶν ὀρθῷ ἐναντιοῦνται οἱ δαίμονες, ἀλλά τισι καὶ αἱ κακίαι αὗται, καθ' ἃς περιποιώμεθα (16).

ΚΑ'. Ὁ γνώσεως ἐφαψάμενος καὶ τὴν ἀπ' αὐτῆς καρπούμενος ἡδονὴν, οὐκέτι τῷ τῆς κενοδοξίας πείσθήσεται δαίμονι, πάσας αὐτῷ τὰς ἡδονὰς τοῦ κόσμου προσάγοντι. Τί γὰρ ἂν καὶ ὑπόσχοιτο μεῖζον πνευματικῆς θεωρίας; Ἐν ὅσῳ δέ ἐσμεν γνώσεως ἄγευστοι, τὴν πρακτικὴν προθύμως κατεργαζώμεθα, τὸν σκοπὸν ἡμῶν δεικνύντες Θεῷ, ὅτι πάντα πράττομεν τῆς αὐτοῦ γνώσεως ἕνεκεν.

ΚΒ'. Μέμνησο τοῦ προτέρου σου βίου καὶ τῶν ἀρχαίων παραπτωμάτων, καὶ πῶς ἐμπαθὴς ὢν, ἐλέει Χριστοῦ, πρὸς τὴν ἀπάθειαν μεταβέβηκας, καὶ πῶς πάλιν ἐξῆλθες τοῦ κόσμου, τοῦ πολλὰ καὶ πολλάκις σε ταπεινώσαντος. Λόγισαι δέ μοι καὶ τοῦτο, τίς ὁ ἐν ἐρήμῳ φυλάσσων σε, καὶ τίς ὁ ἀπελαύνων τοὺς δαίμονας βρύχοντας κατὰ σοῦ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι λογισμοὶ ταπεινοφροσύνην μὲν ἐμποιοῦσι, τὸν δὲ τῆς ὑπερηφανίας οὐκ εἰσδέχονται δαίμονα.

Περὶ παθῶν.

ΚΓ'. Ὧν τὰς μνήμας ἔχομεν ἐμπαθεῖς, τούτων καὶ τὰ πράγματα πρότερον μετὰ πάθους ὑπεδεξάμεθα· καὶ ὅσα τῶν πραγμάτων πάλιν μετὰ πάθους ὑποδεχόμεθα, τούτων καὶ τὰς μνήμας ἕξομεν ἐμπαθεῖς. Ὅθεν ὁ νικήσας τοὺς ἐνεργοῦντας δαίμονας, τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐνεργουμένων καταφρονεῖ. Τοῦ γὰρ ἐνύλου πολεμίου (17) ὁ ἄϋλος χαλεπώτερος.

ΚΔ'. Τὰ μὲν τῆς ψυχῆς πάθη, ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἔχει τὰς ἀφορμάς· τὰ δὲ τοῦ σώματος, ἐκ τοῦ σώματος· καὶ τὰ μὲν τοῦ σώματος πάθη περικόπτει ἐγκράτεια, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ἀγάπη πνευματική.

ΚΕ'. Οἱ μὲν τῶν ψυχικῶν προεστῶτες παθῶν, ἄχρι θανάτου προσκαρτεροῦσιν· οἱ δὲ τῶν σωματικῶν, θᾶττον ὑποχωροῦσι· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι δαίμονες ἀνατέλλοντι ἢ δύνοντι τῷ ἡλίῳ ἐοίκασιν, ἑνός τινος μέρους τῆς ψυχῆς ἐφαπτόμενοι· ὁ δὲ μεσημβρινὸς, ὅλην περιλαμβάνειν εἴωθε τὴν ψυχὴν, καὶ ἐναποπνίγειν τὸν νοῦν. Διὸ γλυκεῖα ἡ ἀναχώρησις μετὰ τὴν τῶν παθῶν κένωσιν. Τότε γὰρ αἱ μνῆμαι μόνον (18) εἰσὶ ψιλαί· καὶ ἡ πάλη, οὐ πρὸς ἀγῶνα λοιπὸν, ἀλλὰ πρὸς θεωρίαν αὐτῆς, παρασκευάζει τὸν μοναχόν.

ΚϚ'. Πότερον ἡ ἔννοια τὰ πάθη κινεῖ, ἢ τὰ πάθη τὴν ἔννοιαν, προσεκτέον. Τισὶ μὲν γὰρ ἔδοξε τὸ πρότερον, τισὶ δὲ τὸ δεύτερον. Ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων πέφυκε κινεῖσθαι τὰ πάθη· καὶ παρούσης μὲν ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας, οὐ κινηθήσεται, ἀπούσης δὲ, κινηθήσεται. Πλειόνων δὲ παρὰ τὴν ἐπιθυμίαν ὁ θυμὸς δεῖται φαρμάκων· καὶ διὰ τοῦτο, μεγάλη λέγεται ἡ ἀγάπη, ὅτι χαλινός ἐστι τοῦ θυμοῦ. Ταύτην καὶ Μωσῆς ἐκεῖνος ὁ ἅγιος, ἐν τοῖς φυσικοῖς συμβολικῶς ὀφιομάχον (19) ὠνόμασεν.

(16) Al. ποιώμεθα.
(17) Al. πολέμου.
(18) Al. μόναι.
(19) Al. ὀφιομάχην.

Digitized by Google

ΚΖ'. Πρὸς τὴν ἐπικρατοῦσαν δυσσέβειαν (20) ἐν τοῖς δοίμοσιν, εἰωθεν ἀνάπτεσθαι πρὸς λογισμοὺς ἡ ψυχὴ, ὅταν αὐτῶν ἐγγιζόντων ἀντιλαμβάνηται, τῷ τοῦ παρενοχλοῦντος πάθει πεποιωμένη.

Ὑποθῆκαι.

ΚΗ'. Οὐκ ἐν παντὶ καιρῷ δυνατὸν ἐκτελεῖν τὸν συνήθη κανόνα, προσέχειν δὲ δεῖ τῷ καιρῷ, καὶ τὰς ἐνδεχομένας ἐντολὰς ὡς ἔνι μάλιστα πειρᾶσθαι ποιεῖν. Τοὺς γὰρ καιροὺς καὶ αὐτοὶ τοὺς τοιούτους οὐκ ἀγνοοῦσιν οἱ δαίμονες. Ὅθεν κινούμενοι καθ' ἡμῶν, τὰ μὲν δυνατὰ γενέσθαι κωλύουσι, τὰ δὲ μὴ δυνατὰ γενέσθαι, πράττειν ἡμᾶς καταναγκάζουσι. Καὶ γὰρ τοὺς ἀσθενοῦντας, εὐχαριστεῖν μὲν ἐπὶ τοῖς ἀλγηδόσι, καὶ μακροθυμεῖν ἐπὶ τοῖς ὑπηρετοῦσιν ἀποκωλύουσιν· ἀτονοῦντας δὲ πάλιν, ἐγκρατεύεσθαι, καὶ βεβαρημένους, ἑστῶτας ψάλλειν προτρέπονται.

ΚΘ'. Ὅταν ἐν πόλεσιν ἢ ἐν κώμαις ἐπ' ὀλίγον ἀναγκαζώμεθα διατρίβειν, τότε μάλιστα σφοδρότερον τῆς ἐγκρατείας ἐχόμενοι, τοῖς κοσμικοῖς συνεσόμεθα, μήποτε παχυνθεὶς ἡμῶν ὁ νοῦς, καὶ τῆς συνήθους ἐπιμελείας διὰ τὸν παρόντα καιρὸν στερηθεὶς, πράξῃ τι τῶν ἀβουλήτων, καὶ γένηται φυγὰς, ὑπὸ τῶν δαιμόνων βαλλόμενος.

Λ'. Οὐ πρότερον προσεύξῃ πειραζόμενος, πρὶν εἰπεῖν τινα ῥήματα μετ' ὀργῆς πρὸς τὸν θλίβοντα. Τῆς γὰρ ψυχῆς σου πεποιωμένης τοῖς λογισμοῖς, συμβαίνει μηδὲ καθαρὰν γενέσθαι τὴν προσευχήν. Ἐὰν δὲ μετ' ὀργῆς εἴπῃς τι πρὸς αὐτοὺς, συγχεῖς τε καὶ ἐξαφανίζεις τῶν ἀντικειμένων τὰ νοήματα. Τοῦτο γὰρ ἡ ὀργὴ καὶ ἐπὶ τῶν κρειττόνων νοημάτων ἐργάζεσθαι πέφυκεν.

ΛΑ'. Εἴ τις βούλοιτο τῶν μοναχῶν, ἀγρίων πειρασθῆναι (21) δαιμόνων, καὶ τῆς αὐτῶν τέχνης ἕξιν λαβεῖν, τηρείτω τοὺς λογισμοὺς, καὶ τὰς ἐπιτάσεις σημειούσθω τούτων, καὶ τὰς ἀνέσεις, καὶ τὰς μετεμπλοκὰς, καὶ τοὺς χρόνους, καὶ τίνες τῶν δαιμόνων οἱ τοῦτο ποιοῦντες, καὶ ποῖος ποίῳ δαίμονι ἀκολουθεῖ, καὶ τίς τίνι οὐχ ἕπεται, καὶ ζητείτω παρὰ Χριστοῦ τούτων τοὺς λόγους. Πάνυ γὰρ χαλεπαίνουσιν ἐπὶ τοῖς γνωστικώτερον τὴν ἀρετὴν (22) μετιοῦσι, βουλόμενοι κατατοξεύειν ἐν σκοτομήνῃ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

ΑΒ'. Δύο τῶν δαιμόνων ὀξυτάτους παρατηρήσας εὑρήσεις, καὶ σχεδὸν τὴν κίνησιν τοῦ νοὸς ἡμῶν παρατρέχοντας, τὸν δαίμονα τῆς πορνείας, καὶ τὸν συναρπάζοντα ἡμᾶς πρὸς βλασφημίαν (23). Ἀλλ' ὁ μὲν δεύτερος ἐστὶν ὀλιγοχρόνιος, ὁ δὲ πρότερος εἰ μὴ μετὰ πάθους κινοίη τοὺς λογισμοὺς, οὐκ ἐμποδίσει ἡμῖν πρὸς τὴν γνῶσιν (24) τοῦ Θεοῦ.

ΑΓ'. Σῶμα μὲν χωρίσαι ψυχῆς, μόνου ἐστὶ τοῦ συνδήσαντος· ψυχὴν δὲ ἀπὸ σώματος, καὶ τοῦ ἐφιεμένου τῆς ἀρετῆς. Τὴν ἀναχώρησιν, μελέτην θανάτου καὶ φυγὴν τοῦ σώματος οἱ Πατέρες ἡμῶν ὀνομάζουσιν.

[11] Psal. x, 3.

(20) Al. δυσωδίαν.
(21) Al. πειραθῆναι.
(22) Al. πρακτικήν.

XXVII. Contra impietatem [seu] fetorem qui in dæmonibus obtinet, solet anima incendi ad ratiocinationes, cum ipsis appropinquantibus suscepta fuerit in auxilium, vitio obturbantis aspersa.

Monita.

XXVIII. Non omni tempore possumus consuetam regulam perficere, sed attendendum est opportunitati, et mandata possibilia connitendum pro viribus operari. Nam hujusmodi opportuna tempora nec ipsi dæmones ignorant. Unde commoti contra nos, quæ fieri possunt prohibent; quæ fieri non possunt, agere nos compellunt. Ægrotos, ne in doloribus Deo gratias agant, et ministros patienter tolerent, impediunt; consimilique modo hortantur ad abstinentiam imbecillos, et ad psallendum erecto in pedes corpore eos qui gravati sunt.

XXIX. Quoties in urbibus aut vicis ad breve tempus manere cogimur, tunc præcipue continentiæ firmius adhærentes, cum sæcularibus conversabimur; ne crassescens mens nostra, et solita diligentia ob præsens tempus privata, aliquid contra sententiam suam faciat, evadatque fugitiva, dum a dæmonibus impetitur.

XXX. Inter tentationes non prius orabis, quam nonnulla verba irato animo protuleris adversus vexatorem. Cum enim anima tua cogitationibus velut qualitatibus sit affecta, continget nec puram fundi precem. Quod si nonnihil ad eos cum ira dixeris, confundis ac dissipas adversariorum consilia. Siquidem ita natura comparatum est, ut ira hoc quoque conficiat in melioribus cogitationibus.

XXXI. Si quis monachus periculum facere velit de feris dæmonibus, eorumque artis usum capere, observet cogitationes, quarum intentiones notet, remissiones, complicationes, tempora, et quinam dæmonum hoc faciant, tum qualis qualem dæmonem sequatur, quis vero quem non comitetur; atque a Christo postulet horum causas et rationes. Admodum enim succensent iis qui virtutem [activam] gnostico magis modo excolunt, cupientes sagittare in obscuro rectos corde [11].

XXXII. Duos e dæmonibus velocissimos observando reperies, tantum non animi nostri motum prætercurrentes : dæmonem fornicationis, eumque qui nos corripit ad blasphemiam ; verum posterior brevis est temporis; prior vero, nisi cum affectu moverit cogitationes, non arcebit nos a cognitione Dei.

XXXIII. Corpus quidem sejungere ab anima, illius solius est qui colligavit, animam vero a corpore, ad eum quoque pertinet qui virtutis desiderio tenetur. Solitariam enim vitam Patres nostri meditationem mortis et corporis fugam nominant.

(23) Al. add. Θεοῦ.
(24) Al. inser. τὴν.

Digitized by Google

XXXIV. Qui carnem male enutriunt, ejusque cu- A ram faciunt in desideriis[13], de ipsis se, non de illa, conquerantur. Norunt nempe Creatoris gratiam, qui animæ impassibilitatem per hoc corpus adepti sunt, et rerum contemplationi aliquantum incumbunt.

De impassibilitatis signis.

XXXV. Ubi mens cœperit absque distractione precari, tunc circa partem animæ irascentem, omne nocte dieque committitur prælium.

XXXVI. Imperturbationis indicium est, animus qui incipit cernere jubar suum, et manet ad somni spectra tranquillus, resque æquabiliter aspicit.

XXXVII. Robusta mens est, quæ nihil e rebus B mundi hujus tempore orationis sibi repræsentat.

XXXVIII. Mens quæ ope Dei activam vitam recte excoluit, et ad cognitionem prope accessit, parum aut nullatenus partem animæ irrationabilem sentit, cognitione sublimem ipsam rapiente, ac a sensibilibus separante.

XXXIX. Anima indolentiam obtinet, non quæ rebus non afficitur, sed quæ ad rerum etiam reminiscentias imperturbata perseverat.

XL. Qui perfectus est, proprie non dicitur continens, nec qui caret affectu, tolerans; quandoquidem affecti afflictique est tolerantia, et turbati continentia.

XLI. Magnum quidem est sine distractione orare; sed majus est psallere sine distractione. C

XLII. Qui virtutes in semetipso collocavit, iisque totus commistus est, non amplius legis meminit, vel præceptorum, vel supplicii; sed ea dicit et facit, quæcunque optimus suggerit habitus.

Theoremata practica.

XLIII. Dæmonica cantica cupiditatem nostram cient, animamque in fœdas imaginationes injiciunt; contra psalmi et hymni, et cantica spiritalia, semper ad recordationem virtutis provocant, ferventem animum nostrum refrigerant, ac desideria exstinguunt.

XLIV. Si luctatorum est elidi et vicissim elidere, nobiscum autem luctantur dæmones, ipsi ergo atterentes nos, a nobis contra atteruntur. « Confringam D illos, » inquit, « nec poterunt stare[14]. » Ac iterum: « Qui tribulant me et inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt[15]. »

XLV. Requies cum sapientia, et labor cum prudentia conjunctus est. Non datur enim sapientiam consequi sine bello, nec licet bellum præclare gerere absque prudentia. Huic namque commissum est, uti dæmonum efferato animo resistat, dum animæ facultates cogit ad operationes naturæ consentaneas, et sapientiæ viam præparat.

ΛΔ'. Οἱ τὴν σάρκα κακῶς διατρέφοντες, καὶ πρόνοιαν αὐτῆς εἰς ἐπιθυμίας ποιούμενοι, ἑαυτοὺς μὴ ταύτην καταμεμφέσθωσαν. Ἴσασι γὰρ τὴν χάριν τοῦ Δημιουργοῦ, οἱ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπάθειαν διὰ τοῦ σώματος τούτου κτησάμενοι, καὶ τῇ τῶν ὄντων θεωρίᾳ ποσῶς ἐπιβάλλοντες.

Περὶ τῶν τῆς ἀπαθείας συμβόλων.

ΛΕ'. Ὅταν ὁ νοῦς ἀπερισπάστως (25) ἄρξηται ποιεῖσθαι τὰς προσευχάς, τότε περὶ τὸ θυμικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, νύκτωρ καὶ μεθημέραν ὁ πᾶς συνίσταται πόλεμος.

ΛϚ'. Ἀπαθείας τεκμήριον, νοῦς ἀρξάμενος τὸ οἰκεῖον φέγγος ὁρᾷν, καὶ πρὸς τὰ καθ' ὕπνον φάσματα διαμένων ἥσυχος, καὶ λείως (26) βλέπων τὰ πράγματα.

ΛΖ'. Ἐρρῶται νοῦς μηδὲν τῶν τοῦ κόσμου τούτου παρὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς φανταζόμενος.

ΛΗ'. Νοῦς σὺν Θεῷ πρακτικὴν κατορθώσας, καὶ προσπελάσας τῇ γνώσει, ὀλίγον ἢ οὐδόλως τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς ἐπαισθάνεται, τῆς γνώσεως αὐτὸν ἁρπαζούσης μετάρσιον, καὶ χωριζούσης τῶν αἰσθητῶν.

ΛΘ'. Ἀπάθειαν ἔχει ψυχή, οὐχ ἡ μὴ πάσχουσα πρὸς τὰ πράγματα, ἀλλ' ἡ καὶ πρὸς τὰς μνήμας αὐτῶν ἀτάραχος διαμένουσα.

Μ'. Ὁ τέλειος οὐκ ἐγκρατεύεται, καὶ ὁ ἀπαθὴς οὐχ ὑπομένει, εἴπερ τοῦ πάσχοντος ἡ ὑπομονή, καὶ τοῦ ὀχλουμένου ἡ ἐγκράτεια.

ΜΑ'. Μέγα μὲν τὸ ἀπερισπάστως προσεύχεσθαι, μεῖζον δὲ καὶ (27) τὸ ψάλλειν ἀπερισπάστως.

ΜΒ'. Ὁ τὰς ἀρετὰς ἐν ἑαυτῷ καθιδρύσας, καὶ ταύταις ὅλος ἀνακραθείς, οὐκ ἔτι μέμνηται νόμου ἢ ἐντολῶν ἢ κολάσεως, ἀλλὰ ταῦτα λέγει καὶ πράττει ὁπόσα ἡ ἀρίστη ἕξις ὑπαγορεύει.

Θεωρήματα πρακτικά.

ΜΓ'. Αἱ μὲν δαιμωνιώδεις ᾠδαὶ, τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν κινοῦσι, καὶ εἰς αἰσχρὰς τὴν ψυχὴν φαντασίας ἐμβάλλουσιν· οἱ δὲ ψαλμοὶ καὶ οἱ ὕμνοι καὶ αἱ πνευματικαὶ ᾠδαὶ, εἰς μνήμην ἀεὶ τῆς ἀρετῆς τὸν νοῦν προκαλοῦνται, περιζέοντα τὸν θυμὸν ἡμῶν καταψύχοντες, καὶ τὰς ἐπιθυμίας μαραίνοντες.

ΜΔ'. Εἰ οἱ παλαίοντες ἐν τῷ θλίβεσθαι καὶ ἀντιθλίβειν εἰσὶ, παλαίουσι δὲ ἡμῖν οἱ δαίμονες, καὶ αὐτοὶ ἄρα θλίβοντες ἡμᾶς, ὑφ' ἡμῶν ἀντιθλίβονται. « Ἐκθλίψω αὐτοὺς (28), » φησὶ, « καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι. » Καὶ πάλιν· « Οἱ θλίβοντές με καὶ οἱ ἐχθροί μου, αὐτοὶ ἠσθένησαν καὶ ἔπεσον. »

ΜΕ'. Ἀνάπαυσις μὲν τῇ σοφίᾳ, κόπος δὲ τῇ φρονήσει συνέζευκται. Οὐκ ἔστι γὰρ σοφίαν κτήσασθαι ἄνευ πολέμου, καὶ οὐκ ἔστι κατορθῶσαι τὸν πόλεμον χωρὶς φρονήσεως. Αὕτη γὰρ ἀνθίστασθαι τῷ θυμῷ, τῷ τῶν δαιμόνων, πεπίστευται, τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις κατὰ φύσιν ἐνεργεῖν ἀναγκάζουσα, καὶ τὴν ὁδὸν τῆς σοφίας προευτρεπίζουσα.

[13] Rom. XIII, 14. [14] Psal. XVII, 39. [15] Psal. XXVI, 2.

(23) Al. ἀπερισπάστως.
(26) Al. λεῖος.
(27) Al. τὸ καί.
(28) Al. inser. γάρ.

Digitized by Google

ΜΖ'. Πειρασμός ἐστι μοναχοῦ, λογισμὸς διὰ τοῦ παθητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ἀναβὰς καὶ σκοτίζων τὸν νοῦν. A

ΜΖ'. Ἁμαρτία ἐστὶ μοναχοῦ, ἡ πρὸς τὴν ἀπηγορευμένην ἡδονὴν τοῦ λογισμοῦ συγκατάθεσις.

ΜΗ'. Ἄγγελοι μὲν χαίρουσι μειουμένης κακίας, δαίμονες δὲ, τῆς ἀρετῆς. Οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἐλέους καὶ ἀγάπης θεράποντες· οἱ δὲ ὀργῆς καὶ μίσους ὑπήκοοι. Καὶ οἱ μὲν πρότεροι πλησιάζοντες, πνευματικῆς θεωρίας ἡμᾶς πληροῦσιν· οἱ δὲ δεύτεροι προσεγγίζοντες, εἰς αἰσχρὰς τὴν ψυχὴν φαντασίας ἐμβάλλουσιν.

ΜΘ'. Αἱ ἀρεταὶ οὐ τὰς τῶν δαιμόνων ὁρμὰς ἀνακόπτουσιν, ἀλλ' ἡμᾶς ἀθώους διαφυλάττουσιν.

Ν'. Πρακτικὴ ἐστὶ, μέθοδος πνευματικὴ, τὸ παθητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς ἐκκαθαίρουσα. B

ΝΑ'. Οὐκ ἀρκοῦσιν αἱ ἐνέργειαι τῶν ἐντολῶν πρὸς τὸ τελείως ἰάσασθαι τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς, ἐὰν μὴ καὶ κατάλληλοι ταύταις διαδέξωνται τὸν νοῦν θεωρίαι.

ΝΒ'. Οὐ πᾶσι μὲν τοῖς ὑπ' ἀγγέλων λογισμοῖς ἡμῖν ἐμβαλλομένοις δυνατὸν ἀντιστῆναι, πάντας δὲ τοὺς ὑπὸ δαιμόνων λογισμοὺς δυνατὸν ἀνατρέψαι· ἕπεται δὲ τοῖς μὲν προτέροις λογισμοῖς εἰρηνικὴ κατάστασις, τοῖς δὲ δευτέροις τεταραγμένη.

ΝΓ'. Ἀπαθείας ἔκγονον (29) ἀγάπη· ἀπάθεια δέ ἐστιν ἄνθος τῆς πρακτικῆς· πρακτικὴν δὲ συνίστησιν ἡ τήρησις τῶν ἐντολῶν· τούτων δὲ φύλαξ ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ, ὅστις γέννημα τῆς ὀρθῆς ἐστι πίστεως· πίστις δέ ἐστιν ἐνδιάθετον ἀγαθὸν, ἧτις ἐνυπάρχειν πέφυκε καὶ τοῖς μηδέπω πεπιστευκόσι Θεῷ. C

ΝΔ'. Ὥσπερ ἐνεργοῦσα διὰ τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, τῶν ἀσθενούντων μελῶν ἐπαισθάνεται· οὕτως ἐνεργῶν καὶ ὁ νοῦς τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν, τάς τε δυνάμεις ἐπιγινώσκει τὰς ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τῆς ἐμποδιζούσης αὐτῷ, τὴν θεραπευτικὴν αὐταῖς (30) ἐντολὴν ἐφεύρίσκει.

ΝΕ'. Ὁ νοῦς τὸν ἐμπαθῆ πόλεμον πολεμῶν, οὐ θεωρήσει τοὺς λογισμοὺς (31) τοῦ πολέμου· τῷ γὰρ ἐν νυκτὶ μαχομένῳ προσέοικεν· ἀπάθειαν δὲ κτησάμενος, ῥᾳδίως ἐπιγνώσεται τὰς μεθοδείας τῶν πολεμίων.

ΝϚ'. Πέρας μὲν πρακτικῆς, ἀγάπη, γνώσεως δὲ θεολογία· ἀρχαὶ δὲ ἑκατέρων, πίστις καὶ φυσικὴ θεωρία. Καὶ ὅσοι μὲν τῶν δαιμόνων τοῦ παθητικοῦ μέρους ἐφάπτονται τῆς ψυχῆς, οὗτοι λέγονται ἀντικεῖσθαι τῇ πρακτικῇ· ὅσοι δ' αὖ τῷ λογιστικῷ διοχλοῦσιν, ἐχθροὶ πάσης ἀληθείας ὀνομάζονται, καὶ ἐναντίοι τῇ θεωρίᾳ. D

ΝΖ'. Οὐδὲν τῶν καθαιρόντων τὰ σώματα, σύνεστι μετὰ τοῦτο τοῖς καθαρθεῖσιν· αἱ δὲ ἀρεταὶ, ὁμοῦ τε καθαίρουσι τὴν ψυχὴν, καὶ καθαρθεῖσῃ συμπαραμένουσιν.

ΝΗ'. Κατὰ φύσιν ἐνεργεῖ λογικὴ ψυχὴ, ὅταν τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν αὐτῆς μέρος τῆς ἀρετῆς ἐφιε-

XLVI. Tentatio monachi est, cogitatio per animæ partem patibilem ascendens, ac mentem tenebris obducens.

XLVII. Peccatum est monachi, consensus cogitationis ad illicitam voluptatem.

XLVIII. Angeli gaudent, quoties vitium minuitur; dæmones, quoties virtus. Illi enim misericordiæ et charitatis sunt famuli; hi vero, iræ ac odii servi. Et primi quidem cum accedunt, spiritali nos replent contemplatione; secundi autem dum appropinquant, animam in turpes conjiciunt imagines.

XLIX. Virtutes non quidem insultus dæmonum inhibent, sed nos innoxios conservant.

L. Practica est, spiritualis methodus, quæ animæ partem circa affectus versantem expurgat.

LI. Non sufficiunt mandata effectui tradita, ad perfecte sanandas animæ facultates, nisi et convenientes ipsis contemplationes menti succedant.

LII. Non omnibus quidem cogitationibus nobis per angelos immissis resistere possibile est, sed fieri potest ut cunctas a dæmonibus suggestas cogitationes evertamus; sequitur autem priores illas pacatus status, posteriores turbatus.

LIII. Impassibilitatis proles charitas; est autem impassibilitas practicæ flos, et practicam constituit observatio præceptorum; horum custos, Dei timor, qui rectæ fidei fetus est. Porro fides est internum animi bonum, et inesse solet iis quoque qui Deo nondum crediderunt.

LIV. Quemadmodum anima instrumento corporis operans, infirma membra intelligit: sic et mens proprium exserens effectum, suas recognoscit facultates, ac per eam quæ impedimento ei est, quod ipsis sanitatem procurat adinvenit præceptum.

LV. Animus qui bello occupatur affectuum, belli non spectabit rationes. Est enim similis nocturno pugnatori. Cum vero consecutus fuerit imperturbationem, facile hostium agnoscet insidias.

LVI. Activæ exercitationis terminus est charitas, cognitionis vero rectus de Deo sermo; ambarum autem principia, fides et naturalis contemplatio. Adhæc qui dæmones eam animæ partem adoriuntur qua perturbationibus afficimur, dicuntur illi opponi activæ vitæ; etenim qui parti ratiocinatrici molestiam afferunt, omnis veritatis inimici nominantur, atque contemplationis adversarii.

LVII. Nihil eorum quæ purgant corpora, remanet postea cum purgatis; at virtutes simul et purificant animam, et cum purificata commorantur.

LVIII. Secundum naturam operatur anima rationalis, quando tum pars illius qua concupiscit, vir-

(29) Al. Ἔγγονον.
(30) Al. αὐτῆς.
(31) Al. λόγους.

Digitized by Google

tutem appetit, tum pars qua irascitur, pro eadem virtute decertat, tum denique pars qua ratiocinatur, in creaturarum incumbit contemplationem.

LIX. Qui in activo exercitio progressum facit, vitia affectusque imminuit; qui autem in contemplatione, ignorantiam : et priorum quidem erit aliquando absoluta destructio ; ignorationis vero, alterius aiunt finem fore, alterius nequaquam.

LX. Quæ in usu sunt bona et mala, virtutum et vitiorum sunt efficientia : ad prudentiam deinceps spectat iis uti ad utraque.

LXI. Cæterum cum anima rationalis, juxta sapientem nostrum præceptorem, tribus partibus constet, si virtus occupaverit partem ratiocinantem, vocatur prudentia et intelligentia et sapientia ; si concupiscentem, temperantia et charitas et continentia; si irascentem, fortitudo et patientia ; si totam animam, justitia. Et prudentiæ quidem incumbit, contra adversarias potestates exercitum ducere, virtutes propugnare, impugnare vitia, et quæ media sunt, pro tempore administrare; intelligentiæ vero est, cuncta conducentia nos ad propositum, apte disponere; at sapientiæ, contemplari rationes corporum et rerum incorporearum. Jam temperantiæ interest, aspicere citra affectum res quæ in nobis imagines concitant rationi adversas; charitatis autem, omni imagini Dei talem se exhibere, qualem fere et prototypo, licet eas conentur dæmones inquinare; continentiæ vero, universam gulæ voluptatem læte abjicere. At hostes nullatenus timere, et alacriter molesta tolerare, effectus sunt patientiæ et fortitudinis. Denique ad justitiam pertinet, concentum et harmoniam animæ partium conficere.

LXII. Fructus seminum, manipuli sunt; virtutis, cognitio : et sicut semina comitantur lacrymæ [18], ita manipulos gaudium.

LXIII. Non deposuerit homo recordationes affectuum effectrices, qui cupiditatis et iræ curam non gesserit, illam jejuniis, vigiliis, humicubationibus consumens; hanc æquanimitatibus, injuriæ oblivionibus ac eleemosynis deliniens. Ex his enim duobus affectibus cunctæ fere constant dæmoniacæ cogitationes, quæ mentem in perditionem ac interitum præcipitant. Fieri porro nequit ut superet quis hosce affectus, nisi omni ex parte cibos, opes, gloriam despiciat, insuperque corpus suum, propter illos qui percutere ipsum tentant sæpenumero. Necesse igitur plane est imitari homines qui in mari periclitantur, et armamenta ejiciunt propter vim ventorum et insurgentium fluctuum. Verum hic diligenter attendi debet, ne dum sarcinam projicimus, ideo faciamus, ut ab hominibus spectemur : nam

ται, τὸ δὲ θυμικὸν ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίζεται, τὸ δὲ λογιστικὸν ἐπιβάλλει τῇ θεωρίᾳ τῶν γεγονότων.

ΝΘ'. Ὁ μὲν προκόπτων ἐν πρακτικῇ, τὰ πάθη μειοῖ, ὁ δὲ ἐν θεωρίᾳ, τὴν ἀγνωσίαν· καὶ τῶν μὲν παθῶν, ἔσται ποτὲ καὶ φθορὰ παντελής, τῆς δὲ ἀγνωσίας, τῆς μὲν εἶναι πέρας, τῆς δὲ μὴ εἶναί φασι.

Ξ'. Τὰ παρὰ τὴν χρῆσιν ἀγαθὰ καὶ κακά, τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κακιῶν γίνεται ποιητικά. Φρονήσεως δέ ἐστι λοιπὸν, τὸ χρήσασθαι τούτοις πρὸς θάτερα.

Ζ'. Ὁ τῆς ἀκηδίας δαίμων, ὃς καὶ μεσημβρινὸς καλεῖται, πάντων τῶν δαιμόνων ἐστὶ βαρύτερος· καὶ ἐφίσταται μὲν τῷ μοναχῷ περὶ ὥραν τετάρτην, κυκλοῖ δὲ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μέχρις ὥρας ὀγδόης. Καὶ πρῶτον μὲν τὸν ἥλιον καθορᾶσθαι ποιεῖ δυσκίνητον ἢ ἀκίνητον, πεντηκοντάωρον τὴν ἡμέραν δεικνύς. Ἔπειτα δὲ συνεχῶς ἀφορᾷν πρὸς τὰς θυρίδας, καὶ τῆς κέλλης ἐκπηδᾷν ἐκδιάζεται, τῷ τε ἡλίῳ ἐνατενίζειν, πόσον τῆς ἐννάτης ἀφέστηκε, καὶ περιβλέπεσθαι τῇδε κἀκεῖσε, μή τις τῶν ἀδελφῶν. . . Ἔτι δὲ μῖσος πρὸς τὸν τόπον (63), ἐκβάλλει καὶ πρὸς τὸν βίον αὐτὸν (64), καὶ πρὸς τὸ ἔργον τὸ τῶν χειρῶν· καὶ ὅτι ἐκλέλοιπε παρὰ τοῖς ἀδελφοῖς ἡ ἀγάπη, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ παρακαλῶν. Εἰ δὲ καί τις κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας εἴη λυπήσας τὸν μοναχὸν, καὶ τοῦτο εἰς αὔξησιν τοῦ μίσους ὁ δαίμων προστίθησιν. Ἄγει δὲ αὐτὸν καὶ εἰς ἐπιθυμίαν τόπων ἑτέρων, ἐν οἷς ῥᾳδίως τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἔστιν εὑρεῖν, καὶ τέχνην μετελθεῖν εὐκοπωτέραν μᾶλλον καὶ προχωροῦσαν. Καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἐν τόπῳ τὸ εὐαρεστεῖν (65) τῷ Κυρίῳ προστίθησιν. Πανταχῇ γὰρ, φησὶ, τὸ θεῖον προσκυνητόν. Συνάπτει δὲ τούτοις καὶ μνήμην τῶν οἰκείων καὶ τῆς προτέρας διαγωγῆς· χρόνον τῆς ζωῆς ὑπογράφει μακρὸν, τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους φέρων πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ πᾶσαν, τὸ δὴ λεγόμενον, κινεῖ μηχανὴν, ἵνα καταλελοιπὼς ὁ μοναχὸς τὴν κέλλαν, φύγῃ τὸ στάδιον. Τούτῳ δὲ τῷ δαίμονι ἄλλος μὲν εὐθὺς δαίμων οὐχ ἕπεται· ἐρημικὴ (66) δέ τις κατάστασις, καὶ χαρὰ ἀνεκλάλητος μετὰ τὸν ἀγῶνα τὴν ψυχὴν διαδέχεται. B C

VII. Desidiæ dæmon qui etiam meridianus vocatur, dæmonum omnium gravissimus est, ac monachum sub horam quartam aggreditur; animam autem ipsam ad horam usque octavam obsidet. Ac primum quidem id facit, ut sol torpidus aut etiam omnis prorsus motus expers esse, ac dies ipse quinquaginta horis constare videatur. Deinde, ut perpetuo ad fenestras monachus prospectet: quin eum quoque ex cella exire cogit, atque oculos in solem defigere, ac perpendere quantum ab hora nona distet, ac denique huc atque illuc circumspicere, num quis fratrum adsit. Quin etiam loci, atque adeo ipsius quoque vitæ, operisque manuum odium ipsi injicit; ac præterea eum huc adducit, ut charitatem apud fratres defecisse credat, nec quemquam esse cujus consolatione sublevetur. Quod si quis etiam eum per hos dies molestia quadam affecerit, odii incrementum dæmon adjicit. Atque insuper eum ad aliorum locorum cupiditatem impellit, in quibus et quæ opus sunt facile nancisci, et faciliorem artem, quæque ipsi felicius succedat, consectari queat. Illud etiam adjungit, ad hoc ut Deo quis placeat, nihil interesse quo loco degat; passim enim divinum numen adorari posse. Cum his autem propinquorum quoque ac prioris vitæ generis memoriam conjungit. Tempus item vitæ longam informat, Deo sacratæ vitæ labores ante oculos ipsi collocans. Ac denique omnem, ut dici solet, machinam movet, quo monachus, cella relicta, stadium fugiat. Hunc autem dæmonem alius statim dæmon minime sequitur; verum solitarius quidam status, atque omnem sermonis facultatem excedens lætitia post certamen animam excipit.

Η'. Ὁ τῆς κενοδοξίας λογισμὸς, λεπτότατός τίς ἐστι, καὶ παρυφίσταται τοῖς κατορθοῦσι ῥᾳδίως, δημοσιεύειν αὐτῶν τοὺς ἀγῶνας βουλόμενος, καὶ τὰς παρὰ (67) τῶν ἀνθρώπων δόξας θηρώμενος, δαίμονάς τε κράζοντας ἀναπλάττων, καὶ θεραπευόμενα γύναια, καὶ ὄχλον τινὰ τῶν ἱματίων ἐφαπτόμενον· μαντεύεται δὲ αὐτῷ καὶ ἱεροσύνην λοιπὸν, καὶ τοὺς ζητοῦντας αὐτὸν ταῖς θύραις ἐφίστησι· καὶ ὃς εἰ μὴ (68) βούλοιτο, δέσμιος ἀπαχθήσεται· καὶ οὕτως αὐτὸν D

VIII. Inanis gloriæ cogitatio subtilissima est, atque in eorum animis facile nascitur, qui recte et ex virtute vivunt: eorum certamina pervulgare studens, atque humanam gloriam aucupans, clamantesque dæmones, ac mulierculas morbis liberatas effingens, ac denique quemdam qui vestem contingat. Quin sacerdotium quoque deinceps auguratur, atque homines a quibus quæratur, ad fores collocat: quodque nisi sponte cedat, vinctus abducetur.

(63) Al. τρόπον.
(64) Al. αὐτοῦ.
(65) Al. εὐάρεστον.
(66) Al. εἰρηνική.
(67) Πρός.
(68) Καὶ ὡσεὶ μή.

Digitized by Google

Atque eo ad nunc modum inani spe in altum sublato, discédit, vel superbiæ vel tristitiæ dæmoni tentandum jam eum relinquens; qui quidem ipsi cogitationes ipsius spei adversantes objicit : interdum etiam eum qui paulo ante venerandus ac sanctus sacerdos erat libidinis dæmoni exagitandum tradit.

IX. Superbiæ dæmon acerbissimum animæ lapsum accersit. Ipsam enim adducit, ut Deum adjutorem minime confiteatur; verum sibi ipsi, quæ recte ac clare gerit, scribat, atque adversus fratres ut vecordes ac stolidos intumescat : quod videlicet idem de se non omnes existiment. Hanc autem sequitur ira, mœror ac, quod postremum malum est, mentis alienatio, et furor, atque copiosa dæmonum multitudo, quæ in aere conspicitur.

Quinque sunt opera, quorum adjumento Dei benevolentia conciliatur. Primum, pura oratio; secundum, psalmorum decantatio; tertium, divinorum spiritus oraculorum lectio; quartum, peccatorum et mortis ac magni judicii cum animi dolore recordatio; quintum, manuum labor.

Si in corpore tanquam corporis expers Deo inservire cupis, cura ut sine ulla intermissione precationem occulte in pectore tuo habeas. Sic enim anima tua ante mortem ad angelorum similitudinem accedit.

Quemadmodum corpus hoc nostrum anima remota mortuum ac fetidum est : sic etiam anima quæ ad precationem torpet mortua et misera ac fetida est. Quod autem quavis etiam morte acerbius existimandum sit oratione privari, præclare nos docet propheta Daniel : quippe qui prius duxerit mori, quam vel horæ momento precatione orbari. Dei crebrius recordari, quam spiritum ducere oportet.

Ad omnem anhelitum animi vigilantiam et nomen Jesu, et mortis meditationem atque humilitatem adjunge. Ingentem enim ambæ utilitatem afferre consueverunt.

Fac sermonem de Deo frequentius quam cibos repetas. Da operam ut crebrius Deum in mente habeas, quam spiritum ducas.

Deus mente comprehendi non potest. Nam si in comprehensionem cadit, Deus certe non est.

Vis a Deo cognosci? Fac hominibus quam maxime sis ignotus. Si illud semper memineris, rerum earum omnium, quas vel animo vel corpore geris, inspectorem Deum esse, in nulla omnino actione peccabis Deumque contubernalem habebis.

Homo nulla re propius ad Dei similitudinem accedit, quam bene de aliis merendo. Illud tamen in beneficiis dandis cavendum est, ne ea veluti quæstui habeamus.

Deus nullius ope eget; sapiens autem Deo duntaxat opus habet.

Deo dignum te istud demum reddet, si nihil ipso indignum committas.

(68*) Corr. κατορθουμένην. Edit. Patrol.
(69) Sic. Al. deest καί.

A μετέωρον ταῖς κεναῖς ἐλπίσι ποιήσας, ἀφίσταται καταλιπών, ἢ τῷ τῆς ὑπερηφανίας δαίμονι πειράζειν αὐτὸν, ἢ τῷ τῆς λύπης· ὅστις ἐπάγει καὶ λογισμοὺς αὐτῷ, ταῖς ἐλπίσιν ἐναντιουμένους. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῷ τῆς πορνείας δαίμονι παραδίδωσι τὸν πρὸ ὀλίγου αἰδέσιμον καὶ ἅγιον ἱερέα.

Θ'. Ὁ τῆς ὑπερηφανίας δαίμων, χαλεπωτάτης πτώσεως τῇ ψυχῇ πρόξενος γίνεται. Ἀναπείθει γὰρ αὐτὴν, Θεὸν μὲν μὴ ὁμολογεῖν βοηθὸν, ἑαυτὴν δὲ τὴν κατορθούμενον (68*) εἶναι καὶ (69) νομίζειν, καὶ φυσιοῦσθαι κατὰ τῶν ἀδελφῶν ὡς ἀνοήτων, διότι μὴ τοῦτο περὶ αὐτῆς πάντες ἐπίστανται. Παρακολουθεῖ δὲ ταύτῃ ὀργὴ καὶ λύπη, καὶ τὸ τελευταῖον κακὸν (70), ἔκστασις φρενῶν, καὶ μανία, καὶ δαιμόνιον ἐν τῷ ἀέρι πλῆθος
B ὁρώμενον.

Deum tum denique præclarissime colueris, cum mentem per virtutem ad ipsius similitudinem expresseris. Sola enim eam animam ad id quod ipsi cognatum est trahit.

Homines tum demum meliores efficiuntur, cum ad Deum appropinquant.

Sapiens homo, Deo cultum ac venerationem adhibens, ab eo cognoscitur. Ac proinde nihil *sua* referre putat etiam si ab omnibus ignoretur. Prudentiæ munus in hoc consistit, ut eam animi partem in qua iracundia exsistit, ad internum prælium conserendum incitet. Sapientiæ autem, ut rationem ad exactam perpetuamque vigilantiam impellat. Ju-
C stitiæ vero, ut partem eam in qua libido sita est, tum ad virtutem, tum ad Deum dirigat. Fortitudinis denique, ut quinque sensus gubernet atque cohibeat, ne per eos, vel internus noster homo, hoc est animus, vel externus, hoc est corpus, spurcitiem ullam contrahat.

Anima est viva, simplex, corpore vacans, atque ab oculorum sensu remota substantia, immortalis item, et ratione ac mente prædita. Quemadmodum enim oculus in corpore, sic mens in anima dominabitur.

Quæ sub cœlo sunt ac ratione utuntur, partim pugnant, partim propugnant, partim oppugnant : pugnant enim homines, propugnant angeli Dei, op-
D pugnant impuri homines. Quamobrem nec propugnantium penuria, nec oppugnantium viribus, sed pugnantium socordia fit, ut rerum divinarum atque ipsius Dei cognitio in nobis non remaneat.

Quod proprie malum est, substantia non est, sed boni privatio : quemadmodum etiam caligo nihil aliud est, quam lucis absentia.

Parum cauta ac provida est simplicitas; minimeque malum suspicatur, qui a malo liber et immunis est.

Sane ratiocinationis omnis expers est improbitas, neque ulla est ratio, qua flagitiosos homines ad meliorem mentem quisquam reducat.

(70) Al. κακῶν.

Digitized by Google

Deus malorum nullo modo est auctor, utpote natura bonus.

Animæ puræ ac divinæ ad deprehendendum diabolum mire perspicaces sunt, quantumvis alioqui callidus inprimis, atque ad impetendum versutus sit.

Nulla omnino re Deus perinde conciliatur, ut corporea afflictatione.

Sagax atque ingeniosus est, quisquis premitur.

Ait quidam sanctorum Patrum, quod qui duram et asperam monachorum vitam suscipere nequeunt, alia ratione salutem consequi possunt. Quandoquidem si Dei ope freti firmissimam erga monachos fidem habeant, eosque cohortentur atque consolentur, omniaque quæ opus sunt, ipsis subministrent, saluti suæ optime consuluerint.

Noctem insomnem in opere transige, ut mox in anima tua consolationem invenias.

In lectione tranquillo animo persta : quo mens tua ad mirifica Dei opera perpetuo tanquam porrecta manu ducatur.

Diurni somni, corporis molestiam, vel animæ anxietatem, vel inertiam, vel imperitiam indicant.

Quævis anima per spiritus gratiam ac propriam industriam et diligentiam hæc inter se copulare atque connectere potest : nimirum sermonem cum mente, actionem cum contemplatione, virtutem cum doctrina, et fidem cum cognitione ab omni oblivione libera : et quidem ita, ut nullum ex iis altero vel minus vel majus sit, sed omnis tum excessus, tum defectus circumcidatur, atque ipsa, ut brevi perstringam, unitatem suam vere decuplet. Nam tum ipsa Deo vero et bono et duntaxat uni copulabitur.

Octo sunt cogitationes, ex quibus vitium oritur : iis nempe qui solitariam vitam consectantur, cogitatio acediæ, inanis gloriæ, superbiæ, avaritiæ, tristitiæ ; iis autem qui sub aliorum imperio degunt, gulæ, iræ et fornicationis.

EVAGRII MONACHI

SENTENTIÆ

Ad eos qui in cœnobiis et xenodochiis habitant fratres.

Hæredes Dei, audite sermones Dei, cohæredes autem Christi, percipite eloquia Christi, ut detis ea cordibus filiorum vestrorum ; verba autem sapientum doceatis eos. Pater bonus erudit filios suos ; pater autem nequam disperdet eos. Fides, initium charitatis ; finis autem dilectionis, scientia Dei. Timor Domini custodiet (71) animam ; continentia autem bona confortat illam. Sufferentia viri generat spem ; spes autem bona glorificabit eum. Qui servituti subjicit carnes suas, impassibilis erit ; qui autem nutrit eas, dolebit super illas. Spiritus fornicationis in corporibus intemperantium ; spiritus autem pudicitiæ in animis abstinentium. Secessio cum charitate purificat cor ; separatio autem cum odio conturbat illud. Melior millesimus in charitate, quam solus cum odio in abditis et speluncis. Qui alligat memoriam malitiæ in animam suam, similis est ei qui abscondit ignem in paleis. Ne dederis escas multas corpori tuo, et non videbis in somnis phantasias malas ; sicut enim exstinguit flammam aqua ; sic phantasmata turpia exstinguit esuries. Vir iracundus terrebitur ; mansuetus autem intrepidus erit. Ventus validus fugat nubes ; memoria autem malitiæ sensum a scientia. Qui orat pro inimicis, hic immemor est malitiæ ; qui autem parcit linguæ, non contristabit proximum suum. Si exacerbaverit te frater tuus, induc eum in domum tuam, et ad ipsum ne pigeat te introire, sed manduca cum eo panem tuum ; hoc enim faciens, eripies animam tuam, et non erit tibi offendiculum in tempore orationis. Sicut charitas gaudet paupertate, sic odium delectatur divitiis. Non potietur dives scientia, et camelus non introibit in foramen acus ; sed nihil horum impossibile est apud Dominum. Qui diligit pecuniam, non videbit scientiam ; et qui congregat illam, contenebrabitur. In tabernaculis humilium commorabitur Dominus ; in domibus autem superborum multiplicabitur maledictum. Inhonorat Deum qui transgreditur legem ejus ; qui autem custodit eam, glorificat factorem suum. Si æmularis Christum, beatus efficieris ; morte autem ejus morietur anima tua, et non contrahes a carne tua malitiam, sed erit processus tuus sicut ortus stellæ, et resurrectio tua, tanquam sol fulgebit. Væ iniquo in die mortis, et injustus peribit in tempore malo. Quemadmodum enim evolavit corvus e nido suo, sic immunda anima e corpore suo. Animas justorum deducent angeli, animas autem malorum suscipient dæmones.

Quocunque ingressa fuerit malitia, ibi et ignorantia ; corda autem justorum implebuntur scientia. Immisericors monachus inops erit ; enutriens autem pauperes hæreditabit thesauros. Melior est paupertas cum scientia, quam divitiæ cum ignoran-

(71) Forte *custodit*.

Digitized by Google

tia. Ornamentum capitis corona; ornamentum autem cordis scientia Dei. Posside scientiam, et non argentum; et sapientiam super divitias multas. Justi hæreditabunt Dominum; sancti autem nutrientur ab eo. Qui miseretur pauperibus, exterminat iram; et qui nutrit eos, implebitur bonis. In corde mansueto requiescit sapientia; sedes autem impassibilitatis, anima bene operans. Fabricatores malorum percipient mercedem malam; fabricatoribus autem bonorum dabitur merces bona. Qui ponit laqueum, comprehenditur in eo; et qui occultat illum, disperiet ab eo. Melior est sæcularis mansuetus, quam monachus furiosus et iracundus. Scientiam disperdit iracundia; longanimis autem congregat eam. Sicut ventus auster vehemens est in pelagus, sic furor in corde viri. Qui orat frequenter effugiet tentationes; negligentis autem cor conturbabunt cogitationes. Non te delectet vinum et te non illiciat caro. Ne enutrias carnes corporis tui, et cogitationes turpes deficient a te. Ne dicas : Hodie festus dies, et bibamus vinum; et crastino Pentecoste, et manducabo carnem : eo quod non est festivitas apud monachos in terra ad replendum ventrem suum. Pascha Christi transitus a malitia est; Pentecoste autem ejus, resurrectio animæ. Pentecoste Domini, suscitatio charitatis; qui autem odit fratrem suum, cadit in ruina magna. Festivitas Dei oblivio malorum; retinentem autem malitiam apprehendit luctus. Festivitas Dei scientia vera; qui autem intendit falsæ scientiæ, morietur turpiter. Melius est jejunium cum mundo corde, quam epulatio in immunditia animæ. Qui disperdit cogitationes malas de corde suo, similis est ei qui allidit parvulos ad petram.

Monachus somniculosus incidit in mala; qui autem vigilat, sicut passer volabit. Ne dederis te in vigiliis narrationibus supervacuis, et non abjicias sermones spiritales, quoniam Dominus inspicit cor tuum, et non te statuit innocentem ab omni malo. Somnus multus incrassat cor; vigiliæ autem bonæ acuunt mentem. Somnus multus superducit tentationes; qui autem vigilat, effugit eas. Sicut ignis liquefacit ceram, sic vigiliæ bonæ cogitationes malas. Melior est vir dormiens, quam monachus vigilans in sermonibus vanis. Somnium angelorum lætificat cor; somnium autem dæmonum conturbat illud. Pœnitentia et humilitas erexerunt animam; eleemosyna autem et mansuetudo confirmaverunt eam. Memento semper patris tui, nec obliviscaris judicium æternum, et non erit delictum in anima tua. Si spiritus acediæ ascenderit super te, ne relinquas domum tuam, et non declines in tempore tristitiæ : sicut enim quis confricat argentum, sic splendidum fiet cor tuum, si perseveraveris. Spiritus tædii abigit lacrymas; spiritus autem tristitiæ contribulat orationem. Cupiens divitias sollicitus eris multum; et amplectens illas lugebis amarissime. Non remoretur scorpius in sinu tuo; sic nec cogitatio mala in corde tuo. Occidere genimina serpentum ne parcas, et non parturies cogitationes eorum. Sicut enim aurum et argentum probat ignis, sic cor monachi tentatio. Aufer a te superbiam et vanam gloriam, et jactantiam longe facito a te. Qui enim expetita privatur gloria contristabitur; qui vero adeptus est, fiet superbus. Ne dederis superbiam cordi tuo, et ne dixeris in conspectu Domini : Potens sum; ut non Dominus derelinquat animam tuam, et maligni dæmones humilient illam. Tunc enim de aere conturbabunt te inimici, noctes autem terribiles suscipient te.

Conversationem monachi custodit scientia; qui autem ab ea discedit, incidit in latrones. De petra spiritali manat fluvius; anima autem bene agens bibit ex eo. Vas electionis anima munda; immunda autem replebitur amaritudine. Absque lacte non enutrietur infans; et sine impassibilitate non exaltabitur cor. Charitatem antecedit impassibilitas; scientiam autem præcedit dilectio. Scientiæ adjicietur sapientia; impassibilitatem vero generat prudentia. Timor Domini generat sapientiam; fides autem Christi donat timorem Dei. Sagitta candens incendit animam; vir autem operator boni exstinguit eam. Clamorem et blasphemiam aversatur scientia, sermones autem dolosos fugit sapientia. Suave est mel, et dulcis favus; scientia autem Dei dulcior ambobus. Audi, monache, sermones patris tui, et ne irritas facias eruditiones ejus. Cum miserit te, obaudi ei, et quantum ad mentem comitere cum eo : hoc enim modo effugies cogitationes malas, et maligni dæmones non prævalebunt adversum te. Si crediderit tibi pecuniam, non dispergas illam; et si superoperatus fueris, non detineas apud te. Malus dispensator contribulabit animas fratrum; et memor malitiæ non miserebitur eorum. Qui disperdit substantiam monasterii, fraudat Deum; et qui negligit eam, non erit impunitus. Iniquus dispensator distribuit male; justus autem ut dignum est dispensabit. Qui male loquitur de fratre suo exterminabitur; negligens autem egentem non videbit lumen. Melior est sæcularis in infirmitate serviens fratri, quam anachoretes qui non miseretur proximo suo. Insipiens monachus negligit instrumenta artis suæ; sapiens autem curam habebit illorum. Ne dixeris : Hodie maneo, et cras exibo, quia non in sapientia cogitasti de hoc ipso. Circuitor monachus meditabitur sermones falsos; proprium autem ludificabitur patrem. Qui exornat vestimenta sua, et implet ventrem suum, hic pascit cogitationes turpes, et cum sanctis concilium non habebit. Si introiveris in vicum, non proximaveris mulieribus, et non moratus fueris sermocinari cum eis : quemadmodum enim si quis glutiat hamum, sic abstrahetur anima tua. Longanimus monachus impassibilitate gaudebit; qui autem exacerbat fratres suos, odibilis erit. Mansuetum monachum diligit Dominus; turbulentum autem repellit a se. Piger monachus murmurabit; et somniculosus dolorem capitis fingit. Si contristatus fuerit frater tuus,

Digitized by Google

consolare illum; et si dolet, condole illi : hoc enim faciens lætificabis cor ejus, et thesaurum magnum tibi cumulabis in cœlis. Monachus, qui dissimulat custodire sermones patris, maledicet canis patris sui, et derogabit vitæ filiorum ejus; Dominus autem annullabit eum. Qui occasionem quærit, separabit se a fratribus; patrem autem suum incusabit. Ne dederis auditum tuum sermonibus qui sunt contra patrem tuum, et non suscites animam inhonorantis illum, ut non Dominus irascatur in operibus tuis, et deleat nomen tuum de libro vivorum.

Qui obedit patri monasterii, diligit semetipsum : qui autem contradicit ei, incidet in mala. Beatus monachus, qui custodit præcepta Domini; et sanctus, qui servat sermones patrum suorum. Piger monachus multa detrimenta patietur; si autem perstiterit in audacia, et habitum suum adjiciet perdere. Qui custodit linguam suam dirigit vias suas; et qui servat cor suum implebitur scientia. Monachus bilinguis turbat fratres; fidelis autem agit quiete. Qui confidit in sua continentia, hic cadet; qui autem humiliat se ipsum, exaltabitur. Ne dederis te saturitati ventris, et non implearis somno nocturno : hoc enim modo efficieris mundus, et spiritus Domini superveniet in te. Psallentis viri conquiescet indignatio; et qui longanimis est, interritus erit. Ex mansuetudine generatur scientia; ex ferocia autem inscitia. Sicut aqua dat incrementum plantationi, sic humiliatio iracundiæ exaltat cor. Qui investigat convivia, exstinguetur lumen ejus; anima autem ejus videbit tenebras. Pondera in statera panem tuum, et bibe ad mensuram aquam tuam; et spiritus fornicationis fugiet abs te. Da senibus vinum, et ægrotantibus offer escas, eo quod contriverunt carnes juventutis suæ. Non supplantes fratrem tuum, et in ruina ejus ne congratuleris; Dominus enim cognoscit cor tuum, et tradet te in die mortis. Monachus prudens impassibilis erit; imprudens autem exhauriet mala. Oculum nequam excæcabit Dominus; simplicem autem eripiet a tenebris. Sicut lucifer in cœlo, et sicut palma in paradiso; sic in anima mansueta sensus purus. Vir sapiens scrutabitur sermones Dei; insipiens autem irridebit eos. Qui odit scientiam Dei et rejicit considerationem, similis est ei qui lancea pungit cor suum. Melior est scientia Trinitatis super scientiam incorporalium, et consideratio ejus super rationes omnium sæculorum. Cani senum mansuetudo; vita autem illorum scientia vera. Juvenis mansuetus multa suffert; pusillanimem autem senem quis sustinebit? Vidi iracundum senem elatum ultra tempus suum : spem tamen non habuit junior, quam ille. Qui scandalizat sæculares, non erit impunitus; et qui exacerbat eos, inhonorabit nomen suum. Conturbantem Ecclesiam Domini exterminabit ignis; resistentem autem sacerdoti deglutiet terra. Qui amat pacem, manducabit favum ejus; et qui colligit eam, implebitur melle

Honora Dominum, et cognosces incorporalia, et servi illi, et ostendet tibi rationes sæculorum. Citra scientiam non exaltabitur cor, et arbor non florebit sine humore. Carnes Christi actuum virtutes; qui autem manducat eas, efficitur impassibilis. Sanguis Christi consideratio factorum; et qui bibit illum, illuminabitur ab eo. Pectus Domini scientia Dei; qui autem recubuerit super illud, prædicator erit divinorum. Plenus scientia, et actor bonorum obviaverunt sibi; medius autem inter utrumque stetit Dominus. Qui acquisivit dilectionem, acquisivit thesaurum; accepit autem a Domino gratiam magnam. Consilia dæmonum cognoscit sapientia; astutiam autem illorum investigavit prudentia. Non spernas decreta sancta, quæ posuerunt patres tui; fidem autem baptismi tui non derelinquas, et non repellas signaculum spiritale; ut adsit Dominus animæ tuæ, et protegat te in die malo. Sermones hæreticorum nuntii mortis; qui autem suscipit illos, perdet animam suam. Nunc ergo, fili, audi me, et non accedas ad ostia virorum iniquorum, neque ambules super laqueos eorum, ut non capiaris. Separa animam tuam a scientia falsa : etenim ego sæpe locutus sum ad eos; tenebrosos autem sermones eorum investigavi, et venenum aspidum inveni in eis. Non est prudentia, et non est sapientia in viis eorum. Omnes qui suscipiunt eos peribunt, et qui diligunt eos implebuntur malis. Vidi ego patres dogmatum illorum, et in desertis commisi cum illis. Inimici enim Domini obviaverunt mihi, et dæmones in verbis concertaverunt adversum me, et non vidi lumen verum in sermonibus eorum. Vir mendax excidet a Deo; seducens autem proximum, incidet in mala. Melior est paradisus Dei super hortum olusculorum, et fluvius Domini super fluvium magnum contenebrantem terram. Fidelior aqua cœlestis super aquam Ægyptiorum sapientium, haurientium de terra. Sicut enim qui rotas ascendunt, deorsum descendunt; sic qui exaltant verba sua, humiliantur. Sapientia Domini exaltat cor; intellectus autem ejus purificat illud. Rationes providentiæ obscuræ; et vix intelligibiles considerationes judicii; vir autem bene agens cognoscit eas. Qui purificat se, conspiciet naturas intelligibiles; rationes autem incorporalium cognoscet monachus mitis. Qui creaturam dicit Trinitatem, blasphemat Deum; et qui spernit Christum ejus, non cognoscit eum. Considerationes creaturarum dilatant cor; verba autem prudentiæ et judicii exaltant illud. Scientia incorporalium elevat sensum, et sanctæ Trinitati applicabit eum. Mementote ejus, qui dedit vobis in Domino proverbia luculenta, et non obliviscamini animam ejus humilem in tempore orationis.

Digitized by Google

EJUSDEM EVAGRII MONACHI SENTENTIÆ AD VIRGINES.

Dilige Dominum, et amabit te; et servi illi, et illuminabit cor tuum. Honora matrem tuam sicut matrem Christi, et ne exasperes canitiem ejus quæ peperit te. Dilige sorores tuas sicut filias matris tuæ; et non derelinquas viam pacis. Exoriens sol videat codicem in manibus tuis, et post secundam horam opus tuum. Ora sine intermissione, et memento Christi, qui genuit te. Conventus virorum devita, ut non fiat idolum in anima tua, et erit tibi offendiculum in tempore orationis. Christum habes dilectum, projice abs te viros omnes, et non vives exprobrabilem vitam. Animositatem et iram longe facito a te; et memoria malitiæ non demoretur apud te. Ne dicas: Hodie comedo, et crastino non comedam: quoniam non in sapientia facis hoc. Erit enim noxa corpori tuo, et dolor stomacho tuo. Edere carnem non bonum, et bibere vinum non optimum; offerre autem oportet te ista infirmantibus. Virgo turbulenta non salvabitur; et quæ in deliciis agit, non videbit sponsum suum. Ne dicas: Contristavit me famula, retribuam ei; propterea quod non est servitus in filiabus Dei. Non des auditum tuum verbis vanis, et narrationes vetularum fuge circumeuntium. Ferias ebriosarum ne videas, et in nuptias alieni non abieris; immunda enim apud Dominum omnis virgo faciens hæc. Aperi os tuum verbo Dei; et cohibe a multiloquio linguam tuam. Coram Deo humilia te ipsam; exaltabit te dextera ejus. Ne avertaris a paupere in tempore tribulationis, et non deficiet oleum lampadæ tuæ. Omnia fac propter Dominum, et noli quærere ab hominibus gloriam, quoniam gloria hominis sicut flos feni, gloria autem Domini manet in æternum. Virginem mansuetam diligit Dominus; virgo autem iracunda odibilis est. Obaudiens virgo misericordiam subsequetur; contradicens autem, valde insipiens. Murmurosam virginem disperdit Dominus; gratam autem liberat a morte. Turpis risus, et exprobrabilis impudicitia; omnis autem insipiens talibus implicabitur. Quæ exornat vestes suas etiam pudicitia excidet. Non commoreris sæcularibus, ut non avertant tuum cor, et irrita faciant consilia justa. Lacrymis in nocte roga Dominum, et nemo sentiat orantem te, et invenies gratiam. Concupiscentia deambulationum, et desiderium alienarum domuum avertit statum animæ, et corrumpit promptam voluntatem ejus. Fidelis virgo non formidabit; quæ autem infidelis est, fugiet etiam umbram suam. Invidia consumit animam, et livor devorat eam. Quæ contemnit sororem infirmam, et a Christo longe erit. Ne dicas: Meum hoc, et tuum illud; in Christo enim Jesu omnia communia. Non inquiras vitam alterius, et ruinæ sororis tuæ non congaudeas. Subministra autem indigentibus virginibus; et in nobilitate tua ne extollaris. Non proferas verbum de ore tuo in Ecclesia Domini; et ne extollas oculos tuos: etenim Dominus cognoscit tuum cor, et omnes cogitationes tuas inspicit. Omnem malam concupiscentiam repelle a te; et non contristabunt te inimici tui. Psalle de corde tuo, et non moveas tantum linguam tuam. Fatua virgo diliget argentum; prudens autem apponet et panem suum. Sicut impetus ignis difficile compescitur; sic anima virginis vulnerata vix sanabilis.

Ne dederis animam tuam cogitationibus malis, ut non polluant tuum cor, et mundam orationem longe faciant a te. Gravis tristitia, et intolerabilis acedia; lacrymæ ad Dominum validiores utrorumque. Fames et sitis marcescere facit concupiscentias malas; vigilia autem bona purificat sensum. Iram et animositatem avertit dilectio; memoriam autem malitiæ confundunt munera. Qui detrahit sorori suæ occulte, deforis stabit a thalamo sponsi, et clamabit ad januas ejus, et non erit qui exaudiat eam. Virginis immisericordis exstinguetur lampada, et non videbit advenientem sponsum suum. Vitrum cadens a saxo comminuetur; et virgo adjuncta viro non erit innocens. Melior mulier mansueta virgine animosa et iracunda. Quæ attrahit in risu sermones viri, similis est circummittenti laqueum collo suo. Sicut margarita in fundibulo aureo; sic virginitas cooperta reverentia. Cantica dæmonum et tibiæ resolvunt animam, et disperdunt fortitudinem ejus: quam custodi per omnia, ut non exprobrabilis fias. Non delecteris in risu, et vituperantibus non lætaris, quoniam Dominus derelinquet eas. Non exprobrabis sororem tuam edentem, et in abstinentia tua non exalteris; non enim scis quid cogitavit Dominus, aut quis stabit in conspectu ejus. Quæ miseretur liventibus oculis suis, et tabescentibus carnibus suis, non lætabitur super impassibilitate animæ. Gravis abstinentia, et vix dirigibilis castitas; sed nihil dulcius cœlesti sponso. Animæ virginum illuminabuntur; animæ autem immundarum videbunt tenebras. Vidi viros corrumpentes virgines in doctrinis suis, et vanam facientes virginitatem earum. Tu autem audi, filia, doctrinas Ecclesiæ Dei, et nemo alienus persuadeat tibi. Deus fundavit cœlum et terram, et providit omnibus, et lætatur in eis; et non est angelus non capax malitiæ, et non est dæmon natura malus: utrumque enim liberi arbitrii fecit Deus. Sicut homo ex corpore corruptibili et anima subsistit rationabili; sic enim et Dominus noster natus est sine peccato, manducans manducavit, et crucifixus, crucifixus est; non erat visio ficta in oculis hominum. Erit mortuorum resurrectio, et mundus transibit iste: et nos spiritalia accipiemus corpora. Justi hæreditabunt lumen; impii autem

Digitized by Google

inhabitabunt tenebras. Virginis oculi Deum videbunt; aures autem virginis audient verba ejus. Virginis os osculabitur sponsum suum; odoratus autem virginum in odore unguentorum ejus curret. Manus virginis palpabunt Dominum; et castitas carnis acceptabilis illi erit. Virgo anima coronabitur, et cum sponso suo vivet semper. Vestimentum spiri- A tale dabitur ei, et cum angelis in cœlis feriabitur. Inexstinguibilem accendit lampadem, et oleum non deficiet in vasis ejus. Accipiet divitias æternas, et hæreditabit regnum Dei. Mei sermones, filia, dicti sunt ad te; verba autem hæc servet cor tuum. Memento Christi custodientis te, nec obliviscaris adorandam et unius substantiæ Trinitatem.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΠΠΠΙ.

EVAGRII IN ΠΠΠΙ.

Vide Patrologiæ Latinæ *t. XXIII, Opp. Hieron. t. III, Append. col.* 1271.

FRAGMENTUM EX EVAGRII LIBRO DEPERDITO

GNOSTICUS INSCRIPTO.

(Apud Socrat. *Hist. Eccles.* lib. IV, cap. 23, p. edit. Vales. 194.)

Τέσσαρας ἀρετὰς, καὶ τὰς θεωρίας αὐτῶν, παρὰ B τοῦ δικαίου Γρηγορίου μεμαθήκαμεν εἶναι· φρόνησιν καὶ ἀνδρείαν, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην· καὶ φρονήσεως μὲν ἔργον ἔλεγεν εἶναι, τὸ θεωρεῖν τὰς νοερὰς καὶ ἁγίας δυνάμεις, δίχα τῶν λόγων· τούτους γὰρ ὑπὸ τῆς σοφίας δηλοῦσθαι παραδέδωκεν. Ἀνδρείας δὲ, τὸ ἐγκαρτερεῖν τοῖς ἀληθέσι καὶ πολεμούμενον, καὶ μὴ ἐμβατεύειν εἰς τὰ μὴ ὄντα· τὸ δὲ παρὰ τοῦ πρώτου γεωργοῦ δέχεσθαι σπέρματα, καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸν ἐπισπορέα, τῆς σωφροσύνης ἴδιον ἀπεκρίνατο εἶναι. Δικαιοσύνης δὲ πάλιν, τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστου λόγον ἀποδιδόναι, τὰ μὲν σκοτεινῶς ἀπαγγέλλουσαν, τὰ δὲ δι' αἰνιγμάτων σημαίνουσαν, τινὰ δὲ καὶ φανεροῦσαν πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἁπλουστέρων.

Quatuor virtutes earumque contemplationes esse, a justo Gregorio didicimus: prudentiam et fortitudinem, temperantiam atque justitiam. Ac prudentiæ quidem proprium esse dicebat, sanctas illas et intellectuales potestates contemplari sine ullis rationibus. Has enim a sapientia manifestari docuit. Fortitudinis autem proprium esse affirmabat, perstare in veris, tametsi quis graviter oppugnetur, nec unquam ad ea quæ non sunt deflectere. Jam vero temperantiæ id proprium esse respondit, ut a primo summoque agricola sementem accipiamus, eum vero qui superserere vult, repellamus. Justitiæ denique opus illud assignabat, pro cujusque merito ac dignitate sermonem rebus attemperare; et alia quidem obscure enuntiare alia, per ænigmatum figuras significare, alia vero manifeste exponere ad utilitatem audientium.

FRAGMENTA EX EJUSDEM OPERE DEPERDITO

Cui titulus : *Gnostica problemata* 600

Exhibent S. Maximi confessoris scholia in Dionys. Areopagit. *De cœlesti hierarchia*, c. 7, et *De eccles. hierarchia*, c. 6

(Opp. Dionys. Areop. Antverp. 1634, t. I, p. 94 et 396, hujusce *Patrologiæ* tom. III).

MACARII UTRIUSQUE

ÆGYPTII ET ALEXANDRINI

EPISTOLAS, SERMONES, REGULAM, PRECES,

Vide hujusce Patrologiæ *tom. XXXIV, ex editione Joannis Henrici Floss, Bonnensis.*

Digitized by Google

S. MARCUS EREMITA.

Vide ad annum 450 in Diadocho Photicensi.

S. JOANNES LYCOPOLITANUS

SIVE

SHENUTIUS [*al.* SCJENUTHIUS] ABBAS.

Vide ad seriem hujusce Patrologiæ mere Orientalem.

PATRUM ÆGYPTIORUM ANALECTA.

Vide ibidem.

Digitized by Google

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

PHILO CARPASIUS EPISCOPUS.

Præfatio. 3
ENARRATIO IN CANTICUM CANTICORUM. 27

S. ASTERIUS AMASENUS EPISCOPUS.

Notitia historica et litteraria. 155
Præfatio Combefisii. 159
HOMILIÆ. 163
Homilia I. — De divite et Lazaro 163
II. — De œconomo iniquitatis. 179
III. — Adversus avaritiam. 194
IV. — Adversus Kalendarum festum. 215
V. — In illud : *An liceat homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa?* 226
VI. — In Danielem et Susannam. 239
VII. — In cæcum a nativitate. 250
VIII. — In SS. Petrum et Paulum. 263
IX. — In S. Phocam martyrem. 299
X. — In SS. martyres. 314
XI. — In laudem S. Euphemiæ. 334
XII. — In laudem S. Stephani. 338
XIII. — Adhortatio ad pœnitentiam. 351
XIV. — In principium jejuniorum. 370
XV. — In psalmum V. 390
XVI. — In eumdem psalmum. 403
XVII. — In eumdem psalmum. 418
XVIII. — In eumdem psalmum 427
XIX. — In eumdem psalmum. 434
XX. — In psalmum VI. 443
XXI. — In psalmum VII. 459
Appendix ad Asterium. 478

NEMESIUS EPISCOPUS EMESENUS

Notitia historica.
Explicatio siglarum et notitia editionum, codicum, versionum ac reliquorum operum, quæ in hac editione adhibita sunt. 487
Præfatio editionis Antverpiensis. 491
Præfatio editoris Oxoniensis. 495
Fabricius de Nemesio. 501
De natura hominis. 503
CAPUT PRIMUM. 503
CAP. II. — De anima. 535
CAP. III. — De junctione corporis et animæ. 591
CAP. IV. — De corpore. 607
CAP. V. — De elementis. 611
CAP. VI. — De phantasia. 631
CAP. VII. — De visu. 638
CAP. VIII. — De tactu. 650
CAP. IX. — De gustu. 655
CAP. X. — De auditu. 658
CAP. XI. — De odoratu. 658
CAP. XII. — De cogitatione. 659
CAP. XIII. — De memoria. 659
CAP. XIV. — De ratione et oratione 666
CAP. XV. — Alia divisio animæ. 667
CAP. XVI. — De parte animæ ratione experte, quæ appetibilis et appetitio vocatur. 671
CAP. XVII. — De cupiditate. 675
CAP. XVIII. — De voluptatibus. 678
CAP. XIX. — De ægritudine. 687
CAP. XX. — De metu. 687
CAP. XXI. — De ira. 691
CAP. XXII. — De parte rationis experte, quæ rationi ob obtemperat. 691
CAP. XXIII. — De nutriente animæ parte. 694
CAP. XXIV. — De pulsibus. 699
CAP. XXV. — De generandi aut seminandi facultate. 699
CAP. — XXVI. — Alia divisio facultatum, quæ animal administrant. 703
CAP. XXVII. — De motu, quem animalia per se aut per electionem suscipiunt, qui ad appetitum pertinet. 706
CAP. XXVIII. — De respiratione. 707
CAP. XXIX. — De eo quod sponte et invite fit. 718
CAP. XXX. — De eo quod invite fit. 710
CAP. XXXI. — De eo quod invite per ignorationem fit. 723
CAP. XXXII. — De eo quod sponte fit. 727
CAP. XXXIII. — De electione. 739
CAP. XXXIV. — De quibus rebus consultemur. 735
CAP. XXXV. — De fato. 742
CAP. XXXVI. — De fato, quod in astris ponitur. 746
CAP. XXXVII. — De his qui dicunt optionem rerum agendarum in nobis esse, exitum vero rerum optatarum in fati potestate. 750
CAP. XXXVIII. — Quomodo Plato fatum dicat. 754
CAP. XXXIX. — De libera voluntate, seu de iis, quæ in nostra sunt potestate. 762
CAP. XL. — Quæ sint illa, quæ in nostra sunt potestate. 766
CAP. XLI. — Quam ob causam libera voluntate procreati simus. 774
CAP. XLII. — De providentia. 779
CAP. XLIII. — Quid sit providentia. 791
CAP. XLIV. — Quarum rerum sit providentia. 794
Supplementa variarum lectionum. 818
Adnotationes editoris Oxoniensis. 820
Anonymi ad lectorem hendecasyllabe. 836
Index nominum propriorum et auctorum qui a Nemesio laudantur. 842

B. HIERONYMUS, THEOLOGUS GRÆCUS.

Notitia historica. 846
Dialogus de S. Trinitate, inter Judæum et Christianum. 847
De effectu baptismi. 859
De cruce. 866

PATRES ÆGYPTII SÆCULI IV.

S. ORSIESIUS, ABBAS TABENNENSIS.

Notitia. 867
Doctrina de institutione monachorum. 870

S. SERAPION, THMUITANUS EPISCOPUS.

Notitia. 895
Liber adversus Manichæos. 899
CAPUT PRIMUM. — Veritas errorem vincit. 899
CAP. II. — Varii gradus errorum. 902
CAP. III. — Manicheismus error deterrimus. 902
CAP. IV. — Quænam sit peccati natura. 905
CAP. V. — Substantia corporis et animæ non est mala. 905
CAP. VI. — Idque ex Scripturis probatur. 906
CAP. VII. — Manichaica sententia de corpore nugatoria et fatua. 906
CAP. VIII. — Idem argumentum persequitur auctor. 906
CAP. IX. — Corpus sequitur motus animæ. 907
CAP. X. — Manichæi male ratiocinantur de corpore. 907
CAP. XI. — Corpora sanctorum divinitus mirabilia operantur. 910
CAP. XII. — Manichæorum argumenta soluta 910
CAP. XIII. — Ex filii prodigi pœnitentia. 910
CAP. XIV. — Ex Pauli apostoli conversione. 911
CAP. XV. — Apostoli primum peccatores. 911
CAP. XVI. — Substantia eadem ante et post conversionem. 914
CAP. XVII. — Modo dicta confirmantur. 914
CAP. XVIII. — Idem argumentum rursus astruitur. 914
CAP. XIX. — Mutatis moribus, anima non mutatur. 915
CAP. XX. — Confirmatur eadem doctrina. 915
CAP. XXI. — An duplex anima sit in homine 918

Digitized by Google

Cap. XXII. — Demas, Giezi et Judas proditor, in exemplum propositi. 918
Cap. XXIII. — Petri lapsus et pœnitentia. 918
Cap. XXIV. — Revelanda sanctorum peccata. 919
Cap. XXV. — Nemo perfectionem attingit. 922
Cap. XXVI. — De sanctorum excellentia. 922
Cap. XXVII. — Artes pseudo-prophetarum. 923
Monitum in epistolam ad Eudoxium. 925
Epistola S. Serapionis ad Eudoxium episcopum. 923
Monitum in epistolam ad monachos. 926
Epistola ad monachos Alexandrinos. 926

S. PACHOMIUS TABENNENSIS ABBAS.

Notitia. 942
Vita S. Pachomii, abbatis Tabennensis (memoratur tantum). 946
Regula et præcepta ejusdem (tantum memorantur). 946
Alia ejusdem præcepta. 947

S. ANTONIUS MAGNUS ABBAS

Notitia. 954
Vita S. Antonii abbatis. 958
Vita ejusdem quæ tantum memoratur. 962
Oratio ad monachos (memoratur tantum). 962
Sermo de vanitate mundi et de resurrectione mortuorum. 952
Sermones XX ad filios suos monachos. 962
Epistolæ VII, ex Græco Latine redditæ, interprete Valerio de Sarasio. 977
Epistola prima. — Ad fratres suos. 977
Epist. II. — Ad Arsinoitas. 981
Epist. III. — Ad fratres suos. 988
Epist. IV. — Ad eosdem. 992
Epist. V. — Ad fratres Israelitas. 994
Epist. VI. — Ad fratres suos. 996
Epist. VII. — Ad eosdem. 998
Epistolæ XX, nunc primum ex Arabico Latini juris factæ ab Abrahamo Ecchellensi, Maronita e Libano. 999
Epistola prima. — Quam dixit de exitu a sæculo ad monasticam vitam. 999
Epist. II. — Ad filios suos monachos de promulgatione legis, et de incarnatione Dei Verbi : eosque incitat ad implenda præcepta. 1004
Epist. III. — Ad filios suos monachos : quos incitat ad operandum auctoritatibus ex Evangelio et Apostolo. 1006
Epist. IV. — Qua docet servitutem in lege virtutis, minime esse servitutem, sed filiationem libertatis. 1008
Epist. V. — Filiis suis monachis, incitans eos ad sanctos imitandos, eorumque gesta æmulanda. 1009
Epist. VI. — Filiis suis monachis, nota eis faciens certamina dæmonum, et auxilia sanctarum virtutum : incitat eos præterea ad patientiam, et absolutionem illius ad quod egressi sunt. 1011
Epist. VII. Filiis suis monachis, in qua illis demonstrat, nostram salutem neque per angelum neque per hominem factam esse, sed per Deum Verbum incarnatum. Insuper eos incitat ad decertandum summo certamine, ut salutem consequantur. 1015
Epist. VIII. — Filiis suis monachis, incitans eos ad certandum, ut consequantur hic Spiritum sanctum igneum, et simul conveniant hic. Necnon in eorum revocat memoriam sua certamina, significans eis quæ est consecuturus, ut his illos incitet. Oportet autem ut legatur die ejus obitus. 1019
Epist. IX. — Filiis suis monachis : notam eis facit mensuram virtutis Dei in sanctis. Hortatur eos præterea ad illam consequendam, ut obtineant regnum sempiternum. 1021
Epist. X. — Filiis suis monachis : de vana gloria ejusque certaminibus. Præterea eos docet, qua ratione illis decertandum sit, ut ab illa eripiantur in pace Domini. 1023
Epist. XI. — De discretione, et ejus acquisitione. 1024
Epist. XII. — De charitate. Cupit præterea eos videre, ut simul omnes consolatione participent. 1026
Epist. XIII. — Incitat eos ad consequendum gaudium, quod consequuntur militantes. 1027
Epist. XIV. — De implenda obedientia, ut inhabitet in illis benedictio patrum suorum. 1029
Epist. XV. 1030
Epist. XVI. 1032
Epist. XVII. 1039
Epist. XVIII. 1047
Epist. XIX. — Filiis suis monachis. 1051
Epist. XX. — Filio suo Bebnudo. 1055
Ex epistola Ammonis episcopi. 1065
Regulæ ac præcepta ad filios suos monachos. 1066
Spiritualia documenta. 1074
Admonitiones et documenta varia. 1079
Expositio quarumdam sententiarum. 1083
Interrogationes quædam et ad easdem responsiones. 1094
Dicta quædam ejusdem. 1097
Epistola S. Theodori abbatis ad monasteria de Pascha. 1102
Regula ad monachos (quæ tantum memoratur). 1102
Alia Patrum ad monachos regula (memoratur). 1102
Regula alia Patrum Orientalium (memoratur). 1102

S. ISAIAS ABBAS.

Notitia. 1103
ORATIONES. 1105
Oratio I. — Præcepta ad fratres qui cum ipso vivebant. 1105
II. — De mente secundum naturam. 1107
III. — Ad fratres juniores institutio. 1108
IV. — Quid in itinere observandum. 1112
V. — Quæ observanda sunt iis qui simul in pace habitare cupiunt. 1121
VI. — Qui honestam quietem amplecti volunt, eos esse curiosos non oportere, neque omissa peccatorum suorum consideratione, tempus in rebus inutilibus consumere. 1125
VII. — De virtutibus. 1126
VIII. — Beati Isaiæ abbatis apophthegmata. 1129
IX. — Ad eos qui mundo renuntiarunt. 1135
X. — Ejusdem argumenti. 1135
XI. — De grano sinapis. 1135
XII. — De vino. 1136
XIII. — Ad eos qui initiantur et tendunt ad perfectionem. 1137
XIV. — Beati Isaiæ abbatis luctus et lamentatio. 1139
XV. — De mundi renuntiatione. 1141
XVI. — Ejusdem argumenti. 1142
XVII. — De gaudio animæ Deo servientis. 1146
XVIII. — De injuriarum oblivione. 1155
XIX. — De morbis animi. 1155
XX. — De humilitate. 1158
XXI. — De pœnitentia. 1158
XXII. — De operibus hominis novi. 1166
XXIII. — De perfectione. 1170
XXIV. — De tranquillitate. 1174
XXV. — Ejusdem ad Petrum abbatem discipulum suum. 1174
XXVI. — Beati Isaiæ abbatis dicta, quæ Petrus abbas liberis commendavit. 1191
XXVII. — In dictum illud : *Attende tibi*. 1194
XXVIII. — De malitiæ ramis. 1197
XXIX. — Ejusdem lamentationes. 1199
Præcepta seu consilia LXVIII posita tironibus in monachatu. 1206
Capitula de religiosa exercitatione et quiete. 1206
Fragmenta. 1211

EVAGRIUS PONTICUS SCITENSIS MONACHUS.

Notitia historica et litteraria. 1214
Capita practica ad Anatolium. 1219
Rerum monachalium rationes. 1251
Capitula XXXIII, per gradus quosdam disposita consequentiæ. 1263
Sententiæ spirituales. 1267
De octo vitiosis cogitationibus. 1271
Sententiæ ad fratres. 1278
Evagrii in [illegible]. 1286
Fragmenta. 1286
Memorantur tantum : Macarii utriusque, Ægyptii et Alexandrini, Epistolæ, sermones, etc.; S. Marcus eremita; S Joannes Lycopolitanus. 1286 1287
Patrum Ægyptiorum Analecta. 1287

FINIS TOMI QUADRAGESIMI.

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

6574 012

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 2044 073 501 850

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google